CONSILIA
DECISIVA
IN CIVILIBVS CAVSIS
iudicibus diuerſorum Italiæ Tribunalium reddita

PER DOMINVM

PETRVM CABALLVM

IVRECONSVLTVM PONTREMVLENSEM

Pro Sereniſſimo Magno Duce Hætruriæ,


Dudum Vniuerſarum militarium legionum, et Magiſtratus Dominorum Octouirorum Guardiæ, & Baliæ Auditorem, ac Sacræ Religionis Equitum Diui Stephani Præſidentem.

Nunc verò pro eodem Sereniſſimo Principe in Ciuitate, ac tota ditione Florentina Fiſcalis Cameræ Auditorem, Generalem, nec non in ſignatura libellorum ſupplicum gratiæ, & Iuſtitiæ Conſiliarium.

Nuſquam antea impreſſa, & cunctis iuris profeſſoribus, præſertim verò in foro practicantibus, & Iudicia exercentibus valde vtilia, ac neceſſaria.

Cum Argumentis, & Summarijs cuique Conſilio appoſitis, & duplici Indice, vno ipſorum Argumentorum Conſiliorum omnium, altero verborum, rerum, & ſententiarum, quæ in toto opere continentur.

Cum Priuilegio, & Licentia Superiorum.



VENETIIS. M. DCVII.

Apud Bernardum Iuntam, & Ioannem Baptiſtam Ciottum.

ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDISSIMO
D. D. DOMINICO TVSCHO,
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI AMPLISSIMO
Petrus Caballus Iuriſconſultus Pontremulenſis
F. P.

Qvanquam Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Pater magna, & infinita propemodum librorum copia noſtra hac iuris Ciuilis ſcientia obſcurari potius, quam illuſtrari videri poteſt; tamen, cum, quæ multorum annorum ſpatio in dirimendis, decidendiſque controuerſijs ciuilibus à varijs diuerſorum Italiæ Tribunalium Iudicibus conſultus de iure reſpondi, diligentiſſimè ſeruauerim; non quidem, vt aliquando in lucem prodirent, ſed vt vſui meo tantum inſeruirent, eaque plurimis doctiſſimis viris, in quorum manus peruenerunt, placuiſſe perſpexerim, eorundem, ac aliorum amicorum, quibus denegare nihil poteram, ſuaſionibus, & impulſu adductus, ſententiam mutaui, & eiuſmodi mea ſcripta, quæ appellare conſueuimus conſilia deciſiua, vt ederentur, paſſus ſum, quam rem Iuris profeſſoribus non parum vtilitatis allaturam, hac potiſſimum de cauſa exiſtimo, quòd pro veritate, ac vt animi ſenſus dictabat, ae iure ſemper reſpondi, Ius ſuum vnicuique omni humano affectu ſemoto, tribuens; Quòd opus amplitudinis tuæ authoritate ſuffultum emittere volui, non vt (quòd nulla ratione fieri poſſe intelligo) aliquid ſplendoris tibi

afferat, ſed vt animi mei erga te propenſionem, ac penè deuotionem oſtendat; quod re ipſa multo libentius, ſi poſſem, quam ſcripto comprobarem: Et vt opus ipſum tuo fauore ab inuidorum iniuria defendatur. Si enim hæc à te Lector probari cognouerit, non facile à tuo iudicio purgatiſſimo, & rectiſſimo diſcedet, cum tua Iuris ciuilis, atque Pontificij intelligentia, inomnique genere eruditionis præſtantia, adeò omnibus nota ſit, vt quod tù probaueris, nullus reprobare audeat. Ego autem hac mea Epiſtola immenſum laudum tuarum cumulum commemorare minimè decreui, quandoquidem nominis tui ſplendor, & dignitas omnium ſermone ita percrebuit, adeòque omnibus in ore eſt, vt encomiaſten non deſideret. Accipe igitur, quem tibi dico, laborem hunc meum, & eius authorem, qua iamdiu cæpiſti, beneuolentia, & gratia complectere, ſic te Deus Optimus Maximus incolumem, atque felicem quam diutiſſimè nobis, ac Reipublicæ Chriſtianæ ſeruet.

Florentiæ Die prima Octobris Anno Milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo.

PETRVS

PETRVS CABALLVS IVRECONSVLTVS

BENIGNO LECTORI

S. D.

NVlla profectò tanta, vel esse, vel inueniri commendatio potest, qua non amplior sit legalis scientiæ dignitas, hæc quippè vetustare mundum præiuit: nam & ipsa ab initio, & ante sæcula se genitam testatur, iusta ei sedes est, vel ipsum cœlum, nedum deliciarum Paradisus, vtpote, quæ in exturbandis prauis è Cęlo spiritibus, in eijciendis ab horto voluptatis primis parentibus, magnificam, incomparabilemque suam authoritatem explicuit. Hæc porrò vniuersum terrarum orbem peragrans humana vniuersa complectitur, & fouet, quicquid illa tractat, amabile, conspicuum, admirabile facit, sine qua nihil apud mortales, vel est laudabile, vel gloriam vllam assequitur. Compertum enim est virtutes omnes, vel excessu, vel defectu à statione delabi, nisi legis dexteritate suffultæ fuerint. Ipsa verò lex à rectitudine non declinat, rem iniquam non recipit, sed tanquam ars boni, & æqui omnia bene disponit, & quicquid præclari, quicquid excellentis, quicquid omnino boni, à lege tanquam à fonte proficiscitur, quæ velut vniuersi orbis sol, humanis actionibus depulsa errorum caligine lumen porrigit, easque vel iacentes erigit, vel stantes conseruat, denique per legem pax populis, munimentum gentibus, immunitas plebi, subleuatio pressis, securitas cunctis, quies publica, & omnium rerum prosperitas comparatur, ea stante vniuersa ciuilis vita stat, & conseruatur, eadem sublata, ipsamet ciuilis vita concidit, ac euertitur. Huius itaque tam insignis scientiæ studia omni nixu ipse sum amplexus, nec vllis peperci vigilijs, vt in ea aliquid me profecisse aliquando ostenderem, quòd & si minimè sum assequutus, nec magnam in meis scriptis doctrinam inuenies, fidem tamen, & veritatem, & diligentiam omninò commendaturum te confido. Iusta enim, ac ve-

ra, vt essent, quæ respondi, omnia, pro meis viribus elaboraui, iustitiamque semper summopere colui, nec ab ea vnquam consulto, aut sciens declinaui, antiquorum, & recentium doctorum sententias exactè vidi, & fideliter retuli, & vt plurimum sequutus fui, quandoque etiam ab eis, vt veritatem sequerer, recessi, aliorum dicta tacito authore non transcripsi, sed cuilibet honorem sibi debitum præbui. De mendis verò, ac erroribus inter imprimendum Typographorum in curia commissis, nihil ad excusationem meam dicendum statui, cum eiusmodi esse videantur, vt qui aliquem in his studijs habet vsum, eos per se nullo negotio cognoscere, ac emendare possit, quòd te quoque facturum esse sine controuersia confido.

Vale Florentiæ Die prima Octobris Anno Millesimo sexcentesimo septimo.

IL CAVALIER CVRINI
ALL' AVTORE.

Qual Oracolo, ò qual Sibilla, ò quale
Areopagita al secolo vetusto
Rispose altrui prudente insieme, & giusto
O' fù il Cretense, à te Giudice eguale?
O viua legge, al cui gran Tribunale
Astrea ritorna dal Esilio ingiusto
Pietra animata, à cui il Rege Augusto,
De Toschi, appoggia'l seggio suo Reale,
Poco dirò di te, s'io dirò come
E' l'Arno, e Flora in ogni lor' litigio
Tè Pegaseo Cauallo arbitrè fenno
Giunone appella à te dal Pastor Frigio,
Perche decisa sia con miglior senno
L'antica lite, dell' aurato pome.

L'istesso al Lettore.

Qual Corridor volante
Che dal Parnaso al Polo
Ratto salì con luminoso volo.
O' qual con l'auree piante
Eto, & Piroo van Calpestando il Cielo
Al Carro auinti del Signor di Delo.
Emulo al Monton Frisso,
Emulo all' aurea Stella,
Che da Giulio s'appella al Ciel affisso,
Vedrem Cauallo altier ne sommi seggi
Dettare à Gioue sempiterne leggi.

Il famoso destriero
Che sol volea nel Corso
Il Macedone Eroe portar sul dorso
Ceda suo pregio altiero
Al nuouo Vbino mansueto, quando
Sostien questo il gran pondo
Del Real Ferdinando,
Ch' Atlante à noi secondo
Regge dell' aurea Etruria il picciol Mondo.

Antonij Curini I.C. & Equitis Pontremulensis, atque
Rota Florentinæ pro secunda vice Auditoris.

AD CLARISSIMVM VIRVM
D. PETRVM CABALLVM,
SERENISSIMI MAGNI ETRVRIAE DVCIS
AVDITOREM, ET CONSILIARIVM,
OPERIS AVTHOREM CARMEN.

DVm dirimis lites, longis ambagibus actas,
Et reddis læso nemine cuique suum.
Abdita dum referas gemini penetralia iuris,
Et Gordios nexus soluere ritè doces.
Dum mansura paras, totum monumenta per orbem,
Quæ nulla euertent sæcula, nulla manus.
Principibus tandem carus, populisque probatus,
Dum nutu tractas seria cuncta tuo.
Continuo tacitam subit admiratio mentem
Vnum tot genijs sufficere ingenium?
Postulat hoc, mirum quid est, tua magna CABALLE
Doctrina, ingenium, fama, fides, probitas.

Eiusdem ad Eundem.

VIue diu memorande pater, vitamque perennem
Ducat inextinctum nomen vbique tuum.
Viue diu, viuant laudum monumenta tuarum
CABALLE *patrij gloria prima soli.*
Viue diu felix, etiam post funera felix,
Nam famam, nec mors, nec premet vlla dies.

LAVREN-

LAVRENTII CANOSSÆ PONTREMVLENSIS, AC ECCLESIAE PAROCHIALIS FOSDENOVI RECTORIS,

Hendecasyllabum Carmen ad Lectorem.

LEctor contineat quid hoc uolumen,
Quid responsa ferant rogas Caballi?
Quod uolumina continent librorum,
Quod iuris ueteres ferunt periti,
Iuris dum referant vias clienti
Priuatas, adimunt metum & misello;
Hoc totum retinet volumen istud,
Hoc responsa simul ferunt Caballi,
Lites tam varias docet Caballus,
Iam docto Calamo vagatur vsque.

FRANCISCO CABALLO
IVRISCONSVLTO
EXCELLENTISSIMO

Laurentius Canossa summam felicitatem.

SI legimus Romanos homines, inspectis externorum etiam simulacris, maximè excitatos fuisse ad imitanda eorum egregia facta, quonam modo existimabimus affici te Francisce Vir Excellentissime, cum non alienorum imagines, sed Parentis tui viuentis res gestas, atque adeò gloriam intueris, ac consideras? Cum enim is ea gesserit, & quotidie gerat, quæ sibi, & suis summam laudem pariant, necesse est, cum sis gloriæ auidior, te igniculis desiderij vel maximis inflammari. Maxima etenim illius iuris prudentiæ cognitio iam diu celeberrimo quodam quasi theatro est perspecta, & cognita, cum & antea, & deinceps à FERDINANDO Magno Hetruriæ Duce, rebus maximis, & iudicandis, & administrandis præpositus eum se præstitit, vt ab ipso Magno Duce gratiam iniuerit singularem, & totius Hetruriæ populorum beneuolentiam, vel maximam sibi conciliauit, quibus rebus cum antea semper, tum sic hoc potissimum tempore fruitur, vt nihil videatur præterea desiderandum. Quæ quidem etsi, vt habentur, sunt amplissima, tamen existimauit longiùs sibi progrediendum esse. Cum enim Vir ille prudentissimus videret rerum præclarè gestarum memoriam, nisi aliud extrinsecus accedat, non admodum esse diuturnam, cogitauit etiam, quanam posset ratione nominis sui famam æternam facere, & eam ingressus est viam, vt vel inuidorum iudicio id assecutus esse videatur. Nam vt tamque Iuris Ciuilis partem suis scriptis ita illustrauit, vt ex maxima in eo scribendi genere scriptorum copia plurimum iure optimo illi tribuant omnes. Declarat hoc nobilissimum illud Volumen, quod de causis criminalibus conscriptum superiori anno in lucem prodire voluit, Tanti enim illius authoritatem, & in hoc genere doctrinam faciunt, vt qui in eiusmodi litibus pertractandis versantur, nulla librorum copia sint contenti, si hunc vnum in suis desiderent Bibliothecis. Quæ singularis Parentis tui commendatio duplicabitur, cum alterum illud, quod hoc ipso tempore imprimendum curat, Volumen aperuerit; Etenim cum parem iuris cognitionem præseferat, illud præterea accedit, quòd infinitis partibus pluris omnes faciendum esse existimant. Cum enim ex eo constet plurimos de omnibus suis fortunis priuato iudicio disceptantes, reiectis suis iudicibus, ex omnibus ferè Italiæ partibus ad eum confluxisse, vt ipso Iudice, ac disceptatore controuersiæ eiusmodi transigerentur, ac deciderentur, illud etiam perspicuum est, incredibilem fuisse, atque adeò esse non modo de maxima eius in Iure ciuili peritia, sed etiam atque multò magis, de eiusdem eximia quadam probitate, integritate, atque sanctitate, omnium hominum opinionem. Sequuntur enim homines, cum suas fortunas alterius iudicio committunt, non tam Iurisconsulti singularem doctrinam,

quam

quam mirificam quandam in seruando æquo, & bono constantiam, qui nullis periculis de laudabili cursu deterreri possit, qui nullis pollicitationibus, nullis præmijs, nullis summorum virorum commendatitijs litteris alliciatur, vt neglecta veritate secundum potentiores sententiam ferat, sed cæteris omnibus contemptis in decidendo vnius rationem habeat æquitatis. Qua quidem animi firmitate, vt omnes intelligunt Patrem tuum de iure respondisse, quæ sentiret, atque adeò firma nisus authoritate, sentiret, decreuit ea ipsa responsa, quæ vos Consilia Decisiua appellatis, omnium iudicio examinanda, atque ponderanda subijcere. Quæ omnia cum pro tua prudentia tecum ipse sæpius consideres, existimo equidem, te non modo vigilantem incitari, sed etiam interdum dormientem è somno excitari, dum consideras, tibi summa ope enitendum esse, vt te tanto patre dignum agnoscant omnes, & fateantur. Quod meum de intimo animi tui sensu iudicium ita re ipsa comprobasti, vt iam nemini liceat de eo dubitare. Cum enim reiectis omnibus huius mundi illecebris, & omni voluptatum genere contempto, tanquam alter Hercules isti te vitæ dedisti, in primis laboriosæ; declarasti profectò intelligere te, quantum sustineas oneris, ac quantopere elaborare debeas, ne summæ laudes à tuo Patre collectæ oneri tibi potiùs, quam honori fuisse videantur. Itaque te ita comparas, quasi sis in hac honestissima laudis comparandæ contentione cum ipso Parente tuo certaturus. Quòd cum alij apertissimè vident, tum verò Illustrissimus Cardinalis Tuscus Cardinalis amplissimus, & toti Collegio, ac vniuerso Orbi probatissimus sæpius suo oraculo confirmauit. Cum enim ad Sanctissimi Viri honestissimum ductum monente patre tuo te applicaueris, tu quidem illius amplitudinem, quanta potes maxima prosequeris obseruantia. Ille verò vir omnino diuinus, & omni honore quamuis diuino dignissimus, te & amat, & in primis carum habet, ac dictitat illud se facere tum libenter, tum etiam necessario, quòd & Petri Caballi, & Petro Caballo, vito amplissimo, sibique Carissimo dignus sis filius. Quare non debeo te, vel satis per te incitatum mea exhortatione excitare, vel & tua spontè, & clarissimis tui Patris exemplis, quasi quibusdam facibus ad laudem, & gloriam incensum meis scriptis magis inflammare, sed meæ sunt potius partes à Deo Optimo Maximo precibus contendere, vt & tibi, & Parenti tuo concedat vitam quam maxime diuturnam, vt alter ex alterius dignitate, & gloria fructum in dies maiòrem, maioremque percipiat voluptatem, & aliquando Deo, & hominibus approbantibus eueniat, vt ipse tuus Pater omni laude, & honore cumulatus, fateatur tamen non inuitus se abs te in hoc honestissimo certamine longè superatum fuisse, quod quidem vt ex animo precor, ita opto maximè, & non sine causa admodum probabili spero. Sed minus prudenter facio, qui te litteris adeò longis obtundam. Non progredior igitur longiùs, sed dicendi finem faciens te rogo, ne graueris legere hos versus, quos in tui Parentis laudem à me pro mei ingenij imbecillitate conscriptos infrà scripsi. Vale.

Datum Fosdenoui Die tertia Octobris Anno Millesimo sexcentesimo septimo.

IN

IN CLARISSIMVM VIRVM, ET I. C. PRAESTANTISSIMVM, AC PRO SERENISSIMO MAGNO ETRVRIÆ DVCE IN VRBE,

Et toto Imperio Florentino Fiscalem Generalem,

Petrum Caballum, eiusdem Laurentij Carmen.

HVmano flecti nutu, frænoque grauatus
Æthereas veluti tentauit Pegasus oras,
Insedítque polo, monstrat quà Troius ignes,
Troius ille puer, miscens qui pocula Regi
Cælicolum summo Cæli dignatus honore est,
Fonte Caballino natus sub nomine Phœbi
Musarum auspicijs, & doctæ Palladis arte,
Eductus sic astra petit iam celsa Caballus,
Cui geminæ varijs pennis, varioque colore
Assurgunt alæ, his quando celeberrimus orbem
Lustraret magno laudum sublatus honore,
Candida quà terras Thetys circundedit vndis,
Inuidiæ victor cælo fulgebit ab alto.
Clara sui monumenta dedit, dum limite certo
Iudicibus commonstrat iter, quo incidere possint
Ex æquo, atque bono causas, quæ corda reorum
Sollicitant, culpæ metuunt si conscia pœnas.
Hæc cuncti celebrant, vtroque & pollice tollunt.
Tum verò ingenti laudes cumulantur honore.
Dum responsa viri, discors quæ Turba clientum
Concordi exquirunt voto, cum scita timentes
Iudicis ipsa sui, prudentis vota reposcunt,
Accumulant meritum plausu, magnoque Theatro:
His alis igitur suffultum, laudis & aura
Immensæ ereptum nigris è fluctibus Orci
Hæc PETRVM *cælo sacrabunt scripta* CABALLVM.

IVLIO

IVLIO CABALLO
VTR. IVR. CONSVLTISSIMO.
AC PRO SERENISSIMO MAGNO ETRVRIÆ DVCE
in ampliſſima Florentiæ Rota Auditori fideliſſimo

Laurentius Canoſſa felicitatem ſummam.

QVam multæ ſint in iuris Ciuilis ſtudio difficultates, tamque Mæandri quædam tortuoſi, vel Herculis nodi penè inexplicabiles; tu profectò noſti, qui in iſta iuris prudentiæ honorificentiſſima illa quidem, ſed tamen maximè laborioſa quaſi palæſtra ab ineunte adoleſcentia glorioſè verſatus es, & qui ſumma omnium Senenſium voluntate à FERDINANDO Magno Hetruriæ Duce, prudentiſſimo meritorum vniuſcuiuſque æſtimatore in alterum triennium prorogato tibi honore in nobiliſſima illa, & iuris peritis præſtantiſſimis vrbe maxime referta ius cum ita diceres, vt omnes in tui amorem, & admirationem allliceres, ab eodem nunquam ſatis laudato Magno Duce in ampliſſimum Florentiæ Rotæ collegium es cooptatus, & eo in munere cum te præſtas, vt cum omnes facilè intelligant, & Senis, & alibi alios abs te eſſe ſuperatos, te ipſum hoc tempore ita certare videant, vt omnium expectationem non tuearis modo, ſed etiam longè vincas, atque ſuperes. Noſti tu id inquam, aut ſi pro incredibili, ac propè diuina ingenij tui acie illud minus tibi contingit animaduertere, cæteri quidem qui in ijſdem verſantur, ne dicam conficiuntur ſtudijs, & ſentiunt, & experiuntur quotidie. Sed eſt, quod omnes, & habeant, & agant gratias Deo Optimo Maximo, qui eam in mentem impulit Patruum tuum PETRVM CABALLVM virum in iſta ſcientia prorſus diuinum, vt quæ longo ſtudio, ac maiori, quam humano ingenio, vel collegerat, vel per ſe inuenerat, vellet cum omnibus hominibus ea communicare. Quemadmodum enim Magnus ille Alexander nodum illum, vel gladio incidit, vel, vt alij ſentiunt, clauo quodam educto facillimè, ac nullo negocio diſſoluit, quam poſteriorem opinionem, vt rei, de qua agebatur maximè accommodatam ſequutus ſum in Carmine, quod impreſſum animaduerti in fronte operis circa quæ-

ſtiones

stiones criminales ab eodem Patruo tuo editi. Sed, vt Rex ille, quod in primis volebat, alterutra est assecutus ratione, ita patruus tuus omnes Iuris Ciuilis quasi nodos, vel difficultate remota explicauit, vel accerrimo suo iudicio veluti acutissimo gladio ita decidit, vt nullus penè sit iam in toto eiusmodi studio ambigendi locus; Non patiuntur præstantissimi huius nostræ memoriæ Iuris periti, quatenus ad rerum capitalium quæstiones attinet, quod à me in præsentia dicitur, de eo dubitari, dum affirmant nihil ad euellendas ex causis criminalibus difficultates excogitari posse præstantius, quam egregium illud opus, de quo paulò ante memineram, quòd & verissimo omnium iudicio comprobatur, & maximis laudibus ad Cœlum extollitur. Sentient hoc idem de altero eiusdem Caballi Patrui tui opere, quod propè diem in lucem prodibit. In eo enim altera Iuris Ciuilis pars præclarissimis illius responsis, quibus vir ille prudentissimus plurimis in causis de communi disceptantium voluntate plurimarum Italiæ Vrbium Iudicibus ordinarijs, quos ipsi litigantes sibi suspectos eiurarunt, quid iudicandum esset præscripsit, ita prorsus explicatur, & illustratur, vt longè facilior futurus sit eiusdem quasi itineris quondam tortuosi decursus. Sed iudicabunt cæteri hac de re, & de summi viri meritis, atque, vt sentio, ita iudicabunt, vt dubitandum non sit, quin hæc ipsa viri doctissimi monumenta, & ipsius, & totius familiæ nomen immortalitati sint commendatura. Ego autem, cum perspecta eius de imprimendo opere voluntate nonnulla conscripserim carmina, censui ea potissimum tibi impartienda. Cum enim Encomion quoddam in hanc eandem sententiam contextum ad Franciscum Iuris Consultum præstantissimum, eiusdemque patrui tui filium miserim, erat sanè nemo, cui potiùs, quam tibi hoc alterum carmen imbecillitatis meæ perspicuum argumentum deberi arbitrarer. Nam, cum ab illius filijs discessero, quos habet ille charissimos, & quia filij, & quia sunt se maximè digni, neminem habeo, quem potiorem illi, quam te esse, aut debere esse existimem. Tu autem hæc ita accipies carmina, vt tecum habeas, nec ab vllo præterea legi, vel inspici potius patiaris. Nec enim ea sum stultitia, vt quæ mihi authori minus satisfaciant, à cæteris illa approbatum iri confidam. Vale.

Datum Fosdenoui Die tertia Octobris Anno Millesimo sexcentesimo septimo.

DE

DE SVMMIS MERITIS CLARISSIMI VIRI, IVRISQVE CONSVLTI PRAESTANTISSIMI, AC PRO SERENISSIMO MAGNO DVCE IN VRBE,

Et toto Imperio Florentino Fiscalis Generalis.

Petri Caballi eiusdem Canossæ Carmen.

QVæ tibi pro meritis designent præmia Ciues,
Dum vario inter se læti sermone volutant,
Quod factis, scriptisque tuis ad sydera tollas
PONTREMVLI *nomen, patriam, & cælestibus æques;*
Laudes quisque tuas proprijs pro viribus effert,
Nomen quisque tuum lucentibus inserit astris.
Hic ait excisis postentur marmora scriptis
Et ciues gratos clara, & monumenta CABALLI.
Hic memorat meritos quis reddere possit honores
Magne CABALLE *tibi? meritas quis pendere laudes?*
Tu decus es nostrum, Tu nostræ gloria gentis,
Hesperiæque tuis splendorem laudibus auges.
Non opis est nostræ iustas persoluere grates;
Hæc tamen officij nostri argumenta CABALLE
Reddimus, medioque foro de marmore nostris
Montibus exciso, referat quod mille colores,
Ponemus mira constructas arte columnas,
Hæ tibi sustineant viuos imitantia vultus.
Hæra notis tituli scalptis celebrentur honorum,
Dixerat afflatus diuino numine mentem
Vir pietate grauis surgit, tum talia fatur.
Quo mortale Decus PETRO *immortale merenti?*
Et lapides duri, & formata ex æribus ora
Mortali cedunt sorti, mortalia cuncta,
Sunt hominum, quæ facta manu, inuidiosa vetustas
Hæc teret, & magnos sumptus cum nomine tollet.
Abrogat ast mortis leges, & vincula rumpit
Virtus, illa viros libitinæ subtrahit atræ,
Illa eadem PETRVM *sublimia ad astra* CABALLVM
Euexit, nomenque viri celeberrima sparsit,
Qua pia Christicolæ venerantur numina Dinum,
Dogmata Cæsarij Iuris sic cuncta resoluit,
Decidit, sic cuncta docet, sic lecta probantur
Scripta viri, expleri nequeant, vt corda legendo.
Immortale viri nomen memorabitur omni
Sæclorum serie, & cunctis celebrabitur annis.

Donec erunt, qui sacra ferant, qui scita Parentis
Cælestis seruent: nobis quæ tradidit olim,
Demissus cælo mortem, qui morte repressit.
Quid prodest igitur faculas adiungere soli?
Mitte superuacuos æris iam marmore vultus.
Seque, suosque satis commendat gloria PETRI,
Ausoniamque satis commendat fama CABALLI.
Hæc ille. Hæc omnes concordi voce probarunt.

AD FERDINANDVM CABALLVM EXIMIA SPE, SVMMAE VIRTVTIS PVERVM, AVCTORISQVE FILIVM,

Hieronymi Canossæ Pontremulensis Carmen.

FERDINANDE *Tui spectas dum facta Parentis*
In puero existunt sensa pudica viri.
Immemor ætatis ludum, & puerilia damnas,
Ac sequeris studium nocte, dieque libens.
Pullum sic Aquilæ primis à mensibus vrget,
Maternusque mouet pectora celsa vigor.
Emicat è nido validus, tum nubila tranat,
Mox lepores fertur non piger in celeres.
Sic tenero Catulus meditatur ab vngue Leonis
Toruus in obstantes prælia sæua feras.
Balantum fœtus lacerat iam dente feroci,
Grandior hinc pecudum sæuit in omne genus.
Scilicet est sanctum naturæ legibus almæ
Partum sectentur femina quæque suum.
Gestis si rebus Genitor cælestia tentat,
Quo te, iam reputas, fama paterna vocet.
Ille suis scriptis ornat si dogmata legum,
Diuinum exornant si sua scripta virum;
Iam geris ante annos animum, curamque virilem,
Ne te dissimilem comprobet vlla dies.
Cum tales vigeant puerili in pectore curæ.
Iam patris, & studeas splendida facta sequi,
Quantus eris, firmata virum cum fecerit ætas?
Te laudes quantæ? gloria quanta manet?
Perge igitur generose puer, quò ducit honorum
Cursus, quo magnæ stemmata clara domus.
Perge puer, generose tibi, iam plectra paramus,
Laudes queis liceat concelebrare tuas.

INDEX ARGVMENTORVM OMNIVM AD CONSILIA DECISIVA CAVSARVM CIVILIVM

D. Petri Caballi in hoc Volumine contenta,

Vt quid in singulis discutiatur, illicò Lectori occurrat.

Consi-

Ad singula Consilia.

Index Argumentorum

Consi-

Ad singula Consilia.

Consi-

Ad singula Consilia.

Consi-

Index Argumentorum

Consi-

Ad singula Consilia.

Consilium Centesimum trigesimum quartum.

Caducitas quando ipso iure incurritur, & quando non, & Mora ob canonem non solutum qualiser, & quando purgari possit, & quando tempus sit declarandi caducitatem, pulchrè explicatur. 129

Consilium Centesimum trigesimum quintum.

Proxeneta, Mediator, & huiusmodi an sint testes idonei, & an dictum vnius Testis minus idonei suppleatur per dictum alterius Testis idonei, & quando Testes sunt hincinde pares, quibus magis credendum sit. 131

Consilium Centesimum trigesimum sextum.

Positi in conditione, an, & quando censeantur vocati, & an fideicommissum conditionale ante conditionis euentum transmittatur, & quando ius repræsentationis locum habeat. 132

Consilium Centesimum trigesimum septimum.

His verbis Testator legauit victum, & vestitum vxori suæ, commorando, & habitando in domo ipsius Testatoris, & vitam vidualem, & honestam seruando, & non stando, neque habitandu in dicta domo ei reliquii ducentum.

An hoc legatum sit conditionale, vel modale, & an secundum succedai loco primi non obseruati, & de cautione Muiiana præstanda. 135

Consilium Centesimum trigesimum octauum.

De vno ex pluribus debitoribus, vel fideiussoribus in solidum obligatis solidum soluente creditori, & quomodo possit à Correo, vel confideiussore repetere, quòd pro parte ad eum spectante soluit, et tam cessione à creditore impetrata, quam non impetrata, & quo tépore dicta cessio fieri debeat, vt valeat, & quid sit in extraneo pro debitore soluente, & cessionem à creditore non habente. 137

Consilium Centesimum trigesimum nonum.

Quòd obligatio facta per mulierem sine solemnitatibus à statuto requisitis est nulla ipso iure, etiam quod statutum illam expressè non annullet, ita vt nec naturaliter ipsa mulier obligetur,

Et quòd tali obligationi accedere non potest fideiussor, vel si accedere potest secundum quorundam opinionem, non tamen habet regressum contra dictam mulierem,

Et quòd maritus non tenetur pro debito vxoris, nec ex eius contractu conueniri potest. 138

Consilium Centesimum quadragesimum.

Quòd stante statuto exclusiuo filiarum à successione paterna ab intestato extante masculo, filiæ feminæ in discernenda legitima non computantur in numero filiorum, sed ratio tantú habetur numeri masculorum, ac si fœmineæ essent in rerum natura, Et quòd tunc dotes fœminarum tanquam æs alienum de toto patrimonio detrahuntur, & de residuo legitima in tertia, vel dimidia parte secúdum numerum masculorú deducitur, Quod hæres grauatus onere fideicommissi deducit ex hæreditate debita Testatoris de proprio soluta creditoribus hæreditarijs, Quodq; alienata pro satisfactione dictorum debitorum hæreditariorum sibi non imputat in legitimam, & Trebellianicam, alienata autem voluntariè secus, sicut, & dissipata, & mobilia quæcunque consumpta. Quod alienata cum pacto redimendi intra certum tempus à Testatore, vel hærede pro ære alieno hæreditario, & mox re-empta de corpore hæreditatis censenda sunt, & fideicommissario restituenda, pretio tamen hæredi de proprio redimendi restituto. Quodque in discernenda legitima attenditur tempus mortis Testatoris, & secundum illud bona, & eorum valor consideratur, nec ratio habetur alicuius augumenti, vel diminutionis ex tempore, vel aliter. 139

Consilium Centesimum quadragesimum primum.

Quòd libris Confraternitatis Disciplinatorum standum est contra ipsam Confraternitatem de pretio recepto ab emptore eius bonorum, quodq; dictus emptor agens ad consequutionem rei emptæ, vel ad pretij pro ea exbursati recuperationem, non tenetur probare illud fuisse versum in vtilitatem dictæ societatis, & quòd quando teneretur, id ex coniecturis, & præsumptionibus probare posset. 141

Consilium Centesimum quadragesimum secundum.

An, & quando donatio inter viuos indigens insinuatione ex diuturnitate téporis præsumatur insinuata, maximè donatore modico tépore superuiuéte. Et an facta donatione per patrem filijs masculis eorum vita durante, & postea ipsorum descendentibus masculis in perpetuum, cum clausula constituti, & pacti executiui, promissione de non contrauenïedo, obligatione bonorum pro obseruatione, & alijs clausulis consuetis, facta alienatione per aliquos ex donatarijs, liceat alijs sequentibus donatarijs agere hypothecaria actione contra tertios possessores bonorum donatorum ad consequendum eorum interesse, seu pretium dictorum bonorum, In quorum duorum articulorum discussione, multa eleganter, & subtiliter tradita reperiuntur. 141

Consilium Centesimum quadragesimum tertium.

Si Testator instituit hæredes filios masculos, & inter eos, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales reciprocum facit fideicommissum, vbi aliquis sine filijs masculis decederet disponendo fœminas, quæ ex ipsis remanerent cógruè dotari, An fœmina vnius ex filijs habens ex persona patris grauatu legitimam, & Trebellianicam in bonis Testatoris tanquam hæres dicti eius patris grauati, adueniente casu restitutionis fideicommissi, debeat sibi imputare dotes relictas in dictam portionem legitimæ, & Trebellianicæ, an verò possit eas consequi in bonis fideicommisso subiectis, detracta dicta portione legitimæ, & Trebellianicæ. Et an, & quando dos relicta per Auum Nepti, dicatur relicta contemplatione filij, vel Neptis. 152

Consilium Centesimum quadragesimum quartum.

Amplissima disceptatio in materia decisionis contractus ex remedio l. 2. C. de rescindend. vénd. & nullitatis tam ex læsione enormissima, quam ex omissione solemnitatum in alienatione stabilium minoris requisitarum.

De ratificatione exinde secuta expressè, vel tacitè verbis, facto, aut cursu temporis, præscriptionibus, probationibus, melioramentis, & alijs in hac materia occurrentibus. 155

Consilium Centesimum quadragesimum sextum.

De statuto Florentino lib. 2. Rubr. 129. qualites succedatur in dote vxoris præmortuæ, prohibente mulierem disponere de dote in præiudicium filiorum, quod non habeat locum in vidua de dote sua disponente. 172

Consilium Centesimum quadragesimum septimum.

Quod cótignatione dotis Nurus facta per patrem filio in potestate seorsum ab eo habitare volenti sine vxoris consensu in bonis stabilibus, & mortuo postea filio, & dote per dictum patrem in pecunia Nurui restituta, si defuncto exinde patre, hæres filij, cui bona consignata sunt velit bona prædicta consequi, tenetur quantitatem dotis Nurui restitutam exbursare, & fructus bonorum cum interesse pecuniæ compensare, siue pater ex consignatione illa donum fuerit liberatus ab obligatione, restituendæ dotis Nurui, siue non. 179

Consilium Centesimum quadragesimum octauum.

Quòd remedium c. redintegranda, 3. q. 1. nó competit

cadenti

Ad singula Consilia.

tum, cum & tunc filia vnius ex talibus socijs non de cōmuni, sed de proprio à patre dotanda sit, & an alij fratres oblata tota dotis summa, pro qua in solutū data est facta, possint rē integram retrahere, sicut vnus ex pluribus vēditoribus cū pacto eedimēdi, potest integro pretio emptori oblato rē totam redimere, Et de intelligētia statuti in materia retractus ad fauorē consanguin. & proximiorū circa rei pretiū, si nihil de eo dicat, & an de cōuento, an de iusto, & cōmuni, an verò & de inuento à quocunq; quāuis iustū excedat. 197

Consilium Centesimum Sexagesimum.

Quod habens pensionem super redditibus beneficij Ecclesiastici soluendam in certis terminis, si dece lat ante quam veniens dies solutionis nihil transmittit ad hæredes, sed totum pertinet ad beneficiarium, nec inter ipsum, & dictos hæredes pensionarij fit diuisio ad ratam anni prout aliqui putarunt. 198

Consilium Centesimum sexagesimum primum.

An statutum loquens de fideiussoribus, maximè in correctorijs iuris communis, procedat in pluribus reis debendi principaliter; & in solidum obligatis ad aliquid, qui inter se ipsos dicuntur fideiubere, et an statutum Florentinum lib. 2. rub. 33. de repetit. debit. solut tribuens hypothecam fideiussori contra bona debitoris principalis procedat in socijs, eisdemq; correis debendi, vt vnus pro repetitione soluti creditoribus habeat hypothecata bona alterius vigore dicti statuti, vbi deciditur pro parte negatiua pluribus rationibus, & authoritatibus non spernendis. 200

Consilium Centesimum sexagesimum secundum.

Quod per Statuta generalia in materia Cessanoū. & decoctorum determinātia, quod syndici, & deputati creditorum vendāt bona stabilia dictorum cessantiū ad publicum incantum, & ea plus offerentibus concedant, & liberent, non intelligitur derogatum iuribus consortium, & confinantium cōprehensorum in alio statuto speciali sub Rubr. de prohibit. alienat. rei itte-quis. consort. adeò quod qui habet beneficium huius statuti, possit impedire venditionem ad publicum incantum propositam ex ordine syndicorum prædictorum, & omnibus præferatur, & admitti debeat ad emptionem rei iuxta formā dicti statuti specialis de vendendo cōsorti, seu vicino, vbi multa deducūtur in materia cōtrarietatis plurium statutorū in eodem volumine positorū, & eorum interpretationis, & cōciliationis, & etiam data incōpatibilitate prælationis. 205

Consilium Centesimum sexagesimum tertium.

De interpretatione statuti Ciuitatis Pistorij lib. 2. Rub. 98. circa id, quod filijs naturalibus, vel spurijs relinqui possit extante legitima prole, vel alijs personis in eo statuto nominatis. De legitimatione in amplissima forma filij naturalis, vel spurij, non extante legitima sobole instante patre facta per Principem cum clausula, absque tamen vllo legitimorum, & naturalium filiorum, & descendentium ipsius patris instantis præiudicio, si quos vllo vnquam tempore suscipere contingat, De effectu talis clausulæ, tàm ex testamento, quàm ab intestato ad fauorem legitimorū, & naturalium, & an ex testamento legitimatus possit capere vltra portionem à Iure communi, vel municipali concessam, & vbi non possit, an relictum sustineatur in portione permissa, & ad quem id, quod superest, pertineat, & quo iure id consequi possit. Et an legitimatio facta de filio natutali, vel spurio de ordine patris post eius mortem retrotrahatur ad præiudicium agnatorum, qui eius hæreditatem ab intestato acquisiuerunt; An talis legitimatus facto testamento per patrem rumpat illud, & an possit pater legitimare filium naturalem, vel spurium cum hoc, quod in certa tantum parte, vel in eo tantum, quod sibi placuerit, ei succedat, & nihil vlterius prætendere possit, & de alijs in hac materia. 208

Consilium Centesimum sexagesimum quartum.

An substitutio facta per testatorem de aliquo in casu filiorum nasciturorum ex ipso testatore, & ex eius legitima vxore, & postea decedentium sine filijs, verificata dicatur, si nulli nascantur filij, ita vt illis non natis substitutus admittatur, ac si nati fuissent, & postea sine filijs decessissent. Qualis sit talis substitutio, & an in vno casu facta ad alium trahatur, & num quando plures sunt substitutiones, locus sit vltimæ, deficiente media. 213

Consilium Centesimum sexagesimum quintum.

Latissima disputatio, an concessio in Emphyteosin facta per priuatum priuato de quibusdam bonis stabilibus ad lineam masculinam, & fœmininam conductoris in perpetuum pro certo annuo affictu cum expressione primo loco bonorum locatorum, secundo mensuræ eorum, & postremò confinium, dicatur facta ad mensuram, an verò ad corpus, & quid intersit, an vno, an verò altero modo facta censeatur, & num si ad corpus locatio celebrata iudicabitur, prout iuribus, rationibus, & authoritatibus firmantr, maiori, ant minori reperta mensura, quàm enunciatum in instrumento fuerit, liceat locatori, si maior sit, agere contrà conductorem, vt affictum augeat, si verò minor, conductori, contra locatorem, vt conuentum affictum minuat; In qua re, si maior fit mensura, id totum conductoris lucro cedere absque aliquo augmento canonis annui, deciditur: contra verò si minor sit, id in damnum locatoris tendere, eumq; propterea canonem pro rata deficientis mensuræ diminuere debere, quod & in venditionibus, & similibus contractibus procedere dicitur, & cur diuersum, & non idem in augmento, quod in diminutione statuatur, optimè demōstratur, totaque hęc materia clarè, & distinctè tractatur. 215

Consilium Centesimum sexagesimum sextum.

Quod si impugnans contractum à se factum sub prætextu non interuenientis proximiorum coniunctorū à statuto requisiti, tenetur probare tempore cōtractus extitisse in loco proximiores, qui interuenire potuissent, & quod hi habiles, & idonei ad interueniendū fuissent, alioquin obtinere non potest, quod iuribus, & authoritatibus probatur; Item qnomodo, & qualiter probanda sit agnatio, seu cognatio, vel affinitas, & parentela. 217

Consilium Centesimum sexagesimum septimum.

De appellatione coram honestis personis interponēda, & qualiter, & quando sic interponi possit, & valida censeatur; De interpretatione Sacrosancti Concilij Tridentini sess. 13. cap. 2. de Reformat. circà commissionem causarum appellationis à sententijs in criminalibus latis per Episcopos, vel eorum Vicarios generales alijs Episcopis, vel eorum Vicarijs generalibus, non autem inferioribus, & an talis commissio fieri possit Auditoribus Nuntiorum Apostolicorum, nūve hi dicantur inferiores Vicatijs generalibus Episcoporum, De declaratione iuris antiqui ab habente authoritatem facta, quod trahatur etiam ad casus præteritos, & de validitate actorum, & sententiarum ex consuetudine, vel communi errore, & ne multi alij similes actus irritentur, non obstante defectu Potestatis, & quando, & quomodo id procedat, & de pluribus alijs in hac materia. 218

Consilium Centesimum sexagesimum octauum.

Quod donatio facta absenti, non interueniente nuntio, vel Epistola, & nemine pro eo acceptante, nulla est, maximè aitem non habita eius notitia per donatarium in vita donatoris, sed solum post eius mortem accidentaliter, itā vt nec tunc quidquam operetur ipsius donatarij consensus, præter quàm in causa dotis, & quid quando Notarius pro donatario stipulatus est, an scilicet hōc casu mortuo donatore donatarius ratifi-

Finis Indicis Argumentorum.

CONSILIA DECISIVA IN CIVILIBVS CAVSIS,

IVDICIBVS DIVERSORVM

Italiæ Tribunalium reddita

PER DOMINVM PETRVM CABALLVM

I. C. PONTREMVLENSEM.

PRO SERENISSIMO MAGNO DVCE AETRVRIAE

Uniuersarum Militarium legionum Auditorem.

Ac Sacræ Religionis Equitum Diui Stephani Præsidentem.

NECNON EIVSDEM SERENISSIMI PRINCIPIS

In Signatura libellorum supplicum gratiæ,& Iustitiæ Consiliarium.

EPITOME

An conditio viduitatis apposita in legato facto per vxorem marito obseruanda sit, quemadmodum seruanda est, apposita relicto facto per virum vxori: an vero ea reiecta legatum debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum ab vxore viro, si in viduitate staret, non aliter debetur, quam si is conditioni pareat.*

2 *Authent. Cui relictum, C. de Indict. Viduit. tollend. de conditione viduitatis obseruanda, habet locum in fœmina tantum, non autem in masculo secundum Paul. de Cast.*

3 *Contrarium tamen verius est, quod imo & in masculo procedit, quod rationibus, & præstantissimorum, authorum testimonio probatur.*

CONSILIVM. I.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DVm quæreretur, an sicut legatum factũ per virum vxori, si vitam vidualem seruaret, non aliter debetur, quam si conditio adimpleatur, per text. in authent. cui relictum, C. de indicta viduit. tollend. & in corpore, vnde sumitur, ita & legatum ab vxore viro factum, si in viduitate staret, & ad alias non transiret nuptias, non debeatur, nisi per eum conditioni pareatur. Consultus ab Illustribus Dominis Marchionibus Mulatij de Malespinis, quid de iure dicendum esset. Respondi pronuntiandum, conditionem esse seruandam, aliasque non deberi legatum; 1 † quia licet Paul. de Castr. in l. fina. columna vlti-

A ma,

ma,nu mero quinto.verſ.vltimo quæritur C. de indict. viduitat. tollend. dixerit, 2 † quod dicta Authent. cui relictum, per quam dicta conditio non reijcitur, ſed obſeruati mandatur, habeat locum in legato facto a marito vxori, prout ille textus loquitur, non autem è contra in legato facto ab vxore marito, ex quo magis conuenit mulieri viduæ ſe abſtinere a ſecundis nuptijs, quam viro; & plus facit contra bonos mores, mulier ſecundas nuptias contrahendo, quam vir, qui cum honeſtate non poteſt vacare negocijs domeſticis domus, & habet quodammodo neceſſe ducere ſecundam vxorem, quod non eſt in muliere, vt experientia docet, tamen dicta 3 opinio Caſtrenſ. non † eſt vera, & de illa valde dubitat. & bene Pich. in repet. l. Titia cum teſtamento, §. Titia cum nuberet numero 166. ff. De legat. ſecundo, vbi etiam reſpondet rationibus Caſtre. contra quem expreſſe tenet Ioan. de Gatronib. in Rubr. C. de ſecundis nuptijs, columna ſexta, numero decimonono, verſ. noua pœna & iterum columna ſeptima, numero 21. ver. quod etiam puto, vbi inquit, quod cōtra eum communiter tenetur. & contra eundem Caſtrenſ. ſentit Iaſ. in dicta Authentic. cui relictum, in fine, dum ait, eum moueri fragili ratione. Corne. etiam in d. l. fina. columna prima, numero tertio, verſ. & ex his videtur: Inquit opinionem Caſtrenſ. non eſſe tutam; & contrarium tenere Gloſ. prout vere tenet, in dicta authe. cui relictum, in verbo coniuge, & in verbo deficiat, & ita etiam ſentire Bald. in ipſa l. fina. dum loquitur de celibatu relato ad mares, & ita ibidem ſimiliter tenere videtur Salycet. numero ſecundo, verſic. quæro, quid ſi relictum eſſet viro, qui loquitur de relicto facto mulieri, vel viro ſub conditione, ſi in viduitate, vel celibatu permanſerit, hodie non reijcieda: Eamdem Caſtr. opinionem nouiſſime impugnat Pinel. in l. quarta, numero 17. verſ. ex qua differentia, C. de bonis matern. & videtur eſſe contra text. clarum, & expreſſum in § quæ vero nunc ſequitur, verſ. vnde ſancimus, in authent. de nuptijs, & ibi etiam Gloſ. in verbo maritum, & in verbo, idem nanque hoc apertiſſime tradit, & ibidem hoc ſentiunt Doctores in ſummario illius textus, ex quo ſumpta eſt dicta authent. cui relictum, cuius verba non magis loquuntur in fœmina, quam in maſculo, & ita firmiter tenendum cenſui ex prædictis, omittendo plura alia, quæ colligi poſſunt ex traditis per Doctores in locis præcitatis. Et ſecundum præſentem relationem inueni multos poſt annos tenuiſſe, & iudicaſſe cō ſilium Neapolitanum vt refert Vincē. de Franc. deciſ. 174. dū vxor, per totam in 1. parte; vbi etiam alias rationes pro hac opinione adducit, quæ videri poſſunt. Anno 1571. Pontremuli.

EPITOME.

Quod mulier mortuo viro in paupertate, obligans ſe ſoluere creditoribus ipſius viri pro exoneratione illius conſcientiæ, non iuuatur beneficio Velleiani, maxime ſi debita per virum fuerunt contracta pro alimentanda familia.

SVMMARIVM.

1 *Mulier obligationem alienam ſuſcipiens, vel in ſe transferens beneficio Velleiani iuuatur.*

2 *Mulier mortuo viro inopc promittens ſatisfacere illius creditoribus, non iuuatur Velleiano, & infra.*

Mulier intercedens pro pia cauſa, vel pro dote, aut libertate non iuuatur Velleiano, ibidem.

3 *Mulier dicitur intercedere pro pia cauſa, quando ſe obligat ad debita uiri defuncti pro exonerationc illius conſcientiæ.*

4 *Defunctorum animæ ſubleuantur ex ſolutione eorum æris alieni.*

5 *Diſpoſitio facta ad fauorem coniunctorum, & conſanguineorum pauperum pro anima ad piā cauſam facta dicitur.*

6 *Mulier conſtante matrimonio pro liberatione mariti captiui poteſt dotem ſuam alienare.*

7 *Et multo magis pro exoneratione eius animæ, cæteris omnibus alijs rebus antcponendæ.*

8 *Mulier tenetur pro debito viri contracto pro rebus neceſſarijs ad ſuſtentationem familiæ, cum & ipſa ex illis vixerit, & infra.*

9 *Filius tenetur ad debita patris contracta pro eo alendo, ſi pater ea ſoluere ob inopiam non poteſt.*

10 *Mutuum factum tempore careſtiæ patri inopi præſumitur verſum in alimentis ſuis, & familiæ.*

11 *Mulieri ob proprium debitum potius, quam ob alienum ſe obliganti non ſuccurritur beneficio Velleiani.*

12 *Mulier propter egeſtatem, & ſubſtentationem propriam & viri, & familiæ poteſt conſtante matrimonio dotem exigere, & alienare.*

CON-

CONSILIVM II.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Dubitandum non videtur, quin mulier aliquam obligationem suscipiens, vel in se transferens, beneficio Senatusconsulti Velleiani iuuetur, ex eoque ab obligatione liberetur, l. prima in principio, & l. si mulier alienam, C. ad Senatusconsult. Velleian. quod tamen cessare arbitratus fui in causa mihi ad consulendum de iure commissa per illustrem D. Marchionem Potenzanæ, nam cum mulier mortuo viro promiserit eius creditori satisfacere de debito infra certum tempus, & pro eo se per publicum instrumentum, licet non iuratum, validum tamen, obligauerit, & in tempore conuento promissa non adimpleuerit, vtique ad ea obseruanda conueniri, & condennari potuit. Exceptione dicti Se-
2 natusconsulti † non obstante, quæ ei prodesse non debuit, quoniam exceptio prædicta non procedit, quando mulier intercessit pro causa pia, vt sunt textus loquentes in dote, & in libertate, in l. si dotare, in l. penultima, & in l. fina. C. ad Senatusconf. Velleian. per quæ iura ita in terminis nostris tradunt Roman. in repet. Authent. similiter, columna quarta, numero vigesimo, versic. tertio quod mulier, C. ad leg. Falcid. & in l. sciendum, numero trigesimo, in fine, vers. & si dicis, ff. de verborum obligatio. Sozin. reg. 310. in verbo priuilegium piæ causæ in tertio priuileg. Calcan. consilio 13. columna secunda, sub numero quarto, vers. prima quia videtur, & Tiraquell. in tractat. de priuileg. piæ caus. priuileg. 113. Pro pia autem causa dicitur in-
3 tercessisse mulier, ex quo ad debitum viri se obligauit expresse pro exoneratione cõscientiæ defuncti, cuius animam ex debitorum solutione subleuari constat, vt est
4 text. in authent. vt cum de appellation. cognoscit. in §. si vnum de prædictis, in versi. occasionem autem, in illis verbis, & ipsorum quoque animæ ex hac causa pijssima subleuentur: & tradunt Roman. in d. repetit. authent. similiter, in principio, numero secundo. Sozin. d. reg. 310. & latè Tiraqu. alios referens in d. tractat. de priuileg. piæ causæ in præfation. in vers. Item relictum pro anima, quibus nunc addo Vincentius de Franchis: Decisio. Neapol. 237. mulier, per totam in secunda parte, qui quæstionem bene in terminis ponet, & vt supra decidit eodem vtens fundamento. Quod indubitanter in hoc casu procedit, cum vi-
5 rum debitorem sine facultatib. decessisse, & creditorem sine hac mulieris obligatione suum consequi non posse, vel saltem sine maxima difficultate appareat, quo casu propter paupertatem omnes admittũt disp. situm pro anima etiam erga coniunctos, & consanguineos ad piam causam factum censeri, vt per Roman. in d. Authen. similiter, numero tertio, vers. sed circa istud, & latius per Tiraquell. in dicta præfatione post locum proxime citatum, versic.
6 quod adeo verum est. Alio vtitur Vincentius de Franchis argumento, de quo ego non loquebar, videlicet quod si mulieri licet pro deliberatione mariti eo viuente, & matrimonio constante dotem suam alienare, l. quamuis, cum l. sequen. ff. soluto matrimonio, multo magis licere debet mortuo marito, quo tempore nullus cadit metus, & omnis reuerentia cessat, pro exo-
7 neratione animæ, quæ omnibus rebus prætiosior est, & anteponenda, l. sancimus, in fine, C. de Sacrosanctis Ecclesijs. Addebam, quod quando, quæ dicta sunt circa meum primum fundamentum, aliquam paterentur difficultatem: conclusio tamẽ ex alio procedebat, quia constabat debi-
8 tum fuisse contractum per virum, pro tritico, vino, & alijs rebus habitis pro sustentatione, & victu familiæ, ad quod propterea dicta mulier tenebatur, cum & ipsa ex illis vixerit, argumento eorum, quæ dixit Barto. de filio in huiusmodi casu obligato
9 ad debita per patrem pro eo alendo contracta, etiam quod eius non sit hæres, si pater ipse non sit soluendo, in l. his soli, in fine, numero tertio. ff. de condition. indebiti, quem sequuti sunt Roman. singul. 210 Pater erat pauper, Cremens. singul. 36. tu mutuasti pecuniam pauperi. Et Cæpol. caut. 246. quid si pater. Et dicit Barto. in l. fina. C. ad Senatusconsult. Macedon. in
10 principio, numero tertio, & in §. fin. autem miles, numero septimo, octauo, quod mutuum factum tempore carestitiæ patri inopi, præsumitur versum in alimentis suis, & familiæ, quæ propterea ad restitutionem tenetur, sequitur Apostilla ad Cæpol. d. caut. 246. in addit. sub littera A. Vn-

de mulieri prædictæ veluti potius ad proprium, quam ad alienum debitum obligatæ beneficio Velleiani Senatusconsulti 11 non succurritur, l. frustra, C. ad Velleian. & ibi scribentes, facit d. l. quamuis, ff. soluto matrimonio, & l. mutus, §. primo, ff. de 12 iure dotium, in quibus dicitur, quod propter egestatem, & substentationem propriam viri, & familiæ potest constante matrimonio mulier dotem exigere, & alienate. Anno 1571. Pontremuli.

EPITOME.

De Domino prædij præferendo in emptione, quam colonus partiarius vult facere de sua portione fructuum in dicto prædio recollectorum, omnibus alijs emere volentibus, dummodo tamen iustum offerat pretium.

SVMMARIVM.

1 *Colonus Partiarius prædij volens vendere suam portionem fructuum, debet præferre dominum talis prædij cuicunque emere volenti pro iusto tamen pretio.*

2 *Dominus agri habet affectionem ad fructus in eo natos, cuius ratione in parte ad colonum spectante, quæ sit vendenda, alijs.*

3 *Et sufficit, quod iustum velit dominus dare pretium, etiam quod alius plus offerat ad illum excludendum.*

CONSILIVM III.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Dubitatur in causa vertente coram D. Potestate, Calesæ, An dominus prædij possit cogere colonum partiarium volentē vendere, vt sibi iusto prætio vendat, portionem vini recollecti in dicto prædio tangentem ipsi colono, & sic medietatem ad ipsum spectantem pro portione colonica, an vero colonus possit alteri, & cui velit vendere excluso ipsius prædij domino. Et requisitus a dicto Domino Potestate, vt quid de iure iudicandum sibi esset, dicerem. Existimaui eius partes esse in pronuntiando ad fauorem Domini præ-1 dij: quoniam colonus volens vendere fructus agri, quamuis illi sui sint, debet præferre dominum ipsius agri cuicunque emere volenti, si tamen iustum pretium dare velit, vt in terminis tradit Barto. in l. prima, in vltimo not. numero tertio. C. de metallis, & metallar. libro vndecimo, per illum text. Et idem vult ibidem Angel. in principio, quam decisionem sequuti fuerunt Roman. consilio vigesimo secundo, numero quinto, vers. tertio, hoc idem probatur, in l. secunda, numero septimo, vers. secundus, si velim, ff. soluto matrimonio, & in l. cotem ferro, §. eam rem, numero tertio, ff. de publican. & vectig. Laurent. Calcan. consilio octauo, numero 35. post vers. quia postquam Iacobellus, Rum. consilio 152. numero sexto, & consilio 161. sub numero trigesimo, libro primo. Ripa in tractat. de peste, titul. de remed. præseruat. contra pestem, in principio, numero 260. Felin. in cap. primo, sub numero secundo, extra de Iudæis, & Saracen. Iason in l. fina. numero vndecimo. C. de iure emphyteot. Boer. Decisio. 107. numero secundo. Tiraquell. de retract. lignagier. §. primo. Glos. 18. sub num. 2. post vers. hucque etiam pertinet. Afflict. in præludijs constitution. regni in tertia quæstio. ad finem, sub numero duodecimo, vers. quarto fallit. Et Didac. Couar. postea visus, libro tertio, variorum resolutio. capit. decimoquarto, sub numero sexto, post versic. ab eiusdem inopia publicæ causa, qui de communi Doctorum opinione testatur, quamuis non omnes supra citatos referat, sed plurimos ex illis omittat, quibus nunc addo Surd. consilio 205. numero primo, & 2 sequen. libro primo. Huius autem rei rationem esse dicit Calcan. loco citato, quia cum fructus nati sint in solo Domini per colonum laborato, ad eos habet dominus affectionem, quæ iusta causa est, vt omnibus alijs in eorum emptione præferatur, dummodo tamē iustum offerat pretium, vt ipsemet Calcan. ait, & dictum est supra ex aliorum omnium mente, ita vt, si qui plus dare vellet, reperiretur, non tamen repellendus esset Dominus, quia sufficit, 3 quod iustum pretium offerat, licet alius animose maiorem faceret oblationem, quæ attendenda non est, vt punctualiter tradit

tradit Tiraquel. in dicto versic. hucque etiam pertinet, qui pluta ad hoc allegat, quæ videri possunt. Surd. d. consi. 205. nume. 7. & 8. versic. imo videtur, & puto hoc esse vetum, quamuis nonnulli ex præcitatis doctoribus loquantur de præferendo ipsò Domino alijs pro æquale precio, & id expresse firmat Surd. vbi supra nume. 29. & seq. versic. quòd verò: nec aliter disputo, quia ad præsentem inspectionem principaliter non pertinet. Anno 1571. Pontremuli, &c.

EPITOME.

DE sententia lata contra mortuum, vel pro mortuo, qui non habebat Procuratorem, quod sit nulla, & inualida, etiam quod tempore latæ sententiæ mors illius ignoraretur, & ab aliquo, iam mortuus defenderetur, & quid respectu viuentis cum ipso defuncto litis illius consortis.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra mortuum, & in eius personam concepta est nulla, & infra.*

2 *Iudicium ex tribus constat personis scilicet Actore, Reo, & Iudice.*

3 *In Iudicio quasi contrahitur.*

4 *Sententia lata contra mortuum non valet, etiam si quis iam mortuum cepisset defendere.*

5 *Sententia lata contra mortuum inualida est, etiam si ignoretur mortuus.*

6 *Sententia lata in fauorem mortui, & in eius personam concepta est nulla.*

7 *Actor mortuo Reo pendente processu, quid facere debeat ad continuandum legitimo processum, & ad faciendum validam super eo ferri sententiam.*

Instantia cepta cum defuncto transit in hæredem, & quomodo, & quando hoc procedat. ibidem.

8 *Sententia lata contra mortuum, & in eius personam concepta nulla est, etiam respectu viuentis litis consortis, si sententia vnicum tantum caput continet.*

Sententia vnicum tantum caput continens non potest pro parte valere, & pro parte non. Ibidem.

9 *Sententia vbi est nulla potest per principem, vel Senatum, aut alium superiorem mandari, ut ex eisdem actis procedatur ad expeditionem causæ in meritis.*

CONSILIVM IIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SENTENTIAM contra reum conuentum iam mortuum latam, & in eius personam conceptam, nullam, & inualidam esse declarandum retuli Illustri D. Marchioni Licianæ, quoniam de (1) hoc est text. clarus in leg. in summa. §. fin. ff. De re Iudicat. & in leg. penul. ff. quæ sent. sine appellatio. rescind. Angel. consil. 223. pro decisione sub nume. 2. & Vant. alios referens in tracta. de nullit. tit. de nullit. ex defectu Iurisdiction. nume. 106. versic. vel pone quod sententia; Cum enim iudicium ex tribus constet personis scilicet (2) Actore, Reo, & Iudice cap. forus, extra de verbor. significatio. si reus mortuus est, iudicium defecit, & proinde sententia super eo lata subsistere non potest, vt in indiuiduo dicit Angel. consi. 334. mandatum collatum post mortem in fine sub num. 5. versic. super eo, vltra quod cum in iudicijs quasi contrahatur leg. 3. §. Idem scribit. ff. (3) De peculio, & deficiat vna ex personis, cum quibus induceretur quasi contractus, videtur & ipsum iudicium deficere, ideoque & sententiam in eo latam corruere, vt punctualiter considerat Alberic. de Rosat. in d. l. penult. quæ sent. sine appellat. rescind. nu. primo. in fin. versic. & ratio diuersitatis est, quod procedit, etiam si talis (4) mortuus, ab aliquo defenderetur, vt dicit Glos. in d. l. penult. eam tamen intelligendo, vt Alber. intelligit in princip. & post eum Castrens. sub num. 2. scilicet quando quis iam mortuum cepisset defendere, (5) & etiam si ignoretur mortuus secundum Deci. in l. eius qui in prouincia. §. quod si stipulatus in primo notab. ff. si cert. petat. & ibidem Castr. nu. 17. & in d. l. penult. in

finalibus verbis, & alios quos refert, & sequitur Vant. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iurisdiction. nume. 106. versic. vel pone; & quod plus est, etiam si sententia in eius fauorem esset lata, vt in dicta l. pe-
6 nult. sentit Gloss. quam ibi sequuntur Alberic. in prin. & num. 1. Castrens. sub nu. 2. Bart. & Angel. in d. l. in summa d. §. fin. vterque in principio, Castrens. in d. l. eius qui in Prouincia, §. quod si stipulatus lecto cum princip. legis num. 16. versi. & ex hoc dico, ff. si cert. petat. & alij relati per Vant. in loco citato, & latè tradit Alexan. in d. §. quod si stipulatus col. 7. sub num. 9. post versi. venio ad quartam partem in 3. notabil.

Debebat autem actor mortuo reo citari facere eius hæredes, vel si non aderant, dari facere curatorem hæreditati iacenti,
7 & hoc modo processum continuare, & sententiam ferri facere in personam hæredum, vel procuratoris hæreditatis iacentis: postquam nullum in causa extitisse pro curatorem, vel defensorem litis Dominum effectum constabat; quia licet instantia cœpta cum defuncto transeat in hæredem l. si cum hominem, ff. de fideiuss. si tamen contra hæredem non fit processum, sed contra ipsum defunctum, & contra eum lata sententia, ea est ipso iure nulla, ut declarat Castrens. in d. §. fin. nume. 2. in d. §. quod si stipulatus nume. 18. & latius in d. l. penult. in princ. & in fine; Et secundum hanc opinionem reperij postea iudicasse consilium Neapolitanum, vt refert Vinc. de Franc. decis. 245. lata fuit sententia per totam in 2. parte, qui multa ex supradictis allegat, & vult hoc procedere etiam respectu uiuentis, qui cum mortuo erat consors in lite, quando sententia vnũ tantum caput continebat, & non poterat pro parte valere & pro parte non, per text. in l. in hoc iudicio ff. famil. ercifcun. subdit tamen Franc. quod licet sacrum Consilium habuerit sententiã pro nulla; tamen declarauit esse procedendum ad expeditio-
9 nem causæ ex eisdem actis, & processu per Decisionem Bart. in l. si expressim ff. de Appell. & in leg. prima C. de sentent. & interloc. omni. iudic. faciunt dicta per Vant. in d. Tract. de nulllitat. tit. vlt. ad finem sub nume. 133. Anno 1574. Ponterali.

EPITOME.

Quòd facta permutatione inter duos de quibusdam eorum agris, si unus agrum habitum ab altero vendat tertio; & postea ille alter iudicialiter amittat habitum ab illo venditore, non potest, qui amisit, agere contra dictum tertium emptorem ad recuperationem Agri venditi, qui ante permutationem secus erat: sed alia via sibi consultum est contra venditorem, cum quo permutationem fecit, à quo indemnis debet conseruari.

SVMMARIVM.

1 *Permutans bona cum alio, si sibi datum in permutatione euincatur per tertium, non potest recuperare, quod ipse dederat secum permutanti existens penes alium causam a dicto permutante habentem, & infra.*
2 *Traditione facta rerum permutatarum, dominium in accipientes transfertur.*
Emens ab vno ex permutantibus non potest ab altero, a quo per tertium euictum est sibi in permutatione datum molestari nec reali, nec personali actione, Ibidem.
3 *Etiam si vnus tantum permutationem tradidisset, & alius non; & qui recipit, vendiderit.*
4 *Permutanti, qui rem suam tradidit, & sibi traditam iudicialiter amisit, contra secum permutantem pro indemnitate succurritur, si rem, quæ sua erat, recuperare non potest.*
5 *Euictio in permutatione locum habet.*

CONSILIVM V.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

Post-

POstquam permutatio, de qua agitur facta est inter homines rudes, bona fide, & nulla inter eos confecto Instrumento, & de ea sufficienter apparet probatum per testes, & ex processu constat, quod vinea vnire permutantibus data, ab eo per alium legitimè fuit euicta, Pratum autem alteri datum venditum tertio, contra quem agit is, cuius primo erat, vt illud recuperet, cum vineam pro dicto prato sibi datam iudicialiter perdiderit; Consului Domino Potestati Veppi, eius partes esse in absoluendo dictum tertium emptorem prati, reseruando Actori iura agendi pro vinea euicta cōtra ipsius Prati venditorem, eundemque vineæ datorem.

Ad sic respondendum motus fui, quia clarum est, quādo facta bonorum permutatione inter duos, si datum uni euincatur per tertium, non potest is, a quo euictū fuit, agere ad recuperationem dati per ipsum alteri contra tertium possessorem habentem causam ab ipso altero, cui dederat vt est textus in l.cum precibus C. De rerū permuta. Cum enim facta traditione rerū permutatarum dominium in accipientes fuerit translatum; tertius emens ab uno permutantium, dominus illius rei effectus est ab eo, qui illius dominium ab altero permutante susceperat: & propterea reali actione super ea conueniri non potest. Personali autem minus est conueniendus, cū nihil eum ipso permutante gesserit, aut contraxerit, vt probat ille tex. qui ideo ait, permutantem nullam habere actionem contra emptorem ab altero permutante, & ita ibi declarat Glos. in verbo nullam, & volunt Bart. Bald. Alberic. Angel. & Saly.

3 Quod in tantum est verum, vt procedat etiamsi vnus tantum permutantium tradidisset, alius verò non, & qui recepit, vendiderit: nam & hoc casu singularis iste possessor, & emptor non poterit a permutante, cui traditio facta non est, molestari, secundum Bald. in d.l.cum precibus, vbi formaliter dicit, quod si dedi tibi codicem, vt mihi fundum dares, & tu alij vendidisti codicem, transtulisti dominium, & rem recuperare non possum a singulari possesso-

4 re. Iura autem agendi contra venditorem seruanda omnino erant agenti, qui cum rem suam tradiderit secum permutanti; & ea, quam ab illo accepit, sibi iudicialiter fuerit euicta, non debet utraque carere, sed cum suam recuperare non possit, indemnis ab eo seruandus est, vt probatur in eadem l.cum precibus in versic. sed si secundum & in versicu. seq. & ibi etiam tradunt Glos. & omnes scribētes. Vltra quod cum etiam in permutatione locum habeat eui

5 ctio, qui alteri dedit, euicto eo, quod in illius vicem accepit, ad id, quod sibi interest agere euictionis nomine poterit, vt est casus expressus in l. si permutationis C. De euictionibus Anno 1574. Pontremuli.

EPITOME.

An, & quando re euicta ab Emptore, siue ratione proprietatis, siue nuda possessionis, audiatur venditor et offerens eandem rem non deterioratam, & omne aliud interesse ad repellendum ipsum emptorem pro euictione agentem.

SVMMARIVM.

1. *Euictio locum habet non solum quando res euincitur ratione dominij, & sic in proprietate, sed etiam quādo auocatur ratione hypotheca, & sic in nuda possessione.*
2. *Emptor re euicta ratione dominij agens pro euictione contra venditorem, non repellitur venditore offerente eandem rem euictam non deterioratam, & omne aliud ipsius emptoris interesse.*
3. *Secus vero, si res euicta fuerit ratione hypothecæ, cuius rei ratio differentiæ ponitur.*
4. *Emptor re euicta per sententiam nondum exequutam siue ratione proprietatis, siue nudę possessionis, venditore ei offerente rem penes eum dimittere, eumque a molestia liberare, & praeterea omne aliud suum interesse soluere, debet aequiescere, nec aliud potest prętendere.*

CONSILIVM VI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Quoniam

Voniam emptor re sibi euicta agit de euictione non solum quando euincitur ratione dominij, vel quasi, & sic in proprietate, sed etiã quã do auocatur ratione hypothecę & sic in nuda possessione, vt est text. in l. si mancipium 34. §. fin. ff. De euiction. non modica est differentia an vno, an verò altero modo euincatur: nam si primo modo euincatur, scilicet ratione domi- nij, si emptor agat contra venditorem, & is offerat emptori eandem rem euictam in eodem statu & sic non deterioratam, & vlterius omne interesse, non auditur, nec emptorem agentem repellit ab executione sententiæ, quia euictio hæc perpetuam habet causam, & semel commissa stipulatio resolui non potest leg. habere li cere 57. in fine ff. De euiction. Si uerò secundo modo euincatur, venditor prædictam oblationem faciens auditur, & com missa stipulatio resoluitur, & satis est, quod emptor rem sibi ablatam recuperet & omne aliud suum interesse consequatur, quia soluto debito hypotheca extinguitur leg. euictus 35. ff. De euictio. Ita distinguere uidetur Glos. in d. l. habere licere in Glos. fin. & in dict. l. euictus in Glos. penul. & fin. quam clarè sequuntur in d. l. euictus eam legentes eum §. fin. l. præcedentis, quæ incipit, si mancipium Alberic. Angel. & Fulgos. num. 4. versicul. vel non interest; Cuman. in l. fideiussor euictionis ad fin. versic. ibi facilius ff. De doli mali exceptione, vbi dicit esse communem opinionem, & Socin. consil. 199. num. 8. versi. postremo defendi potest libro secundo. qui pluribus rationibus dictam distinctionem comprobat, & hac potissimũ, quod quando ratione dominij res euincitur, tũc propriè dicitur euicta; & propriè de euictione agitur, quia euictio perpetua est, quando autem ratione nudæ possessiones auocatur, non agitur quasi re euicta, sed quasi non libere tradita, vt tradatur libera, & habet hæc euictio exceptionem, nisi luatur pignus quod etiam latè ostendit Caballin. in Tract. de euictionib. § 3. quęstio. 17. num. 152 & sequent. Addo nunc quod eandem distinctionem sequutus est Vinc. de Franch. Decis. Neapolit. 145. Euicta re in prima parte, vbi dicit, quod illam etiam sentit Odofred. in dict. l. euictus, & quod secundum eam conclusum fuit in sacro concilio.

Quæ conclusio in euictione per hypothecariam facilius admittenda esset & absque scrupulo aliquo procederet, quando res nondum ablata esset Emptori, licet sententia condemnatoria contra eum lata esset, & in iudicatum transiuisset, nam tũc venditor offerens rem dimittere penes ipsum emptorem ad huc illius possessorẽ, & eum a molestia actoris liberare, & quicquid plus sua interesset, ei soluere; audiretur & emptor duplum, aut aliud vlterius volens repelleretur, ita sentit Glos. in d. leg. fideiussor euictionis in Glos. penul. antefin. ibi, contra hanc tamen solutionem ff. de doli mali except. & apertè tradit ibi Alberic. ad finem & latius fulgos. in d. l. euictus & in d. leg. habere licere, & notat expresse Socin. d. consil. 199. sub d. num. 8. & ita etiam consulendo tenuit, & ex pluribus eleganter probauit Bald. cons. 3. Titius vendidit Seio, & cons. 23. in quodam Instrumento lib. primo sequitur Vinc. de Franch. postea visus d. Dec. 145. nume. 3. qui solum Bald. allegat in d. cons. 3. quia & hoc casu audiretur venditor dictam oblationem faciens, quando ratione dominij sequitur euictio, & res nondum ablata est Emptori, licet maius sit dubium, quam quando per hypothecariam res euincitur, vt per præfatos Doctores habetur. Et secundum prædicta retuli de Iure & pro iustitia iudicandũ Illustri Marchioni Malespinæ de Monte Simonis Ann. 1577. Pontremuli.

EPITOME.

An statutum, quod à duabus sententijs conformibus non possit appellari, uel de nullitate dici, locum habeat in laudo ab Arbitro, vel Arbitratore lato, & in causa reductionis ad arbitrium boni viri per sententiam confirmato.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod a duabus sententijs conformibus non appelletur, vel de nullitate dicatur, validum est.*

2 *Est*

2 *Est tamen contra ius commune, quo à duabus conformibus licet reclamare.*
3 *Et tanquam ab ipso iure communi deuians odiosum est, & restringendum.*
4 *Statutum iuris communis correctorium stricte, & proprie est intelligendum, & procedit in eo tantum casu, in quo loquitur, & extra illum non trahitur, nec in consequentiam deducitur.*
5 *Statutum contra ius commune tantum disponit, quantum loquitur, & non plus, & expresse non comprehensum relinquit sub dispositione iuris communis.*
6 *Statutum, quod à duabus sententijs conformibus non possit appellari, vel de nullitate diei, non procedit in laudo ab arbitro, vel arbitratore lato per sententiam confirmato.*
Laudum ab arbitro, vel arbitratore latum non est proprie sententia ibidem.
7 *Statuta sunt stricti iuris, ideoque non recipiunt interpretationem, aut declarationem extensiuam.*
8 *Sed intelliguntur, prout iacent, & secundum propriam significationem verborum, quibus vtuntur, nullatenus ab illis recedendo.*
9 *Statuta contra ius commune, tanquam leges correctiuæ præcise intelliguntur, nec extenduntur ad casum in verbis legis correctiuæ non comprehensum.*
10 *In statutis debemus magis ponderare verba, quam mentem imaginariam, & non certam.*
11 *Statuti ratio non attenditur, sed casus formaliter per ipsum statutum dispositus.*
12 *Verba statuti vbi deficiunt, illius dispositio locum habere non potest.*
13 *Verba legis, aut statuti vbi conueniunt, dispositio quoque locum habere debet.*

CONSILIVM VII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

Statutum, quo dlatà sententia in causa appellationis, vel nullitatis, in eo, in quo cõfirmata fuerit prima sententia lata in causa principali, non liceat amplius appellare, vel de nullitate dicere, quamuis factum sit ad abbreuiandas lites, & validum 1 sit. Deci. consil. 385. fere in toto, & Alba. consilio septuagesimo, in vltimo, dub. numero decimotertio, & decimoquarto, qui bus nunc addo Ruginellum in comment. titul. de appellat. in Constitutio. Mediolani, §. 12. Glos. prima, capitulo vnico, numero secundo, folio 296. & Carpa. ad statuta Mediolani, cap. 136. numero vndecimo, & sequenti, in prima parte. Tamen est contra ius commune, quo a duabus sententijs conformibus permittitur appellatio per ea, quæ leguntur, & notantur in l. prima, 2 & toto titulo ne liceat tertio prouocare, & colligitur ex diffuse congestis per Crauett. consilio 183. per totum, ideoque tanquam ab ipso iure communi deuians, dicitur odiosum, & proinde restringendum, cap. odia, de Regulis Iuris, in sexto. Abb. in 3 cap. primo, in tertio not. de priuileg. & consilio primo, columna tertia, in fine, vers. Item præiudicatur iuri communi, libro primo, latè Corne. consil. 89. numero sexto, & septimo, vers. his tamen, & consil. 90. numero vndecimo, vers. ad euitanda, libro tertio, & Carpan. vbi supra, numero decimotertio. Quod generaliter in omni statuto iuris communis correctorio notat Angel. consil. 158. viso statuto, in principio, inquiens tale statutum stricte, & proprie intelligendum, & procedere in eo tantum casu, in quo loquitur, & extra illum 4 non esse trahendum, nec in consequentiam deducendum, & istud est, quod alijs verbis vtentes volunt Doctores, qui dicũt, quod huiusmodi statutum tantum disponit, quantum loquitur, & non plus, & non 5 expresse compreliensum relinquit sub dispositione iuris communis, vt late ostendit Iason. consilio 120. columna penultim. vers. certum est autem, quod istud statutum libro primo, & diffusius consilio 205. columna quarta, & quinta, versic. Item statuta tantum disponunt, & alijs versic. 6 sequentibus lib. secundo. Et propterea cum dictum statutum de sententijs loquatur, in laudo ab arbitris, seu arbitratoribus lato, locum non habebit, quia laudum non est sententia proprie, vt per Glos. & Doctores, in l. prima, ff. de arbitr. & præcipue per Alberic. & Roman. & in l. societatem, la secunda, §. Arbitrorum, ff. pro socio, & in specie Barto. Bald. Flor. & Salyc. Ideoque qui laudum fauorabile reportauit, & super reductione ipsius per partem petita, sententiam illius cõfirmatoriam obtinuit, minime dicitur duas sententias habere conformes ad effectum, vt pars aduersa reclamare non possit vigore prædicti statuti, quod non extenditur ad laudum, quod proprie, & vere non est sententia, in qua disponit statutum per allegata supra. Quibus additur, quod cum statuta sint stricti iuris

iuris Barto. in l. constitutionibus, sub numero primo, ff. ad municip. & de Incol. merito non recipiunt interpretationem, aut declarationem extensiuam. Idem Barto.
7 in l. quicquid astringendæ, in fine principij, numero sexto, versic. vltimo, hæc lex, ff. de verborum obligatio. Alexand. consilio 29. numero decimo, & vndecimo, libro
8 tertio. Sed intelligantur prout iacent, & secundum propriam significationem verborum, quibus vtuntur, nullatenus ab alijs recedendo, vt tradit Ioan. de Amelia inter consil. Bald. consil. 133. numero tertio, libro quarto, & dicit Corne. consilio 271. numero octauo, versic. vnde statutum, libro quarto, quod statuta contra ius commune
9 tamquam legis correctiuæ præcise intelliguntur, nec extenduntur ad casum in verbis legis correctiuæ non comprehensum, facit elegans dictum Bald. consil. 452. ante finem, numero octauo, libro primo, quod
10 in statutis debemus magis ponderare verba, quam mentem imaginariam, & non certam, & propterea dixit idem Bald. in l. cum Ancillis, in prima lectura, sub numero decimotertio, in fine, vers. alij contra,
11 C. de Incestis nuptijs, quod non attenditur ratio statuti, sed casus formaliter per statutum dispositus, cum ergo laudum non sit proprie sententia, deficiunt in laudo verba statuti, & proinde nec illius dispositio locum habere potest, vt dicit Angel. dicto
12 consilio 158. circa medium, ver. cum ergo dos, cui enim non conueniunt verba legis, nec eius dispositio debet conuenire Crauett. consilio 205. numero 17. sicut è conuerso, cui verba legis conueniunt, & dispo-
13 sitio locum habere debet. Idem Crauett. consilio decimo, numero septimo, consilio 149. numero quinto. Et ita de iure iudicandum esse retuli Illustri Domino Marchioni Bastiæ de Malespinis. Anno 1571 Pontremuli.

EPITOME

Quod ratificatio laudi facta per Procuratorem pendente compromisso constitutum ad emologandum laudum per arbitrum, vel Arbitratorem proferendum non obstat principali ex dicto laudo læso, quin possit petere reductionem ad Arbitrium boni viri. Et quod idem est, si ipsemet principalis in compromisso, vel postea in alio instrumento, ante tamen prolationem ipsius laudi, illud ratificaret.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio laudi ferendi non subsistit, si illud sequatur iniquum, & iniustum, nec impedit illius reductionis ad arbitrium boni viri petitionem, & num. 8.*
2 *Procurator constitutus ad emologandum laudum ferendum intelligitur salua bona fide.*
3 *Et si postea eo lato ambigat Procurator de eius iustitia, vel iniquitate, debet consulere Dominum, & non ratificare.*
4 *Procuratori habenti mandatum ad aliquid agendum non intelligitur permissum, quod iactet, & dilapidet bona Domini.*
5 *Dolus futurus remitti non potest.*
6 *Conuentio, per quam quis ad delinquendum inuitatur, seruanda non est.*
7 *In generali concessione non videtur concessum, quod alicui fiat fraus.*
8 *Ratificatio facta per principalem de laudo nondum lato, sed ferendo, cum promissione de non contraueniendo, non impedit ratificanti læso petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, & nume. 10.*
9 *Ratificatio laudi ferendi intelligitur facta conditionaliter, quatenus illud sequatur æquum, & iustum, ne alias detur Arbitro, vel Arbitratori materiam delinquendi.*

CONSILIVM VIII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

CVm quæreretur, an ratificatio laudi facta per Procuratorem pendente compromisso constitutum ad emologandum laudum per arbitrum, & arbitratorem ferendum, obstaret Principali dicti Procuratoris ex laudo grauiter læso in petitione reductionis ad arbitrium boni viri.

Puta

Putaui iudicandum ad fauorem dicti principalis, & ita de iure faciendum esse retuli Illustri Domino Marchioni Succeri ex Malespinis. Et ad sic referendum motus fui, quia talis ratificatio, seu emologatio ante latum laudum facta, non videtur subsistere, si sequatur laudum iniquum, & iniustum, nec domino praeiudicare, si grauatum se sentiat, quin ipsius laudi reductionem ad arbitrium boni viri petere possit, prout in indiuiduo decidit Bald. in l. final. num. 44. & 45. vers. dico etiam, C. de Contrahend. Emption. Vbi praecise dicit, quod si ante laudum latum sit constitutus Procurator ad ratificandum, hoc intelligitur salua bona fide, argumen. l. Creditor, §. huius, ff. Mandat. Et ideo si Procurator postea ambigat, an latum laudum sit aequum vel iniquum, debet consulere Dominum, cuius interest, argumen. l. Quintus, ff. mandat. quia ex mandato illo non intelligitur permissum procuratori, quod iactet, & dilapidet bona Domini, l qui fundum, §. si tutor, ff. pro emptore, & l. si procurator, ff. de condit. indebit. Vnde merito data laesione emologatio dicti procuratoris non nocet Domino, vt ibi Bald. quem refert, & sequitur Salycet. in l. societatem, la secunda, sub num. 22. vers. quinimo sequutus, ff. pro socio. Idem sequendo Bald. & Salycet. tenet Franc. Marc. Decisio. 150. quaeritur an valeat per totam in secunda parte; qui addit aliam rationem, quia scilicet dolus futurus remitti non potest, l. si vnus, §. illud, ff. De pactis. Nec obseruanda est conuentio, per quam inuitaretur quis ad delinquendum, l. conueniri non potest, ff. De pact. dotalib. & bene facit l. si Pater, ff. quae in fraud. creditor. vbi quod in generali concessione non videtur concessum, quod alicui fiat fraus, quod & probatur in dicta l. si Procurator, vers. Celsus ait, ff. de condictio. indebit.

Immo, & hoc procederet, etiam quod ab ipsomet Domino, seu principali post factum compromissum ex interuallo, antequam tamen laudum feratur, fieret ratificatio laudi ferendi ex nunc prout tūc cum promissione de non contraueniendo, quia adhuc locus est petitioni reductionis ad arbitrium boni viri, si iniustum proferatur laudum, ita probat text. in l. cum antea in illis verbis, vt eorum definitioni stetur, si quidem subscripserint, postquam definitio processit, quod non displicet ambabus partibus eorum sententia, C. de arbitr. arguendo a contrario sensu, & tradit expresse ibi Glos. in verbo, postquam, quae inquit aliud esse, si ante definitionem partes sub scripsissent. Idem voluerunt ibidem Doctores communiter, & ita punctualiter post nonnulla argumenta pro, & contra deducta resoluit Dyn. consi. 19. Incip. Tholomaeus manentis in quarto dub. num. 18. & sequenti, qui proprie loquitur in praedictis terminis, & illum referunt, & sequuntur Barto. in d. l. societatem, §. arbitrorum, num. 30. vers. quarto quid, ff. pro socio, & ibidem Florian. nume. 91. versic. sed quid; Bald. in d. l. final. quaestio. 12. num. 41. & sequenti, C. de contrahend. emption. quam opinionem amplectitur etiam Salycet. in d. l. societatem, quaestio. 15. num. 21. & 22. qui eam multis probat rationibus, & communem attestatur: videtur enim, vt praefati Doctores dicunt, quod emologatio intelligatur facta, quatenus aequum sequatur laudum, & non aliter, quia alioquin daretur arbitro, vel arbitratori materia delinquendi, & inique arbitrandi. Anno 1577. Pontremuli.

EPITOME

Quod pater, cui ex statuto, vel consuetudine delatum est lucrum certa partis dotis vxoris pramortua extantibus ex eo matrimonio filijs, transeundo ad secundas nuptias, non priuatur vsufructu dicta portionis, sed solummodo eius proprietate, quam tenetur reseruare dictis filijs prioris matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Maritus ex statuto, vel consuetudine lucrans certam dotis partem vxore cum filijs ex eo matrimonio habitis praemoriente, transeundo ad alia vota non perdit dictum lucrum, declara vt habetur nume. 3. & 4.*

Pater transiens ad secundas nuptias non amittit lucrum sibi a lege municipali, vel consuetudine delatum ob mortem vxoris, extantibus filijs, ibidem, sed declara, vt habetur num. sequen. vsque ad finem.

2 *Sicut non priuatur vsufructu sibi quaesito in bonis sua vxoris delatis ipsius filijs.*

Tenetur

3 *Tenetur tamen tale lucrum reseruare dictis filijs prioris Matrimonij, cuius occasione illud habuit.*

3 *Quia licet non priuetur vsufructu, priuatur tamen proprietate reseruanda filijs communibus illius Matrimonij, quod multis authoritatibus verum ostenditur.*

CONSILIVM IX.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

VEriſſima eſt Doctorũ concluſio, quod ſi ex ſtatuto, vel conſuetudine maritus pmoriente vxore relictis ex eo matrimonio filijs lucretur certam dotis partem, illud lucrum non amittit transeundo ad ſecundas nuptias, Bald. in l. vltima, in fine num. 3. C. de bonis matern. dicens formaliter, quod lucra, quæ vir lucratur ex forma ſtatuti municipalis extantibus filijs, vel nõ extantibus, per ſecundas nuptias non perdit, quia non conſequitur hoc ab vxore, ſed legis prouidentia, & Baldum ſequuti ſunt ibi Caſtren. in principio, ſub numero primo, Corne. in fine, numero quinto, & Arius Pinel. numero ſecundo, & probatur ex d. l. final. per quam diſpoſitum eſt, quod Pater tranſiens ad ſecunda vota non amittit vſumfructum quæſitum in bonis primæ ſuæ vxoris de latis eius filijs, & eſt ſimilis text. in §. ſi vero expectet, in verſ. ſi vero ſit ſob oles, & infra in Authent. de nuptijs, & vtrobique notant Gloſ. & omnes ſcribentes, & tradit Franc. Marc. Deciſio. 879. quæritur an pater, in principio, in prima parte. Tenetur tamen Maritus tale lucrum reſeruare ipſis filijs prioris matrimonij habitis ex ea vxore, per cuius obitum illud conſequutus fuit vigore legis municipalis, vel conſuetudinis, vt punctualiter dicit Caſtren. in d. l. fina. in principio, ſub numero primo, & latius conſequitur Arius Pinel. ſub numero ſecundo, qui plures ita tenentes, & hanc eſſe veriorem, & recentiorem ſententiam teſtatur: licet enim non priuetur vſu fructu, priuatur tamen proprietate, quam dictis filijs reſeruare tenetur, vt poſt diſputationem ad partes concludit Bald. in Authent. ex teſtamento, numero 15. & 16. verſic. ſed ſtatim, C. de ſecundis nuptijs, & in authent. vxore, eodem titul. Idem nolunt Salycet. in l. fœminæ, §. illud, ſub numero tertio, verſ. quærit Gloſ. & numero quarto, verſic. quid dicemus, C. de ſecundis nuptijs, & ante eum Barto. in princ. d. l. numero ſecundo, verſi. quid in maſculo: Franc. Cremenſ. ſingul. 172. conſului pridie, quod eſt vltimum, Socin. late conſilio 34. in ſecundo dubio, numero tertio, & ſequenti, verſic. verum prædictis non obſtantibus libro primo, & conſilio 263. in ſecundo dubio, ſub numero primo, verſic. circa ſecundum, libro ſecundo. Anton. Gomez. in legibus Tauri ſuper lege 14. 15. & 16. numero quarto, verſi. item etiam proſequendo materiam, Didac Couarru. in Epitom. de ſponſalibus, & Marrim. in ſecunda parte, cap. tertio, §. nono, numero ſeptimo, verſic. tertio huic apparet, Gabriel. titul. de ſecundis nuptijs, concluſio. prima, numero ſecundo, concluſio. tertia, numero tertio, atteſtans vtrobique de communi. Crauett. conſil. 37. in principio, quem ſequitur Gabr. d. tit. concluſio. ſeptima, numero ſecundo, copioſe Dec. dicens eſſe communem ſentnetiam conſilio 87. numero tertio, verſic. reſtat ergo, & diffuſius conſil. 230. in primo dubio, columna ſecunda, & tertia, verſic. hoc præſuppoſito. Aretin: conſil. 72 in ſecundo dubio, numero tertio. Capr conſil. 46. numero quinto, verſic. verum quia. Guid. Pap. Deciſio. 228. in principio, & Franc. Marc. d. deciſi o. 879. in fine, & ante iſtos idem tenuerunt Azo in ſumma, C. de ſecun. nupt. nume. 14. verſic. item quæcunque iunctis antea dictis, numero octauo, & ſequenti. Oldrad. conſil. 33. quidam habuit vxorem in ſecundo dubio, numero tertio. Roman. conſil. 182. in primo dub. per totum, & Ancharan. conſil. 347. quia ex facto, columna prima, ſub numero primo. Et in terminis noſtris de iſtis lucris nuptialibus in patre eſt text. apertus in d. §. ſi vero expectet, in verſic. ſi vero ſoboles, & infra in Authe. de nuptijs, & in l. generaliter, in principio, C. de ſecund. nuptijs. Et ita opinionem hanc ſequendo, a qua in conſulendo, & iudicando nullo modo recedendum eſſe dicit Deci. dicto conſilio 230. columna tertia, in principio, verſiculo ex quibus, de iure iudicandum eſſe reſpondi Illuſtri Domino Marchioni Malgrati. Anno 1578. Pontremuli.

EPITOME.

An, & quando coniuncta persona agens sine mandato in causa ciuili pro coniuncta persona possit constituere Procuratorem; & quae sint istae personae coniunctae, quae sic agere permittuntur, & an, cum agunt debeant probare se coniunctos, & de illis quibus agere conceditur a lege.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncta persona in causa ciuili sine mandato agere potest pro coniuncta persona.*

2 *Coniuncta persona agens pro alia coniuncta, procuratorem non potest constituere ante litem contestatam, sed lite contestata sic, num. 5.*

3 *Procurator ad lites ante litem contestatam substituere alium loco sui non potest: post litem verò contestatam potest num. 6 ubi & in substituto, qui litẽ contestatus est, idem dicitur, quod alium substituere possit.*

4 *Coniuncta persona agens pro alia non est uere Procuratrix.*

7 *Processus agitatus per procuratorem, illegitimè cõstitutum, est nullus.*

8 *Coniuncti non omnes admittuntur ad agendum sine mandato pro coniuncto, sed aliqui tantum, & qui sunt isti.*

9 *Coniuncta persona agens pro alia sine mandato, debet probare se esse coniunctam, & de illis personis, quibus sic agere permittitur.*

10 *Qualitas allegata per agentem, quando est causa introducendae petitionis, probanda est, antequam vlterius procedatur.*

Agens ut talis non auditur, nisi prius probet se esse talem ibidem.

CONSILIVM X.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

1 QVamuis coniuncta persona in causa ciuili sine mandato agere pro cõiuncta persona possit l. sed & hæ personę ff. De Procurat. & ibi Glos. & Doctores l. exigendi, & ibi pariter scribentes C. eod. tit. R om. sing. 613. tu audiuisti, tamẽ ante litem contestatam procuratorem consti-2 tuere non potest, vt tradit Bart. in l. exigendi nu. 15. vers. Item quæro nunquid C. De Procurat. quem alij sequuntur, Franc. Marc. Deci. 242. num. 2. in prima parte, qui citat Cyn. in eadem l. exigendi, Vant. in tract. De nullitat. tit. de nullit. ex defectu mandat. nu. 129. versicu, Idcirco coniuncta persona, & alij per eum allegati: Pro quibus facit, quod cum ve-3 rus Procurator ex legitimo Domini mandato, ante litis contestationem, alium loco sui ponere, seu substituere non possit Bartol. in l. quod quis C. De Procurat. & ibidem Bal. Salyc. Castrens. Iason. & alij, Vant. dicto titu. de nullitat. ex defect. mandat. num. 131. vers. posset etiam dici, nec coniuncta persona id facere poterit, & sic procuratorem constituere, quia talis agens nõ est verè procutator, vt est 4 tex. clarus in l. 3. § primo ver. sed & si forte ff. Iudicat. solui sanè post litem contestatam, licet coniunctæ personæ procuratorem constituere, quia tunc loco Domini habetur, quem posse procuratorem constituere palam est, et 5 ita arguendo firmat Bart. in d. l. exigendi loco citato, idem volunt omnes scribentes in d. l. quod quis, & Vant. supra relatus in d. versicu. Idcirco, nec merum est, quia & Procurator tunc substituere potest, vt in eadem l. dicunt 6 Doctores. & præcipue Bart. & latius Salycet. nu. 5. ver. quæro modo de aliquibus, & sentit Vãt. in d. ver. posset etiã dici, qui antea n. 109. vet. & est notãdum, hoc admittit ẽt in substituto per litis contestationem domino litis effecto, qui sui loco alium substituere poterit; ex quib. in causa agitata Casteoli consultus, vt quid iuris esset dicerem circa validitatem, vel inualiditatem processus agitati per procuratorem constitutum ab agente tanquã cõiũcta persona statim post porrectam cõtra reũ petitionem, Respondi, dictũ processum esse nullum, & talem per sententiam declarandũ 7 ex latè congestis per Vant. cæteros referentẽ d. tit. De Nullitat. ex defect. mand. nu. 59. vet. transeamus ad secundum caput. Quod libentius feci, quia eum non oẽs coniuncti ad agẽdum sine mandato pro coniuncto admittan-8 tur, sed aliqui tantũ; Videlicet ascendentes, & descendẽtes in infinitum, & trãsuersales vsq; in quartum gradũ, & itidẽ affines, inter quos est maritus, licet non sit affinis, sed principiũ affinitatis iuxta d. l. sed & hæc personæ cũ Gl. ff. De Procur. & notata per Salyc. in d. l. exigẽdi nu. 5. ver. pro cuius declaratione C. eod. tit. 9 dictus agens vti coniunctus debeat docere se esse cõiũctum, & de illis quos lex speciali quodãmodo priuilegio admittit pro cõiuncto ad agendum sine mandato per regulam, quod quando allegata qualitas est cã introducẽdæ petitionis, ea probãda est, antequam vlterius procedatur, nec tunc quis agendo admittitur vt talis, nisi prius probet se esse talẽ, de qua in 10 l. nõ ignorat C. qui accu. nõ pos. quæ optime huic proposito seruit. Anno 1578. Põtremul.

EPITOME.

Subſcribens ſe cedulis vacuis, ſeu albis, vel ſigillum ponens, an, & quando obligetur pro his, quæ poſtea eo abſente, & inſcio ſcripta fuerunt in dictis cedulis, & de pluribus in hac materia ſcitu dignis.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens ſe, non ut auhorizans ſcripturam, ſeu ut teſtis, ſed tanquam principalis, omnia præcedẽtia confirmat, quod declarat num. 7.*

2 *Subſcriptio probat omnia contenta in ſcriptra ſub ſcripta & allegationem ignorantiæ excludit.*

3 *Subſcribens non poteſt impugnare ſcripturam ſubſcriptam, niſi doceat ſe fuiſſe deceptum, aut ad ita ſubſcribendum inductum.*

4 *Subſcribens ſe cedulæ vacuæ ſeu albæ, vel ſignum ſuum ponens non obligatur pro iis, quæ poſtea in ea ſcribuntur ipſo abſente, & inſcio & numero 5. & 8.*

6 *Subſcribens ſe ſcripturæ, quam non uidit, nec legit, nec erat de ſua intentione, non uidetur eam approbare.*

7 *Subſcribens ſe ſcripturæ videtur contenta in ea approbare, quando, quæ ſcripta erant, ſubſcribenti lecta prius fuerunt, & non alias.*

8 *Subſcribens ſe cedulæ vacuæ obligatur pro poſteà ſcriptis in ea, quando conſtat, quod ſciuit, vel mandauit de certo ſcribendo, uel quando ex coniecturis & præſumptionibus hoc colligitur.*

9 *Et debet eſſe ſcientia certa, & ſpecifica, nec ſufficit generalis, & obſcura.*

10 *Ratificans laudum nondum latum, ſed ferendum, nõ obligatur, niſi per prius forma ipſius laudi ferendi fuerit ratificanti explicata, & patefacta.*

CONSILIVM XI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

ET ſi uerum eſt, quod ſubſcribẽs nõ ut authorizans ſcripturam, ſeu vt teſtis, ſed tanquam principalis omnia præcedentia cõfirmet Angel. in l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus n. 1. verſi. & ſic not. ff. De verbor. obligat quem ibi ſequuntur Imo. num. 10. verſi. item nota, & Alexand. nume. 2. verſ. in textu, & ſubſcriptio probet cætera, quæ continentur in chirographo ſubſcripto, quia tota eſt vna ſcriptura & tendit ad vnum finem poſtremum, Bald. conſi. 175. factum proponitur colum. 2. verſ. ex his ſequitur libro primo & ſola ſubſcriptio impediat allegationem ignorantiæ Crauett conſi. 25. num. 13. nec poſſit ſubſcribens talem ſcripturam impugnare, niſi doceat ſe fuiſſe deceptum, aut inductum ad ita ſubſcribendum Crauett. conſ. 73. nu. 40. Nihilominus cum in præſente caſu reus cõtentus ſubſcripſerit ſe cedulæ vacuæ, ſeu albæ, & non ſcriptæ, quæ poſtea ipſo abſente, & inſcio, & non vocato per tertium ſcripta fuit, & impleta cum taxatione certæ quantitatis pecuniæ actori ſoluẽdæ infra certum tempus, exiſtimaui partes Domini Poteſtatis Triſane eſſe in abſoluendo dictum reum conuentum a contentis in dicta ſcriptura, ſaluo actori iure alio modo experiendi de viribus ſuis ſuper credito, de quo facta erat in dicta ſcriptura taxatio. Ad ſic referendum motus fui quia ſubſcribentes ſe ſchedulis vacuis, aut eorum ſigilla ponentes, niſi prius fuerint præmoniti de iis, quæ ſcribenda erant, non intelliguntur confirmaſſe ea, quæ poſtea ſcribuntur, ex quo eorum non habuerunt notitiam, ita formaliter tradit Angel. in d. §. Chryſogonus num. 2. verſ. vnde domini, Imol. num. 10. ver. item nota, & Alexan. nu. 2. verſi. in textu: & reddit optimam rationem Imol. quã probat Alex. quod ſcilicet, ſi apparet, quod quis ſubſcripſerit ſchedulæ vacuæ, vel appoſuerit, ſigillum, nec conſtat quod aliter fuerit præmonitus de eo, quod ſcribi debeat, non eſt veriſimile in dubio, quod voluerit ſubſcribere vel ſigillare ad ſui præiudicium ſaltem graue: ſed potius, quod ſperauerit aliquid ſcribi ad eius commodum, & iſta eſt originalis determinatio in Innoc. in c. 2. col. 2 & 3. nu. 4. verſ. de his autẽ & ver. ſeq. de fid. Inſtr. vbi inquit, quod ſubſcribentes ſe, vel ſigillum ponentes ſchedulis vacuis, non obligatur, pro eo, quod poſtea in dictis ſchedulis ſcriptũ apparet per eum, vel alium eius nomine, cui dictas ſchedulas dimiſerunt, ſi ipſi ſubſcribentes nõ fuerunt præſentes, quando fuerunt ſcriptæ, & cõpletæ, & eas ſic fieri permiſerint, quia alias eſſet in poteſtate alterius in illis ſcribendi quicquid veller, & ſubſcribentes, vel ſigillum ponentes abſentes, & ignorantes obligãdi, darenturque illi materia delinquẽdi, quod dictum ſequuntur ibi Hoſt. nu. 5. Io. And. nu. 5. & 6. Anch. ſub nu. 8. & Ant. de Butr. ſub num. 12. & alij omnes communiter, vt teſtatur Alex. in d. §. Chryſogonus, & videtur eſſe caſu ſecundum Ang Imo. & Alex. vbi ſupra in l. ſi. C. plus Valer. quod agitur, per quam dicit ibi Bal. in prin. quod ſubſcribens ſe ſcripturæ, quã non vidit, nec legit, nec erat de ſua intentione non videtur eam approbare.

Nec obstant, quæ dicta sunt de subscribẽte, quod omnia præcendentia confirmare di-
7 catur, nec prætextu ignorãtiæ excusetur, quia procedunt, quando primò, quæ scripta erant, subscribenti lecta fuerunt, alias secus, vt præcisè ad hanc obiectionem respondent Ang. Imol. & Alex. in locis citatis. Posset etiam dici, quod procedant in terminis nostris de Cedulis vacuis, quando constaret subscribẽtem sciuisse, vel mandasse de certo scribendo, vel
8 quando ex præsumptionib. hoc colligeretur, nam tunc subscribens cedulæ vacuæ obligatur ad ea, quæ postea scriberentur, vt dicit Innoc. in d. c. 2. col. 3. sub d. nu. 4. vers. Item, prædictæ Litteræ, & sequuntur alij præcitati Doctores, eius dicta probantes, quorum neutrũ in hoc casu consideratur, cum nec verè, nec præsumptiuè de eo, quod in cedula scribendum esset, notitiam reum habuisse constet, sed simpliciter a tertio rogatum, quod cedulæ albæ se subscriberet pro concordandis differentijs, quas habebat cum Actore, nullo alio expresso, vel sibi dicto, aut prolato verbo,
9 quod non sufficit ad validitatem obligationis subscribentis quia requiritur magis certa & specifica notitia scribendorum in cædula vacua: nec satis est scientia eius, de quo agitur in genere, vt ex prædictis apparet, & ex notatis per Bald. in l. fin. C. de contrahend. emp. num. 42. & 43. vers. in contrarium; vbi tradit quod ratificans laudum, antequam feratur,
10 nõ obligatur, nisi per prius forma futuri laudi fuerit ratificanti explicata, quia tunc valeret ratificatio, ex quo ea caderet super certo. Anno 1579. Pontremuli.

EPITOME.

An, & quando fideiussor possit agere contra debitorem principalem, antequam soluat, & præsertim si fideiussit per instrumentum, habens ex statuto executionem paratam.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non potest agere mandati contra debitorem principalem, antequam soluat, fallit in pluribus casibus remissiue num. 2.*

3 *Fideiussor obligatus per instrumentum publicum habens executionem paratam ex statuto, potest agere contra debitorẽ principalem antequam soluat, etiam si diù non steterit in obligatione, sed statim, vel saltem post modicum tempus, & num. 5.*

4 *Sed contrarium alij tenent, nisi contra talem fideiussorem petita ad minus fuerit executio, & nu. 8.*

6 *Fideiussor obligatus per librum Mercatoris, vel per aliam scripturam habentem ex statuto paratam executionem, agere potest contra debitorem principalem antequam soluat, & supra num. 3. & 5. sed declara ut habetur nu. 4. & 8.*

7 *Fideiussor condemnatus per sententiam iudicis, etiã si non soluerit, potest agere contra debitorem principalem, ut eum liberet, quia uidetur soluisse quo ad eum, a quo indemnis est conseruandus, & supra sub num. 3.*

CONSILIVM XII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

VEriſſimum est de iure, fideiussorem non posse
1 mandati agere contra debitorem principalẽ, antequam soluat l. Lutius Titius 38. ff. Mandat. l. si pro ea C. eod. ti. & c. fin. de fideiussorib. sed quoniam hoc perpetuum non est, sed fallit in pluribus casibus, de quibus habetur in
2 dictis iuribus, & notant vbique Gl. & scribentes omnes, Afflict. Decis. 241. in secundo dubio nu. 3. & seq Marsil. in Rub. ff. De fideiussor. q. 31. num. 257. & plur. seq. Andre. Gaill. praticar. obseruat. lib. 2. obseruat. 29. per totã, Alex. in l. facere ff. solu. matrim. col. 1. & 2. &
3 cons. 72. lib. 2. col. penul. & ibi etiam Addent. ad eum, Menoch. De Arbit. Iudic. lib. 2. sent. prima casu 41. & alij per eos allegati; Inter quas fallentias vna hæc est, præsenti casui congruens, quod quãdo fideiussor est obligatus per instrumentum liquidum, quod ex forma statuti habeat executionẽ paratam, prout habet præceptum guarentigiatum, de quo agitur; tunc antequam soluat, potest agere cõtra debitorem, vt eum a fideiussione liberet, nec tenetur dici in tali obligatione permanere, sed statim potest agere, quia pro condemnato habetur ille, contra quem parata executio reperitur, ita in indiuiduo dicit Bal. in l. certum nu. 9. ver. adde hic C. fam. ercisc und. & fuit opinio Cyn. ibidem, quam decisionẽ sequuntur Alex. d. cons. 72. col. pen. num. 6. ver. accessit lib. 2. & ibi Natta in addition. in verbo statuti, Marsil. in d. Rubr. de fideiussio. q. 31. sub num. 257. post princ. ibi, Item alius est casus in fideiussore, Bald. in d. l. si pro ea q. 4.
4 nu. 11. C. mand. Et quamuis Saly. ibi sub nu. 8. ver. sed dubitari potest ad finem, habeat dictum hoc pro dubitabili, nisi contra fideiussorem præcedat executionis petitio, quia alias nihil prodesset ista fideiussio Reo, & absurdum videretur, quod qui voluntariè se obligauit, statim, aut post modicum tempus, posset se ab obligatione eximere, nulla superueniente causa, cum quo conueniunt Angel. Imola, & Castrensis infra citandi; tamen

præcedentem opinionem, vltra iam citatos Doctores, tenent etiam Bal. in d.l. Lucius Ti-
5 tius in additione sub num. 1. ver. quæro si fideiussor, & in lectura antiqua sub nu. 3. versi. quæro si est obligatus; Bart. in l. fideiussor pro venditore 46. in fine ff. De fideiussor. & ibi latius Alex. in addit. ad eum & dicit Bald. in d.l. certũ, quod idem esset, si fideiussor esset obligatus per librum Mercatoris, vel per aliam scripturam priuatam, quæ ex statuto paratã
6 haberet executionem, quia & tunc haberetur pro condemnato, & ante solutionem agere posset contra suum principalem, sequitur Marsil. loco citato, & ante eum Alexand. ad Barto. in d. l. fideiussor pro venditore, & ex eo comprobari potest, quod fideiussor condemnatus per sententiam ante solutionem agere posset, vt sunt tex. aperti in dic. l. Lucius
7 Titius, in d.l. si pro ea, & in d.c. fin. & d.l. fideiussor pro venditore ff. De fideiussor. & pro condemnato sic obligatus habetur, vt præfati doctores dicunt, & benè, quia qui condemnatus est, videtur soluisse quoad tertiũ, a quo debet conseruari indemnis vt Bald. notat in d.l. certum num. 1. ver 3. nota quod ille; Est verum, quod contra Bart. in d.l. fideiussor pro venditore tenet ibi Angel. & post eum Imol. & Castrens. ea ratione, quod tempore præsti-
8 tæ fideiussionis sciebat fideiussor posse incipi ab executione, & nihilominus fidem dedit de soluendo, vnde deciperetur debitor, si statim ab eo posset molestari, ipso adhuc a creditore non molestato, & quodammodo nondum completo officio suo, & sibi fideiussor imputare debet, si fideiussit pro debitore, cui fideiussio aliquid prodesse debet, quod non esset, si Bart. opinio admitteretur, & istud est in substantia idem, quod voluit Salyc. in d l. certũ, dum requirit ad hoc, vt fideiussor possit agere, quod saltem petita sit contra eum executio, quæ sententia multum æqua videtur, & eius rationes, & etiam. Angel. Imol. & Castrens. valde considerabiles; De cuius tamen rei veritate non expedit nunc vlterius agere, cum de instantia facta Iudici pro executione contra fideiussorem appareat, quo casu conclusio caret omni dubio, cum tunc cessent omnes rationes consideratæ per Angel. Imol. & Castrens. contra Bartolum, & per Salycet. contra Baldum, & propterea in causa mihi ad referendum de iure commissa per Dominum Potestatem Villæ Franch. putaui pronuntiandum ad fauorem fideiussoris, Adde Vinc. de Franch. hic iamdiu scriptis vitum Decis. 414. per totam in secunda parte, vbi hanc eandem quæstionem tractat, nec videtur discrepare a dictis hic per me, licet paucioribus doctorum authoritatibus fuerit contentus. Anno 1579. Pontremuli.

EPITOME.

Quod tutor non possit petere salarium administrationis tutelæ, nisi ab initio illud sibi constitutum fuerit per Iudicem, licet ex causa idem Iudex ex officio possit pro remuneratione laborum aliquid pro salario decernere Tutori, & de alijs in hac materia.

SVMMARIA.

1 *Tutor non potest petere salarium administrationis Tutelæ, & quæ sit ratio num. 2.*
3 *Tutor si sit Aduocatus in causa sui Pupilli, non potest petere salarium præstiti patrocinij.*
4 *Tutori potest Iudex ex causa constituere salarium pro remuneratione Laborum ex officio suo, licet Tutor illud non possit petere.*
5 *Tutor recuperat a pupillo expensas victus ipsius Tutoris factas ex causa tutelæ in eundo extra locum administrationis.*
6 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
7 *Expensæ factæ per Tutorem, aut alium administratorem alienorum bonorum occasione administrationis circa personam ipsius administratoris non ueniunt appellatione salarij.*

CONSILIVM XIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

NOn iuridicam existimaui prætensionem Tutoris petentis ab hæredib. pupilli salarium administrationis Tutelæ, & ita pro iustitia iudicãdum esse retuli Illustri Domino Marchioni Matrignani; Quoniàm non videtur tutori debe-
1 ri salarium, quod a principio administrationis non fuit ei per iudicem constitutum, nec per ipsum petitum, vt probat tex. in l. a tutoribus §. fi. ff. De administ. Tutor. Vbi etiam Gl. Bart. & Alber. de Rosat. & notant in l. in eos per illum tex. ff. De tutel. Bart. Bal. & Alber. & sequuntur Imo. cons. 75. col. pe. in 4. dubio sub num. 4. in fine, Cast. cons. 302. in 6. dubio nu. 7. lib. 1. Cor. cons. 62. nu. 9. uers. restat itaq; lib. 4. & Guid. Pap. decis. 68. post prin. sub n. 1. & habetur etiam per Gl. in l. 1. §. fi. ff. Manda. & ibidem per Bar. in fine nu. 4. & per Bald. legentem d. §. cum prin. legis nu. 3. & 4. & ratio est,

2 est,quia est officium necessarium Alberic. in d.l.in eos,& debet esse gratuitum , vt in d.l.in eos dicit Bart.& notat Glos.in d.l.1.d.§.fin.ff. Mandat.quam ibi sequuntur idem Bartol.& Bal. Aliam huius rei rationem adducit Guid. Pap.d.decis.68. quia scilicet tutor gerit munus personale absque detrimento,& erogatione sui patrimonij.Quod adeo verum est,vt & si tutor sit aduocatus in causa pupilli , non ta-
3 men salarium petere possit, vt decidit Alberi. in l.generaliter in fine,& in d.l.a tutoribus di. l.§.ult.ad finem ff.De administ. tutor. & in l. fin.quæst.vltima numer.10.ff. De postuland. quod notandum est , quia quilibet primo aspectu diceret , quod posset recipere illud salarium , quod pupillus dedisset alteri Aduocato , si tutor illius patrocinium non suscepisset; sanè negari nõ potest,quin ex causa iudex
4 possit ex officio constituere tutori salarium pro remuneratione suorum laborum,licet tutor iure actionis id petere non possit , quia hoc firmant Bartol. Bald. Alberic. Castrens. Cornel.& Guid. Pap.in locis citatis , prout etiam non negatur, quod si tutor ex causa tute-
5 læ habuit ire extra territorium Matrignani,& facere aliquas impensas pro suo uicto , debet eas recuperare a pupillo,& earum causa indẽnis conseruari,vt dicunt Bar.& Alber.in dict. l.a tutoribus d.§.fin.& Castr. d.consil 302.in sexto . dub. numero 7. non enim suum hoc officium debet ei esse damnosum l.sed si quis
6 ex signatoribus ff. quemadmod. testament. aperiant. cum concordant. ibi per Glos. allegatis in verbo damnosum,sed hoc nomine salarij non venit l. salarium , & l. qui mutuam §. salarium iuncto §. seq. incipiente sumptus bona fidè ff. Mandati , de quo tantummodo
7 respondere sum requisitus , & circa quod cõtra tutorem tenendum putaui, vt illud petere non possit, cum qua opinione transiuit consilium Neapolitanum teste Vinc.de Franc. diu postea viso. Decis. 122. In causa Magnifici. Octauij colum. 1.& 2. parte prima Anno 1580. Pontremuli.

EPITOME.

De possessore conuento hypothecaria a creditore rem obligatam habente , quod factis in re melioramentis offerendo creditori valorem ipsius rei detractis melioramentis etiam minorem credito, illum repellit, licet non factis meliorationibus,totum debitum offerre teneatur , & quod ualor ipse sine melioramentis consideratur secundum tempus præsens , non autem secundum preteritum.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus hypothecaria a creditore rem obligatam habente factis in re melioramentis repellit agentem , offerendo ei valorem ipsius rei sine melioramentis etiam minorem debito,& num. 5.*
2 *Quod generaliter procedit in quacunque re meliorata , reprobata Baldi restrictione ad domos in ciuitate positas tantum .*
3 *Et procedit etiam non factis melioramentis secundum quosdam.*
4 *Sed contraria opinio firmatur , quod tunc totum debitum offerri debeat , alias non repellatur creditor agens hypothecaria , quin rem consequatur detinendam loco pignoris , donec integrè de debito sibi satisfactum fuerit .*
6 *Aestimatio rei ad commodum creditoris agentis hypothecaria contra possessorem,qui eam meliorauit,facienda est secundum tempus præsens,quo ualor æstimatur,non autem secundum tempus uetus , quo possessor illam habuit .*
7 *Pretij augumentum intrinsecum ex tempore causatum cedet ad utilitatem creditoris agentis hypothecaria,cui de dicto pretio est satisfaciendum.*

CONSILIVM XIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum .

VErissimum esse de iure putaui , quod reus conuentus hypothecaria super re per ipsum possessa, & creditori agẽti obligata, si in illa fecit meliorамẽta, potest ipsam rem retinere, & creditorem repellere,soluendo ei æstimationem seu valorem ipsius rei detractis melioramentis , etiam quod talis valor non ascendat ad integram summam debiti , pro quo creditor agit Io.de Plat.in l.2.in 5.notabili versic.& hic est casus C.de præd.& omnibus reb.nauicul.lib. 11.& ibidem Angel de Perus. num. 2. versi. item ex fine not.& Alex.in Addi. ad Bar. nu. 3.Socin.alios referens consil. 224.colu. 2 sub num. 2. vers.secunda difficultas lib. 2. Negus. in tract.de pignor.& hypoth.in 4.membro 5. part.principal. numer. 21.ver.vndecima conclusio , & est , communis opinio , vt testatur Couar.lib.1.variarũ resolut.capitul.8.num. 2. & 3. licet ipse contrarium verius esse opinetur,Ripa in trac.de peste titulo de remed.pręseruatin.contra pest.nu.257. & Vinc. de Franch. postea visus decis.Neapol.38.num. 2.ver.

secunda conclusio in prima parte, qui dicit esse conclusionem receptam; et quamuis 2 Bald. in d. l. 2 in princ. versi. sed pone, videatur restringere dictum hoc, vt procedat solummodo in domo posita in ciuitate, vt eam possidens liberetur soluẽdo veterem æstimationem sine melioramentis, & non totum debitum creditoris hypothecaria agentis, tamen restrictio hæc non recipitur, imo conclusio indistinctè in omni re meliorata admittitur, vt ex alijs supra citatis doctoribus apparet.

Quinimo Socin. d. consil. 224. col. 2. in 2. dub. circa medium versic. Ego puto lib. 3 2. in ea fuit opinione, quod etiam nullis in re factis melioramentis possessor conuentus hypothecaria a creditore rem obligatam habente, possit offerendo ipsius rei æstimationem, quæ minor sit debito, se liberare, remque sibi retinere, quam sententiam probare etiam videtur Crauet. consil. 398. sub num. 14. vers. hoc ita quæ supposito, & Socin. refert Negus. loco citato versic. sed difficultas 4 insurgit, qui tamen nu. 22. illum impugnat, & respondet ijs omnibus, quæ Socin. pro sua opinione adducit, & cum Negus. transit Couar. d. c. 8. sub nu. 3. circa finem post versic. cæterum & si Bartoli opinio ad medium, ibi quibus accedit, dicens hanc Soc. sententiam falsam omnino esse, & hoc casu totum debitum creditori agenti offerendum esse, contra Socin. etiam tenere videtur Vinc. de Franch. d. decis. 38. nu. 1. versi. 1. conclusio, & quicquid sit de hac opinione, satis est, quod vbi factæ sunt meliorationes, sufficit oblatio æstimationis demptis ipsis meliorationib. e- 5 tiam, quod æstimatio non sufficiat ad solutionem totius debiti creditoris agentis, vt patet ex superius allegatis, per quæ ita consultus de Iure respondi Domino Potestati Litianæ. Cui etiam retuli æstimationem ipsius 6 rei faciendam esse sine melioramentis habita ratione temporis præsentis, quo valor æstimatur, non autem temporis præteriti, quo res ad possessorem peruenit, ita vt pretij augumentum intrinsecum ex tempore causatum cedat in commodum, & vtilitatem cre- 7 ditoris, cui de dicto pretio melioramentis detractis est satisfaciendum, vt; tradit Negusant. ubi supra num. 21. & Couar. d. ca. 8. sub num. 3. ad finem versic. cæterum & si Bartoli opinio, & nunc additur Vinc. de Franch. d. Decis. 38. num. 3. & seq. versicu. sed dubitatum fuit, vbi latè insistit: & ita senatum iudicando tenuisse asserit Anno 1580. Pontremuli.

EPITOME.

Qualiter sit consultum debitori soluenti debitum, de quo extat scriptura priuata, cuius originale sit in partibus valde remotis, & cum difficultate, & periculo transmitti possit ad locum moti contra debitorem Iudicij, & de interepretatione Statuti Senensis, quod debitor teneatur notare solutionem ad pedem scripturæ debiti.

SVMMARIVM.

1. *Debitor potest petere à creditore sibi reddi instrumentum soluti debiti.*
2. *Statutum Ciuitatis Senarum cap. 116. sub Rubrica sede del pagamento come s'hà da fare, disponit quod creditor teneatur apponere solutionem à debitore factam penes acta causæ in libro Mercantiæ.*
3. *Absurdum non est admittendum.*
4. *Bona fides non patitur bis idem solui.*
5. *Debitor si petat sibi reddi instrumentum debiti soluti, si creditor illud non habet, tenetur creditor illum liberare per acceptilationem.*
6. *Statuto disponente, quod debitor non soluat Creditori, nisi creditor reddat instrumentum cancellatum si creditor illud non habet, quia amisit, sufficit, quod debitorem liberet.*
7. *Ea semper via est eligenda, per quam, & Iuri, & indemnitati vtriusque partis prouideatur.*
8. *Quando acta de uno loco ad alium sunt transmittenda non originalia, sed exempla in forma authentica transmitti debent.*

CONSILIVM XV.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa uertẽte coram Multũ Magnificis DD. Regulatoribus statutarijs, & maioribus reuisoribus rationum inclitæ Ciuitatis Senarum inter Saluatorem Bona fossam Hebreum de Ciuitas Alexandriæ Aegypti seu Dauid Hebreum eius Procuratorem Agentem ex vna parte, & Nobilem D. Nerium Ginorium Florentinum se defendentem ex altera mediante etiam persona D. Camilli Rocchij eius Procuratoris, mihi, vti Iudici Reformationum dictæ Ciuitatis Senarum pro Serenissimo

reniſſimo Magno Duce Hætruriæ commiſſa, vt referam quid de Iure in ea pronuntiandum ſit, viſis actis ad me transmiſſis, Retuli partes DD. Dominorum Regulatorum eſſe in ordinando ſatisfaciendum eſſe dicto Procuratori dicti Saluatoris pro Summa ſcutorũ 268. cõtẽta in ſcriptura manu dicti D. Nerij in pecunia numerata per ipſum D. Nerium abſque alia dilatione pro reſolutione rerum in tenutam captarum, facta ſibi in actu dictæ re ſolutionis liberatione in forma conſueta per dictum Dauid manu publici Notarij, & ipſa ſolutione notata, & redacta penes acta cauſæ & dato etiam per eundem Dauid fideiuſſore de notari faciendo ipſam ſolutionem in calce ſcripturæ originalis debiti ſcriptæ manu dicti D. Nerij, & de ipſam ſcripturam incidendo, & lacerando in Ciuitate Alexandriç Aegypti in manibus perſonæ nominandæ per dictum D. Nerium in actu dictæ ſolutionis, & vbi ea non adeſset in eo loco, in manibus vnius ex Magnifici DD. Conſulibus ibi commorantibus, & de tranſmittendo de hoc fidem authenticam præſentandam in officio ipſorum Dominorum Regulatorum in termino annorũ duorum a die factæ ſolutionis numerandorũ & interim de indemnem dictum D. Neriũ conſeruando & ab omni moleſtia dicta de cauſa inferenda defendendo, ita quod ſi in dicto termino non fuerit dicta fides præſentata, dictus fideiuſsor remaneat obligatus pro dicta indemnitate, & defenſione erga D. Nerium ut ſupra deinceps, quouſque ea præſentata fuerit in dicto officio, qua præſentata, ſiue in dicto t e r mino, ſiue poſt ea liberatus a dicto fideiuſſionis onere intelligatur ipſo iure, & facto. Quod ſi ad prædictam ſolutionem, vt ſupra faciendam deuenire recuſet dictus D. Nerius, retuli partes eorundẽ DD. eſſe in concedendo dicto Dauid per ipſum petita contra D. Hieronimum de Ricijs tenutarium, ut ex rebus penes eum exiſtentibus ipſi ſatisfieri poſset.

Et ad ita referendum motus ſum ex eo, quod de iure communi poteſt debitore petere a creditore ſibi reddi inſtrumentum ſoluti debiti, Bartol. in l. qui tabulas num. 3. ff. de furtis, & in l. diſsolutæ ad finem C. de condit. ex leg. per illos text. & ſentit idem Barto. licet non clare dicat in l. fullo. vel ſarcinator §. qui tabulas ſub nume. 1. & 2. ff. de furt. ad quæ dicta ſe remittit ipſe Bartol. in l. huiuſmodi §. ſi ita num. 2. ff. de legat. 1. ex qua re iuſtificari videtur intentio D. Nerij offerentis ſolutionem ſcutorum Auri 268. dummodo ſibi reſtituatur apocha, ſeu ſcriptura priuata debiti ſcripta, & ſubſcripta manu ipſius D. Netij, & 2 tanto magis cum ex forma ſtatutorum vniuerſitatis Mercatorum Ciuitatis Senarum capi 116. ſub. Rub. ſede del pagamento, come s'hà da fare, cautum reperiatur, quod creditor teneatur apponere ſolutionem a debitore factam penes acta cauſæ in libro Curiæ mercantiæ, & fidem ſolutionis facere ſoluenti, & eam adnotare in calce ſcripturæ debiti, & eam exinde incidere, & laniare, & habet hoc meo iudicio æquitatem, quia alias præſentata apocha originali poſſet Dominus Nerius moleſtari alibi, quam in loco factæ ſolutionis, & cogeretur facere expenſas in docendo de ſolutione legitimæ perſonæ factæ, vel ſaltem ſemper ſecum, quocunque iret, teneretur afferre debitam fidem ſolutionis, vt tutus à moleſtijs ſtaret, quod eſſet abſur3 dum, & propterea non eſt admittendum l. nam abſurdum ff. de boni libert. & cum bo4 na Fides non patiatur bi idem ſolui, conſulendum eſt indemnitati D. Nerij, vt ſemel ſoluendo dicto Dauid ſecurus ſit, ne iterum ad ſoluendum cogatur, vel ſaltem, ne ex hoc damnum aliquod, aut moleſtiam incurrat. leg. bona fides ff. de reg. Iur. cum ibi notat per Scribent. Sed quoniam à Ciuitate Senarum ad locum Alexandriç Aegypti maxima eſt diſtantia, & iter difficillimum, & de facili perdi poſſet ipſa ſcriptura, ſi tranſmitteretur illinc ad partes Hetruriæ & ſic nuſquam præſentari poſſet, & interea iniquũ videtur ſolutionem debiti differri, videndum eſt quid Iuri, & æquitati conuenire videatur & quidem in terminis Iuris Communis, quando debitor petit ſibi reddi inſtrumentum debiti ſo5 luti, & creditor illud non habet, tenetur Creditor illum liberare per acceptilationem Bart. in leg. qui tabulas nu. 6. ff. de furt. per tex. in l. ab omnibus. §. in teſtamento ff. de lega. primo. & ibi colligitur ex dictis per Glo. in verbo conditio, & clarius per Barto. ſub nume. 1. allegantes etiam l. huiuſmodi §. ſi ita eod. tit. vbi id bene probatur & propterea idẽ Barto. ibi num. 1. dicit, quod ſi ſtatutum dicat, quod debitor non cogatur ſoluere credi6 tori, niſi creditor reddat ſibi inſtrumentum cancellatum, ſi creditor illud non habet, quia amiſit, ſufficiet, quod debitorem liberet, quæ res decideret caſum præſentem, ſi amiſſio ſcripturæ allegaretur, ſed quia dicitur eam extare in loco Alexãdriç Aegypti, & offertur ſolummodo liberatio per inſtrumentum publicum, videtur, quod ea nõ ſit ſatis ad plenam ſecuritatem ſoluentis, & ad tollendam omnem occaſionem moleſtiæ, cum extet originalis ſcriptura debiti, vnde etiam videtur teneri exigens pro cautione debitoris, & adimplemẽto ſtatuti facere redigi ſolutionem penes acta cauſæ, & vlterius cauere dato fideiuſsore, denotari faciendo ipſam ſolutionem in calce dictæ ſcripturæ debiti, & eam incidẽdo

do, & lacerando in dicto loco Alexandriæ in manibus personæ nominandæ per dictum D. Nerium, & vbi non adsit, in manibus vnius ex Magnificis DD. Consulibus in eo loco morantibus, & de hoc fidem publicam transmittẽdo in termino annorum duorum a die factæ solutionis numerandorum & interim de conseruando indemnem, & sine aliquo penitus damno & ab omni & quacunque molestia dicta de causa inferenda, defendendo ipsum D. Nerium, ita quod si in dicto termino annorum duorum non fuerit dicta publica fides præsentata in officio dictorum DD. Regulatorũ, dictus fideiussor remaneat obligatus pro dicta indemnitate, & defensione erga D. Nerium vt supra deinceps, quousque ea præsentata fuerit in dicto officio: qua præsentata, siue in ipso termino, siue postea, liberatus a dicto fideiussionis onere intelligatur, ipso iure, & facto, sic enim satisfactũ videtur saluatori, seu Dauid Ascanasio eius Procuratori substituto à Mair; Lombroso Hebræo per solutionem, & D. Nerio soluenti

7 per cautionem, sicque capta est in hoc casu via, per quam finibus & indemnitati vtriusque partis prouisum fuit, prout semper fieri debere scribant Doctor. in l. 1. ff. si quis cautio & præsertim Ias. post Cast. in 6. notab. nu. 16. Crauet. consi. 207. in fin. num. 10. & tanto

8 magis prædicta procedunt, cum quando acta aliqua transmittenda sunt de vno loco ad alium; non originalia, sed exempla transmitti debeant in forma authentica tamen, Bartol. in l. eos §. super his sub numer. 1. in fin. & ibidem Salycet. sub num. 14. ad fin. C. de appellation. ut propterea omnino excusandus sit Hæbreus ab originali scripturæ debiti productione, ex quibus omnibus visum est mihi ut supra de iure concludendum esse, Anno 1581. Senis.

EPITOME.

Ambasciatam recipiens, an & quando dicatur ei consentire, & actum subsequentem in eius executionem facere.

SVMMARIVM.

1 *Recipiens ambasciatam, eique non contradicens videtur eam approbare, eique consentire.*
2 *Sed contrarium tenent alij.*
3 *Distinctione tamen utraque opinio saluatur.*
Actus subsequens declarat animum facientis, ibidem: & facto declaratur animus ibidem.
4 *Quando agitur de alicuius præiudicio, si vltra taciturnitatem concurrat aliquis actus, qui ueniat in confirmationem eius, quod agitur, tunc is semper videtur in sui præiudicium consentire.*
5 *Testes testificantes, per vnum, eundemq. sermonem, & eandem reddentes causam, & ratione m sunt suspecti.*
Magisque probant per dissimillia verba idem in substantia deponentes ibidem.

CONSILIVM XVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa vertente corã multum Magnificis DD. Exactoribus gabellarum inclitæ Ciuitatis Senarũ inter Basilium de Buccijs Pictorem Senensem agentem ex vna parte, & Ioannem quondam Martini itidem pistorem se defendentem ex altera mihi in Indici reformationũ dictæ Ciuitatis Senarũ pro Serenissimo Magno Hetruriæ commissa, vt referam quid de Iure in ea pronuntiandum sit, Retuli partes dictorum DD. executorum esse in pronuntiando, & declarando, facultatem faciendi panem album terzeni Ciuitatis, præfatæ Ciuitatis Senarum de mense septembris instantis anni 1581. emptam per dictum Ioannem ad publicum incãtum pro libris viginti, & eidem tanquam plus offerenti deliberatam in congregatione hominum artis Pistorum fuisse, & esse nomine dicti Basilij, & pro eo emptam, & acceptam & successiue in condemnando dictum Ioannem, qui dictam facultatem Bartolomeo bono pistori, & sic alteri quam dicto Basilio absque eius uoluntate concessit, ad omne interesse dicti Basilij, quod exinde legitimè prouenire potest aliàs liquidandum.

Et ad ita referendum motus sum, quia dictus Ioannes respondẽdo positionibus dicti Basilij fassus fuit ipsum Basilium tempore incantus dictæ facultatis ei dixisse, quod eam poneret ad libras viginti pro ipso Basilio, eũdemque Ioannem sic statim fecisse, nullo dato responso verbis Basilij, eamque ei tunc deliberatum fuisse, vnde idẽ Ioãnes recipiens

1 ambasciatam Basilij, & ei non contradicens, videtur eam approbasse, & ei consensisse, vt in terminis tradunt Imol. in l. non solum §. morte sub num. 8. post vers. nam quando iungitur ff. de oper. nou. nunc. Alex. in apostillis ad Bart. in leg. si filius familias la secunda in prima additione ff. ad Senatus C. Macedon. Gabr. lib. primo conclus. titul. de præ-

præsumpt. conclus. secunda in secunda ampliat. num. 3. per regulam l. si filius familias la secunda ff. ad senat. cons. Maced. ita etiam expresse firmat D. Paulus de Castr. in l. interdum sub nume. 3. circa med. ff. rem rat. haberi.

Et licet contrarium sentiat Bart. in d. l. si 2 filius familias, & in l. quo enim §. primo Circa fin. ff. rem rat. haberi, dicens illam regulā procedere ratione receptionis, & retentionis literarum vt etiā latius prosequitur Rip. in cap. cum M. ferrariensis in 4. fal. nume. 131. & 132. de Constit. dicens hunc esse Communem Intellectum, quem etiam tenuit Ias. in l. quæ dotis in 17. & ultimo Casu num. 91. & 92. ff. solut. matr. & in repetit. l. admonendi num. 138. vers. & nota quod ille, ff. de Iur. Iurand. & patet ex deductis per Anchar Regiens. quæstio. 48. num. 1. & plurib. seq. lib. primo, ex qua conclusione sequitur, quod cessante actu retentionis, prout in ambasciata oretenus facta sine literis, regula illa non procedit sicut ita expresè in terminis declarando tenet Alex. in d. l. non solum dicto §. morte sub num. 27. & 28. vers. nec prædictis obstat ff. de oper. nou. nunc. & Felin. in d. capit. cum M. ferrariensis num. 36. uers. secundo fallit de const t. Gabr. vbi supra sub dicto num. 3. versic. contra 3 rium; tamen videtur quod in proposito nostro procedat præcedens opinio simplicis ambasciatæ absque literis receptæ, quia & si ex sola audientia ambasciatæ absque alio actu non inducatur consensus audientis, prout loquuntur Alex. & Felin. relati per Gabr. secus tamen uidetur, quando ex actu subsequēti declaratur animus audientis, quod ambasciatam acceptauerit, prout in casu nostro declaratus videtur animus Ioannis, qui post audita verba Blasij oblationem fecit de eadem met quantitate, de qua Blasius dixerat, nam facto declaratur animus. l. paulus respondit ff. rem rat. haberi, Dec. alia Iura citans in l. non vult. hæres esse, num. 10. ff. de reg. Iur. & admittunt Doctores supra relati indifferenter, quod si agatur de præiudicio 4 alicuius, & vltra taciturnitatem concurrat aliquis actus, qui videatur venire ad confirmationem eius, quod agitur, is semper videtur in sui præiudicium consentire per d. l. si filius familias ff. ad senatus C. Maced. & hāc dixit esse bonam theoricam Abb. in loco relato per Ias. in d. l. quæ dotis in d. 17. & vltimo casu sub num. 90. ff. solut. matr. Et in dubitanter prædicta opinio procedit contra Ioannem, cōtra quem adsunt tres testes pro Blasio examinati, quorum ultimus deponit de confessione dicti Ioannis extraiudiciali, quod licentiam habuerat à Blasio transferendi dictam facultatem in quem pistorem vellet, ex quo datur intelligi, quod pro eo illam acceperat, quia alias licentia opus non fuisset, vt de se patet; Duo autem primi contestes uidentur concludere confessionem eiusdem Ioannis, quod dictam facultatem prædicto Blasio emerat, & licet secundus non tàm clarè, & per verba formalia, quibus primus usus est, hoc dixerit, tamen satis est, quod in substantia eius dictum conuenit cum altero, & quod concluditur ex vtroq; quod dicta facultas debebatur Blasio, im5 mo sic per verba dissimilia valde deponentes maiorem fidem facere debent, quam si per èadem, vel omnino similia deponerent, Crauet. cons. 260. sub nume. 5. in fin. quia tunc uti testificantes per vnum, & eundem præmeditatum sermonem, & ferè eandem reddentes causam, & rationem, essent suspecti, leg. 3. versic tu magis scire potes ff. de testib. iunctis ibi not per glos. Bart. & alios, Crauet. consil. 78. ad fin. sub. num. 11. & ubi instaretur ex dictis illorum testium non insurgere probationem plenam intentionis agentis, negari tamen non posset, quin adiuuent ea, quæ contra Ioannem insurgunt ex receptione ambasciatæ, & alijs prædictis, & ostendant illum, facultatem illam accepisse pro dicto Basilio, omitto dicta per tres testes pro dicto Ioanne examinatos, quorum duo primi ei parum, aut nihil prosunt, ultimas verò pœnitus nocet, in quibus non insisto, cum præsertim Procurator dicti Ioannis asserat eos nō fuisse productos ab ipso Ioanne, postquam fuerunt examinati, & non intendat me super eius eis fundamentum aliquod facere posse, licet ad me missi fuerint ijdem Testes inclusi in processu cum alijs actis causæ per dictos Dominos executores, & Procurator Basilij contrarium prætendat, & dicat se eis vti velle, super quibus non expedit disputare ex prædictis igitur omnibus uisum est mihi vt supra de Iure concludendum esse Anno 1581. Senis.

EPITOME.

De tacita hypotheca fisci in bonis eius administratoris, & qualiter alijs creditoribus anterioribus præferatur. Qui ius hoc Fisci habere dicatur. De soluente pro debitore Creditori suo sine eius mandato, an absque cessione in Ius creditoris succedat, & quando Cessio fieri debeat & de venditore dominium rei venditæ sibi reseruante

uante pro pretio non soluto, quod pro illo omnibus Creditoribus hypothecarijs, & Fisco præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus habet tacitam hypothecam in bonis secum contrahentis.*
2 *Et non solum in præsentibus, verum etiam in futuris, & quidem priuilegiatam, ut alijs tacitum anteriorem habentibus præferatur in illis, & nu. 4.*
3 *Fiscus in postea quæsitis per contrahentem secum habet hypothecam priuilegiatam, & præfertur omnibus Creditoribus priuatis expressam hypothecam generalem, aut specialem habentibus.*
5 *Dos, & fiscus pari passu ambulant.*
6 *Mulier concurrens cum Creditoribus priuatis pro recuperatione suarum dotium in bonis postea quæsitis, præfertur alijs habentibus anteriorem expressam hypothecam.*
7 *Ciuitates, & terræ non recognoscentes superiorem vel recognoscentes, sed ex priuilegio, uel aliter merum, & mixtum imperium, & Iura regalia & fiscalia habentes, dicuntur habere fiscum & tacitè obligata bona earum administratorum.*
8 *Ciuitates, & Terræ fiscum non habentes dicuntur habere tacitè obligata bona administratorum earum.*
9 *Soluens debitum fisco pro debitore fiscali, si non facit sibi cedi Ius à fisco, non succedit in locum ipsius fisci, nec habet Ius, & priuilegium hypothecæ ei competentis super bonis talis debitoris, ideoque si fiscus postea cum eodem debitore contrahat, ipse dicto soluenti præfertur, & non soluens fisco ratione prioris iuris.*
10 *Soluens priori Creditori non succedit in locum ipsius, nisi hoc fuerit actum expresse.*
11 *Soluenti debitum pro alio sine mandato, consultum est actione personali ad debitum repetendum a debitore.*
12 *Cessio fieri non potest post solutionem factam, & ex interuallo, nisi tempore solutionis actum esset de ea facienda solutione, & num. 14.*
13 *Debitor etiam ignorans, liberatur ex solutione per alium facta suo Creditori.*
15 *Cessio non trahitur retro ad præiudicium tertij, qui medio tempore Ius acquisiuit.*
16 *Fiscus in dubio præfertur priuatis.*
Et præcipuè, quando agitur de Causa fisco onerosa & de Iuribus acquisitis, & non de causa lucratiua, nec de Iuribus acquirendis, ibidem.
17 *Bona hæredis non sunt obligata, & hypothecata pro debito defuncti.*
18 *Cessio post litem inchoatam facta, simulata, & in fraudem facta præsumitur.*
19 *Instrumentum dicitur probatio probata, & attenditur, contrario non probato.*
20 *Venditor sibi reseruans dominium rei venditæ pro pretio non soluto, donec illud soluatur: præfertur cuicunque Creditori anteriori hypothecario, & etiam fisco.*

CONSILIVM XVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa mota per Nobiles Dominos Leonardum, & Decium fratres de Beneuolentibus contra fiscum Senensem super bonis hæreditatis iacentis D. Pomponij olim Domini Venturæ de Beneuolentibus, mihi vti Iudici reformationum inclitæ Ciuitatis Senarum pro Serenissimo Magno Duce Hetruriæ commissa per multum Magnificos DD. Executores Gabellarum, ut referam quid de Iure in ea pronuntiandum sit: Retuli partes eorumdem DD. Executorum esse in pronuntiando & declarando, dictos agentes habuisse, & habere meliora, & & potiora Iura, quam habuerit, aut habeat fiscus in medietate prædij della quercia grossa in eorum petitione contenti pro Florenis ducentis triginta de libris quatuor pro singulo Floreno, & interesse recompensatiuo huc usque decurso, & in futurum decurrendo vsque ad effectualem satisfactionem ad rationem librarum sexaginta quatuor denariorũ pro quolibet anno, ex causa prædij alienationis dictæ partis, prædij per eosdem agentes factæ dicto Domino Pomponio, & D. Liuio eius Fratri cum reseruatione dominij vsque ad dictam solutionem factam, & obligatione eam faciendi in solidum secundum tenorem publici Instrumenti super inde confecti anno 1577. manu ser Orindij Bauillierij, & amplius in absoluendo fiscum à reliquis in dicta petitione contentis respicientibus summas, & partitas solutas Creditoribus olim Domini Venturæ Beneuolenti patris dicti D. Pomponij, & eius hæredum per ipsos agentes, & olim D. Nicolaum eorum patrem, in quibus iidem agentes se esse Creditores dictæ hereditatis iacentis D. Pomponij prætendebant.

Ad ita autem referendum, vt à posteriore parte incipiam, motus fui ex eo, quia cum D. Pomponius exercuerit officium Camarlenghi munitionis, & tractæ tritici, ac martellini Ciuitatis Grosseti, & in administratio-

ne

ne illius debitor Magnæ Cameræ Ducalis re
1 manserit, potuit fiscus in illis bonis suam satisfactionem consequi, quia habet tacitã hypothecam in bonis secum contrahentis l. 2. C. in quib. Caus. pig. vel hypoth. tacit. cõtrah. l. 2. & l. 3. C. de priuil. fisc. l. aufertur §. fiscus ff. de iur. fisci & vbique gl. & Scribentes notant: & non solum in præsentibus, sed etiam
2 in futuris, vt est text. in d. l. 2. C. de priuileg. fisci, vbi etiam Bald. num. 1. & Salyce. in fin. versicu. quæri posset, id notant & idem Salyc. in d. l. 3. post principium, vers. item not. & probatur in l. se is qui ff. de iure fisci, quod generaliter in omnibus tacitis hypothecis procedere affirmat ex veriori & communiori opinione Neguſ. in tract. de pignore in 4. membro secundæ partis num. 165. versic. insuper ad declarationem 3. immo in quæsitis postea
3 habet eam fiscus priuilegiatam, vt in ijs præferatur omnibus creditoribus, priuatis anterioribus expressam hypothecam generalem, aut specialem habentibus d. l. se is qui & ibi Barto. in summario, Neguſ. ubi supra nume. 100. post vers. sed dubitatur, & rursus numer. 113. versicu. item dictam tacitam hypothecam & in omnibus tam ante, quam post suã
4 obligationem quæsitis habet pariter fiscus tacitam hypothecam priuilegiatam in probatione, ut præferatur alijs creditoribus anterioribus, tacitam pariter hypothecam habentibus, vt in dotis causa est tex. in l. assiduis C. qui por. in pig. habent. Neguſ. supra citatus quæst. 6. in prin. num. 94. cum qua in hac ma
5 teria pari passu ambulat, vt latè docet ibidem Neguſ. quæst. 12. nu. 108. & bene fecit Marian. Socin. iun. consi. 10. num. 6. versic. fundamentum huius conclusionis, & latius nume. 24. & sequent. versic. demum non obstat lib.
6 tertio, quod mulier concurrens cum alijs creditoribus priuatis pro sua dote recuperanda in bonis quæsitis post suam obligationẽ præfertur alijs anteriorem hypothecam expressam habentibus ob priuilegium dotale, cum in hoc fisco æquiparetur: & procedunt præmissa non solum in Republica Romana, sed etiam in alijs Ciuitatibus, & terris non recognoscentibus superiorem, vel etiam recognoscentibus, sed ex priuilegio, vel aliter merum & mixtum imperium & Iura Regalia & fiscalia habentibus, quia & illæ dicuntur habere fiscum Bald. in leg. prima in fin. numero 22. & 23. C. de hæred. vel act. vend. Neguſ. alios citans vbi supra num. 114. versic. item in
8 tellige. Vltra quod etiam Ciuitates & Terræ fiscum non habentes dicuntur habere tacitè obligata bona administratorum earum, vt ex Neguſ. habetur eodem loco num. 119. versi. sextus casus. Nec iuuari possunt actores ex eo, quod debitum, ad quod D. Pomponius tenebatur, & pro quo eius bona obligata erant,
9 & quod ipsi soluerunt, esset antiquius debito fisci, quia dici potest, quod si D. Nicolaus pater agentium & ipsi met soluerunt pro dicto D. Pomponio & alijs eius fratribus hæredib. D. Venturæ de Beneuolentibus eorũ Patris Creditorib. anteriorib. fisco, & nõ fecerunt sibi cedi iura, quæ Creditores illi habebant super bonis dicti D. Pomponij, non dicuntur successisse in eorumdem creditorum locum, vt eorum iura habeant contra bona dicti D. Pomponij debitoris, in tantum vt si alij postea cũ eo contrahant, & eius bona obligata habeãt præferantur illis & non ipsi dictis contrahentibus post dictam solutionem factam, ita est tex. rotundus in l. si cum pecuniam, quæ est 3. C. de priuilege. fisci, vbi expresse habetur, quod soluens debitum fisco pro debitore fiscali, si non facit sibi cedi ius a fisco, non succedit in locum ipsius fisci, nec habet ius & priuilegium hypothecæ ei competentis super bonis talis debitoris, ideoque si postea fiscus cum eodem debitore contrahat, ille qui soluit, non præfertur fisco ratione prioris iuris, sed imò fiscus ipse illi anteponitur & ibi hoc notant Bald. in summario, & Salyc. post principium dicens hoc esse notandum, quia multi sibi blandiuntur de contrario, & latè Castr. numero primo qui etiam numero secundo
10 notat generali, quod soluens priori creditore non succedit in eius locũ, nisi fuerit hoc actũ expresse, licet quidã credant contrariũ. Bene verũ est, quod est consultũ sic pro alio soluẽtesine mãdato creditori actione personali ad
11 debitum repetendum a debitore, vt text. ille bene probat & est alius tex. in l. cum pecuniã ff. de negot. gestor. Nec cessio post modum agentibus facta per Creditores illos, quibus solutio facta fuerat, nocet fisco, cui medio tẽpore ius acquisitum fuit, nam statim quod per D. Nicolaum & agentes eius filios fuit facta solutio debiti D. Venturæ, seu eius filiorum & hæredum, illis de Bertis & D. Cianio eorum Creditoribus ex causa pretij domus dicti D. Venturę venditę de anno 1551. fue-
12 runt ipsi debitores etiam ignorantes liberati Instit. quib. mod. toll. oblig. in princ. & l. soluẽdo ff. de negot. gestor. & vtrobique scribentes, nullumque propterea ius obligationis remansit pęnes Creditores satisfactos, qui ideo illud cedere postea agentibus non potuerunt l. nemo plus iuris, & l. nemo plus Commodi ff. de reg. iur. cum simil. & est generale,
13 ut post factam solutionem cessio ex interuallo fieri non possit, vtpotè iam sublata obligatione, nisi ipsius solutionis tempore actum esset de tali cessione facienda. Socin. consil. 18. num. 9. lib. 1. & vbi etiam cessio longo interuallo post solutionem facta aliquid roboris

ha-

habere possit, non tamen illa posset trahi retro ad tempora factarum solutionum ad præiudicium fisci qui medio tempore, quod interceslit, a dictis solutionibus ad cessionem, ius in bonis dicti D. Pomponij acquisiuit, & hypothecam tacitam adeptus fuit pro administratione eius iurium fiscalium, vt ferè in proprijs terminis nostris tradit Socin. consil. 126. numer. 1. lib. 4. vbi plures citat. Additur, quod vbi res esset dubia, præferendus esset fiscus agentibus priuatis, cum agatur de causa onerosa & proprijs iuribus ipsius fisci, non autem de causa lucratiua & iuribus acquirendis ex latè notatis per Neguf. d. 4. membro secundæ partis num. 117. & 118. versicu. sed contingit dubitari. Amplius dicitur, quod cessio illa etiam facta tempore solutionum factarum, & antequam aliquod ius hypothecæ fiscus haberet in bonis D. Pōponij, nihil prodesset agentibus in bonis proprijs ipsius D. Pomponij, nam illi de Bertis, & D. Cianeus pro pretio domus venditæ D. Venturæ, patri D. Pomponij habebant obligata bona ipsius D. Venturæ, non autem illius hæredum, vt instrumentum docet, vnde eis non competebat hypothecaria contra bona propria ipsius D. Pomponij Patris hæredis pro parte, quæ non dicebantur obligata & sic contra medietatem prædij della quercia grossa per dictos agentes venditi dicti D. Pomponio & D. Liuio eius fratri & in petitione eorumdem agētium contenti, vt est text. in l. Paulus respōdit ff. de pignorc. & comprobatur ex traditis per Cottam, memor. verbo hypotheca an intelligatur constituta in fin. vnde omni respectu, quò ad partitas summarum solutarum per agentes & eorum patrem Creditoribus D. Pomponij debuit fiscus omnino absolui vti habens meliora & potiora iura dictis agentibus, quibus etiam titulus ille Cessionis suffragari non potest vti habitus nedum post ius fisco quæsitum, sed etiam post apprehensionem ab eo factam de bonis dicti D. Pomponij, quinimo, & post præsentem litem inchoatam, qui ideo simulatus & in fraudem factus præsumitur Salyc. in l. fin. sub num. 4. versic. debes tamen tu probare C. de execut. rei iudic. Quo vero ad caput florenorum 230. & interesse recompensatiui debuerūt agentes obtinere, quia pro illa summa tàm capitalis, quā interesse pro pretio medietatis dicti prædij della quercia grossa per eos venditi dicto D. Pomponio & D. Liuio eius fatri, habent intentionem fundaram contra quemlibet ipsorum emptorum insolidum ex publico Instrumento, quod dicitur probatio probata & attēdi debet contrario non non probato. l. cū precibus cum sua materia C. de probatio. & licet tale instrumentum videatur posterius obligatione & hypotheca fisci: tamen ijsdem agentes in secunda parte prædij vendita pro eius pretio non soluto sunt præferendi fisco anteriorem tacitam hypothecam habente, in omnibus dicti emptoris bonis, ex quia ijdem venditores sibi ipsis reseruauerunt dominium rei venditæ, quousque eis suisset de dicto pretio & interesse satisfactum per ea, quæ latissime habentur per Neguf. alios referentem in dicto tract. de pignor. & hypoth. in 4. part. princ. quæst. 4. num. 33. cum pluribus seq. quibus additur Strac. in tract. de mercatura tit. de decoctoribus in vltima parte vltimę partis nu. 7. uer. cautius igitur & optimè seruiunt Bald. in rub. C. de contrahen. empt. q. 13. num. 24. & Afflict. decis. 338. per totam, cum quibus transeunt Magon. nuper visus decis. florent. 91. nume. 7. & seq. decis. 92 nume. 12. & seq. & decis. Lucen. 31. num. 9. & sequen. & Surd. pariter nouissime visus decis. Mantuan. 157. num. 2. & seq. ex quibus omnibus visum est mihi vt supra de iure concludendum esse. Anno 1582. Scius.

Marginal numbers: 15, 16, 17, 18, 19, 20.

EPITOME.

An, & quando primi fideiussores dicantur liberati per dationem aliorum fideiussorum: & nouatio in hoc proposito facta intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor secundo loco datus primum non liberat, nisi in secunda fideiussione de prima facta sit mentio, sed primo secundus accedit & num. 3.*
Etiam, quod in datione secundorum fideiussorum interueniat noua principalis debitoris obligatio, etiam cum interuentu nouarum personarum numero 4.
2 *Fideiussores primi censentur liberati, quando principalis obligatio est renouata & noui fideiussores dati saltem ope exceptionis & num 5.*
Et hoc procedit etiam de iure digestorum, ibidem.
6 *Fideiussores primi liberantur per secundos fideiussores, quando in instrumento dicitur, quod secundi intercedunt pro primis fideiussoribus, quia tunc dicitur facta nouatio quoad ipsos primos fideiussores.*
Etiam si de principali obligatione non sit habita mentio, ibidem.
7 *Preces probant contra precantem.*

CON-

CONSILIVM XVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Quæstione vertente corã Multum Magnificis Diuinorum Regulatoribus statutarijs, & maioribus Reuisoribus rationum inclitæ Ciuitatis Senarum inter Magnificum Dominum Achillem de Sanctis ex vna parte, & Antonium Mariam lapicidam ex altera, per prædictos Diuinorum Regulatores decidenda, & mihi tanquam Iudici reformationum dictæ Ciuitatis Senarum pro Serenissimo Magno Duce Hętruriæ ad referendum commissa, Visis fideiussionibus per Alexandrum Berninum pręstitis ad fauorem dicti Domini Achillis de Iudicio sisti, & iudicatum solui, precibus dicti Antonij Mariæ, & Rescripro Illustrissimi Domini Gubernatoris, actis subsecutis, & omnibus videndis, fui in voto, quod dicto Antonius Maria primus fideiussor datus per dictum Alexandrum dicto Domino Achilli esset obligatus, & teneretur eidem Domino Achilli vigore dictæ fideiussionis per ipsum præstitæ, non obstante datione alterius fideiussoris, & ita per dictos Diuinorum Regulatores pronuntiandum esse retuli.

Et ad ita uotandum, & referendum motus fui ex eo, quod cum Alexander Berninus dederit in fideiussorem dominum Antoniũ Mariam de Iudicio sisti, & iudicatum solui ad fauorem dicti Domini Achillis, & mox 1 alium dederit fideiussorem in eandem causam, nulla principali obligatione renouata, seu nulla per ipsum Alexandrum principalem teiterata promissione, nullaque prioris fideiussionis facta mentione, videtur, quod primus fideiussor non sit liberatus, sed potius quod primo secundus euenerit per doctrinam. Bartol. in leg. Valerianus, numero quinto, versicul. ultimo, quæro ff. de prætor. stipulator. vbi in proprijs terminis nostris loquendo dicit, quod si post primos datos fide- 2 iussores obligatio principalis est renouata, & noui fideiussores dati, primi sunt liberati saltem ope exceptionis per dictam legem Valerianus, Si verò nulla principalis obligatio aut noua promissio principalis debitoris interuenit, sed simpliciter post datos primos fideiussores dati sunt alij fideiussores, & iterum alii, nulla primæ obligationis facta mentione, primi fideiussores non sunt liberati, 3 sed secundi accedunt primis argumento l. si Titius, ff. de fideiussor. post principium, ibi sed ita demum alteri totum corrigendum est, si postea minor intercesserit & hanc Bartol. opinionem sequuntur in dict. leg. Valerianus Imol. sub numero, tertio, uersiculo, septimus, & vltimus, & Castrens. numero, quinto, versiculo, vltimo, dicit, & idem Castrens. in leg. quarta §. si ex conuentione numero quarto, versiculo, item est hic casus, ff. de re iud. & ibidem Alexand. numero, octauo, versiculo, & per hoc, & Socin. consi. decimooctauo, in secundo dubio, sub numero, decimoquinto, versiculo, verum prædictis minime obstantibus, & consil. 21. ad fin. vers. item hoc patet libro, primo, & idem tenere, videtur Bald. consi. 454 sub numero primo, libro secundo. Quinimo videtur quod etiam 4 quando in datione secũdorum fideiussorum interuenisset noua promissio principalis debitoris, non dicuntur liberati primi fideiussores, quia per illam nouam promissionem nõ inducitur hodie nouatio, etiam cum interuẽtu nouarum personarum, nisi hoc ageretur expresse per l. fin. C. de nouation. ut in indiuiduo dicit Castrens. in dict. l. Valerianus sub dicto numero quinto. in fin. qui propterea subiungit se non videre ad quid sit vtilis illa distinctio Bartol. supra relata, licet ego non credam in hoc Castrensi standum esse, quia etiam hodie hoc casu, quando esset renoua- 5 ta principalis obligatio cum datione nouorum fideiussorum, dicerentur liberati primi fideiussores saltem ope exceptionis, propter nouationem, quæ diceretur tunc facta de iure Digestorum ipso iure, tenendo opinionem magis communem Doctorum, quod vbi de iure Digestorum fiebat nouatio ipso iure, fiat hodie ope exceptionis, vt declarat Alex. in d. §. si ex conuentione sub d. nu. 8. & 9. quam opinionem etiam communiter recipi dicit Socin. d. consi. 21. num. 1. lib. 1. licet ipse contra eam postea teneat ex multis num. 3. & sequ. volens, quod immo hodie nec ope exceptionis fiat nouatio in casibus, in quibus olim de iure Digestorum fiebat ipso iure, nisi expresse id agatur; Fateor tamẽ, quod si in da- 6 tione secũdorum fideiussorum diceretur, q̃d ij pro primis fideiussoribus darentur, primi dicerentur liberati & diceretur facta nouatio, quò ad ipsos fideiussores, licet nullam prioris principalis obligationis mẽtio habita fuisset in ipsa datione secundorum fideiussorum, ut

dicit Castrens. in d. §. si ex conuentione sub d. num. 4. uersi. aduerte tamen, dicens ita esse limitandum, & intelligendum dictum Bartol. in dicta l. Valerianus per l. si rem la prima §. omnis. versic. siue in alijs ff. de pignor, quam declarationem sequitur idem Castrens. in dicta leg. Valerianus sub dicto numero quinto. versicul. breuiter: idem etiam tenet Alexand. ibidem in addit. ad Bartol. in vltima apostilla in verbo vtrum videatur litera E. & idem Alexand. in dicto §. si ex conuentione sub d. numero octauo versic. quod debet intelligi; Et quando prædicta cessarent, videretur teneri Antonius Maria, ex quo in precibus per eum porrectis dicto Illustrissimo Domino Gubernatori, post dationem secundi fideiussoris fatetur se teneri dicto 7 D. Achilli ex causa dictæ fideiussionis per ipsum præstitæ pro dicto Bernino: cum enim dicta in precibus probent contra precatorem l. cum precum. C. de liber. caus. l. secunda, C. de institut. & substitut. cum simil. sibi præiudicauit, vt modo non possit contrarium afferere & prætendere, se non esse obligatum, sed immo per dationem secundi fideiussoris liberatum l. prima, cum ibi notat. C. de furt. ex quibus omnibus visum est mihi, vt supra de iure concludendum esse. Anno 1582. Senis.

EPITOME.

De Materia remedij capit. reintegrandæ tertio, quæstion. prima, & de exceptionibus actorem repellentibus maximè vero respicientibus dominium, & proprietatem, & quis ex actore, vel reo obtineat probatis ab utroque possessione, & titulo habito ab alio, quem dominum fuisse non constat.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem ex sua culpa, aut facto amittenti non succurritur remedio ca. reintegranda.*
2 *Identitas bonorum probatur, quando duæ ex pluribus demonstrationibus conueniunt.*
3 *Identitas probari solet, per faciliores probationes.*
4 *Res iudicata pro veritate haberi debet.*
5 *Oppositum sæpius, & plene cognitum & reiectum amplius opponi non potest.*
6 *Sententia absolutoria rei in petitorio obstat agenti in possessorio & nume. 7. ubi declaratur quomodo hoc procedat.*
8 *Possessio non potest per actores auferri de manibus reorum, qui se dominos ostendunt.*
Quod procedit etiam, quod actores melius probent in possessorio, quia adhuc rei melius probantes in petitorio obtinent num. 11.
9 *Petitorium absorbet possessorium.*
10 *Dolo quis facit petere, quod restituturus est.*
12 *Spoliati ante omnia sunt restituendi, nec eis obijci potest exceptio proprietatis, & dominij reorum.*
13 *Fallit quando petitorio, & possessorio simul est actum, vel etiam solo possessorio, sed actor permisit etiam de petitorio cognosci, & non fuit protestatus, quod de possessorio tantum ageretur.*
14 *Actor temere reum uexans, & succumbens côdemnatur in expensis.*

CONSILIVM XIX.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

In causa mota per Ioannem Franciscum Iosephum de Aggrauijs de Sarteano, contra Gira montem, Troianum & Ferrocium, fratres de Berdinis de eodem loco, mihi per Serenissimum Magnum Ducem Hetturiæ Dominum meum commissa vt referam Serenissimæ C. S. quid de iure in ea pronuntiandum sit, Viris omnib. processibus ad me transmissis & habita super eis matura consideratione, Retuli partes Domini iudicare debentis esse in absoluendo dictos fratres de Berdinis a petitis per dictos de Aggrauijs & in condemnando eosdem de Aggrauijs in expensis per dictos de Berdinis legitime factis, earum taxatione reseruata cui, seu quibus de iure conuenit.

Et ad ita referendum motus sum imprimis ex eo, quod isti de Aggrauijs non videntur posse agere ad recuperationem possessionis bonorum, de quibus controuertitur, cum eam amiserint propria culpa, 1 & proprio facto, tum negando se ea bona tenere, & possidere, tum consentiendo Berdi-

Berdinos in eorum tenutam, & possessionē immitti, tū approbando immissionē exinde factam, ut ex actis manifeste colligitur, nam amittenti possessionem ex culpa sua, aut ex facto suo non succurritur remedio cap. re integranda tertia quæstio. prima Afflict. Decis. 392. numero 27. Socin. consil. 166. numero decimonono. & vigesimoprimo. libro secundo. & in l. rem quæ nobis, numero octauo ff. de acquirend. possess. vbi de communi testatur Rip. in capitulo sæpe numero 27. extra de caus. possess. & propr. vbi pariter dicit communem & tradunt alios referentes D. Cephal. præceptor meus consil. 100. nu. 26. & Menoch. de recuper. possess. remed. vigesimoquinto numero 95. quod & in amittente possessionem ex negligentia procedere affirmat Socin. in locis præcitatis, quem sequitur Ripa supra relatus. Et quamuis Aggrauij dicant hæc bona non esse eadem, in quorum possessionem consenserunt immitti Berdinos vigore instrumenti emptionis per eorum maiores factæ ab Honophrio Senensi vsque de anno. 1 5 3 4. sed esse alia ab eis diuersa, & separata, hocque conentur iudicibus persuadere, ea nominando aliter, quam faciant Berdini, & describendo modo vno, modo alio, & non semper eodem, sed diuerso vocabulo: Attamen ex processu liquet ea esse eadem etiam stando in dictis nonnullorum testium & præsertim attenta identitate confinium, & considerata descriptione per vtramque partem semper facta, cui conueniunt duæ viæ notissimæ, & perpetuæ, in quarum medio posita sunt bona & maximè sic initium dictorum bonorum intermediorum dictis vijs capiatur a Cruce, prout Berdini volunt, & Aggrauij etiam fatentur in iudicio petitorio. sufficit enim ad proba ionem identitatis bonorum, quod duæ tantum ex pluribus demonstrationibus conueniant, Crauett. consil. 198. numero primo, in fin. & sub numero secundo, versicul. neque obstat, vel quod alia qualitas concordet Corne. consil. 206. ad fin. numero septimo, libro quarto. Crauett. dicto consil. 198. numero secundo, in principio, quæ identitas clarius apparet ex responsione facta præparatorijs Berdinorum, per Horatium laboratorem dictorum de Aggrauijs iuncta pronuntia de immittendo in possessionem Berdinos, secundum dictam responsionem, & contractum emptionis per eos productum, & iunctis actis per Aggrauios tam ante, quam post immissionem eo modo executam factis, & literis per eosdem filio dicti Honofrij venditoris scriptis, & recognitis, quæ omnia bene pensata inducunt Iudicem ad arguendam dictorum bonorum identitatem, cum ea soleat probari per faciliores probationes, & 3 per solas coniecturas Afflict. Decis. vigesimoterno, numero, quarto. Crauett. plura adducens dicto consilio 198. numero, secundo & dicit Anchatan. consil. 194. sub numero, quarto, ad fin. quod Iudex de facili debet præsumere identitatem, & eum sequitur Crauett. dict. consilio 198. sub dicto numero secundo. versicul. facit, vltra quod frustratorium videtur nunc de ista oppositione pertractare, cum Aggrauij de ea semper egerint, non solum in illo Iudicio missionis in possessionem, sed etiam in iudicio turbatæ possessionis exinde per Berdinos moto, & demum in iudicio petitorio per ipsos Aggrauios instituto & in omnibus succubuerint reiecta exceptione ista, & identitate bonorum præsupposita, nam primo Iudex loci misit in possessionem horum bonorum Berdinos: mox Rota Senensis triennij præteriti in iudicio vti possidetis per Berdinos intentato pronuntiauit pro eis, condemnando Aggrauios ad desistendum a turbatione, & molestia in dictis bonis: & demum Rota Florentina præsentis triennij in iudicio petitorio per ipsos Aggrauios mota absoluit Berdinos, & in motiuis expresse dixit constare hæc esse eadem bona, cum enim omnes hæ sententiæ transiuerint in iudicatum, & respectu vltimæ etiam sit impositum Aggrauijs perpetuum silentium, ex rescripto Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Gubernatoris Senensis, non potest quidquam vlterius quæri, sed omnia in eis 4 contenta pro veritate sunt habenda l. res iudicata cum ibi not. ff. de regulis iuris: nec quod toties fuit ad eumdem finem opposi- 5 tum, & plenè cognitum & reiectum, est iterum proponendum iuxta tradita per Gabriel. titulo de except. conclus. 2. per tot. quæ a fortiori huic rei deseruiunt.

Sed præter supradicta dico, quod cum isti Aggrauij in petitorio per eos intentato contra hos Berdinos succubuerint ex consilio Rotæ Florentinæ, & in eo remedio sit eis impositum perpetuum silentium, vt supra tetigi: nunc agentes possessorio recuperandæ repelluntur exceptione rei iudicatę, quia 6 sententia absolutoria rei lata in petitorio, obstat agenti possessorio recuperandæ secundum communem opinionem Doctorum, de qua attestantur, quæstionem late pertractantes scriben. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend. possession. & præsertim Alexand. numero, duodecimo, cum sequent. Iaso. numero 43. cum sequen. & Rip. numero 33. cum sequ. & sibi ipsis imputare debent actores, qui prius agere debebant pos-

C 2 ses-

sessorio, quam petitorio sequendo Conciliū, Iurisconsulti in l. is, qui destinauit ff. de rei vendic.

Nec dicatur hanc conclusionem procedere solummodo, quando talis absolutoria fuit lata ex iure reorum probato, secus autē si ex non iure actorum tātum lata appareat, vt in præsente casu, quia tunc non obstat absolutoria agenti possessorio recuperandæ, vt 7 videntur sentire Alexan. & Ias. supra citati & clarè firmat Rip. in eodem loco numer. 44. Quia respondeo, quod & si Domini Auditores Rotæ Florentiæ in eorum motiuis dicāt, quod reos ex non iure agentium absoluerunt, tamen subdunt, quod etiam rei ex eorum titulo, & antiquissima possessione, suorum maiorum ex fama, rem esse de Berdinis plenè probarūt, & sic etiam ex hoc moti fuerunt, quo casu indubitanter obstat agentibus opposita rei iudicatæ exceptio.

Ex qua re etiam deducitur, quod cum eisdem agentibus in hoc possessorio iudicio oppositum sit per reos de eorum iure proprietatis & dominii & de eo constare dicatur ex dicta sententia & motiuis Rotæ Florentinæ, non possint dicti Agentes obtinere etiam quod in hoc ipso iudicio possessorio melius 8 probassent, quam rei: quia possesio non potest auferri è manibus eorum, qui se dominos ostendunt, pro quibus est pronunciandū 9 in petitorio, quod possesorium absorbet, ob statque tunc agentibus exceptio dolo facis 10 petere, quod restiturus es, vt latè & pulcrè declarat Alexan. consi. 76. numero primo. & secundo lib. 2. consi. 45. numero primo libro 3. consi. 159. numero secundo. libro 5. Abb. in capitu. cum dilectus numero 10. in sua distintione extra de caus. poss. & propr. Socin. consi. 98. in quinto præmisso numero quarto libro quarto. ad quorum dicta se remittit. Rip in dicto §. nihil commune numero 196. Quinimo & si Actores probassent de antiquiori possessione etiam cum titulo, de quo tamen hic nō apparet, habito ab eo, de cuius vero & directo dominio non constat, cum tamen rei probauerint de possessione iuniori cum titulo habito ab alio etiam non domi- 11 no, absque tamen vitio & mala fide, deberent ipsi Rei obtinere, quia licet in possessorio melius probauerint Agentes, non tamen possunt auferre possessionem a reis, qui melius probarunt in petitorio, in quo debent obtinere, nec tenentur restituere possessionem antiquioribus possessoribus, obstante sententia lata in petitorio, quod absorbet possessorium & obstante exceptione dolo facis petere; quod restitutus es, secundum dicta superius ita in terminis tradit Alexan. dicto consil. 76. column. prima, & secunda, libro secundo dicto consil. 45. colum. pariter prima, & secunda libro tertio consi. 118. sub numero primo, secundo, tertio, septimo, vndecimo, & duodecimo. libro secundo. con sil. 89. numero septimo, octauo, & decimo, Libro quinto. & est de mente Iaso. in §. sed istæ numer. 19. & 20. Institutio. de action. quod procedit etiam quando titulus iunior reorum fuisset habitus ab eo, qui nullum titulum habebat & quem actores conuincere potuissent, cessante tamen vitio, & mala fide secundum Alexand. d. consi. 118. numero 7. & 12. lib. 2.

Et si dicatur, quod præmissæ conclusiones videntur procedere, quando cumulatum est petitorium & possessorium recuperandæ simul, ut loquuntur authoritates allegatæ: secus autem quando actum est solo possessorio recuperandæ, vt in hoc casu, quia 12 tunc Agentes spoliati ante omnia sunt restituendi, nec eis potest obiici exceptio proprietatis & dominij reorum l. si quis ad se fundum C. ad l. Iulian. de vi public. & in C. in literis extra de restitut. spoliat. Pro responsione dico, quod cum in processu de vtroque est actum, super vtroque est cogno- 13 scendum & pronuntiandum & imputandum est actoribus, qui passi sunt de petitorio opponi & cognosci, & non protestati fuerunt, quod de possessorio tantum ageretur, nec institerunt, vt acta reorum concernentia proprietatem reijcerentur, vt probat text. in capitulo primo extra de restitut. spoliat. Alexand. consi. 89. sub numero octauo. libro quinto. & in dicto § nihil commune, numero trigesimoprimo, uersicul. decimoquarto. fallit, & ibidem latius Rip. nu. 72. versi. Quarto limita.

Ad expensas autem litis tenentur actores erga reos, cum temere litigasse videantur, & toties in litibus super eisdem bonis Bot- 14 dinos vexauerint, semperque succubuerint, ut propterea nullam prorsus iustam litigandi causam habuisse dicantur iuxta notat. per Scribent. in l. eum quem temere ff. de Iud. & in l. properandum §. siue autem alterutra C. eodem tit. Anno 1583. Florentiæ.

EPI-

EPITOME.

Qualiter mulier agat ad recuperationem suæ dotis, promissæ vero, sed non solutæ, tam ipso viro viuente, quam eo mortuo, & an promittentem ipsam dotem molestare possit, an vero ipsum virum tantum, aut eius hæredes et: quomodo hi liberentur.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote legata viro pro eius uxore non competit viro legatario, sed vxori, & quare.*
2 *Actio ad dotem consequendam, viro promissam pro pro dote uxoris, competit ipsi viro & non uxori, quando per contractum facta est promissio.*
3 *Mulier pro restitutione dotis viro promissæ non debet agere contra promittentem, aut eius hæredes, sed contra virum, vel eius hæredes & numero 8.*
4 *Sed illi liberabuntur cedendo actionem eis competentem.*
5 *In Contractibus persona extrinseca non subauditur, & ex eo non agit nisi stipulator, vel conuentor, & is, in cuius personam concepta est promissio, & numero 8.*
6 *Secus in legato, in quo non requiritur præsentia partium, aut consensus, prout in contractu.*
7 *Mulier non potest agere ad dotem promissam viro, eo viuente, quia constante matrimonio Maritus est Dominus Rei dotalis, & numero 10. vbi latius.*
9 *Mulier potest pro restitutione suæ dotis viro promissa agere contra promissorem hypothecaria tanquam contra debitorem sui debitoris.*
10 *Maritus in re dotali, & disponit & agit & conuenitur ut dominus.*
11 *Statutum Senense disponit, quod mulier coniugata ex quacunque causa non potest se, aut bona sua obligare, vel aliquem contractum facere, nisi cum cõsensu uiri, & vnius proximioris & in defectum Iudicis ordinarij.*
12 *Statutum prædictum obstat mulieri agenti sine dicta solemnitate, quia in Iudicio quasi contrahitur, & num. 13.*
14 *Statutum præfatum locum habet etiam in causa dotis.*
15 *Preces probant contra precantem.*
16 *Mandatum generale non porrigitur ad ea, quibus mandans contrauenire non poterat, & quę seruare promiserat & iurauerat.*
17 *Rescriptum secundum tollit primum.*
18 *Subreptitia impetratio non valet & modica subreptitio uitiat rescriptum & num. 19.*
20 *Persona inhabilis de Jure ad agendum ex quacunque pronuntia habilitare non potest.*
21 *Mulier viro ad inopiam vergente ad dotem agere potest, declara vt sub num. 22.*
23 *Reipublicę interest mulieres habere saluas dotes, propter quas possint nubere, & Ciuitatem liberis hominibus replere.*
24 *Mulieri male ad dotes suas agenti ius melius agẽdi reseruandum est.*
25 *Actor temere reum uexans condemnatur in expensis.*

CONSILIVM XX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mota per D. Catherinam vxorem Traiani de Berdinis à Sarteano contra Nicolaum olim Ioannis eius fratrem, mihi cõmissa per Serenissimum Magnum Ducem Hætruriæ Dominum meum, vt referã Serenissimæ C.S. quid de iure in ea pronuntiandum sit, Visis processib. ad me transmissis, & habita super eis matura consideratione, Retuli partes Domini iudicare debentis esse in absoluendo dic tum Nicolaum Reũ conuentum à petitis per dictam D. Catherinam, & Ser Dominicum Pactamium uti eius Procuratorẽ, reseruato sibi Iure alias melius agendi, & in condemnando partem victã victrici in expensis legitimis, earum taxatione reseruata, cui, seu quibus de iure conuenit.

Ad quam rem ita terminandam moueo ex multis, sed potissimum ex infrascriptis, & primo quia in instrumento, cuius vigore agit D. Catherina, Dos nõ promittitur ipsi D. Catherinæ, sed eius viro tantum, quo casu non videtur eadem D. Catherina posse agere contra reum, quia licet quando est factum legatum viro pro dote vxoris, actio non competat ipsi viro legatario, sed vxori, ad quam verba legati dispositiua non sunt directa, quia eius magis interest, ne remaneat indotata, quã viri propter fructus ad eam spectantes, l. seruo legato, §. si testator versic. nec solum & ibi glos. Bart. & Flor. vterque in princ. & Ias. nu. 11. ff. de legat. primo. Bald. in l. si pater la prima in prima lect. num. 3. & in 2. lect. numero 1. C. de dote promis. Gabr. alios citans titu. de iur. dot. concl. 3. in prima limit. num. 2. tamẽ quando per contractum promissa est dos viro pro vxore, actio competit ipsi viro, & non vxori, vt est text. rotundus in d. l. si pater la prima. C. de dot. promis. & ibi hoc notant, Glos.

Bart.& Bald.in prima & secunda lect. & Salycet.& Corn.consi. 102.num. 38.lib.2.& cõsil.318.sub num.3.versicu.item est lib. 3.Gabriel. dicta conclus. tertia in princip. & ideo dicit idem Corn.consi.primo num. 11.lib.2. quod mulier, vel hæredes debent agere ad restitutionem dotis viro promissæ cõtra ipsum virum,aut hæredes, & non contra promittentem,aut hæredes: sed quod vir,vel hæredes li-
4 berabuntur cedendo actionem eis competentem,cuius rei ea est ratio, quod in contractibus persona extrinseca non subauditur & ex
5 eo non agit,nisi stipulator,vel conuentor, vt formaliter dicit Bald. in d. l. si pater in prima lect.num. 4.quod non est in legato, in quo e-
6 tiam non exigitur præsentia partium,aut cõsensus, prout requiritur in contracto,vt dicit ibi Bald.num.3. quod præsertim procedit cõ
7 stante matrimonio,vt loquitur dicta l. si pater,& fatetur ibi Bald. in prima & in secunda lect. Licet idem etiã sit eo soluto per mor
8 tem uiri,nam & tunc mulier non potest agere contra promissorem ad dotem,sed agere debebant hæredes Mariti, quia ex contractu non agit ille,cuius fauore est celebratus, si in eius personam, vel alterius pro eo recipientis non est concepta promissio, vt punctualiter tradit Bald.in d.l.si pater in prima lect. numero secundo quod & in secunda lect.sentit numero primo; Verum est tamen , quod idem Baldus ibidem in prima lectu. sub numero quarto ad fin.videtur dicere, quod hoc casu
9 mulier posset competere contra talem promissorem hypothecaria tanquam contra debitorem debitoris sui per l. hæredem mariti cum ibi notat.C.de hæredit. actio. in quo tamen nihil firmat,nec est hoc præsentis inspectionis,sed extra terminos nostros, cum nec solutum sit matrimonium,nec tale remediũ fuerit intentatum.

Secundo. Quia vbi etiam promissio dotis ipsi D. Catherinæ facta fuisset & per consequens ex dicto instrumento actio sibi competere posset, quod non videtur ex supradictis, non tamen ad promissam dotem agere ipsa posset viuente viro, quia constante matrimo
10 nio maritus est dominus rei dotalis & in ea disponit & agit,conuenitur vt dominus l.dote ancillam C. de rei vend. l. & si dotis & ibi Glos & l.in rebus C.de iur.dot.l. quamuis in bonis ff.eodem tit. & §.primo institu.quibus alien.lic. Aret.in §.ijdem in principio institu. de excus.tut.& antea Bald.cons.160. nume. 2.lib.2.& Andr. Alph. inter cons. ipsius Bald. consi.366.num.1.eod.lib. 2.quod multo ma
11 gis videtur procedere ob statutariam Ciuitatis Senensis dispositionem , qua mulier coniugata ex quacumque causa non potest se , aut bona sua obligare , vel aliquem contractum,vel quasi facere,nisi cum consensu viri & vnius proximioris consanguinei & in defectum iudicis ordinarij , nam cum in Iudicio dicatur se parti obligare & cum ea quasi con
12 trahere l.3.§.idem scribit ff.de pecul. & l.defensor tutoris ff.de tutel.& ration. distrahi,vi
13 detur quod in tali iudicio comparere non potuerit sine dicta solemnitate, nec enim dubitatur , quia tale statutum habeat locum etiã
14 in causa dotis,Bald.cons.23. num.primo lib. 5.Decis.consi.5.num.2.& seq.consi.302.nu. 3.& plurib.seq.& consi.536.num.8.9. & in l. 1.num.8.9.ff.de reg.iur.& Rip.in l. 1. nume. 14.15.ff.solut.matrimon.Gozzad.consil.97. sub num.7.& alij per eos allegati, sed quando hoc fundamentum ex iure municipali deductum dubitabile esset,sufficit illud de iure cõmuni,quo vir agere debebat,& nõ ipsa vxor, præsertim absque cõsensu viri , vt ipsamet fassa est in precibus Reuerendissimo Guberna-
15 tori porrectis,quibus contra eam standũ est. l.cum precum C. de liber.caus. & verum est, quia mandatum generale ad agendum,& defendendum per ipsam cum viri consensu factum die 28.Octobris anni 1584. non porrigitur ad præsentem litem postea motam de mense Decembris eiusdẽ anni contra sępius promissa & iurata per ipsum virum dicto mãdato consentientem, & nondum a talibus iu
16 ramentis absolutum, vel habilitatum , cum tunc dictus vir etiam si voluisset, non potuisset dicto Mandato consentire citra incursum periurij iuxta C. qui ad agẽdum cum ibi not. per glos.& doctor.de procurat in 6.& conferunt pulchre tradita per Crauet.consi.54.nu. 5.6.& consi. 160.num.5.& consi.168.num. 9.Nec ex rescripto prædicti Reuerendissimi D.Gubernatoris sublata videtur ista difficul-
17 tas, quia extat in contrarium aliud posterius rescriptum ad preces rei conuenti, quo prius tollitur argumento l. pacta nouissima cũ sua materia C.de pact.& facit l.nihil tam naturale cum ibi not.per scribent. ff.de regul. iur.& merito quia in precibus actricis multa fuerant tacita,quæ si fuissent expressa, Reueren
18 dus D.Gubernator vel nihil concessisset, vel saltem difficilius concessisset,quo casu impetratio vti subreptitia non valet , cum maxi-
19 mè modica subreptio vitiet rescriptum, vt punctualiter tradit Gram.iura, & authoritates adducens consi.crim.34.sub nu.9. 10. 11. Nec ex quacunque pronuntia potuit persona huius mulieris habilitari ad agendum contra expressam iuris tum communis, tum municipalis dispositionem. Deci.consil.549.sub nu.3.versi.& hoc comprobatur. Nec ad rem facit allegatio actricis de vergẽtia uiri ad inopiam , propter quam sibi liceat agere pro dote constante matrimonio, prout eo soluto licuisset,

21 euisset, tum de iure communi per l. si constã te ff. solu. matrimon. l. vbi adhuc & l. in rebus in fi. C. de iur. dot. tum de iure municipali Se nensi sub Rub. de casibus, in quibus constan te matrimonio fieri debeat restitutio, vel cõ signatio dotis. Quia respondetur, quod vbi es semus in casibus dictorum iurium commu nium, uel municipalium & in præsente casu eorum verba, & rationes militarẽt, quod pro babili dubio carere non uidetur, dote adhuc penes hæredem promissoris extante, & non-
22 dum, tradita uiro, & proinde cessante eius re petitione, & periculo dissipationis ex uiri ino pia, non tamen audienda esset actrix, cum de dicta uergentia ad inopiam nõ docuerit, nec secundum ius commune, ut in iuribus cita tis no. scribentes; nec secundũ allegatum sta tutum, ut ex processu apparet; Et quando e- tiam de uergentia ad inopiam doctum fuis- set, non tamen cõtra dictum Nicolaum pro- missoris hæredem ad promissam dotẽ agere D. Catherina potuisset, prout nec soluto ma trimonio secundum deducta superius in pri- mo fundamento principali per leg. si pater la prima C. de dotis promis. & alia allegata; Cæ terum quia huic mulieri ius consecutionis
23 suarum dotium soluto matrimonio, uel eo constante in casibus a iure permissis auferri non debet & Reipublicæ interesset mulieres habere saluas dotes, propter quas nubere pos sint, & Ciuitatem liberis hominibus replere l. 1. ff. solut. matrimon. & l. 2. ff. de iur. dot. nõ ab re eidem reseruarri ius alias melius agen-
24 di per l. Bebius cum ibi not. ff. de pact. dotali
25 bus. In expensis autem debuit condemnari actrix tanquam temere in hoc iudicio uexãs reum per l. eum quem temere, ff. de iudic. & l. properandum §. siue autem alterutra C. eo- dem tit. cum ubique not. per scribent. Anno 1584. Florentiæ.

EPITOME.

Quid probandum sit per agentem hypothe- caria, aut Saluiano interdicto pro obli- gatione speciali certæ rei contra tertium possessorem, habentem vel non haben- tem causam ab eodem, siue lucratiuam, siue onerosam, & de alijs in hac materia, & de exceptione adimplementi ex parte agentis non secuti.

SVMMARIVM.

1 *Titulus non suffragatur illum habẽti contra alium ab eodem authore causam non habentem, nisi de il- lius concedentis iure constet.*
Res aliena concedi potest ibidem.
2 *Nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat.*
3 *Agens hypothecaria pro obligatione speciali certæ rei contra tertium debet probare possessionem fuis- se penes obligantem tempore factæ obligationis cũ allegatione domini, vel quasi, nec suffi it simplex & indeterminata probatio dictæ possessionis cum dicta allegatione & num. 4. & 7.*
5 *Quod procedit etiam si agatur contra habẽtem cau sam ab eodem siue onerosam, siue lucratiuam, & numero 7.*
6 *Agens saluiano interdicto contra tertios possessores causam ab eodem non habentes non habet probare de dominio, vel quasi debitoris, sed satis est quod probet de eius possessione.*
7 *Si tamen agat pro obligatione speciali certæ rei de- bet probare possessionem de tempore obligatio- nis.*
8 *Actore non probante reus absoluitur etiam si nihil pro se adduxerit.*
9 *Exceptio adimplementi pro parte agentis non secu ti obstat eidem non solum ad impediendum proces sum, vt non audiatur, sed etiam ad merita causæ, ut non obtineat.*
10 *In hoc quæ supplet Iudex etiam parte non appo- nente.*
11 *Solutio uti in facto consistens non præsumitur, sed probanda est per debitorem.*
12 *Actor temere reum uexans in expensis condemna- tur.*

CONSILIVM XXI.

Spiritus sancti gratia illuminet intel lectum meum.

IN ista causa mota per Ia cobum quondam An tonij virum D. Victo riç olim Cosmi de Sar teano nomine in actis expresso cõtra Alexiũ Petrum, & Alexandrũ fratres de Canestrellis per Serenissimum Magnum Ducem Hætru riæ mihi commissa, vt Serenissimæ Celsitu dini Suç referam, quid de iure in ea proũtian dũ sit. Viso processu ad me transmisso, eoq; bene considerato. Retuli partes Domini iu dicare debentis esse in absoluendo dictos fra tres de Canestrellis reos conuentos a petitis per dictum Iacobum, ut in actis agentem: & in condemnando partem uictam, uictrici in expensis legitimis earum taxatione reseruata cui, seu quibus de iure conuenit.

Ad ita concludendum adducor ex plurib. sed potissimum ex infrascriptis. Aut. n agens, uult

uult, quod instrumentum dotale anni 1551. celebratum inter ipsum ex vna par te & dictum Cosmum eius socerum, & patrem dictæ D. Victoriæ ex altera, super quo suam fundat intentionem, constituat ius in domo petita quò ad dominium, aut quod ius pignoris tantummodo tribuat, Primo casu non videtur posse idem agens obtinere cōtra hos reos conuentos tertios possessores, & causam ab eodem Cosmo non habentes, contra quos dictum instrumentum nō probat ius dicti Cosmi in dicta domo, sed de eo aliter constare debet, alias concessio nihil producente, iuuat, cū etiam res aliena ei concedi potuerit. Glos. in l. cum res in verbo in vacuam post princ. C. de probat. Castr. consi. 407. num. 3. lib. 1. Crauett. consi. 57. num. 3. 4. consi. 124. nu. 11. 12. & consi. 134. numer. 21. vt propterea cum de aliquo dominio, vel quasi dicti Cosmi in dicta domo tempore contractus non appareat, frustra ad illud consequendum, vti in se translatum agat Iacobus, in quam maius ius transferre non potuit Cosmus, quam ipse haberet l. traditio ff. de acqu. rer. dom. & l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. & cap. nemo potest plus iuris eod. tit. in 6. cum simil.

1

Secundo casu non videtur similiter posse obtinere, quia cum agatur de obligatione speciali certæ rei, etiam si egisset contra ipsummet Cosmum principalem debitorē, debuisset probare possessionē ipsius debitoris in dicta domo tempore factæ obligationis, cum allegatione dominij vel quasi, nec sufficit simplex & indeterminata probatio possessionis ipsius debitoris, cum dicta allegatione dominij, vel quasi secundum Neguſ. in tract. de pignor. & hypoth. in 3. membro 8. part. princ. nu. 6. vers. prima igitur conclusio sit, & num. 22. versic. secundo quando agitur, & est text. clarus in l. & quæ nondum §. quod dicitur ff. de pignor. & ibi hoc not. glos. & doctor. quo fit, vt cum hoc per agentem nec probatum, nec etiam deductum & articulatum fuerit, merito per eum victoria reportari non possit ex prædicta conclusione, quam firmissimam appellat Ias. in §. item Seruiana sub nume. 89. vers. primo casu principali institut. de action. quæ a fortiori militat in isto casu, in quo cū agatur contra tertios possessores, necessario erat probandum de dominio, vel quasi dicti Cosmi debitoris vltra possessionem, præsertim cum nullam ab eo habeat causam, vt tradit Neguſ. in loco citato num. 11. versic. quarta conclusio est & ante eum Ias. in dicto §. itē Seruiana sub dicto nume. 89. vers. tertio casu principali, & sic etiam idem sit in habentibus ab eodem causam, siue lucratiuam, siue onerosam, vt ex veriori & communiori opinione ostendit idem Neguſ. ibidem nu. 8. cum

4

5

plur. seq. versic. tertia conclusio est, cum qua opinione etiam postea transit sub numer. 22. versic. tertio quando agitur, quicquid dixerit Ias. supra relatus versicul. secundo. Casu principali sub dicto nu. 819. Quando causa est lucratiua ex suo capite tantum contra alios & licet, quæ dicta sunt de dominio, vel quasi, procedant in actione hypothecaria & nō habeant locum in Saluiano interdicto, in quo sufficit sola possessionis debitoris probatio absque dominio, vel quasi Neguſ. vbi supra num. 19. versicul. septima conclusio & num. 26. versicu. restat modo, quicquid in oppositum dicat Ias. quando agitur contra tertium possessorem non habentem causam a debitore principali, vel habētem causam onerosam in d. §. item seruiana num. 91. & seq. versicu. in secundo vero membro: tamen quando est facta obligatio specialis certæ rei necessaria est probatio possessionis debitoris tempore obligationis vt ipse Neguſ. fatetur in ijsdē locis, & bene probat d. l. & quæ nondum d. §. quod dicitur, adeo quòd nullo modo videtur iste Iacobus sibi incumbentia fecisse. Vnde, Rei ex hoc solo capite fuerunt absoluendi, etiam quod nihil adduxissent per reg. l. qui accusare. C. de edend. licet multa in processu extent, quæ non obscurè ad eorum commodum faciunt, de quibus cum nō expediat, disputandum superfluo non est.

6

7

8

Propterea addo vnum ad vtrūque caput intentionis agentis spectans, ex quo satis clarè præcedentes duæ principales conclusiones firmantur, nam instrumentum illud dotale siue dominij, siue hypothecæ, ius constitués, habet expressum pactum, per quod non solutis per Cosmum Iacobo infra biennium florenis 40. pro liberatione domus, super qua assecuratæ fuerunt dotes Dominæ Victoriæ in dicta summa Florenorum 40. dictus Iacobus teneretur soluere residuum æstimationis dictæ domus adscendentis ad summam Flor. 57. Vnde aut infra biennium fuerunt soluti Floreni quadraginta & domus tunc intelligitur redempta, seu liberata, nullumque ius amplius in ea habere potest Iacobus ex dicto instrumento, ut eiusdem instrumenti verba dicunt: aut non fuerunt in dicto tempore soluti dicti Floreni quadraginta, & tunc eum penes ipsum Iacobum non reperiatur possessio domus, non videtur, quod ad eam ex dicto instrumento agere possit, nisi prius pro sua parte secuto implemēto eius, ad quod ex eodem instrumento tenebatur, & sic facta solutione æstimationis domus a dicta summa florenorum quadraginta vsque ad summam florenorum quinquaginta septem per l. Iulianus §. offerri cum sua materia. ff. de act. emp. obstatque illud agenti non solum ad impediēdum

9

dum processum, vt non audiatur, sed etiam ad merita causæ, vt nõ obtineat Ias.in §. actio num num. 131. & 132. versic. item aduertite. Institut. de actio. & in hoc supplet Iudex, e-
10 tiam parte non apponente, Roman. consil. 244. sub num. 5. versic. primo enim. Nec dubium est quin ad ipsum agentem spectet onus probandi dictum implementum, & successiuè solutionem, quæ cum in facto consi-
11 stat, non præsumitur, sed per debitorem probanda est l. prima. C. de probat. l. quinquaginta circa fin. ff. eodem titulo Gloss. in l. 2. in gl. magna, versicul. item quis probabit C. de iur. emphyt. Crauett. consi. 313. nume. 1. Bellon. cons. 77. numero 6. Herculan. in tract. de probat. neg. num. 35. versicul. secundo principaliter. In expensis condemnandam putaui partem agentem tanquam temerè reos conuen-
12 tos vexãtem in hoc iudicio per l. eum quem temere ff. de iudic. & l. properandum. §. siue autem alterutra C. eod. titul. cum vtrobique not. per Gloss. & Doctor. Anno 1584. Florentiæ.

EPITOME.

Agitur de assignatione Dotis facta per Patrem filia, dum nubit, cum pacto, quod si mortuo viro, dicta filia secundo nubat sine Consensu, & voluntate ipsius Patris, talis assignatio non valeat; sed filia tunc aliam minorem habeat Dotem: & an pactum hoc valeat, & quando negatiua, quod ad secundas nuptias filia transiuerit sine Patris beneplacito, probetur.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante Reus absoluitur, etiam si nihil probauerit.*
2 *Contractus assignationis Prædij, pro Dote filiæ primo viro nuptæ cum pacto, quod si vidua remaneret & ad alias Nuptias conuolaret sine consensu Patris, intelligatur recessum ab illa assignatione, & & filia aliam habeat Dotẽ, valet, & est purus sub conditione resoluendus, & annullatus dicitur, filia sine Patris consensu secundo nubente. numero 4.*
3 *Contractus sub conditione resoluendus statim resoluitur purificata conditione.*
4 *Pactum appositum in cõstitutione Dotis filiæ, quod si post primum virum remanserit vidua, & secundo viro nupserit sine consensu Patris, illa minorem Dotem habere debeat, tenet.*
5 *Conditio in constitutione Dotis, aut legati, quod soluto primo Matrimonio filia, aut vxor perpetuo remanere debeat vidua, tenet.*
6 *Negatiua quando est fundamentum suæ intentionis est probanda ab eo, qui negat.*
7 *Negatiua est difficillimæ probationis, & sufficit eam quoquomodo etiam per coniecturas probari.*
8 *Negatiua non coarctata loco, & tempore est impro babilis, & dicitur probata eo ipso, quod contrariũ non ostenditur.*
9 *Negatiua tacite ab aduersario dicitur probata, quã do non deducit in Iudicio affirmatiuam.*
10 *Agens, qui in meritis succumbuit, potest absolui ab expensis, quando sumus in articulo Iuris.*

CONSILIVM XXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIso processu agitato corã magnifico D. Prætore Fordi noui inter Dominicã quondam Martini Leonij agentem ex vna parte, & Marcum Bertollini de Zuccano se defendentem ex altera, Procuratoribus respectiue mediãtibus, & mature consideratis omnibus ad me trãsmissis cũ litteris præfati D. Prætoris, Retuli, partes ipsius D. Prætoris esse in absoluendo dictum Marcum Bertollini Reum conuẽtum & eius in causa procuratorem dict. n. a petitis per dictã D. Dominicam, seu per Ser Balthassarem Leonium eius Procuratorem dic. n. cum absolutione eiusdem partis agentis ab expensis per partem conuentam factis.

1 Et ad ita dicendum motus sum ex eo potissimum, quod cum ex parte agentis non sint probata incumbentia ad obtinendum in remedio Rei vendicationis intentato, Reus absoluendus est diffinitiue, etiam quod nihil p se probauerit per Regulam l. qui accusare cũ sua materia C. de edend. cum non curetur de iure possessoris, si non constat de iure petitoris l. fi. C. de rei vendicat non esse autem probata incumbentia per agentem late ostendit Magnificus D. Aduocatus partis conuentæ, cuius dicta hic non transcribam, sed illis hoc
2 vnum addam. quod Contractus assignationis prædij, factę per Martinum Leonium Augustino Bertucello secundo viro D. Dominicæ Atticis pro eius dotibus, cõtinet quod dam pactum, per quod pro infecto habere potest, quia vbi D. Dominica ob prædecedentiã dicti viri remaneret vidua, & vellet ad alias conuolare Nuptias sine consensu, & voluntate

tate ipsius Mattini eius Patris, voluit idem Martinus, quod intelligatur a consignatione prædij, iam facta, recessum; & quod in eo prædio nullum ius filia habeat, sed solummodo consequi ab ipso Patre possit tantum, quantum is Mariæ alteri eius filiæ Dotis nomine dederit, quo casu talis Contractus licet sit purus, est tamen sub conditione resoluendus. l. 2. ff. de in diem addict. & l. 1. ff. de le. commiss. & vtrobique glo. & scribentes. quæ conditio

3 cum iam aduenerit, & purificata fuerit ob matrimonium post mortem dicti Auguni contractum per ipsam D. Dominicam cum Ricciardetto Gassano absque consensu, & voluntate prædicti eius Patris, iam Contractus ipse resolutus dicitur, & contractus esse desijt, omneque Robur amisit. l. si ex duobus §. sed & Marcellus ff. de in diem addict. gloss.

4 & Doct. in d. l. 2. eod. tit. Nec videtur dubirandum, quin potuerit Pater in constitutione Dotium filiæ apponere huiusmodi pactum, quod si ea sine ipsius consensu, & voluntate nuberet, non haberet illam integram Dotem constitutam, sed aliam minorem, & æqualē Doti alteri filiæ traditæ, quam incongruam, & incompetentem esse non constat, quia hęc conditio non improbatur à Iure, sed immo permittitur, & sub ea quodcumque dispositum adimi conceditur, vt ex multis ostendit Crauet. consil. primo in primo dub. nume. 2.

5 cum seq. † quod præsertim in vidua procedit, in qua tolerantur conditiones penitus Matrimonia Impedientes, & perpetuam viduitatem inducentes. Authen. cui relictum. C. de indict. uid. tol. & ibi glo. & Doct. & præcipue Iasin princip. numero primo. vbi dicit hanc

6 esse veram, & communem opinionē. † quod si dicatur negatiuam hanc matrimonij sine Patris consensu, & voluntate per Dominicam contracti probatam non fuisse per Reū eam allegantem, & in ea se fundantem, prout erat probanda, ex trad. per Crauett. d. conf. primo in tertio dub. numero 7. cum in exceptionibus Reus fit Actor, & eidem incumbat onus probādi suam exceptionem, sicut Actori suam intentionem l. in exceptionibus ff. de probat. & l. prima cum glos. ff. de except. Respondeo, quod de ea deponunt testes plures in processu examinati, quorum dictis etiam non admodum concludentibus, licet concludere videantur, esset standum, † quia talis ne-

7 gatiua, vt de se patet, est difficillimæ probationis saltem concludenti modo, quo casum sufficit eam probari quoquomodo, etiā per coniecturas, & prout possibile est Corn. cōsi. 136. ad fin. sub numero quarto lib. 1. & consi. 268. sub num. 12. versic. hinc resultat, & sub num. 21. versicu. item erit alius modus lib. 4. quem sequitur in istis terminis Crauet. d. cō-

8 sil. primo in d. 3. dubio sub numero 9. † Quinimo videtur, quod stante difficultate, vel potius impossibilitate probationis dictæ negatiuæ, quæ loco, & tempore non est coarctata, non teneatur Reus eam allegans aliter de ea fidem facere, sed quod probata dicatur eo ipso, quod contrariū nō ostenditur, adeo quod parti affirmanti, & non neganti, probandi onus incumbat, vt Crau. tradit in dicto tertio, dubio, sub nu. 9. & 10. post Bal. conf. 79. in primo dubio sub numero tertio versi. item ista responsio libro secundo. & Castrens. consil. 134. sub numero 2. versi. nec incumbit, lib. 2.

9 † Vlterius dicitur, quid ista negatiua probata dicitur ex tacita confessione D. Dominicæ, quæ in iudicio non deducit affirmatiuam, vt ideo negatiuam oppositam pro parte Rei approbasse dicatur, vt in puncto notat Crauett. in dicto tertio dubio ad fin. num. 81. quem sequitur Hercul. in tract. de probat. neg. in 20. limitatione num. 111. Ab expensis autem de-

10 buit agens absolui, quia sumus in articulo iuris, Lanfr. in c. quoniam contra in verbo expensæ num. 21. versicul. quæro vlterius extr. de proba. Iaf. in l. properandum §. fine autem alterutra sub num. 10. versi. octauo not. limita C. de Iud. & Natta consi. 142. nume. 25. & quia casus dubitabilis erat, & in eo probabilia iuris dubia extabant Iaf. post antiquiores vbi supra sub num. 8. versicu. tertia. Conclusio, vltra quod in hac expensarū absolutione multum tribuitur arbitrio Iudicis, Cagnol. in l. qui in alteri in final. verbis ff. de regu. iur. & ante eum Abb. in capitul. finem nume. 26. in fine de dolo, & contumac. Anno 1584. Florentiæ.

E P I T O M E.

De confessione Dotis facta per virum vxori constante Matrimonio, an valeat, vel nè, & an, quando, & quomodo confirmetur morte Mariti, Vxore superueniente tanquam Donatio, & an noceat tertijs, & quando in fraudem fisci facta intelligatur, et de alijs in hac materia non spernendis.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio inter virum, & vxorem confirmatur morte.*

Confessio viri de dote recepta constante Matrimonio an transeat in Donationem inter virū, & vxorem, & an morte viri substineatur, ibidem.

2 *Donatio, quæ morte confirmatur, an traditionem veram, vel fictam, aut aliquid loco traditionis requirat.*
3 *Confessio Dotis receptæ habet vim traditionis.*
4 *Donatio Viri ex eius confessione receptæ Dotis resultans, virtute Iuramenti valet.*
Iuramentum promissoriorum, & assertorium quid operetur, ibidem.
5 *Confessio inter coniuges de recepta Dote in dubio præsumitur simulata, & in fraudem, secus si fiat a viro fratri vxoris suæ ad vtilitatem ipsius vxoris.*
6 *Donatio ante delictum an in fraudem facta dicatur et num. seq.*
7 *Contractum esse simulatum dicens tenetur probare simulationem.*
8 *Confessio viri ad utilitatem vxoris semel valida non potest infringi postea ex dictis, & assertionibus viri.*
9 *Fraus vt inducatur duo copulatiuè requiruntur, videlicet Animus, et euentus.*
10 *Cogitatus solus delinquendi, si nulla subest causa delinquendi, non inualidat Donationem deinde factam vt supra num. 6. & seq.*
11 *Exceptio non numeratæ Dotis præscriptione statutaria tollitur, & Confessio non solum nocet confitenti, sed etiam Hæredibus eius, & tertijs possessoribus, & quid sic contra fiscum.*
12 *Confessio, seu Donatio viri non potest ab eo reuocari sub prætextu, quod ante cogitauerit delinquere, & quod in fraudem fisci illam fecerit.*
13 *Confessio, seu Donatio quando præsumitur simulata, & fictitia, & quando non, & an ex simulatione, & fictione fraus necessario inferatur.*
14 *Quis contra proprium iuramentum ueniens, allegare dicitur turpitudinem suam, nec eius hæres id facere potest.*
15 *Qui contra iuramentum uenit, ipso iure dicitur periurus.*
16 *Periurus non est, qui iurauit animo non se obligandi, & contra iuramentum uenit.*
17 *Tenetur tamen ipsum iuramentum seruare.*

CONSILIVM XXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa primarum appellationũ vertẽte inter Ser Laurentium de Ponteseuis Procuratorem, & eo nomine Stephani, & Thomæ fratrum de Obicis appellantem & appellatum respectiuè ex vna parte, & Ser Franciscum Mainardum procuratorem, & eo nomine D. Bartholomeæ de Brancolinis vxoris relictæ olim Ser Alexandri de Obicis a Monte Summano appellantẽ, & appellatum pariter respectiue ex altera modis, & nominibus, de quibus in actis fit mentio. Visis omnibus actis in causa per vtramque partem factis, & hinc inde deductis, & allegatis, & matute omnibus consideratis, retuli partes Excell. D. Iudicis primarum appellationum inclitæ Ciuitatis Florentiæ esse in absoluendo dictum Ser Franciscum Mainardum procuratorem dictæ D. Bartholomeæ dicto nomine, & dictam eius principalem Ream conuentam a petitis per dictum Ser Laurentium procuratorem dictorum fratruum de Obicis dicto nomine.

1 Er ad ita dicendũ motus sum ex eo, quod Donatio præsumpta, & simulata resultans ex cõfessione facta per Ser Alexandrum de Obicis Dominæ Bartholomeæ de Brancolinis a Seraualle Comitatus Pistorij eius vxori constante Matrimonio de Dote recepta, & si ab initio non valeret tamquam facta in fraudẽ legis Donationem inter Coniuges prohibentis, tamen confirmata fuit morte ipsius Mariti vxore superuiuente l. quod de tuo C. de Dot. caut. non numer. & ibi gl. & Doct. Bart. in l. cum quis decedens, §. Titia in fin. ff. de legat. 3. Bald. in l. prima in prima lect. sub num. 3. versicu. quæro an in tali donatione, & ante num. 10. versic. secundo casu subdistingue, & in secunda lectura nume. 4. versicul. secundo quæro, C. de donat. ante nupt. & in l. 2. §. creditum sub numero 3. versicu. pone, quod vir confitetur ff. si cert. pet. Alex. consi. 45. num. 6. libro primo consi. 26. nume. 3. lib. 2. Fulgo. consi. 198. sub num. 1. in fin. Aret. consil. 86. sub num. 4. versic. nec obstat si dicatur, Soci. consi. 79. num. 1. 2. lib. 4. & in l. 1. num. 71. 97. ff. solut. matrimon. Neuiz. in Syluest. nupt. libro 4. sub num. 22. versic. quarto limita, Crauett. consil. 81. in fin. versicul. ad vnum, Clar. in §. Donatio quæst. 9. num. 6. versic. scias autem, & Gabr. tit. de iur. dot. conclu. 4. in 3. ampliat. num. 5.

2 † Et quamuis adhoc, vt talis Donatio donantis morte confirmetur, debeat interuenire traditio vera, vel ficta, aut aliquid loco traditionis. Barto. in d. l. quod de suo, & in l. Papinianus ff. de donat. inter vir. & vx. r, Bald. & Salyce. in d. l. prima. C. de donat. ante nupt. Castr. consi. 138. in princip. & num. 2. libro primo, Cephal. consi. ciuili octauo num. 2. Corn. consi. 24. sub nu. 2. lib. 4. Clar. in dicta quæstione 9. sub num. 6. versicul. sed hoc intellige, & Gabr. tit. de donat. conclus. tertia num. 17. cum sequent. versic. quarto limita,

3 † tamen ista confessio receptæ Dotis dicitur habere vim traditionis, gloss. fin. in d. l. quod de suo, quam ibi sequuntur omnes Doctores Bart. in d. l. Papinianus, & ibidem Bald. in omnibus

nibus lecturis, & in dic. l. prima in secunda lectura, numero, quarto, versicu. secundo, quæro C. de donat. ante nupt. & in dic. l. secunda, §. creditum sub num. 3. versic. pone, quod vir confitetur, ff. si cert. petat. Alexand. d. consil. 45. num. 6. lib. primo, & d. consil. 26. nu. 3. lib. 2. Socin. d. consi. 79. nume. 2. lib. 4. Crauett. d. consi. 81. in final. verbis, & Clar. d. quæstio. 9. sub num. 6. versic. secundum exemplum, vbi refert alios de communi testantes, & Gabr. d. titu. de donat. d. conclus. 3. in 4. limitatione numero 28.

4 † Quinimo videtur, quod etiam ab initio valuerit propter iuramentum in ea appositum, quod videtur esse nō solum assertorium, sed etiam promissorium omnium in instrumento contentorum, quo casu dicitur statim validata dicta Donatio ex confessione illa resultans, quicquid enim sit, vbi adesset tantummodo iuramētum assertorium, vbi extat promissorium, concludunt scribentes hanc Donationem validari, & cōfirmari, ac si esset expressa Donatio inter coniuges facta, vt patet ex traditis per Crauett. d. consil. 81. nume. 31 versic. Secundo respondeo, & latius per Rol. consi. 93. nu. 22. cum plur. sequ. lib. 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & consil. 76. nu. 10. libri 4. vbi testatur esse magis communem, & ab ea nullo modo esse recedendū iudicando, aut consulendo dicit d. consil. 93. num. 35. & d. consi. 76. nu. 11. & eandem sententiam tenent multi alii relati per Gabr. d. titul. de donat. d. conclus. 3. nume. 4. cum pluribus sequentibus, versi. sublimita,

5 † Alia etiam ratione videtur statim valuisse præfata Confessio etiam circumscripto omni iuramento quia ea non fuit facta per Ser Alexandrum vxori, sed Ludouico Branculino fratri Vxoris, a quo summam illam octingentorum aureorum ex causa Dotium sororis habuisse testatus est Ser Alexander, quo casu videntur cessare omnes difficultates, quæ considerantur in simili confessione facta per virum vxori, quę tanquā facta inter personas prohibitas sibi ipsis donare, præsumitur simulata, & in fraudē legis facta animo donandi, & ideo nō valet, quæ res minime procedit in confessione facta per Maritum fratri vxoris, quæ cum non sit facta inter personas prohibitas donare, nō potest videri facta in fraudem legis, nec suspecta redditur, & propterea valet, vt in indiuiduo tradit Dec. consi. 536. num. 9. versic. ad hoc etiam respondetur, quem sequitur alios idem tenentes allegando Rol. d. consi. 93. num. 29. & 36. libro primo, ubi num. 26. cum seq. eandem opinionem pluribus rationibus & argumentis, ac similibus exemplis comprobat.

6 † Nec videtur, quod huiusmodi Confessio, seu Donatio reuocari, aut infringi possit uti simulata, & in fraudem fisci facta ex cogitatione delicti, quod confitens, seu donans cōmittere cogitauerat iuxta notat. per scrib. in l. post contractum ff. de donat. & in l. §. si quis post hac C. de bon. proscripto. quia huiusmodi cogitatus non videtur sufficienter, & legitime probatus, quia de eo probandum erat ante celebrationem actus,

7 † volens enim impugnare contractum uti simulatum, habet necesse probare simulationem ex his, quæ gesta sunt, antequam partes peruenirent ad contractum, quia de gestis post contractum non potest deduci simulatio. Ias. in §. item si quis in fraudem num. 8. Instit. de action. quo fit, vt post quam plene non est doctum de hoc cogitatu ante confectum instrumentū, non prosit extraiudicialis confessio de eo postea per uirum facta, ut ex dicta Iasonis decisione ap-

8 paret, † & esset inconueniens quod ex dictis per virum post Confessionem solemnem ad ad vxoris commodum factum posset præiudicium generari ipsi vxori, cui iam ius quæsitum fuerat, Butr. cons. 5. nume. 2. versic. item ex quo, Castor. consi. 110 nume. 6. cons. 134. num. 2. lib. 1. cons. 79. num. 2. cons. 337. num. 1. 2. 3. & in fin. lib. 2. Præterea cum nullum ex inde commiserit Ser Alexander Delictum, non satis recte videtur posse argui in eo aliqua fraus in facienda cōfessione receptæ Dotis vxoris, vt ea via eius bona ex delicto con-

9 fiscanda in fiscum nō deuenirent, † quia cum ad inducendam fraudem duo copulatiuè requirantur, animus scilicet, & euentus l. fraudis interpretatio ff. de reg. iur. & ibi Decius nu. 2. & Cagnol. num. 1. & euentus caruerit fraude, etiā animus ea caruisse præsumitur, postquam ab effectibus dignosci solet, vt pulere tradit Alba consi. 97. nu. 36. & hoc tanto magis dicendum videtur, cum nō constet de aliqua iusta causa committendi maleficium, sine qua fraus ista aduersus fiscum non reddi-

10 tur verificata, † Quia licet hæc fraus excogitatum delictū committendi probetur præsumptiuè per modos traditos per Bart. in d. l. post contractum, colum. 1. & 2. & per alios ibidē, & in l. si quis post hac C. de bon. proscript. tamen non sufficiunt illi modi præsumptiui, nisi etiam probetur, quod tempore factæ confessionis subesset causa inimicitiæ capitali, vel alia, propter quam verisimiliter deuenien dum esset ad delictum, cum si ea superuenisset, non posset præcedentem Contractum infringere secundum Bartol. in d. l. post contractum, sub num. 2. versic. dico, quod tu debes probare, quem sequitur Salycet. in d. l. si quis post hac, sub num. 7. ver. sed Bartolus inquit, & idem tenet Bartol. cons. 65. sub numero 4. in fine, ver. & ad prædicta faciunt lib. primo,

ubi

vbi in iis terminis vult, quod semper sit necesse, quod appareat causa propter quam a-
11 ctus præsumatur fictus, † Rursus dicitur, quod ex solo, & simplici cursu temporis statuti ad opponendum de Dote non numerata Confessio mariti etiam vxori facta durante matrimonio de Dote recepta, nocet nedum hæredibus, & successoribus ipsius confitentis, sed etiam Creditoribus, & tertijs possessoribus, & alijs quibuscumque ex vera, & communi scribentium sententia, de qua habetur per Afflict. decis. 204. num. 1. per Crauett. consi. 40. nume. 6. & per alios adductos per Gabriel. titu. de iur. dotium conclus. 4. numero octauo, versicul. limita, quod & aduersus fiscum procedit secuto delicto, & lata etiam sententia condemnatoria contra viru, quia satis est, quod ante delictum lapsa sint talia tëpora, vt fiscus nihil opponere possit: quemadmodum nec posset uir ipse, aut eius hæres Salycet. in dicta l. si quis post hac, sub numero secundo, versiculo, & ut diligen-
12 tius. Postremo videtur, quod † sicut Ser Alexander confitens non posset allegare hanc confessionem esse factam in fraudem fisci ob propositum delicti committendi, & sub hoc prætextu eam infringere, Bartol. consil. 65. ante numero primo, libro primo, & in dicta leg. post Contractum numero sexto, versiculo, sed an venditor, Anchar. consil. 227. numero primo, & Alba consi. 9. numero decimo, vbi de communi testatur per leg. cum profitearis, C. de reuocand. Donat. & l. si Creditoribus, C. de seru. pignor. dat. manum. ita nec hæredes eius, dicta l. si crediroribus in fi. & l. filios, C. de reuocand. iis, quæ in fraudem cred. Barto. d. consi. 65. ante numero primo, versiculo, si vero hoc vult dicere hæres, Alba d. consi. 9. numero decimo, dicens de com-
13 muni ut supra, † & quamuis forte possit allegari, quod sit fictitia, & simulata secundum Bartol. in d. l. post contractum numero sexto uersiculo, aut vult dicere, & dicto consil. 65. numero primo, versiculo, circa primum: tamen id verum est, quando allegatur, quod sit fictitia, & simulata, non in fraudem alicuius priuati, vel fisci, sed ex aliqua iusta, & honesta causa puta, vt bona ab aliquo Tyranno defenderentur, & ita loquitur Bart. in dicta l. post contractũ, per l. quamnis, & l. cum propria, C. si quis alter. vel sibi, & ita etiam sentire videtur dicto consil. 65. numero secundo, versiculo terrio, modo, & optime declarant Alba dic. consil. 9. numero decimo, secundum veram, & communem Doctorum intelligentiam, & a fortiori probatur ex dictis per Alba in capitul. cum contingat sub nume. 20. versiculo, primus casus
14 est extr. de iur. iurand. † quæ res fortius militat propter iuramentum, quia sicut non posset Ser Alexander, qui Dotem recepisse iurauit, asserere contrarium, allegando turpitudinem suam periurij commisli, ita nec eius hæredes id facere possunt, vt punctualiter tradit Roland. dicto consil. 93. numero 20. 21. libro primo, vbi alios adducit, & sine dubio hoc locum habet, quando assertio hæc iurata tendit ad præiudicium alicuius priuati, vel fisci ex causa iniusta, & praua, ut in hoc
15 proposito, † quia tunc talis iurans incontinenti est periurus, licet in mente conciperet narrata esse falsa, quia simulatio intentionis ex iniusta causa non excusat, unde non debet audiri allegando simulationem, cum fateatur turpitudinem suam, scilicet periurium, ut eleganter ostendit Abb. in capitulo, cum contingat sub numero 20. uersiculo, secundus casus circa principium extra de
16 iur. iurand. † quod idem dicendum est, si iuramentum non assertorium, sed promissorium tantummodo esset, nam licet contra ueniendo iuratæ promissioni, non incidat in periurium, quia non habuit intentionem se obligandi, sed solum grauiter peccet apud Deum, assumendo Religionem iuramenti in uanum præsertim in fraudem alterius, tamen compellitur seruare iuramentum, quatenus uenit in sui præiudicium, & non imminet animę periculum, quia non debuit abuti iuramento ad deceptionem maxime alterius, unde non debet audiri allegando hanc turpitudinem, ut Abb. tradit in dicto secundo, casu ad finem. Anno 1584. Florentiæ.

EPITOME.

De Gabella soluenda a litigantibus Florentiæ pro instrumentis, & alijs scripturis publicis, & priuatis exhibitis, & qualiter, ac quando soluenda sit ex dicta productione, & de nullitate Actorum, & sententiarum ob defectum talis solutionis incurrenda, & de alijs in hac materia contingentibus.

SVMMARIVM.

1 *Gabella florentiæ soluitur de instrumentis, & alijs scripturis, tum publicis, tum priuatis in iudicio productis.*
Gabella non soluta intra debitum tempus, omnia acta, & actitata, atque sententiæ uitio nullitatis

D sub-

subiacent, etiam quod postea soluta sit. ibid.

Gabellabile in dubio præsumitur omne ius productum, & Gabellæ notificatum, & dicenti contrarium incumbit onus probandi. ibidem.

2 *Gabella est soluenda de Contractu, seu scriptura valida, & non de inualida, intellige ut ibi.*

3 *Redhibitione facta, & soluta Gabella pro Contractu principali, non est locus repetitioni Gabellæ.*

Gabella soluta pro Contractu, qui deinde resoluitur, non potest repeti. ibid.

4 *Rescriptum Principis non est tradendum ad incogitata, sed intelligendum est secundum præcedentem supplicationem. & 1. num. 11.*

5 *Petens in precibus terminum prorogari ad soluendum Gabellam pro sententijs, & instrumentis pro ductis, & de hoc Rescriptum impetrans, intelligitur de sententijs, & instrumentis, pro quibus adhuc tempus soluendi durabat, non autem de his, pro quibus iam transactum fuerat.*

Prorogatio habet locum, si durante termino fuerit petita, & non post terminum. ibidem.

6 *Princeps in dubio non præsumitur velle ius quæsitum alteri auferre.*

Dispensatio facilius conceditur super iure quærendo, quam super iam quæsito. ibidem.

7 *Rescriptum per modicam subreptionem vitiatur.*

8 *Non entis nullæ sunt qualitates.*

9 *Verba Rescripti sunt interpretanda contra impetrantem, quando clarius et apertius in precibus potuit loqui, & non fecit.*

10 *Rescriptum ne superfluum, & frustratorium dicatur, refertur ad habilia, & ad ea, quæ sunt de iure, & contrarietatem non habent, aut repugnantiam.*

11 *Rescripta referuntur ad supplicata, & actus non debent operari vltra intentionem agentium.*

12 *Supplicans debet narrare omnia iam impetrata, alioquin Rescriptum secundum non tenet.*

13 *Appellatione instrumentorum simpliciter, scriptura priuata comprehenditur, fallit appellatione instrumenti publici.*

14 *Gabella pro instrumentis in iudicio productis solui debet ante sententiam, sed pro scripturis priuatis tempore productionis.*

15 *Exceptio Gabellæ non solutæ an, & quando opponi possit alteri per eum, quem qui ad eam soluendam tenebatur, ad inducendam nullitatem ex dicta nō solutione. & num seq. usque ad fin.*

Dolus cum dolo compensatur. ibidem.

16 *Exceptio quæ obstat agenti an, & quando obstet, uel non Reo.*

17 *Aliud est Gabellam non soluere pro Contractu facto: aliud est Gabellam non soluere de contractu producto. vide infra.*

Si quis Gabellam non soluit de contractu facto, potest excipere contra producentem contractum de Gabella non soluta ex productione in iudicio. ibidem.

18 *Obligatus ad solutionem Gabellæ, & non soluens, potest alteri itidem obligato obijcere, quod nō soluerit, quando ex non solutione inducitur nullitas ipso iure.*

CONSILIVM XXIIII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa primarum appellationum vertente inter Magnificum & generosum Equitem D. Franciscū de Satis de terra noua ex vna parte, & Magnificum D. Ioānem de Bencis suo, & nomine D. Pauli eius fratris ex altera, omnes appellantes, & appellatos Procuratoribus respectiue mediantibus, vt in Actis, Retuli, partes Exc. D. Iudicis primarum appellationum inclytæ Ciuitatis Florentiæ esse in pronuntiando male per D. Iudicem a quo iudicatū, reuocando eius sententiam, & declarando petita per dictum D. Equitem de Satis, seu eius in causa Procuratorem d. n. in eius libello nullitatis fieri debere, & successiue sententias D. primi Iudicis Quarteriorum sancti Ioannis, & sanctæ Mariæ Nouellæ Ciuitatis Florentiæ, & DD. trium iudicum secundarum appellationum eiusdem Ciuitatis in dicto libello recitatas una cum actis coram ipsis DD. primo, & tribus Iudicibus respectiue factis esse nullas, & vti tales executionem aliquam non mereri.

Ad ita dicendum motus sum ex pluribus, sed potissimum ex eo, quod per Bencios in causa fuit producta quædam scriptura priuata inita inter Iulianū de Brandinis ex una parte, & Petrum Antonium de Satis ex altera super affictum quorundam bonorum, de qua nulla fuit soluta Gabella tempore ipsius productionis per producentes, licet postea fuerit soluta per alios ad id ob rem gestam, & Contractum obligatos, quo casu omnia acta & omnes sententiæ dicuntur subiacere nullitati ex clara dispositione legis Gabellę,

1 † tenetur enim iura Gabellabilia producens ad solutionem eorum Gabellæ, etiam si originaliter ad eam non teneretur, saluo sibi regressu contra veros debitores, alias acta, & sententiæ nullitatis vitio laborant, ut ex eiusdem Gabellę legibus cauetur, quibus etiam prouidetur, vt omne ius productum, & notificatum gabellabile censeatur, donec a producente contrarium osten-

ostendatur, vt ideo non possint Bencii dicere productionem illius scripturæ priuatæ non esse gabellabilem, cum non solum id nō doceant, sed immo constet de contrario ex solutione ipsius Gabellæ facta per veros debi-
2 tores postea, † Nec referre videtur, quod non produxerant originalem illam scripturam priuatam, sed tantum eius copiam non probantem, de qua vti de re inualida nō senserit lex, nec Gabella soluenda sit, Bald. in l. non dubium in secundo not. num. secundo, C. de legibus, & in l. 2. in fi. C. de eunuch. & ibidem Salycet. ante fin. Roman. consil. 78. numero secundo, Aret. consi. 128. nume. 8. pro ut nec de re valida, sed postea rescissa, Roman. dict. consi. 78. sub num. secund ., ad fin. post Bald. in l. fi. §. sed quia nostra numero 4. versi. quærit hic Cyn. C. communia de lega. qui tamen hoc non dicit, sed potius contrarium, cum dicat, quod si rescindatur sub prætextu inualiditatis, non est soluenda Gabella, secus autē si alia ratione, in quam sententiam videtur etiam expresse venisse ante eum Bar. in ead. l. fin §. sin autem num. primo versic. istud est vtile, & hoc idem est de mente ipsius Bald. in l. ii prædium num. 8. versi. sed nunquid C. de
3 ædilitijs action. † dum vult facta redhibitione fiscum non teneri restituere Gabellam, quā accepit pro Contractu, cuius causa actum fuit redhibitoria actione, quia & si verum esset in facto, tamen non tolleret nullitatem, quæ incurritur nedum ex productione, & visu, sed etiam ex sola, & simplici allegationem scripturæ, quod tanto magis dicendum videtur, cum in productione non fiat mentio de copia, ut sic saltem allegatio, & deductio possit referri ad originale, maxime ut in potiori significatu verba prolata intelligā-
4 tur iuxta iura vulgaria, † Nec nullitatem hāc sanatam esse ex rescripto Serenissimi Principis contendere possunt Bencii, quoniam illud rescriptum non est trahendum ad incogitata, Gozad. consi. 26. numero 50. sed intelligendum uenit secundum præcedētem supplicationem Benciorum, idem Gozad. consi. 41. numero 16. in qua narrata productione plurium sententiarum, & instrumentorum petierunt ipsis ex gratia concedi, vt possent soluere post sententias, & post habitam earū executionem, omne id, in quo tenerentur pro solutione Gabellæ cum ualiditate actorum, & sententiarum, & Princeps nattata attendens, concessit eis tempus ad soluendum per biduum post latam sententiam cum peti
5 ta validitate, † Nam petitio respicit protogationem termini ad soluendum Gabellam pro sententiis, & instrumentis, qui durabat vsque ad sententiam, non autem respicit reintegrationem termini iam decursi ad soluē dum Gabellam pro scriptura priuata, ex cuius lapsum iam incursa erat nullitas, & suc-
6 cessiue ius parti quæsitum, † quod non ita de facili Princeps substulisset, si de eo informatus fuisset qualecumque illud esset. Aret. consi. 164. numero 4. uersiculo, circa, longeque facilius conceditur prorogatio, quam fiat noua concessio. l. sed & si manente cum sua Materia. ff. de precari. faciliusque dispensatur super iure quærendo, quam quæsito. per Rip. in capitulo primo, numero 10. extra de Rescrip. sicut & facilius impeditur facien dum, quam tollatur factum. l. Patre furioso, ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iur & Principi sunt exprimēda omnia, ex quibus posset mo ueri ad non concedendum, vel difficilius concedendū, nec sufficit in genere de eis fieri mē tionem, sed requiritur notabilis expressio, vt
7 impetratio saluetur a subreptione, † maxime cum modica subreptio uitiet Rescriptum, vt punctualiter iura, & authoritates adducēs tradit Grammatic. consil. crimin. 34. sub nu. 9. 10. 11 & cum tempore supplicationis non tenerentur amplius Bencii ad solutionem Gabellæ pro dicta scriptura priuata producta cum non soluendo tempore productionis in curratur solummodo pæna nullitatis Actorum, & sententiarum, non possunt allegare, quod petierint tempus ad soluendum etiam pro ista scriptura priuata, quia non est opus termino ad soluendum, si nihil est soluendū,
8 † Cum non entis nullæ sint qualitates. l. eius qui in prouincia, §. quod si quis stipulatus, ff. si cert. petat. & qualitas non consideretur sine subiecto. l. 2. ff. de usufru. & quemad. quis vtat. & si de hoc agere voluissent, aliis vti debuissent verbis denotantibus restitutionem in integrum aduersus lapsum tēporis ad soluēdum decursi, cum narratione nullitatis incursæ, & petitione repositionis in pristinum statum, de quibus nullum verbum legitur in
9 dictis precibus, † quarum uerba contra eos nūc se in eis fundantes, & qui apertius loqui poterant, interpretanda sunt per l. ueteribus cum sua materia ff. de pact. quod tanto magis procedit, cum & eo tempore soluta esset per ueros debitores Gabella dictæ scripturæ, uel saltem ante Rescriptum, etiam scientib. ipsis Benciis, ut ostendit informatio facta Serenissimo Principi DD. Officiales Gabellæ ad dictas preces, in quibus fatentur Bencios ostēdisse ipsis scripturas priuatas per eos productas, de quib. Gabella erat soluta, ad aliud enim sermo iste referri non potest, quam ad illam scripturam, cum de solutione alterius scripturæ priuatæ non constet l. fundus qui locatus in fi. ff. de fund. instruct. & instr. lega. Cum. n. semel soluta Gabella pro una re, nulla vlterius soluendo sit Gabella, patet non de

D 2 solu-

solutione gabellæ dictæ scripturæ Bencios in precibus scripsisse, vel saltem Principem in Rescripto de ea non intellexisse, cum pro ea non esset opus dilatione ad soluendum, nul-
10 la amplius debita gabella, † ne alias Rescriptum sit superfluum, & frustratorium cōtra cap. si Papa, de priuileg. in 6. & l. si quando, ff. de leg. primo, & quod Rescriptum hoc non sanet nullitatem iam incursam ob gabellam non solutam de priuata scriptura tempore productionis, sed solum validet nullitates incurrendas ob gabellam sententiarum, & instrumentorum, pro quibus durabat tempus ad soluendum vsque ad sententiam, patet apertissime & informatione facta rescribenti per præfatos officiales, in qua post habitam mentionem cuiusdam testamenti gabellabilis producti, dicunt formaliter Mostraci il supplicante molti instrumenti, & scripture prodotte nella sua Causa per riconoscere certi suoi beni, delli quali ne sono state pagate le gabelle, & quando fussero stati prodotti, vsati, ò allegati altri instrumenti, scritture, & Atti gabellabili con dicto testamento, non ne sendo pagate le Gabelle auanti le sententie, che si dessino, tali sententie sarebbeno nulle, & però ha bisogno della gratia, che do-
11 manda. † Si enim Rescriptum ad petita, & exposita referendum est, & vltra agentium intentionem operari non debeat contra l. nō omnis ff. si cert. pet. vnicuique liquere potest gratiam petitam, & proinde concessam esse pro ijs solummodo iuribus gabellabilibus, de quibus gabella soluenda erat ante sententiam, non autem pro ijs, de quibus iam lapsum erat tempus ad soluendum, & quorum causa iam nullitas in esse producta fuerat, de
12 qua nihil penitus Principi dictum fuit, † Cuius secundum Rescriptum hanc difficultatem minime tollere videtur, cum eodem modo, quo primum laboret ex non facta in precibus mentione de præmissis circa dictā priuatam scripturam dictis, & declaret, non autem ampliet primum Aret. consi. 164. sub numer. 2. versicul. quinimo. Nec refragatur,
13 quod Bencij, in precibus † instrumentorum appellatione comprehenderint scripturam priuatam l. tutor §. fin. ff. de vsur. l. instrumēta C. de probat. spec. tit. de dila. §. nunc videamus, versic. item nota, volens in termino dato ad producendum instrumenta includi etiam productionem priuatæ scripturæ, quē sequuntur in l. 1. C. de iur. calumn. Bal. num. 6. ver. iuxta hoc, Castrens. num. 8. & Romā. 23. numer. 2. etiam de propria significatione sumpta ex allusione vocabuli, quia instrumē tum dicitur omne id, quod instruit causam l. 1. ff. de fid. instrument. & scriptura instruit causam, licet secus sit secundum communē vsum loquendi, cum non sit in vsu dicere, quod habeat instrumentum, cū habetur scriptura priuata, ut in ead. l. 1. C. de iur. cal. dicūt Barto. num. 2. Bald. num. 6. versiculo, quæro quid; Salycet. num. 3. Castren. nu. 8. Roman. consi. 23. num. secundo, Aret. conf. 51. num. 3. Fely. in Rubr. de fid. instrum. num. 5. Alci. in l. noctionem §. instrumentorū numero 5. de verbor. signif. de quo non constat, cum tamen sit probandus, vt per Barto. Bald. Salyc. Castrens. & Aret. supra citatos, licet non veniat appellatione instrumēti publici, cum sit duplex genus instrumentorum, vnū priuatū, & alterum publicum, & appellatione vnius, alterum non veniat, vt ideo scriptura priuata tamquam instrumentum priuatum non cōprehendatur nomine instrumenti publici, secundum Ang. de Perus. in §. si quis igitur nume. 56. in Authen. de instr. caut. & fid. quem sequitur Felyn. in Rub. de fid. instrument. ad finem sub num. 6. cum quo conuenit Rom. consi. 77. num. 4. Quia quicquid sit de iure cōmuni, in terminis nostris appellatio instrumenti non potest continere scripturam pri-
14 uatam, † cum in solutione Gabellæ, de qua agitur, longa differentia sit inter instrumenta, & scripturas priuatas, quia in illis sufficit solutio ante sententiam, in his vero requiritur tempore productionis, vt propterea de vna re ad alteram, vt ex diuersis illatio congrua fieri non possit. l. Papinianus exuli ff. de minorib. vltra quod Bencij, petierūt tempus ad soluendum pro eo ad quod de presenti, vel in futurum tenerentur pro gabellis, non autem pro eo, ad quod de præterito obligati fuerant, vt clara sunt eorum verba vulgari sermone probata, inter quæ tempora quanta sit differentia, nullus est, qui nesciat: & pro scriptura priuata in nullo amplius tenebantur pro solutione gabellæ, sed inciderant in pœnam nullitatis, ut supra latius dictum
15 est, † Non potest etiam opitulari Bencijs, quod ex quo D. Eques vti hæres Petri Antonii tenebatur etiam insolidum, licet pro parte cōtra Iulianum regressum haberet ad soluendum Gabellam dictæ scripturæ ex lege Gabellæ, non possit modo allegare nullitatē ex capite non solutæ Gabellæ per Bencios, quia ille, qui est in pari turpitudine, quia & ipse tenebatur soluere Gabellam, & non soluit, non potest contra aduersarium itidem ad Gabellam obligatum allegare nullitatem Actus ob ipsam Gabellam non solutam, quia aduersarius potest excipere, quod nec ipse soluit, quo casu dolus cū dolo cōpensatur, ut in terminis tradit Bar. in l. cū Mulier n. 7. ff. sol. mat. quē sequuntur ibi Ro. dicens hanc esse veritatē n. 101. quo ner. ad tertiū. Castor. n. 5. se remittens ad ipsum Bar. Ale. n. 17. Ang. de Pe-

Perus.in §.itaque Deo sub num.6.versi cu.& sic est argumentum in fin.in Auth. vt Iudi. sine quoquo suffragio, Aret. consi.128. ante numer.8. versicul. venio nunc, & clarius in consi.seq.incip.clarissime D. Collateralis nu mero 10.versi.secundo est aduertendum, Felyn.in ca.dilecti ante num.5.post versicul.ad secundu m casum de exemplis,ibi aliquando contractus fuit traditione perfectus de except. Crauett.super quæst. star. Ferrar.de indemnit.mulier.num.34. versicul. 13.posito, & facit Felyn.in cap.prudentia ante numero 1.versicu. cum istis adde extra de mut. petit. dicens quod qui non soluit collectam, non

16 potest id alteri obijcere† Quia primo dicitur hanc opinionem esse multum controuersã, vt patet ex traditis per Bald.contrarium tenẽ tem in l.acceptam Ç.de vsur.quęst.22.num. 75.cum sequent. & latius in dicta l.cum Mulier num.23.& 24.versicu.de tertio dubio secundo dicitur,quod ea procedit, quando excipiens de pari turpitudine tractat de damno vitando, & agens de lucro captando, vt per Bartol.Rom. Alex.& Fely.& Crauett.supra citatos,quod hic non potest adaptari, immo nec in aliqua parte potest haberi consideratio damni vitãdi eo modo, quo Doctores loquuntur, vt sic cesset etiam dictum Felyn.in d.cap.dilecti sub num.4.post versicul. limita 3.ibi aliam, Ang.qui voluit locum esse dictæ conclusioni, etiam quando vtraque pars de damno euitando tractarent,pro vt & si de lucro captando certaret, vt in pari causa præferatur Reus, qui tamen non loquitur in hoc præciso termino,sed generaliter in hac materia allegationis paris culpæ.

17 Tertio dicitur, quod ista conclusio nõ potest adaptari ad terminos nostros,quia loquitur quando ex non soluta Gabella cõtractus reddebatur nullus culpa vtriusq; cõtrahẽtis, quia ad eam soluendã tenebatur,quo casu merito non soluens non poterat nullitatẽ cõtra alterũ non soluentẽ allegare,quia & ipse non soluendo causauerat nullitatẽ,& erat in pari turpitudine,quod hic non consideratur,quia contrahens non soluendo Gabellam non est in aliqua turpitudine respectu nullitatis, quæ non incurritur,immo actus remanet validus,sed tantum incidit in pœnã maioris Gabellæ,& nullitas, quæ causatur ex nõ solutione Gabellæ per producentem in iudicio actũ respicit non ipsum actũ productum, sed acta iudicialia, in quibus nullum factum contrahentium consideratur,sed tantum illius, qui producit,qui non facit id,ad quod lege tenetur, & in puncto dicit limitando dictam conclusionem, Riminal.senior.consi. 311.num. 30.cum seq.versi.præterea statutum.

18 † Quarto dicitur, quod eadem conclusio non procedit quando actus est nullus ipso iure, vt in proposito nostro,si bene totius legis tenor consideretur,nam tunc etiam ipsimet contrahentes obligati ad solutionem Gabellæ,& eã non soluentes possunt allegare nullitatem Actus ex ipsa non soluta gabella causatam,vt in indiuiduo dicit Riminald. Senior. d.consi.311 sub numero 24.& sequent.versicu.& in quantum dicebatur. Anno 1584. Florentiæ.

EPITOME.

Qualiter bona Mariti sint obligata pro Dote vxoris, & de iure hypothecæ tacitæ, vel expressæ vxoris aduersus Mariti Creditores, vel bonorum possessores.

SVMMARIVM.

1 *Bona Mariti tam præsentia, quam futura, & nomina debitorum, & alia omnia cuiuscumque generis sint,tacitè sunt hypothecata pro Dote Vxoris a die promissæ ipsius Dotis.*
2 *Prior tempore potior in iure est.*
3 *Mulier habens tacitam hypothecam anteriorem præfertur habenti expressam posteriorem.*
4 *Hypotheca Dotis tacita posterior præfertur alteri tacitæ anteriori.*
5 *Reus est absoluendus quando non constat de iure Agentis.*
Agens ex iure hæreditario iustam dicitur habere ignorantiam,ob quam excusatur ab expensis.ibidem.
6 *In condemnatione expensarum lex multum tribuit arbitrio iudicis.*

CONSILIVM XXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa tenutæ mota per D. Franciscum de Sangallettis cõtra filios olim D. Andreæ de Arigutijs, & D. Philippũ etiam de Arigutijs super bonis in actis contẽtis occasione, de qua in eis, viso processu ambarum partium, & consideratis hinc inde deductis, & allegatis, Retuli partes MM. DD. Officialium Pupillorum inclitæ Ciuitatis Florentiæ esse in infirmando, & annullando tenutam, vt in actis factam ad instantiam dicti D. Francisci de San gallettis

gallettis super bonis de quibus in processu vna cum præceptis de disgumbrando factis prædictis de Arigutijs cum absolutione eiusdem D. Francisci ab expensis litis.

Et ad ita referendum omissa pluralitate rationum, & pomposa congerie allegationum, Motus fui potissimum ex eo, quod in bonis, in quibus concessa fuit tenuta D. Francisco, D. Philippus habet ius potentius tamquam succedens in ius D. Mariettæ de Gondis vxoris D. Andreæ de Arigutijs debitoris, 1 cuius ea fuerunt, † quia pro suis Dotibus habebat tacite obligata bona viri. l. vnica §. sed vt plenius C. de rei vxor. act. & ibi omnes scribentes, Ias. in §. fuerat num. 29. cum seq. vers. tertio, principaliter Institu. de Act. Neguf. in tract. de pign. & hypothec. in 4. memb. secundæ partis numero 24. versicu. quartus casus, tam præsentia, quam futura cuiuscunque generis etiam consistentia in nominibus debitorum, & in pecunia numerata; vt per Neguf. in d. loco num. 165. versic. insuper, & nu. 166. ver. sed dubitatur, & hoc ab ipsa die promissę Dotis, quicquid aliqui dixerint de tempore solutæ tantum, secundum veriorem, & communiorem opinionem Doctorum, de qua attestatur Neguf. cum eadem transiens vbi supra quæst. quarta nu. 80. 81. post Iacob. de Aret. Rayn. Cyn. Bart. Salyc. Imol. et Soc. in locis per eum adductis; quæ quidem Dos promissa apparet antequam contracta esset societas inter dictũ D. Franciscum Sangalle tum ex una parte, & dictum D. Andream ex altera, adeo quod cum D. Franciscus ex causa obligationis prouenientis ex dicta societate ad tenutam egerit, uidetur quod eam tecte obtinere non potuerit, † quia cum societas sit posterior Dote in tempore, clarum est, quod etiam talis esse debet in iure per regulã communem, capit. qui prior de reg. iur. in 6. Nam aut uolumus quod dicta obligatio societatis sit expressa, & tunc præferendus esset D. Philippus pro iure dictæ Dotis D. Mariet-
3 tæ, † quia mulier hĩs tacitã anteriorẽ præfertur habenti expressam posteriorem Din. in d.c. qui prior nu. 12. Doct. in l. qui assiduis, C. qui poctior. in pignor. habeant. & Neguf. ubi supra quæst. 8. nume. 98. Aut uolumus, quod sit tacita, quod non admittitur, & tunc præferendus similiter esset dictus D. Philippus etiã circumscripto omni Dotis priuilegio, quia quando sumus in pluribus hypothecis tacitis, attenditur prioritas temporis, sicut in expressis, ut notatur in d. ca. qui prior, Neguf. d. q. 8. ad finem uersic. adde quod, & ante eum Alex. consi. 58. num. 5. uersic. constat autem lib. 7. Quinimo, & quando dicta obligatio societatis esset tacita, & anterior Dote in tempore, quod in facto non uerificatur, adhuc ui-

deretur D. Philippus præferendus, quia tacita Dotis posterior præfertur alteri tacitæ an- 4 teriori. l. qui assiduus C. qui potior. in pignor. habeant. cum sua materia, & est communis omnium sententia, Negusan. ubi supra in 6. quæst. num. 94. sequitur, Cagnol. in quoties uttiusque num. 2. ff. de reg. iur. & cum ex prędictis constet in dictis bonis D. Philippum habere priora iura dicto D. Francisco, nõ solum ipse D. Philippus, sed etiam filij dicti D. Andreæ liberari debuerunt a præceptis de disgumbrando eis factis, quia eis sufficit non cõstare de iure agentis, sine cuius uerificatione 5 pars conuenta in pace dimittitur. l. qui accusare C. de edend. etiam quod ipsa iniustam causam haberet l. fin. C. de rei vend. Absolui partem uictam licet Actricem ab expensis; quia probabiliter poterat ignorare ius D. Philippi in bonis, de quibus agitur, cum ea essent D. Andreæ debitoris condemnati; & quia id obtinuerat tenutam in eis, quam defendere debebat, ut per Nattam consil. 142. nu. 24. li 7 cet enim maior causa exigatur in actore, quã in Reo ad euitandam condemnationem expensarum litis in casu succumbentiæ, ut di- 6 cit Cagnol. in l. qui in alterius num. 26. uersi. ultimo aduerte ff. de regul. iur. tamen in hoc multum lex tribuit arbitrio iudicis, ut possit cõdemnare, uel absoluere, pro ut ęquum sibi uidetur secundum Abb. in cap. finem litibus num. 26. in fin. extr. de dolo & contumac. & tradit etiam Cagnol. in d. l. qui in alterius in finalibus uerbis. Anno 1585. Florentiæ.

EPITOME.

De Actore, qui pro minore exigit indebitè pecunias, & de restitutione in integrum minori aduersus sententiam ob factum sui Actoris concedenda; & de fructibus rei post mortem donatæ perceptis a Donatario in vita Donatoris, an restitui debeant, an vero ipsius Donatarij sint.

SVMMARIVM.

1. *Actor datus bonis Minorum administrandis tenetur de pecunijs indebite exactis rationem reddere, & minores coguntur cedere actiones contra dictum Actorem.*
2. *Minorum conditionem meliorem, non autem deteriorem facere tenentur, qui illorum personam, et & res administrant.*
3. *Minor læsus iure merito restituitur aduersus condemnationem pro facto Actoris sui secutam. ibidem.*

4 *Restitutio in integrum minori non datur, nisi manifeste de eius laesione enormi appareat. ut infra.*
Restitutio aduersus sententiam requirit probationes luce meridiana clariores.
Laesus in modico non restituitur, sed laesio debet esse manifesta, & enormis. ibidem.
5 *Pecuniarum fructus sequuntur sortem, & eius sunt, cuius sunt capitalia.*
6 *Sententia annullata dicitur illius titulus redactus ad non titulum, & ideo non prodest ad fructuum acquisitionem, sed restituendi sunt.*
7 *Mulier, quae in pecunijs filij defuncti obtinuit legatū eidem a filio relictum non potest uariare, & dicere, quod dictas pecunias acceperit ad computum suae Dotis.*
8 *Donatarius tenetur restituere fructus rei sibi donatae perceptos in vita Donatoris, qui illos sibi dum uixit, & reseruauerat.*
9 *Liber rationum Donatoris declarat dubiam mēsem illius.*

CONSILIVM XXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa restitutionis in integrū mota per Franciscum, & alios filios quondam Vincentij de Noris contra Alexandrum olim Iacobi de Puccijs occasione, de qua in actis. Viso processu ambarum partium, & consideratis hinc inde deductis, & allegatis, Retuli partes MM. DD. Officialium Pupillorum, & adultorum inclitae Ciuitatis Florentiae esse in pronuntiando, & declarando petita pro parte dictorum filiorum dicti Vincentij, de Noris quo ad primum caput eorum petitionis Florenorum. 77. spectantium ad dictum Alexandrum Puccium vti haeredē olim Frā cisci Puccij, exactorum per Philippū de Grisellis eorum Actorem fieri posse, & debere, & successiue in eos restituēdos in integrum pro dicto capite aduersus sententiam contra eos latam, & in eos sic restitutos absoluendo a solutione dictorum florenorum 77.

Et quo ad alia capita in dicta petitione cōtenta in consentiendo petita pro parte eorūdem filiorum fieri non posse, nec debere, & successiue in absoluendo, ab eis dictum Alexandrum, & eius in causa Procuratorem cum absolutione ambarum partium ab expensis litis.

Et ad ita referendum moueor quo ad primum caput ad fauorem m dictorum filiorum, quia & si Philippus Grisellus eorum Actor à Magistrata Pupillorū cōstitutus exegerit pecunias ad dictum Alexandrū Puccium spectantes, credens eas ad dictos minores pertinere, cum tamen eas nō annotauerit in libro Actori, nec de eis aliquam minoribus reddiderit rationem, nec ille peruenerint in dictos minores, nec in eorum vtilitatem fuerint versae, videtur, quod nō ipsi ad earum restitutio-
1 nem teneātur, † sed Actor conueniri debeat, ipsique solum ad actiones contra illum cedendas compelli possint. l. fin. & ibi gloss. & scribentes ff. de administrat. tutor. Barto. in l. qui solidum §. et iam num. 3. ff. de legat. secū da. & in l. si se non obtulit in princ. nu. 1. ff. de re iudicat. Alexan. consi. 141. num. 11. versi. & casu quo etiam libr. 5. praesertim cum Actor non minorum periculo, sed creantium illum constituatur. §. fin. cum ibi notat. Insti. de cur. & valde absurdum esset, quod aliter
2 res haec se se haberet, † quia aperiretur via tutoribus fraudandi minores, quorum tamen conditionem meliorem, & non deteriorem faciendi a iure facultatem habent. Instit. de Authen. tut. in princip. cum ibi notat. quo fit, vt dicti minores ad dictam summam condemnati in integrum merito restituendi sint vti laesi. tot. tit. de in integrum restitu. minor. & proinde etiam a dicta solutione absoluendi veniant, tanquam ad eam non obligati iuribus, & auctoritatibus citatis. Quo ad alia capita contra dictos filios minores motus
3 fui ex eo, † quod Restitutio in integrum non datur minori aduersus aliquem actum, nisi constito de laesione l. nam, & postea §. si minor ff. de iur. iur. l. minoribus C. de in integrū restitutione, & vtrobique glo. & Doct. Alex. consi. 55. nu. 19. versi. 2. dico lib. 5. Soc. consi. 57. nu. 1. lib. 4. late Rol. consil. 10. nu. 8. 9. 10. lib. 4. Immo non conceditur ei, nisi duob. cōcurrētib. primo quod sit laesus, secūdo quod hoc manifeste appareat. Abb. in c. 1. in 2. not. extra de restit. in integrum per illū tex. Deci.
4 consi. 474. nu. 11. & consi. 564. nu. 18. † & maxime quando restitutio petitur aduersus sententiam, quia tunc probationes debēt esse luce clariores. Soc. consi. 194. nu. 7. li. 2. per text. in l. fi. C. si minor se maior. dixerit, vbi etiam Bal. nu. 1. in 1. no. & ista laesio debet esse enor
5 mis, quia pro modico damno nō conceditur restitutio. c. pe. & ibi gl. & Doct. extra de reb. Eccl. non alien. gl. 2. in d. c. 1. & ibidem Abb. in d. 2. not. post medium extra de restit. in integ. l. si ex causa iudicati 1. resp. in fi. ff. de minor. l. scio ff. de in integrum restitut. l. prima. C. si aduers. vend. pignor. & vbique gloss. & Doct. Deci. d. consi. 474. nu 11. 12. & est magis cōis opinio teste Gabr. tit. de restit. in integ. concl. 1. nu. 1. ut propterea nulla apparētę lae-

læsione istorum minorum restitutio petita aduersus sententiam contra eos latam concedenda veniat.

In secundo enim capite non fuerunt lęsi, 5 † quia cum vtilia per eos percepta ex pecunijs Francisci Puccij existentibus super mensa Iacobi Martelli, & sociorum sequā ur sortem,& eius sint,cuius sunt capitalia. le. cum principalis,& l nihil dolo, §.cum principalis, ff.de reg.iur.& capi. accessorium eod.titul.in sexto, debent spectare ad Alexandrum dicti Francisci hæredem, ad quem capitalia pertinent ex Rotali sententia inappellabili; Nec prima sentētia nulla, & inualida ad fauorem D.Gineuræ eorum Auiæ paternæ lata, a qua ius ipsi habent,operari potest acquisitionem 6 dictorum fructuum, † quia redacto huius sententiæ titulo ad non titulum per eius expressam annullationem, res cum fructib. restituitur. Roman.consi.454.num.26.cum sequen.vbi Mandos.in addit. Abb.consi.84.colum.fi.sub num.4.libro secundo Felyn.in capitulo cum causam num.6.de offi. delega.& ibi Dec.num.19.20.Gramm.decis.79. num. 12.Natta cons.535.num 12. & alii relati per Cacher.dec.pedem.159.nume. 12.cum seq. Nec refert quod Domina Gineura tamquā Creditrix Florenorum 950. pro parte suarū Dorium, & pro legato paterno sibi ipsi satisfecerit in dictis pecunijs vsque ad concurrentem quantitatem sui crediti, & proinde non debeant vtilia restitui,quatenus capit rata ca7 pitalis crediti prædicti, † quia Domina Gineura percepit dicta vtilia ex dictis pecuniis, vti ad eam spectantibus ex alia causa, nempe ex titulo illo præambulo sententiæ ob legatum sibi a filio factum l. quædam mulier cū ibi notat ff.de rei vendic. & pro suis dotibus, & pro legato paterno obtinuit tenurā in bonis stabilibus dicti sui filii, vnde non pōt nūc variare, & in aliam causam dictas pecunias accipere.l.2.& 3.cum ibi not. ff. de solution. vltra quod cum semel animum suum declarauerit, in eo perseuerasse postea pręsumitur l.eum qui voluntatem ff.de proba.l. cum hic status in princip. ff.de donat. inter virum, & vxor.capitulo maiores de baptismar.cum simil.

8 In tertio etiam, & vltimo capite non fuerunt læsi,quia recte videtur absolutus Alexāder ab vtilibus perceptis ex Florenis 550.per Franciscum Puccium donatis filijs dicti Vincentij de Noris,quia cum agatur de fructib. perceptis in vitam donatoris, qui sibi expresse eos reseruau.t, videtur quod frustra ad illos agerent, nec admittitur ille intellectus, quod voluerit donator in vita frui vtilibus,et post eius mortem eadem cum capitali in donatarios transire, quia hoc repugnaret libere reseruationi paulo antea factæ contra l. nam ad ea,cum sua materia ff.de condir.& demō 9 strar.quod vbi dubium dici posset, † declaratum diceretur ex libro priuatarum rationū ipsius donatoris eodem tempore conscripto l. Nesennius ff.de neg.gest. l.alimenta §.primo.ff.de alim.& cib. legar.& l. instrumenta, C.de probat.cum vbique notat. Barto.in l.si patruus num.6.C.comm.vtriusque iud.Cra uett.cons.202.num.46.& ubi adhuc res dubia esset, interpretatio fieri deberet contra dictos, minores agentes, & in scriptura illa, & eius uerbis dubiis se fundantes. l. uereribus cum ibi notat. ff.de pactis. Anno 1585. Florentiæ.

EPITOME.

Quæ requirantur, vt minor aduersus sententiam restitui valeat, & in materia l diffamari ff.de ing. & manumiss. quis dicatur actor, & quis Reus, & de excommunicato ad iudicium venire prouocato.

SVMMARIVM.

1 *Minori petenti se restitui ad appellandum, an sufficiat ostendere dumtaxat tempus appellandi fuisse lapsum, vel etiam opus sit docere de bono iure suo.*

2 *Bart.opinio de qua in l.fi.nume.10.C.in quib. cauf. in integrum restit.non est necess. & altera eiusdē opin.de qua in l.nam & post ea §. minor nume.6. ff.de iur.iur.circa restitutionem minoris ad appellandum conciliantur.*

3 *Minor satis læsus dicitur ex eo, quod remanet per sententiam condemnatus.*

4 *Diffamaus dicitur Actor, & diffamatus Reus.*

5 *Actor est qui petit sibi aliquid dari, vel fieri. Reus vero qui contradicit, & petit se absolui.*

6 *Excommunicatus repellitur ab agendo, sed non ab excipiendo, declara ut ibi.*

7 *Excommunicatus remedio l. diffamari de ingenu.et manumis. stimulatus ad iudicium venire, dicitur potius uoluntarie, quam necessario uenire.*

8 *Silentium quando impositum est ali, cui arguitur illum fuisse Actorem.*

CON-

CONSILIVM XXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellect m meum.

IN causa appellationis vertente inter Aloijsium, & Andream fratres de Arigutijs appellantes ex vna parte & Reuerendum D. Guglielmum Sangalettum appellatum ex altera occasione restitutionis in integrum ad appellandum petitæ per dictos de Arigutijs, vt in actis. Visis processibus, & scripturis per ambas partes mihi præsentatis, & omnibus maturè consideratis, retuli Partes Reuerendi D. Petri Nerlij, Canonici Florentini, & Iudicis delegati, ac Commissarij Apostolici esse in pronuntiando male per dictos de Arigutijs fuisse appellatum, & bene per D. Iudicem a quo Iudicatum, eiusdem sententiam confirmando.

1 Et ad ita referendum motus sum, quia & si Bart. in l. fi. nu. 10. C. in quib. cau. in integ. restitut. non est necess. tenuerit, quod minori petenti se restitui in integrum aduersus lapsum temporis ad appellandum a sententia contra eum lata, satis sit ostendere lapsum tēporis ad appellandum, quia dicitur læsus eo ipso, quod non appellauit a sententia contra ipsum lata, & eum sequantur Castren. ibi nū mero 5. & in l. nam & postea §. si minor num. 7. ff. de iur. iur. dicens hanc opinionem esse veriorem, Cephal. Tolosan. decis. 389. in princip. & plures relati per Gabriel. tit. de minor. conclus. secunda num. 2. & per Cacher. decis. pedemont. 157. numer. 2 & seq. de qua opinione etiam meminerunt Roland. consi. 10. num. 5. lib. 4. & Anchar. Regiens. quæst. 41. num. 3. lib. 1. Tamen idem Bartol. in d. l. nam, & postea, dicto §. si minor num. 6. vers. ex hoc mirabili textu, ff. de iur. iur. voluit contrarium, quod immo minori petenti se restitui ad appellandum non sufficiat ostendere lapsum termini ad appellandum a sententia contra eum lata, nisi etiam doceat se habere iura, propter quæ vicisset, si appellasset, & eum sequuntur ibi Salyc. sub nume. 7. versic. & idem dicit si minor, Rom. num. 11. versic. ex quo infertur ad vnum, & sub numero 12. ad fin. versic. quarto, casu, vbi dicit hanc opinionem esse veriorem, Alexand. nu. 8. versi. in glo. secunda habes. Ias. ante nume. 17. versicul. gloss. in verbo an captus, vbi ait esse communem legistarum, Corn. num. 5. versicu. idem etiam si petit restitui ad appellandum, vbi dicit de communi, Bald. in l. fi. C. in quib. caus. in integr. restit. non est neces. ad finem sub nume. 7. dicens hoc esse verius, & ibidem Salycet. sub num. 4. versi. & ex ista gloss. & late Corn. col. 4. sub num. 1. versi. ex quibus infertur primo, vbi dicit communē. Alexan. consi. 55. num. 18. ver. secundo, dico lib. 5. Aufrer. ad decis. Capel. Tolos. 53. circa medium apostillæ, vers. adde quod si minor & ad decis. 389. in fine apostillæ Rolan. cons. 53. num. 32. lib. 2. & latius cons. 10. sub num. 15. versic. quinto accidit lib. 4. dicens vbique de communi, & multi relati per Gabriel. tit. de minor. conclu. 2. num. 1. & nouissime Cacher. decis. pedemon. 157. nu. 9. cum sequen. ver. cōtraria vero opinio, vbi dicit veriorem, & receptiorem, & Anch. Regiens. quæst. 41. num. 2. libro primo, referens Castre. & alios, & hanc opinionem seruari in Curia Romana affirmat Castrens. in d. §. si minor sub nu. 7. & in d. l. fin. sub num. 5. licet ipse non videatur eam amplecti, qua opinione veluti veriori, & communiori attenta, locus non potest esse restitutioni per Arigutios petitæ ad appellādum nulla penitus docta iniquitate sententiæ contra eos latæ,

2 † Quod si dicatur hāc secundam opinionem Barto. in d. §. si minor nu. 6. procedere in minore Actore, quia tunc non potest dici constare de læsione ex sola appellatione omissa, cum nihil appareat perdidisse de suo ex sententia absolutoria Aduersarij, vnde merito volens restitui ad appellandum, debet aliter de læsione docere ostendendo iura, propter quæ vicisset, si appellasset, & locum non habere in minore Reo, in quo militat prima eiusdem Bartol. opinio in

3 d. l. fin. num. 10. † quia tunc satis dicitur læsus ex eo, quod remanet condemnatus per sententiam, a qua omisit appellare, quæ per appellationem suspensa fuisset, & fortassis per aliam sententiam sublata, pro vt circumdando hanc Bart. contrarietatem distinguit Fulgos. in d. §. si minor, & in d. l. fin. cui opinioni adhærent Castrens. in d. l. fin. sub nu. 5. dicens esse ipsam veritatem, & hanc distinctionem tollere omnem dubietatem, quæ posset accidere, Corn. col. 4. sub num. 1. post ver. ex qui bus infertur primo, Addent. ad Barto. in verbo decem dies, Alexand. in d. §. si minor sub num. 9. versicu. sed Fulgos. hic, vbi dicit eam æquam, & sustentabilem, Ias. ante num. 17. post versicu. gl. in verbo an captus, vbi sequitur dicta per Alexand. Corn. sub num. 5. ver. posset tamen fortè dici, Addentes ad Bart. in verbo vincere, Alexand. consi. 115. nume. 4. lib. 5. consi. 80. sub num. 4. lib. 7. Ruin. consil. 68. num. 20. lib. primo plures relati per Gabr. dicta

dicta conclus. 2. in fin. num. 3. & per Roland. consi. 10. num. 7. libro quarto. & nouissime Cacher. deci. pedem. 157. in finalibus verbis, & Anchar. Regiens. dicta quæst. 41. nu. 5. & 7. post medium.

Respondeti potest primo, quod licet ista distinctio sapiat æquitatem, non tamen est communis, sed communis, & verior est opinio Barto. simpliciter, & indistinctè posita in d. §. si minor, vt ex supra citatis authoritatibus patet.

Secundo responderi potest, quod et ista distinctio facit contra Arigutios, †quia & si in iudicio diffamatorio, in quo petunt restitui ad appellandum, sint Rei, tamen uere dicuntur Actores, tamquam diffamantes attenta origine Causæ, & eius principio, secundum vnam opinionem positam per Afflict. decis. 268. numero secund. versicu. quæritur quis est Actor, & licet postea numero tertio, & 4. affirmet contrarium fuisse decisum in Sacto Concilio, & cum eo transeat Roland. consi. 10. in fin. num. 18. libro quarto, tamen communis opinio, & est in contrarium, quia verè, & propriè nō est Actor, qui aduersario diffamanti silentium imponi petit, sed potius est Reus, cum veniat ad iudicium stimulatus propter diffamationem, & ne in futurū molestetur, vt copiosè habetur per Cagnol. in l. diffamari, C. de ingen. & manum. quæst. prima num. 9. † Actor enim dicitur, qui petit sibi dari, vel fieri, & Reus, qui petit se absolui vt proinde Arigutij prætendētes in negocio principali sibi dari dicantur Actores, & Sangallettus prætendens se absolui, Reus censeatur, nulla habita ratione huius Iudicij diffamatorij accidentaliter moti iuxta tradita per Dec. in c. ex literis, num. 13. versi. sed Iacobus de Rauenna de probat.

Nec obstat quod dicunt Doctores in l. libertus ff. de in ius vocand. & in alijs locis relatis per Afflict. dicta decis. 268 num. 3. 4. vers. alij Domini dicebant. de excommunicato, quod non potest intentare beneficium dictæ legis diffamari, cum tamen possit esse in iudicio tanquam Reus se defendendo, quam opinionem dicit communem Cagnol. in d. l. q. 4. num. 13.

Quoniam ex hoc non infertur, quod agēs dicto beneficio sit verè, & propriè Actor, nā dicta cōclusio procedit in excommunicato, qui non potest stare in iudicio nisi pro defensione necessaria, † vnde non mirum si nō potest implorare illud beneficiū, quia in rei veritate non est defensio præcisè necessaria, sed potius voluntaria, cum non cogatur venire ad tale Iudicium etiam quod sit stimulatus propter diffamationem, sed vltro ad illud accedat, vt punctualiter ad hanc obiectionem respondet Cagnol. in eadem l. dicta quæstio. prima sub num. 9. in fin. versi. nec obstat, ubi ita declarat ea, quæ postea dixit dicta quæst. quarta nu. 13. Et certe cum ex sententia lata in iudicio diffamatorio nihil appareat istos minores prodidisse de suo, nec in ea reperiantur in aliquo condemnati, non possunt dici Rei. † Immo cum tantum sit eis impositum silentium super eo, quod prætendebāt aduersus Sangallettum, habentur pro Actoribus, quasi quod Sangallettus fuerit virtualiter absolutus ab eorum prætensione, pro ut in istis terminis concedendæ restitutionis ad appellandum, Actorem, & Reum considerant cōcordando contrarietatem Bar. supra relatam Fulgo. & alij eum sequuti in d. §. si minor, & in d. l. fi. quorum ratio minorem Reum respiciens ex læsione apparente ex sententia, a qua omisit appellare, ex qua condemnatus reperitur, & aliquid de suo perdit, minime conuenit his Arigutiis, vt propterea nec conclusio inde sumpta adaptari ad eorum commodum possit. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patronat. cum similibus. Anno 1585. Florentiæ.

EPITOME.

Quid probandum, & liquidandum, sit in Processu per filium agentem ad supplementum legitimæ iure Naturæ sibi in bonis Patris debitæ, quando sibi à Patre relicta ad ipsam legitimam non sufficere prætendit. Et de Modo agendi ad dictum supplementum, & contra quos agi possit.

SVMMARIVM.

1. *Filia potest agere ad supplementum legitimæ, si nō sufficiant ad illam sibi relicta.*
   Legitima consideratur secundum facultates tempore mortis testatoris. ibidem.
2. *Agens ad supplementum legitimæ quid ostendere & liquidare debeat, & infra per tot.*
3. *Forma petendi supplementum legitimæ traditur a Bar. consi. 17. lib. 1.*
4. *Instrumentis factis multo tempore ante mortē testatoris non liquidatur valor Bonorum post mortem ipsius.*
   Ex valore vnius temporis non infertur ad ualorem alterius temporis. ibidem.
5. *Filiæ ætas est probanda, cum agit ad supplementū legitimæ, quando legatum annuum ei factum nō sufficere ad ipsam legitimam prætendit.*
6. *Actore non probante id, quod est fundamentum sue inten-*

intentionis, Reus absoluitur.

7 *Legitimæ supplementum peti potest nedum contra hæredes uniuersales, sed etiam contra institutos in certa re, ac etiam agi potest aduersus tertios possessores.*

CONSILIVM XXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intel lectum meum.

IN causa appellationis vertente inter Franciscũ de Bargellinis Maritum, & Procuratorẽ Peregrinæ quondam Benedicti de Pedrucijs appellãtem ex una parte, & Franciscum Ghelli de Pedruciis appellatum ex alia. Visis actis ad me transmissis, & mature consideratis omnibus considerãdis, Retuli partes MM. DD. Priorum Populi, & Vexilliferi Iustitiæ Ciuitatis Pistorij esse reformãdo sententiam D. Iudicis a quo, & amplectendo merita causæ in declarando petita per dictum Frãciscum de Bargellinis nomine quo in actis fieri non posse, & successiue in absoluendo dictum Franciscum Ghelli in Pedrucciis a petitis per dictum Franciscum de Bargellinis dicto nomine.

1 Et ad ita referendnm moueor, quia & si Peregrinæ in testamento Benedicti Patris instituta in libris 300. & certis annuis præstationibus, si id relictum ad legitimã sibi iure naturæ debitam non ascendit, competat ius agendi ad supplementum ipsius legitimæ. l. omnimodo, l. scimus, C. de inoffic. testam. & §. cæterum in Authen. vt cum de appell. cognos. tamen quia ad sciendum quanta sit legitima, considerantur facultates tempore mortis eius, in cuius bonis ea debetur, cum moderetur ad instar successionis intestati. l. cum quæritur cum ibi notat. C. de inoffi. testam. Anto. de Butrio consil. 9. in 3. dubio in prin. Marant. in sua decima disputatione nu. 22. & Ancha. Regi. quæst. 51. num. 9. lib. 1. & deducũtur impensæ funeris, & omne æs alienum. l. Papinianus §. quarta cum ibi no. ff. de inoffi. testamen. Castr. consi. 417. num. 3. versic. quarto debenr deduci libro primo. Alex.

2 consi. 134. num. 1. lib. 4. † oportet vt agens ad ipsius legitimæ supplementum ostendat, qđ bona tanta extent, vt deductis deducendis legitima ascendat ad maiorem quantitatem eius, quod sibi relictum est, & ideo debet liquidare quantitatem, & valorem bonorum, & æs alienum, alias nõ potest obtinere, quia sine tali liquidatione non potest esse certum, quantum sit illud, quod debetur pro legitima, vt colligitur & Castr. d. consi. 417. num. 3. versi. sed ut ista clarius appareant, & sentit aperte Alex. d. conf. 134. nu. 1. 2. 3. lib. 4. quod in casu præsenti factum non apparet pro parte Peregrinæ agentis, quæ cum prætendebat minus legitima sibi a Benedicto Patre in testamento relictum esse, & propterea ad eius supplemẽtum agat, vtique probare debebat bona paterna hæreditaria tanti ualoris fuisse, vt deductis impensis funeris, & dotibus Luciæ vxoris dicti Benedicti, quæ ex ipso testamento apparent esse de libris 600. & omni alio aere alieno, si extet, ipsa non perceperit integram legitimam, vt in indiuiduo haberur per Bartol. consil. 17. forma petendi

3 lib. primo † vbi præcisè, ponit formam petendi supplementum legitimæ, & modum articulandi pro eo consequendo, & eum sequitur Ang. de Aret. in §. tam aurem nu. 3. versic. quæro qualiter formabitur libellus, quando petitur supplementum legitimæ. Instit. de inoffic. testam. ad quam se remittit simpliciter Ias. in l. omnimodo sub num. 3.

4 vers. & formam libelli, C. eod. tit. † Nec ex instrumentis in processu exhibitis potest cõstare ista liquidatio, quoniam ea facta sunt per plurimos annos ante mortem dicti Benedicti, vnde non potest inferri de valore illius temporis, ad valorem temporis mortis dicti Benedicti l. 3. §. Diui Fratres ibi, & iusta pretia, non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione constitui, ff. de Iur. Fisci, & l. ad rescindẽdam ibi non sufficit, quod magno pretio fundum comparatum minori distractum esse cõmemores, C. de rescind. vendit. potuit enim minui pretium ex mala cultura, d. §. Diui Fratres, glos. in d. l. ad rescindendam, vel ex ipso tempore, l. pretia rerum §. nonnullam, ff. ad l. Falcid. potuit etiam emi cariori pretio, quam res valeret, vt notat. in d. §. Diui Fratres, & in d. l. ad rescindendam, & in l. 2. C. de rescind. vend. & in terminis, quod instrumenta antea facta non probent præsentem valorem Reij, tenet Alex.

5 consi. 54. nu. 5. vers. non obstant, lib. 6. † Erat etiam pro debita liquidatione dicti supplementi legitimæ probanda ætas agentis, vt ex rei inferri posset ad tempus futuræ vitæ, qua durante fuit ei factum relictum annnum præter libras 300. legatas secundum terminos l. hæreditatum cum ibi notat. ff. ad l. Falcid. vltra quod in liquidatione facienda poscent per Reum conuentum ostendi onera, debita, & alia hæreditatem minuentia, & læsionem in legitima excludentia, cum ea pluribus deductis computetur, vt ex supra alle

gatis

6 gatis apparet, †ut propterea non probante Actrice id, quod suæ intentionis erat fundamentum, Reus debuerit diffinitiue absolui per regulam l. qui accusare C. de edend. cum sua materia; & hoc vnico fundamento ad victoriam Reo sufficiente, non opus fuit intrare illam quæstionem iuris, vel ne societatis vniuersalis omnium bonorum tacitè inter dictos Franciscum, & Benedictum fratres, de qua disputant excellentes partium Aduocati, † & præmissa dicta sint pro supposito, quod per Peregrinam recte actum fuerit ad supplementum legitimæ contra solum patruum veluti hęredem vniuersalem dicti Benedicti secundum opinionem, quam tenet, & latissime ab eam impugnantibus defendit Capr. consi. 48. num. 4. cum sequen. vsque ad finē consilij, & nulla habita ratione opinionis eorum, qui tenent agendum esse etiam contra legatarios, & alios aliquid, ex testamēto consequentes pro Rata bonorum. Barto. consil. 34. numero quarto, libro primo, & ibi late addentes ad eum, Castr. d. consil. 417. ad fi. sub numero quarto, libro primo. Alexan. d. consi. 134. numero 4. libro quarto. Aret. in d. §. tam autem, numero 3. versicu. quæro an talis petitio, Institu. de inoffic. testam. Decius consi. 235. numero 6. & eadem ratione contra institutos in re certa, vt per relatos a Capr. d. consil. 48. numero, primo, secundo, tertio. & quod plus est, etiam contra tertios possessores bonorum hæreditariorum. Crauett. consi. 109. in 3. dub. nume. 5. cum seq. Anno 1586. Florentiæ.

EPITOME.

Agens contra aliquem tamquam filium, & hæredem tenetur probare ambas qualitates, & si inepte vna via egit, non prohibetur agere alia via iuridica sibi competenti, pro qua sibi sunt reseruanda iura experienda.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad restitutionem Dotis aduersus hæredes defuncti, tenetur prius docere, quod sint tales, quales fiunt.*

2 *Agens contra filium pro obligatione defuncti non solum probare tenetur illum esse filium, sed etiam hæredem.*

3 *Mulier pro recuperanda Dote recte agit etiam contra tertios possessores actione hypothecaria.*

4 *Agens inepte una via, si constat ius ei competere alia uia, Reus debet assolui tantum ab obseruatione, vel ab instantia illius iudicij.*

CONSILIVM XXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa vertente inter D. Thomasinam quōdam Saporiti de Ricollo Actricem mediantibus Antonio Cocchi, & Tiberio Ioānis Quirici eius Procuratorib. ex vna parte, & filios, ac hæredes quondam Dominici Mullacini, & Antonium Mariam quondam Ricolli eorum Curatorem, Reos conuentos ex altera, occasione restitutionis medietatis Dotium dictæ Dominæ Thomasinæ solutarum quondam Ioāni Paulo olim Remedij de Campo soprano eius viro cum alimētis, vt in actis. Viso processu ad me trāsmisso, Retuli partes Magnifici Domini Potestatis Ricolli esse in absoluendo dictos filios, & hæredes dicti Dominici Mullacini, & dictum Antonium Mariam eorum Curatorem dicto nomine a petitis per dictam D. Thomasinam, & dictos Antonium Cocchi & Tiberium Ioannis Quirici eius procuratores dicto nomine, reseruatis iurib. dictæ Dominæ Thomasinæ Actrici, & dictis Antonio Cocchi, & Tiberio Ioannis Quirici eius procuratoribus dicto nomine melius in alio iudicio agendi, & de iuribus, dictarum dotiū restituendarum cū alimentis experiendi contra dictos filios, & hæredes dicti Dominici Mullacini Reos conuentos.

1 Ad ita dicendum motus sum, quia actum fuit per dictam D. Thomasinam, & eius procuratores ad restitutionem partis eius Dotiū scutorum 300. cum alimentis contra dictos filios, & hæredes dicti Dominici Mullacini, veluti pro medietate hæredes Ioannis Pauli viri dictæ Actricis, qui Dotem receperat, & de ea restituenda promiserat, & nullibi apparet dictos filios esse dicti Ioannis Pauli hæredes, prout eos esse tales ostendere debebat Actrix. Crauett. consi. 37. in 2. dub. numer. 5. & consi. 197. num. 5. & tanto magis cum nō sint Nepotes ex filia dicti Ioannis Pauli, prout erroneè in libello asseritur, sed immo sint ei penitus extranei, & pro eorum parte dictū fuerit in processu, quod non sunt eius hære-

2 des, † quoniam etiam agens contra filium vti hæredem patris contumacem, vel comparentem, & non negantem, nec confitentem, debet ostendere eum esse talem, alias non obtinet. Imol. de Communi opinione

arte-

atteſtans in l. ſi cũ Dotẽ §. tranſgrediamur ſub num. 26. verſic. in fine gloſ. ff. ſolut. matr. cum qua opinione tranſeunt cõmuniter ſcribentes in l. neceſſarijs ff. de acquir. hæredi & præſertim Barto circa princ. verſic. ſed pone Imol. ſub num. 3. verſic. & ſecundum Alex. num 5. verſicul. in gloſſ. vbi poſt multa dicit eam eſſe communem, Areti. in §. fui autem ſub num. 8. verſicul. quo ad primum. Inſtitu. de hæred. qualit. & differ. Cæterum quia ad petita alia ratione agere Domina Thomaſſina poterat, & ea mediante ius ſuum conſequi, † cum pro Dotis reſtitutione mulier agere poſſit hypothecaria contra poſſeſſores bonorum Mariti, etiam nulla ſibi facta eorũ expreſſa obligatione l. vnica §. ſed ut plenius, C. de rei vxor. act. & etiam pro alimentis ipſius Dotis, Bald. conſi. 268. num. 3. libro quinto, Caſtr. conſi. 53. per totum libro tertio. Neguſ. in tract. de pignor. & hypoth. in 4. membro ſecundæ partis princip. num. 47. cum ſequent. verſic. ſeptimo amplia. Rei conuenti nonpotuerunt ſimpliciter abſolui, ſed ſolum pro ut abſ luti fuerunt, † quia quando male, & inepte actum eſt vna via, & cõſtat alia uia ius agenti competere, Reus non abſoluitur diffinitiue, ſed ſolum ab inſtãtia illius iudicii, reſeruatis iuribus petenti melius in alio iudicio agendi. l. Bebius, ff. de pact. dotalib. Bald. in Authen. ſed & ſi quis nu. 17. C. de ſecund. nupt. & in l. 1. in fin. num. 10. C. de pign. act. & in l. ſecunda quæſt. 14. ſub nu. 45. C. de reſcind. vend. & conſi. 338. ad fin. num. 6. libr. 5. Iaſ. in l. 1. nu. 39. ff. de edend. & in l. prima ſub num. 8. ad finem ff. de offi. Aſſeſſo. Caſtrenſ. conſi. 65. nume. 1. lib. 1. Crauett. alios citans conſi. 210. num. 8. verſic. ex præmiſſis. Anno 1586. Florentiæ.

EPITOME.

De executione ſententiæ facienda tantum circa expreſſa, & contenta in illa, non antem circa non ſcripta, quamuis ſubaudita, vel virtualiter ſubintellecta.

SVMMARIVM.

1. *Executio eſt facienda iuxta tenorem ſententiæ, & non contra ſententiam.*
2. *Statuta concedentia executionem paratam ſententijs, intelliguntur circa ea tantum, quæ expreſſe in ſententia continentur, & non circa ea, quæ uirtualiter ſubintelliguntur.*
3. *Scriptum, & non ſcriptum, ſed pro ſcripto haberi paria ſunt, quo ad eſſentiam; ſed differunt quantũ ad executionem.*
4. *Statutum dans executionem paratam inſtrumento, in quo quis obligatus ſit ad factum, non extenditur ad intereſſe prepter moram.*
Quæ tacitè in ſententia ſubintelliguntur, non habent illam executionem paratam, quam habent expreſſa in ſententia. ibidem.
5. *Ius melius in alio Iudicio agendi reſeruatur Actori, quando ex proceſſu apparet, quod alia uia ius ſuum poteſt conſequi, licet non ex modo intentato.*

CONSILIVM XXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIſis Actis Cauſæ vertẽtis inter Nicodemum de Grazinis Agentem ex vna parte, & Petrũ Antonium eius fratrẽ ſe defendentem ex altera occaſione Grauaminis, de quo in Actis, dixi partes magnifici Domini Poteſtatis Terræ nouæ eſſe in re uocãdo, & annullãdo grauamine reale factũ ad inſtantiam D. Nicodemi contra dictum Petrum Antonium reſeruatis iuribus eiſdẽ Nicodemo melius in alio iudicio agendi, & de iuribus ſuis experiendi contra dictum Petrum Antonium.

Et ad ita referẽdum motus fui, quia dictus Petrus Antonius fuit realiter grauatus ad inſtãtiam Dicti Nicodemi pro ſcutis quinquaginta pro parte in executionem ſententiæ inter ipſos latæ de conſilio magnifici D. Alberti della Fiornia, quæ quidem ſententia & ſi facit dictos fratres hæredes pro æquali portione quondam dicti Iacobi eorum communis fratris: tamen quò ad Florenos auri ſeptingẽtos, pro quibus grauamen iuſtificare intendit Nicodemus, non poteſt prodeſſe eidem, immo facit contra eũ, quia dicit expreſſe, quod dicti Floreni ſeptuaginta ſpectant ad dictum Petrum Antonium, vnde vanũ eſt, quod pro executione ſentẽtiæ petat, id, quod ea ſibi aufert, † quia executio fit ſecundum tenorem ſententiæ, & non contra eius continentiam. l. ſi vt proponis, & l. executorem C. de execu. rei iud. Nec refert, quod ex inſtrumentis nõ viſis per D. Conſultorẽ appareat medietatẽ dictorũ florenorũ ſeptuagintorũ ſpectaſſe ad dictũ D. Iacobũ, & proinde medietatẽ dictæ medietatis pertinere ad dictũ Nicodemũ eius hæredẽ pro medietate, & ſic Florenos cẽtum ſeptuaginta quinq; quia per hoc nõ potuit Nicodemus uia executiua agere vigore dictę ſñiæ, licet. n docto. de errore, & emeda-

ta sententia possit ius suum consequi: non tamen debuit tentare viam executiuam vigore sententiæ dicentis cõtrarium eius, quod 2 prætendit ipse† cum statuta concedentia executionem paratam sententijs intelligantur in ijs, quæ expresse continentur, & leguntur in ipsa sententia: non autem in ijs, quæ in ea non videntur, licet extrinsecus veniãt, & sub audiantur, vel alio modo virtualiter, & intellectualiter comprehendantur, Bal. in l. legem sub num. 1. 2. 3. C. loca. Ias. in l. certi conditio. num. 21. ff. si cert. pet. & ibidem Dec. num. 8. citans Bald. Afflict. decis. 365. num. 15. Ias. cõsil. 49. sub num. 2. lib. 3. & faciunt notata per eundem Baldum in l. generali in vlt. not. nu. 3 4. de sacros. eccles. vbi dicit, † quod scriptum, & non scriptum non differunt quantum ad essentiam, sed bene differunt quantum ad executionem, quia quod reperitur scriptum habet executionem; aliud non. sequitur Ias. in d. l. certi conditio sub dicto num. 21. & ibidem Dec. nume. 8. dum citat dictum locum 4 Baldi. † Facit etiam pro ista opinione, quod si statutum det executionem paratã instrumentis guarantigiatis, & in aliquo instrumẽto promisũ sit factũ, & promissor sit in mora faciendi, adeo quod de iure succedat obligatio ad interesse, non poterit dictum interesse peti executiuè vigore dicti statuti, quia non dicitur esse de instrumento, ex quo in eo non legitur, etiam quod virtualiter, & intellectualiter comprehendatur. Alex. in l. 1. num. 13. circa fi. uer. priuata intellige, ff. de l. 2. Ias. in l. 1. nu. 33. ver. tenendo tamen, ff. de edend. & latius in dicta l. certi cõditio, num. 20. vers. per istam conclusionem: & licet postea nu. 21. multa in contrarium adducat; dicit tamẽ hanc esse communem opinionem, & ab ea non esse recedendum, quam etiam approbat & veriorem dicit Dec. ibidem nu. 8. 9. ver. & ex prædictis. Reseruanda tamen fuerunt dicto Nicodemo iura experiendi in alio iudicio de eo, quod sibi debetur in dictis Florenis 5 septuaginta, † per l. Bebius in fi. cum ibi nota. ff. de pact. dotal. Crauet. consi. 210. nu. 8. vers. ex præmissis. Anno 1586. Florentiæ.

EPITOME.

Datio in solutum, seu adiudicatio facta per iudicem, quando diuidua sit, & quando indiuidua: & quando possit valere contra vnum, & contra alium non: & annullitas in vna parte vitiet in totum, et practica absoluẽdi, uel condemnandi ambas partes respectiuè victrices, & victas quo ad expensas litis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium sine citatione omnium, & quorumcumq; interessatorum non tenet: verum in diuiduis si vnus non est citatus, iudicium valet cont a alium citatum, vt infra.*

2 *Sententia, in qua continentur plura capita bonorum sub uno capitulo, & structura uerborum, n iatur si aliquis ex pluribus non fuerit citatus.*

Adiudicatio bonorum a diuersis personis possessorũ valet respectu partis illius, qui fuit citatus. ibidẽ.

3 *Tot dicuntur petitiones, quot sunt personæ, contra quas petitur, & una petitio inualida aliquo respectu non vitiat aliam validam.*

4 *Sententia contra plures inualida quo ad unum, non dicitur inualida quo ad alios.*

5 *Semper in dubio pro ualiditate sententiæ iudicandũ est. Nullitatem allegans, clare eam probare tenetur ibidem.*

Nullitati non fauetur, & sufficit, quod aliqualiter in iure, uel in facto possit offuscari, vt contra eam pronuntietur. ibidem.

6 *Nullitas dicitur esse pœna, cui in dubio locus esse nõ debet.*

7 *Absoluere ambas partes ab expensis Iudex potest ob mutuam uictoriam, & quid sibi uelint hæc uerba: victum uictori in expensis condemnamus.*

8 *Iudex prudens suam sententiam claram dicere debet, & præcidere causam disputandi super intelligentia sententiæ suæ.*

Sententia, in qua quis condemnatur ad ratam victoriæ data inæqualitate subsistit ibidem ubi declaratur.

CONSILIVM XXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Viso processu causæ primarum appellationũ vertentis inter Iacobũ de Gambinis de Mõte Fosculo ex vna parte, & Vincentium de Donatis ex altera, omnes appellantes, & appellatos Procuratoribus respectiue mediãtibus, ut in actis, & bene consideratis omnib. considerandis; dixi partes Excell. D. Iudicis primarum appellationum inclitæ Ciuitatis Florentiæ esse in pronuntiando bene per Magnificum D. Iudicem a quo fuisse iudicatũ, & male per ambas partes appellantes appellatum, absoluendo iustis de causis easdem partes ab expensis, omni meliori modo, &c.

1 Ad ita referendum sum motus, quia licet iudicium agitatum contra Patrem dicti Iacobi de Gambinis pro cõsecutione Dotium D. Elisabettæ vxoris quondã Nicolai de Donatis non subsisteret respectu dicti Vincẽnj &

& Antonij filiorum dicti Nicolai de Donatis, qui debuerunt citari, & seruatis seruandis vocari, vti habentes interesse, & primam causam successionis in bonis dicti Nicolai, contra quæ agebatur ex notat. per Alexand. consi.208.num.14.15.16.lib.2.conf. 106.numero 14.cum pluribus sequentibus, & magis in terminis consi.107.per totum lib. 5.tamen per hoc non infertur ad nullitatem respectu dicti Nicolai de Gambinis possessoris partis bonorum dicti Nicolai de Donatis, cũ ipse fuerit legitime citatus, & cõtra eum quo ad bona per ipsum possessa fuerint seruata seruanda, quamuis enim datio insolutum, seu adiudicatio facta per Iudicem Creditori de bonis debitoris, nulla in parte vitietur in totum propter indiuiduitatem decreti l.si non sortem §.si centum, & ibi Barto.& alij scribẽtes communiter ff.de condi. indebit. Roma. consil.450.circa fin.& consi.454.numer.12. in fin. Fulgos.consil.136.in primo dubio, numero 12.& consi.172. sub nnmero secundo, prope fin. Dec.consil.403.num.21.Ruin.cõsil.160.numero 27.libro secundo. Paris.cons. 98.numero 6.libro primo. Cephal. consilio 198.numero primo. Burs.cons.73. nume.27. Roland.consi.7.numero 87. libro 3. Afflict. decis.218.per tot.Capic.deci 51. numer.1.2. Duen.reg.185.in verbo decretum in quarta ampliat. Anch. Regi.quæst.14.num. 6.libr.2. Dec.in l.cum amplius numer.1.2. & ibidem Cagn.in princ.ff.de reg.iur. Tiraq.de ret.act. lignagier §.23.glos.1.num.26.& seq. Plot.in l.si quando, C.vnde vi, §.50.sub num.4. Bald. in l.certi conditio §.quoniam igitur numero 8.versicul.2.si Iudex, & ibi Socin.num. 29.& Dec.num.4.ff.si cert.pet.Roman. in l.§. si stipulanti, num.36.ff.de verb.obl.& in l.si is ad

2 quem num.8 de acquir.hæredit. † & absque dubio quando sententia habet vnicum tantum capitulum, & adiudicat plura bona simul sub vno contractu verborum indiuisibili, vt colligitur ex Rom.d.consi.450.& d cõsil.454.& ex Afflict.d.decis.218.sub numero 4.tamen non procedit hæc conclusio, quando adiudicatio cõcernit plures personas, pro vt in casu præsenti, quia tunc potest valere respectu vnius personæ, & respectu alterius nõ, cum propter diuersitatem personarũ diuersę

3 dicantur petitiones, quarum vna per alteram vitiari nõ debet, ut in indiuiduo tradidit Bal. in l.ordo sub num.8.versi. quæro de duobus C.de execut.rei iudic.quem sequuti sunt Socin.in d.l.certi conditio, d. §. quoniam igitur num.31.in 2.limitat.& Dec. in d.l. cum amplius in fi.& ibidem etiam Cagnol.ad finem, dum sequitur limitationes Socini, & licet Bald.loquatur in plurib.agentib.idem etiam dicendum esset in pluribus conuentis per easdem rationes, cum nulla sufficiens diuersitatis causa assignari possit, tot enim dicuntur petitiones, quot sunt personæ conuentæ. Ias. in l.scire debemus nu. 5 vers.secundo amplia

4 ff.de verb.oblig.† & in terminis nostris, quod sententia contra plures lata possit esse nulla quo ad unum, & valida quo ad alium, habetur per Alexand.consi.36.num.20. vers.non obstat, quod sicut adiudicatio libr. 4. & ante eum idem voluit Salyc.in l.1.sub num.4.C.si aduersus rem iudic. & eandem conclusionẽ sequitur Felyn.in capitul. cum inter sub nu. 10.versic.similiter dixit Bal.de re iud.in 4.fallentia. Rursus non procedit d. conclusio, quã do sententia habet plura capitula separata, prout in occurrẽti casu propter diuersitates bonorum, & terum petitarum. Ias.in d.l.scire debemus, sub num. 5.versi.amplia primo, quia tunc potest valere in vno Capite, & in alio non, Soc.in puncto in d.§. quoniam igitur, nu.32.in 3.limi.& tradit generaliter Vãt. de nullit.tit. de nullit. ex defectu iurisd.n.35.

5 † Postremo, quando res esset dubia, pronunciandum esset pro validitate sententiarũ, quia proponens nullitatem tenetur eam probare, et quod consisteret in negatiua, Vant.in d.loco tit.a quo, & quib. mod.deb.nullit. probat: nu.1.cum seq.& debet talis probatio esse clara, & indubitata, quia stante dubietate cognitio nullitatis parũ fauorabiliter, & benigne recipitur in iudicio, & fauetur validitati, & pro ea aduersus nullitatem fit interpretatio, Vãt. supra citatus ti.1.n.23.cũ plurib.seq.sufficitq; quod aliqualiter in iure, vel in facto possit offuscari, idem Vant.vbi supra tit.finali n. 127.

6 † maxime quia nullitas dicitur esse pęna, cui in dubio locus esse non debet, Alex.cons.36. n.13.li.4. Absolutæ fuerunt partes ab expensis veluti appellãtes, & succumbentes ambæ ob mutuam victoriam per notata per Ab.in c.finem litib.de dol.& contu.num.27. & per Imo.in l.si finita nu.2.ver.in gl.super verbo liberaretur in fine ff.de dã.infec.& ibidem per Alex.nu 5.in fi.& per eundem Imo. in l.Iudex col.2.in fine, & col.3.sub n.5.ver. sed hic

7 insurgit dubium ff.de re iudi.† Er si.n.substineatur de iure sententia, quæ simpliciter condemnat victũ victori in expensis, ex quo intelligitur facta cõdemnatio pro rata, pro qua quilibet litigãtium vicit respectu expensarũ factorum pro illa rata, & sic quatenus quisq; vicit, & quatenus victus est, & cũ apparet ex tenore sententiæ quis sit quilibet ex litiganribus, & pro qua rata vicerit, & pro qua est uictus, redditur sñia certa, & quatenus concurrat quãtitas vnius cũ quantitate alterius, potuit fieri cõpensatio, & residuũ exigi, & si ex toto esset æqualitas, ut quia in dimidia quãtitatis petitæ eẽt facta cõdẽnatio, & in dimidia

absolutio,nihil noĩe expensatũ poterit exigi, quicquid in contrariũ dixerit Bar. in l. si lega tario,§.cum is qui,ff. de fideicommiss. libertatibus cum quo videtur pertransire Borgnin. deci. 15.num. 13. & 20. in prima parte,etiam quãdo fuit dictum pro rata Victoriæ, in quo casu sine difficultate,valet sententia , tamen consueuit sæpius practicari, quando vna partium in parte vicit,& in parte est victa,quod vtraque ab expensis absoluitur, vt punctualiter tradit Imol. in d. l. iudex,sub d. versicu. sed hic insurgit dubium , & habetur etiam per Bald. in Authen. generaliter sub numero decimo versi. iuxta hoc quæritur. C. de episco. & Cleric.

8 † Et longe melius est sic absoluere, quam ad ratam victoriæ condemnare ad tollendas difficultates,& lites,ac confessiones,quæ inter partes tali condemnatione facta oriri solent; de quibus habetur per Borgn. d. dec. 15. nu. 19.& 20. quod tamen procedere videtur, quando hinc inde adest æqualitas , vt quia vtraque pars in medietate vicit , & victa est, vt loquitur Imol. alias enim data disparitate, & inæqualitate victoriæ ferenda esset sententia condemnatoria , pro rata victoriæ, & valeret sententia , vt ibidem dicit Imol. & vult etiam Rom. impugnando Bartol. supra citatum in l. 1. num. 10. versi. ex prędictis. ff. de re iudi.& optime tradit Bal. in l. terminato sub num. 11. versic. quæro iudex in sententia dixit. C. de fructib. & lit. expens. nec dissentit in d. Authen. generaliter sub num. 11. post ver. iuxta hoc quæritur in secundo casu,dum ait, quod quando victoria diuiditur , quia sunt plura capitula, quorum altera sunt probata , & aliqua non, in expensis condemnantur litigantes,vnus alteri, & alter alteri, quo casu iudex posset etiam omissa condemnatione hinc inde,vtramque partem ab expensis absoluere,vel solum in eo,quod excedit condẽnare. Abb etiam in capitul. finem. nu me. 27, de dol. & contumac. inquit, quod si sunt plura capitula separata,in quorum vno quis obtinuit,& in altero succubuit, debet fieri hinc inde condemnatio expensarum ; si vero erat vnum tantum Capitulum , & in parte obtinuit,& in parte non , nulla fit condemnatio, sed hinc inde fit compensatio. Anno 1586. Florentię.

E P I T O M E.

De Materia tenutæ iuxta stylum Tribunalium Florentiæ: & de interpretatione statutorum , & legum in tali materia disponentium: & de publicatione legum facienda ad effectum, vt omnes afficiãt, & quomodo, & vbi fieri debeat talis publicatio.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones, non apparentes in Actis,nõ impediũt executionem sententiæ.*

2 *Statuta duo florentiæ . Rubr. 12. & 13. in s. undo. vol. circa tenutam declarantur.*

3 *Verba statutorum ubi non conueniunt , nec eorum dispositio conuenit.*

4 *Publicatio legum, & ordinum Principis qualiter, & ubi fieri necessario debeat ad hoc,ut subditos afficiant.*

5 *Proclamate publicato, quod si quis putat, aut prætendat sua interesse in tali tenuta compareat. afficit non comparentes.*

Tacens cum de suo interesse tractatur,consentire uidetur. ibidem .

6 *Liquidum per illiquidas exceptiones altiorem indaginem requirentes,retardari nõ debet,sed illæ sunt reseruandæ in alio iudicio.*

C O N S I L I V M XXXII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

Consideratis deductis in processu agitato inter Ioannem de Geminianis nomine , quo in actis, agẽtem ex vna parte, & filios , ac hæredes Bartholomęi de Sartis mediãtibus eorum tutoribus , & pro tempore Curatoribus Re s conuentos ex altera , occasione executionis sententiæ dationis in solutum , seu adiudicationis bonorum dictorum hæredũ factæ ad commodum dicti Ioannis pro Dotib. D. Paulæ eius vxoris. Retuli partes Magnifici D. Caprari Castellionis Terzerij esse in pronuntiã do locum esse executioni petitæ per dictũ Ioannem dicto nomine de dicta sententia adiudicationis bonorum, reseruato iure dictis hæredibus Bartholomæi , & eorum Tutorib.& pro tempore Curatoribus d. n. experiendi in alio iudicio de iuribus omniũ , & singulorũ exceptionum in præsenti iudicio oppositarum ad impediendam dictam executionem, vt supra concessam ,

Ad ita referendum motus sum ex eo, quod oppositæ exceptiones pro parte dictorum minorum non erant apparentes,nec tales,quæ per acta , vel aliter incontinenti probari possent, quo casu sententiæ executionẽ impedire nõ poterat. Doc. in l. 4. §. cõdẽnatũ ff. de

ff.de re iudic.Barto.in l.fin.C.ſi ex falſ.inſtru men.ad finem,& ibidem Salyc.num.4.Alexand.conſi.95.nume.octauo, libro ſecundo, conſi.83.numero 8.libro 5.Corn.conſi.208. numero 2.3.libro tertio,& in l.2.in princ.per illum tex.C.de edict.diu. Adrian. tollend. Felyn.in cap.cum Ioannes, numero 52. de fide inſtrument.& in cap.ſubotta,numero ſecundo,de re iudic.Craue.conſi.104.numero 10. & conſi.207.nu.8.Nam de eo, quod receſſerit agens a datione in ſolutum, & acceperit tot nomina debitorum,non eſt legitime probatum in proceſſu, & nullitates allegatæ tendunt contra tenutam, & non contra adiudi-
2 cationem,& non ſunt patentes, † quia ſtatutum de modo procedendi contra Contumaces.capitul. 12.requirens iuramentum Actoris ſuper iuſtitia petitorum,& aliud ſtatutum ſub Rub.quomodo dari debeat tenuta. capi. 13.loquuntur expreſſe, quando proceditur ad tenutam contra Reum cōtumacem. qui nunquam comparuit in Iudicio, & propterea non procedunt in caſu præſenti, in quo pluries ante conceſſionem tenutæ comparuit pro defenſione conuentorum Magnificus D. Iacobus Corteſinus eorum tutor, & pro tempore Curator,qua comparitione ſtāre non poteſt dici,quod ſit pronuntiata tenu
3 ta in Reorum Contumaciam † pro ut ſtatuta loquuntur, quorum verba cum non verificentur,nec eorum diſpoſitio militare poteſt. l.4.§.quoties, vbi Barto.& alij ſcribentes, ff. de dam.infect. & legibus ſuper proſecutione tenutæ æditis ſatis factum videtur, quia poſt conceſſionem tenutæ inductus fuit Ioannes per Nuntium Curiæ in poſſeſſionem bonorum dictorum hæredum, moreque eorumdem bonorum facta reperitur æſtimatio, & poſtremo adiudicatio, omniaque iſta geſta apparent intra annum a die ipſius conceſſæ tenutæ numerandum iuxta tenorem dictarū legum, quibus ſatisfactū videtur, cum ſatis videatur, quod finitum ſit iudiciū dationis in ſolutum, licet non dum executum, vltra
4 † quod nō conſtat de publicatione harum legum in partibus Terzerij,quo caſu non ligāt etiam, quod earū publicatio in Ciuitate Florentiæ prædominante facta reperirietur. Alexand.conſil.73.numero 9. & conſil. 181.numero 12.lib.6.& latius conſil. 52.numero 1. libr.7. vbi vult hoc procedere etiā quod alias haberetur notitia a Prouincialibus de talib. legibus,quod maxime videtur dicendum,cū ſit conſuetudo,quod ſimilium ordinum fiāt publicationes nedum in Ciuitate hac Metropolitana,ſed etiam in prouincijs iuxta notata per eumdem Alexan.conſi.39.nume.4.& 5. libro tertio:& fortius cum ex tenore earum dem legum conſtet publicationem vbique locorum fieri debere in illis verbis dal di del-
5 la publicatione per Bando della præſente legge luogo per luogo.† Additur,quod poſt conceſſam tenutam, & factam immiſſionē bonorum fuerunt facta banna, & proclamata ſolita contra prętendentes ius in dictis bonis; & nullus ad contradicendum comparuit, ex qua taciturnitate, & non contradictione ſumitur non leue argumentum contra dictos hæredes,quod acquieuerint dictæ tenutæ,ex notat.per Crauett.conſi.primo, ad fin.num. 11.prçtertim cum ſit appellandum a tenuta, vbi ſit conceſſa non ſeruato ordine ſtatuti,& ea non ſit nulla, ſed potius dicatur iniuſta,& proinde abſque appellatione tranſeat in rem iudicatam ſecundum magis communem opinionem,de qua atteſtatur Gabr.ti. de exe cut.rei iudicat.concluſ. ſecunda numero primo.Quicquid dicant alij relati poſtea per eū.
6 † Cæterum vt iſtæ exceptiones non omnino tollerentur dictis hæredibus, poſtquam non potuerunt recipi in hoc iudicio ad impediendum ſententiæ executionem, & altiorem requitant indaginem,fuerunt reſeruatæ in alio iudicio,l.ille a quo,§.ſi de teſtamento, & ibi gloſ.& clarius Alexand.numero 4.ff.ad Trebellia.l.in hac actione,§.ibidem ſubiungit,& ibi gloſ.& Florian.nu.8.ff.ad exhibend.& bene facit tex.in l.fin. C. de compenſat. Anno 1586.Florentiæ.

EPITOME.

De diuiſione fructuum Molendini à pluribus communiter empti proportionabiliter ſecundum ratas proprietatis cuiuſlibet, & de expenſis per vnum ex Dominis in illo factis,ab alijs pro eorum portionibus recuperandis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei emptæ poſt perfectam venditionem ad emptorem ſpectant.*
2 *Fructus rei inter plures emptores communes diuiduntur proportionabiliter ad ratam proprietatis.*
3 *Duo cum ſint Domini vnius Molendini, ſi vnus facit impenſam pro manutenſione, eo prætextu non impeditur alter,quin fructuum partem ſuam recipiat,ſed tenetur impēdenti reficere partem ſuam expenſarum.*
4 *Venditor poſt venditionem non poteſt emptori præiudicare cum fide,uel alia confeſſione,aut actu.*
5 *Actor habens ius in fructibus rei petitæ, quamuis eos non liquidauerit ; tamen obtinere poteſt, & Reus cōdemnari in eis iuxta liquidationem faciē dam in executione ſententiæ.*

CONSILIVM XXXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIso processu fabricato ad instantiam Francisci de Bartolinis contra Gratiam Fabiani occasione redditus, & prouentus Molendini in Actis descripti, & bene consideratis considerādis, dixi partes magnifici Domini Potestatis Terræ nouæ esse in condemnando dictum Gratiam Reum conuentum ad restituendū dicto Francisco medietatem fructuum, prouentuum, & reddituum perceptorū ex dicto Molendino pro parte ad Dominos, & proprietarios dicti Molendini spectāte a die emptionis per ipsum Franciscum factæ, & citra vsque in præsentem diem, & in futurum percipiendorum vsque ad effectualem restitutionem iuxta liquidationem dictorum fructuum prouentuum, & reddituum in executione præsentis sententiæ tam ex deductis, quam ex deducendis clarius faciendam.

1 Ad ita referēdum motus fui, quia fructus post perspectā vēditionē ad emptorē spectant l. fructus, C. de act. emp. ēt quod essent pēdentes, & maturi. l. Iulianus §. si fructib. ff. eo. tit. & l. fi. §. fructus autē ff. de ijs qui in fraud. cre. parsq; ipsius rei esse dicuntur l. fructus pendē-

2 tes ff. de rei vend. Rom. consi. 309. nu. secundo. Dec. consi. 544. numero 20. & solent spectare ad Dominos ad ratā proprietatis, adeo quod pro qua portione quis est Dominus rei, pro eadem consequitur eius fructus l. cōmunis seruus ff. comm. diuid. l. seruus communis la secunda l. si ex re, §. si seruus communis, ff. de stipu. seru. l. si duo Domini. l. per seruum, §. si vnus, & l. communis seruus, ff. de acquirend. rer. domin. nec ex eo, quod Gratia in communi Molendino aliquam impēsam de suo proprio fecerit, denegatur pars

3 fructuum Francisco alteri condomino, † sed expendenti datur actio consequēdi debitam partem talis impensæ a Carolo de Plebe Sancti Iustini, qui eo tempore erat condominus in Mollendino, & a quo longe post dictam impensam factam ius dictus Franciscus habuit, argumento d. l. communis seruus. ff. cōmo. diuid. & d. l. si ex re, §. si seruus communis, ff. de stipul. seruor. & d. l. communis seruus, ff. de acquir. rer. domin. cum vbique notatis per scribentes. Nec de nullitate dictæ acquisitionis agēdum videtur, cum ex trina interpellatione vocatus Gratia nō fecerit a statuto requisita pro recuperatione rei communis dicto Francisco venditæ per Carolū, vt sic eam nolle emere videretur, & statuti priuilegio renūciare, ut ex eo colligitur. Nec attendenda videtur fides illa facta per dictū Carolum ad præiudicium dicti Francisci pro satisfactione fructuum petitorum, quæ ultra quod est extra iudicialis, & non iuratam, & ad commodum ipsius Caroli, & propterea nullius momenti, ut omnibus est notum,

4 † non solet confessio venditoris facta post vēditionem nocere emptori Butr. consil. 5. numero secundo, versiculo, item ex quo, Castr. consi. 110. numero sexto, consi. 134. num. 2. libro primo, consi. 79. numero 2. consil. 337. num. primo 2. 3. & in fin. versiculo, & dico, libro secundo. Cęterum quia ex processu non satis clare colligi potuit quantitas fructuum dicti Molendini eius temporis præcisi, de quo disputatur, cum ex prædictis clarum sit, dictum Franciscum agentem consequi debere portionem ad proprietarium molendini spectātem pro medietate, pro qua est mollendini Dominus, debuit Gratia Reus conuētus ad eos condemnari iuxta liquidationem in executione faciendam, ex notat. per Bart. in l. si quod ex Panphila in vltimo notabili, nume. tertio. de lega. 2. cum plene ibi additis ad eum per apostillantes, & ex traditis per Cagnol. in l. quatenus num. 21. cum sequen. usque ad finem ff. de regul. iur. & per eumdem Cagnol. post alios in l. vnica, C. de senten. quę pro eo, quod inter profer. num. 53. & 54. Anno 1586. Florentiæ.

EPITOME.

De attentatis appellatione pendente ab interlocutoria, & de interpretatione statutorum Florentiæ in hac materia disponentium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente ab interlocutoria, & non admissa, nec inhibitione facta, attentata locum non habent.*

2 *Statuta Florentiæ Rubr. 92. & Rub. 127. vol. 2. in materia attentatorum, Appellatione pendente declarantur. & num. 4.*

3 *Statutum penale, & iuris communis correctorium, debet taliter interpretari, ut minus corrigat ius commune, quam fieri possit, etiam impropriando uerba.*

Statuta pænalia, & corrictoria, extensionem non recipiunt, etiam a maioritate rationis. ibidem.

4 *Statutum speciale derogat statuto generali, sicut generi species derogat.*

5 Statu-

5 *Statutum, quod plures intellectus patitur, interpretandum est in benigniorem, & æquiorem partem, maxime ad effugiendam pœnam.*

6 *Iudex in dubio eam uiam amplecti debet, per quã ambabus partibus magis consultum, & prouisum esse potest.*

7 *Statuti uerbis in dubio inhærendum est.*

Aliud est statuere simpliciter, quod quis a suo iure cadat: aliud quod quis a iure suæ sententiæ cadat. ibidem.

CONSILIVM XXXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIsa petitione porrecta per DD. Alexandrum, & Oratium de Guiduccis cõtra magnificum D. Mattheum Carlinium cum omnibus actis mihi præsentatis, & statutis allegatis, & mature cõsideratis cõsiderandis, Retuli, partes Excellentis. D. Iudicis Quarteriorum Sancti spiritus, & Sanctæ Crucis Ciuitatis Florentiæ esse in absoluendo dictum D. Mattheum a petitis per dictos de Guiduccis.

1 † Et ad ita referendum motus fui, quia dictus D. Mattheus non videtur priuandus iure suo per attentata, & innouata per ipsum pendente appellatione per aduersarios interposita a mera interlocutoria, cum ea per Iudicem a quo admissa non reperiatur, nec per Iudicem ad quem aliqua inhibito facta fuerit, quo casu in causa procedi potest per ipsũ Iudicem a quo de iure communi, vt probant alios referens Maranta de ord. iudicior. in 6. part. princ. tit. de appellat. num. 161. versicul. sed appellatio ab interlocutoria. Et Couarr. lib. prat. quæst. capitul. 24. in princ. & est text. in capitul. non solum de appell. in 6. & ibi no-
2 tant. omnes scribentes † secundum quod ius commune videtur intelligendum statutum Florent. libro secundo, Rubr. 127. de priuat. iuris contra innouantem appellatione pendẽte, vt recipiat interpretationem passiuam a iure communi, cum aliter quam ipsum ius cõmune in hac materia disponat. l. 2. C. de noxal. act. l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. cum utrobique notat. per Doctor. Anch. consi. 421. in princ. Cepol. de interpret. extẽs. tit. quotupl. sit extens. interpretatiua, numer.
3 quarto, & sequen. † & satis est quod dictum statutum pœnale exorbitans, & correctoriũ iuris communis locum habeat appellatione interposita a sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, cum tunc statim sit suspensa iurisdictio iudicis a quo, vt per Marant. in dicta 6. parte prin. num. 160. versicul. quarta, differentia, & per Doctor. in d. capitulo, non solum per illum text. est enim stricte intelligendum, vt minus ius commune lædat, quã fieri possit, etiam verba impropriãdo, nec debet plures effectus operari ad correctionem iuris communis, sed satis est, vt vnum tantũ producat, iuxta copiose tradita per Roland. a Val. consi. 80. num. 17. cum pluribus sequentibus lib. 4. debemusque hoc casu eam capere interpretationem, quæ minus præiudicij
4 habet, † nec facienda est extensio etiam ex maioritate rationis Mathesil. iura probantia citans in tract. de in erpret. extensi. in princ. numero primo. Vltra quod non absurde attẽtari posset, quod tale statutum generale non comprehendat aliquo modo innouantem post appellationem a mera interlocutoria, cũ de hac appellatione extet particulare statutum præcedens in eodem, libro secundo, Rubr. 92. Nam statutum generale ultimum non trahitur ad præcedens speciale, sed potius ipsum speciale generali derogat. capitulo generi, vbi Dyn numero 15. de regu. iur. in 6. nec est credendum, quod illa vltima dispositio voluerit aliquid notabile ita generaliter tangere, cum speciali nota dignum sit. l. item apud Labeonem, §. hoc edictum superuacuum esse Labeo ait. ff. de iniur. l. 1. §. dixerit aliquis, ff. de publica. Feder. de Sen. consil. 233. numero tertio. Crauett. consil. 297. sub numero 6. & Petr. de Vbald. de Collect. in princi. & cum negari non possit statutum es-
5 se dubium, † & plures ad illud dari posse intellectus, debemus sequi æquiorem. & benigniorem. Cepol. de interpret. extensi. tit. quæ fuerit causa introducend. extens. num. 67. cũ seq. Et prçsertim cum ea semper capiẽda sit interpretatio, per quam pœna euitetur. l. merito ff. pro socio cum simi. & cum nunquam in facto euenerit, vt super hoc statuto disputatum fuerit in ijs terminis, & proinde videri non potuerit qualiter ab obseruantia fuerit illud interpretatum, volui ego potius inclinare in absolutionem Rei, quam in condemnationẽ, cum præsertim hoc modo non auferatur ius aliquod actoribus: è conuerso vero tollatur ius omne rei admissa alia intelligen-
6 tia, † in dubiis enim eam esse capiendam viã, per quam iuri ambarum partium consultum sit, & neutri earum præiudicium irreparabile fiat, docuit Castr. quem alij communiter se-
7 quuntur in l. 1. ff. si quis cautio. † Postremo si verbis statuti inhærẽdum esset iuxta l. 1. §. si is, qui nauem ff. de exercit. actio. Reus ceciddisset a iure dictæ interlocutoriæ tantum, &

non

non a iure suo principali, pro ut Actores præsupponunt, ita .n. innuunt illa verba, & pars a iure suæ sententiæ cadat, & iste forsan est verus statuti intellectus, vt appellatus cadat a commodo sententiæ pro eo latæ, si innouer pendente ab ea appellatione, & non facit pro Actoribus hoc non petentibus. De nullitate autem ipsorum innouatorum, & attentatorum nihil dicēdum statui, cum ea ex eo nulla remaneāt, quod ijs D. Mattheus renunciauit, vt proinde ei renuncianti prodesse non possint, nec ipse amplius ad ea redire valeat. l. quæritur §. si venditor ff. de ædilit. edicto cum simil. Anno 1586. Florentię.

EPITOME.

De bonis in solutum dandis, & de interpretatione diuersorum in hac materia disponentium, & quando Mulier agat ad Dotem, constante Matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Pistorij, de datione in solutum lib. secundo cap. 4. declaratur similiter Statutum Florentiæ libr. 2. Rubr. 57. & decretum Mediol. in No. constitut. titu. de bon. ad cred. ponend. lib. 2. & nu. 3. & 4 & 10.*

2 *Mulier constante matrimonio ad dotem agere nō potest. fallit num. 4.*

Præscriptio non volenti agere, non currit. ibidem.

3 *Statuta, & decreta de in solutum datione, & de bonis ad cridas ponendis, declarantur.*

4 *Mulier vergente uiro ad inopiam potest agere ad consignationem suæ Dotis in bonis mariti.*

5 *Statutum sicut prouidet viduis, ita & Nuptis prouidere dicitur eadem ratione sexus fragilitatis, & ignorantiæ.*

6 *Ratio unica tantum in statuto adducenda, habetur pro expressa.*

7 *Ratio statuti est anima ipsius legis, & dictum per eam restringitur.*

8 *Ratione statuti cessante, eius dispositio cessat.*

9 *Statuta posteriora in specie derogant prioribus in genere, & vnum statutum declarat aliud statutum.*

10 *Statutum Florentinum Rubr. 57. uolum. 2. qualiter praticatum sit, & interpretatum, & supra numero 4.*

11 *Reus ab expensis est absoluendus, quando his consistit in puncto Iuris, & in opinione Doctorum controuersa, non obstante statuto, quod uictus victori condemnetur in expensis.*

Statutum quod victus condemnetur in expensis, qualiter intelligendum. ibidem.

CONSILIVM XXXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIso processu agitato in causa mota per Magnificum D. Vincentium de Florauātibus nomine Dominæ Lucretiæ de Philiarchis eius vxoris cōtra Magnificum D. Benedictum de Gatheschis, & D. Alexandram de Philiarchis eius vxorē, & consideratis omnibus considerādis, dixi partes Excell. D. Iudicis primarum appellationum, & nullitatum Quarteriorum sancti Ioannis, & Sanctæ Mariæ Nouellę Comitatus, & districtus Florentiæ esse in pronuntiando, & declarando bene per D. Iudicem a quo fuisse iudicatum ad fauorem partis conuentæ, & male appellatum per partem agētem, eam nihilominus ab expensis absoluendo.

1 Ad ita referendum motus fui, quia statutum Pistorij de Datione in solutum libro secundo, capitulo quarto, expresse excludit recuperationem rei in solutum datæ post annum, vt proinde pars conuenta tuta sit ipsa annali staturaria præscriptione, & pars agens audiri non possit tali oppositione sibi facta, vt latè ostendit Aret. consi. 85. in secundo dubio num. 4. 5. 6. 7.

Nec potest iuuari ex eo, quod dictum statutum excipiat Mulieres cōstante matrimonio, quod adhuc durat inter dictum D. Vincentium, & dictam D. Lucretiam, quia intelligitur respectu bonorum dotalium, vel pro Dote obligatorum: non autem aliorum extra causam Dotium. Considerauit etenim

2 statutum existentiam matrimonij, † quo cōstante Mulier non potest agere ad Dotem, quia est credit vix conditionalis Mariti, & nōdum nata est actio de Dote, & propterea se confirmauit cum iure communi, secundum quod non uolenti agere non currit præscriptio. l. 1. §. fin. C. de annal except. & l. 1. in fin. C. de bon. matern. per quam rationem excipit etiam alios Creditores conditionales, ne priuentur iure suo, antequam illud ipsis competat, conformans se in hoc quoque cum iu-

3 re ciuili, † vt in terminis similis statuti florētini tradit Alexand. consi. 106. nume. 2. 3. 4. 5. libro quinto, & idem in terminis decreti Mediol. libro secundo, constit. tit. de bon. ad cridam ponendis, concludit Cotta memor. verbo statuto seu decreto Mediolani cauetur, quod uolens emere post principium, in pri-

ma quæstio. Rursus post secundam quæstio. versi.non omitto tamen,& quod similis statuti prouisio faueat Mulieribus ea ratione, quia non possint agere, & nihil eis imputari possit, cum scirent iura sua durare secūdum Bald.consi.126.circa princip.lib.2. quem sequitur Rip in l.1.sub num.14.ff.solut.matri. & post eum Cotta d. versiculo, non omitto tamen,vbi propterea subdit, quod ea cessante, & valente Muliere constante Matrimonio agere ad Dotem, 4 † vt est quando vir vergit ad inopiam, secundum notata per scribētes in l.si constante ff.solut.matrimon. teneretur Mulier agere, alias sibi statutum præiudicaret, & tempus curreret, quod ante eum voluit etiam Alexand.d.consi.106.sub num. 10.versiculo,vel dato etiam,quæ ratio optime colligitur ex ipso statuto, dū postea vult, quod soluto Matrimonio incipiat currere annus contra viduas; nam si non habuisset respectum ad dictam rationē, sed fragilitatē sexus muliebris, utique non voluisset hoc, 5 † sed consetuasset iura viduis, pro ut conseruauit nuptis militante in omnibus auxilij eadem ratione, vt per Deci. in l.fœminæ,ff.de reg. iur.numero secundo versiculo, 16. propter fragilitatem sexus. Immo, & maiori in viduis, quæ sunt dignæ maiori fauore vti destitutæ maritali auxilio, & quibus iura magis subueniunt,quam nuptis, quibus non cō petunt priuilegia a iure communi, vel municipali concessa viduis. Socin. consil. 126.sub numero libro sexto,versiculo, primo quod statutum libro primo Cotta memor.verbo vidua Plot.de in lit iurand.§.11,num.versiculo, & 6 vbi statutum,† & cum nulla alia ratio potuerit statuentes mouere ad fauendum Mulieribus,quam præallegata,& si omissa sit, veluti vnica, habetur pro expressa in ipso statuto l. nominatim ff.de liber.& posthum. l.fundus qui locatus,ff.de fund.instruct. & instrum.legat Cepol.in tract.de interpret.extens. tit.de generali extensio. interpretatiou. num. 120. & titul.quæ fuer.caus.introd. extens.& super super quo sit fund.num.116.& tit.vnde elici possit extens.num. 41. Cotta memor.verbo ratio dicitur certa,& ratio statuti est anima 7 ipsius l.cum ratio ff.de bon.damnat. † & ipsa ratio lex est,& non verba, quia non consistit in verbis scripturarum, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonū folijs, sed in radice rationis. capit. Marchion. & Basilides prima quæst, prima, & no.in l.cū mulier per illum tex.ff.solut.matrim.& propterea mēs legis ex ratione colligitur. l. cum pater,§.dulcissimis,ff. de leg. 2. & ex ratione intelligimus dictū iuxta notata in l.si is, qui animo ff. de acquir. possess. vnde dictum restringitur per rationem secūdum Doctores in d.§.dulcissimis per illum text. sicut ētiam ampliatur l. Pamphilo in princ. ff.de le. 3.pro ut hæc omnia tradit Cepol.d. titul.quæ fuer. caus.introd. extens. & super quo sit fundata, numero 100.cum pluribus sequent. quo fit, 8 † vt non abre cessante ipsa ratione legis non possit procedere eiusdem legis dispositio l.adigere,§.quamuis,ff.de iur.patro. l.quod dictum,ff.de pact.& tradit Tiraq in tracta.cessant.caus.cess. effect. in verbo constitutionis cessante causa nu. 53. & in verbo statuti cessante causa numero 235. & latius in verb.legis causa,siue ratione cessante,nume. 124.& plur. sequent. Et vltra præmissa,quod præfatū statutum intelligatur solū in causa Dotis, liquido patet ex alijs statutis Pistorij, ex quibus expresse prouidetur in eadem Materia indemnitati mulierum durāte matrimonio in bonis dotalibus, vel pro dote obligatis, vt nulla intelligatur cucurrisse eis præscriptio. 7 Frustra enim per posteriora statuta prouidea tur,quod non currat præscriptio in Dote, si priora statuta generaliter essent intelligēda, & comprehenderēt omnia bona,& iura Mulierum etiam non dotalia contra l.si quando ff.de leg.primo,& capitu.si Papa de priuileg. in 6.cum similibus.Vnde potius dictum vltimum declarat primum. Non enim inconuenit, quod vnum statutū declaretur per aliud, immo id passim fit, vt magis recipit declarationem ab alio statuto,quam a iure communi. Anchar.consil.94.sub numero tertio, versiculo,non obstant,& consil.422.sub numero tertio,in fin. Dec consi.65.num.4.& con-10 si.301. num. 8. † & secundum hanc opinionem in statuto Florentino eiusdem tenoris, cuius est illud Pistoriense,iudicarunt Domini quinque Rotę Florentinę de Anno 1535. & postea Domini tres eiusdem Rotæ de anno 1573.quam etiam amplexi sunt deinceps iudicando alij non obscuri nominis Doctores,vt ex Motiuis exhibitis constat,in quibus tamen tanta non fuerunt deducta, quanta in superioribus ego dixi, vt proinde ab opinione tot, tantorumque patrum discedere nephas esse duxerim: & si Domini tres præfatæ Rotæ contrariam voluerint in hoc ipso statuto Pistorij de Anno 1579. quorum præcipuum fundamentum consistit in authoritate Alexand.consi.106.lib.5.sub num.10.versiculo,secundo potest responderi, vbi licet dicat posse intelligi tale statutum in omni iure mulieris,etiam non dotali; tamen postea in versiculo,vel dato etiam, dat illi contrariā interpretationē, quod intelligatur in iure dotali tantū: vnde non firmat pedē Ale.& propterea nullū in eius dicto pōt fieri fundamentū.

11 Ab expensis absolui partem agentem,eandemque appellantem,quia & si habuerit primam

mam sententiam contra se, & succubuerit ex antiquis actis,& propterea nullam iustam litigandi causam uideatur habuisse, tamen quia agebatur de intellectu statuti, quod multipliciter intelligi poterat,& in hoc erant variæ Doctorum opiniones, & contrariæ etiam Iudicum sententiæ,debet excusari,si statim non acquieuit primæ sententiæ contra ipsum latæ, sed uoluit appellare, & aliorum iudicium expectare, ut in terminis istis pulcre tradit Abb. in capitu. finem sub num. 25. uersicul. sed non instando extr. de dolo & contumac. quem sequitur alios ad idem allegãs Couarr. lib. pract. quæst. capitu. 27. in 6. declaratio sub nu. 3. versiculo, hæc uero sexta declaratio,quæ opinio procedit etiam. quod statutum mandaret talem appellantem uictum cõdemnari in expensis:nam & hoc casu propter iustam causam litigandi excusaretur secundum ueriorem,& æquiorem opinionem Doctorum,quam post longam ad partes disputationem firmat Couar. in dicta sexta, declaratione sub num. 4. uersic. sunt etiam,qui opinentur,& ante eum Bald. consil. 102. numero primo, secundo lib. primo, & latius Castr. consi. 16. sub nu. 9. & 10. uersi. præterea statutum lib. 1. Anno 1536. Florentiæ.

EPITOME.

De Retractu ex statuto Vicinis concesso, & quando locus non sit Retractui, & de varijs Cautelis ad retractum impediendum adhibendis; & præsertim de pacto,quod res habeatur pro inempta casu quo retrahatur, & de alijs in ista materia dilucidè pertractatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Fiuizani de venditione facienda uicinis declaratur.*
2 *Pactum hoc per uenditorem appositum an valeat videlicet, Quod si contingat Agnatum, uel consti tuentem,uel alium quemcunque velle bona uendita retrahere,sint inempta, quia ipse mauult bona ad se redire,quam apud alium remanere, declaratur nume. 2. & 6. & 10.*
3 *Pactum uerbis resolutiuis contractum etiam extra terminos legis commissoriæ, tenet.*
4 *Pactum per venditorem appositum rei uenditæ, quod magis inempta sit, & ad ipsum potius redeat, quam ad alium retrahere uolentem, ualet, si in principio dum Contractus stat in fieri, fuerit appositum.*
Contractu venditionis resoluto, Dominium ipso iure redijt ad Dominum vendentem. ibidem.
5 *Reseruatio Dominij rei venditæ in casu retractus, saluat rem, & Dominium uenditori ipso iure.*
6 *Pactum prædictum ualet cessante fraude, & quando, & qualiter fraus cessare dicatur.*
7 *Vendens multa Corpora Bonorum uni soli unico tantum pretio cum pacto, quod in Casu retractus sint inempta, excludit suspicionem fraudis. & nu. sequent.*
8 *Vendens plures res unico pretio, dicitur uendere pretio cariori, quam si uenderet singula corpora separata.*
9 *Statutum Florentinum in Materia retractus. Rub. 108. & 109. uol. 2. declaratur.*
Cautela quædam uendendi domum sine metu retractus. ibidem.
10 *Cautela ad sui commodum principaliter adhibita, licet in consequentiam alteri noceat, non est prohibita, nec potest argui facta in fraudem, & ibi exemplificatur.*
11 *Si vicinus, cui oblata est res uendenda, rem suam uicinam extraneo vendat durante tempore dicto uicino concesso emendi, et ille offerens alteri uendat, potest per dictum extraneum acquisitorem retrahi ab eo, qui ab offerente emit, nec ei fraus potest imputari, quia licuit uicino sic facere, & res cum sua causa ad ipsum extraneum acquirentem transiuit, quod & alijs rationibus comprobatur. ibidem.*
12 *Conformitas sententiarum & euitanda semper quando articulus habet aliqualem dubietatem. Nam plus uident oculi, quam oculus.*

CONSILIVM XXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis uertente coram DD. Prioribus Fiuizzani inter Cæsarem de Spicia no appellantem ex una parte, & Petrum Bornium, & litis cõsortes appellatos ex altera. Visis scripturis ad me trãsmissis, Retuli partes dictorum DD. Priorum esse in pronuntiando, & declarando, bene per dictum Cæsarem esse appellatum,& male per D. Iudicem a quo iudicatum, & succesiue in absoluendo eadem Cæsarem appellãtem a petitis per dictum Petrum Borneum, litis Consortes appellatos.

1 Ad ita referendum motus sum, quia statutum Fiuizzani de venditione facienda Cõ uicinis, uidetur cõcedere vicino non requisito a vẽditore, an uellet emere, ut possit agere

re cōtra emptorem,apud quem res est,& qui habet facultatem eum restituendi, cum sibi competat venditio ex dicto statuto, adeo quod si emptor rem apud se, vel facultatem eam restituendi non haberet, nulla contra eum competeret actio vicino, vt in terminis decidit Castr.consi.74.sub numero secundo verficulo, concluditur ergo, libro secundo. Quo fit,vt contra Cæsarem nulla potuerit in tentari actio per Agentes, cum ipse facultatem non haberet eis restituendi bona empta nam D. Mattheus Balduccius in instrumento venditionis bonorum factæ dicti Cæsari 2 pretio Aureorum 850. † adiecit hoc præcisum pactum,& expressam hanc conditionē quod si cōtingeret Agnatum,vel consanguineum,vel cōfinantem,vel alium quemcumque velle ista bona retrahere, ea sint inempta, quia ipse mauult bona ad se redire, quā apud alium quemuis, si non remaneat apud Cæsarem,reseruando sibi tali in casu Dominium dictorum bonorum. Istud enim pactū videtur valere,vt in terminis tradit Afflic.in tracta.de iure protomisios §.6. sub num. 13. circa finem,versicul. sed quid si res venditur cum conditione,sequitur Tiraq.de Retract. consanguin §.primo glo. secunda nume. 57. versicul.quid denique,& est tex. apertus in l. si hominem ff.de vsucap.vbi omnes Doctores notant posse fieri pactum, quod res pure vendita sit inempta, si aliqua conditio existet,eaque veniēte emptionem resolutam esse,& rem ad venditorem redire. Cum enim vicini, seu confinantes voluerint bona retrahere a Cæsare, iam ipsa redierant in dominium,ac potestatem dicti venditoris ipso iu 3 re, † quia factum est pactum uerbis directo resolutiuis,& patet ex d.l.si hominem, cum ibi notat.per Barto. Imol. Roman. & Castr. & per Tiraq.de Retract.conuent.§.1. glo.7. numero 14.uersiculo, illud tamen hic dixerim,& per Ias.& Dec.in Consilijs infra citandis, & ubi uerba pacti sunt de directo resolutiua cōtractus,ipso iure,& absque aliquo hominis ministerio fit ipsa resolutio adueniente casu etiam extra terminos pacti legis cōmissoriæ,& adictionis in diem,Castr.in d.l. si hominem in fin.Corn.consi.90.num.7.libr. 4.Ias.dicens ita consulendo, & iudicando tenendum,consil.211. colum.antepen.& penuelsi. Vnde considerandum est, quod licet alias,libro secundo,& consi.128.colum.2.3. 4.5.libro quarto,dicens hanc esse communiorem opinionem Dec.consi.187.numero 4.& ibi Additionarius,& Tiraq.alios referēs de retract.conuent.§.primo gloss. 7.numero 4 15.uersiculo, & id certe,† Quod absque dubio procedit,quando tale pactum fuit appositum in ipso contractu a principio, dum esset in fieri,& sic antequam esset acquisitum ius aliquod ex dicto contractu, eoque non dum perfecto,& absoluto a partibus,reque adhuc integra,quo casu Dominium dicitur translatum limitatiue, & suspensiue in emptorem, & proinde contractu resoluto redit ad sua principia attractiua,ut sentit Ias.d.consi. 211. colum.pen.uersicul. eamdem Cautelam refert,libro secundo, & clare, & aperte firmat dicto consil.128.colu. tertia uersiculo,item prædicta uerba multum ampla,lib.4 Et licet Bartol. Angel. Imo.& Roman.in d.l si hominem,& alij relati per Tiraq. in d. §. primo d. glos.7.nume.16.uersiculo, licet plerisque uideatur,contrarium teneant;tamen non videtur recedendum ab opinione præcedenti magis communiter recepta, & præsertim in ca- 5 su nostro, in quo adest expressa † reseruatio Dominij in euentu molestiæ pro retractu, quæ in casibus prefatorum Doctorum minime aderat, ut proinde eorum conclusio fortius militet in istis terminis. Venditio igitur facta Cæsari, & si pura sub conditione resoluenda esset, potiusquam conditionalis,iuxta text.apertum in l. tertia,ff. de contrahen.empt.& in l.2.ff.de in diem adict. ubi etiam glo. communiter approbata: tamen uenditione purificata resoluta fuit, ex eiusque resolutione dominium ipso iure reuersum est ad uenditorē, ut ex prædictis apparet, adeo quod nulla agentibus contra Cęsarem,in cuius dominio res non erat,actio competebat, ut supra tactum est.

6 † Nec obstare uidetur, quod ualiditas pacti non videatur procedere absque scrupulo, cum id pactum uideatur appositum in fraudem confinantium, ne retrahere possint, ut per Tiraq.de retract.consang.d.§.1.d.glos.2. num.58.uersic. uerum id, quia idem Tiraq. ibi fatetur,quod si uere,& non fraudis consi. fuerit id pactum appositum, nō erit locus retractui, quæ quidem fraus ex eo abesse uidetur, quod post illatam emptori molestiam bonorum retrouenditionem uenditori per publicum instrumentum factam esse, & ex inde bona ipsa in libris æstimi publici ex partitis emptoris dempta fuisse,& ad partitas vēditoris apposita,constat in processu. Cum enim uere resolutio ex purificatione conditionis subsequuta fuerit, iam omnis fraudis suspicio excluditur, ut in loco citato subijcit Tiraq.num.59.uersic. quod si existente conditione,qui actus non ideo uictori, aut suspecti iudicandi sunt,quia lite pendēte facti fuerint, cum antea, & prius,quam lis ipsa noueret fieri,non potuissēt, & eo tantum tempore post molestiam emptori illatam fieri debuerint 7 uigore pacti.† Alia etiam ratio ad excludendam fraudem reddi potest,& non leuis, quia scili-

scilicet venditor omnia, quę in ea regione habebat, uendidit emptori vnico pretio aureorum 850. quæ non ita vicinis, & confinantib. vendidisset, qui aliqua tantum eis confinantia, & non omnia emissent, vt ex processu videtur apparere, & eadem tātum ad quæ modo agunt, quæ non sunt omnia, quæ vendita 8 fuere, eaque longe viliori pretio, † quia singula corpora bonorum separata minoris sunt æstimationis, quam simul vnita, & quia confinantes noluissent emere, nisi iuxta æstimationem, quæ sæpe non ascendit ad tantam summam, pro qua alii emerēt, vt de se patet, vt propterea non animo fraudulento, sed pro suo commodo, & vtilitate venditor huiusmodi pactum apposuerit, & quia magis sua intererat bona omnia vendita inempta esse, & ad se redire, quam eorum tantum partem ad conuicinos, & confinantes ex retractu pertinere, & proinde retractui locus esse non videtur. Quæ conclusio optime adiuuatur ex 9 conclusione firmata † in statuto Florentino, quod res non possit alienari, nisi vicino habēti domum, vel terram contiguam, quod si habens domum in angulo stratæ nolēs eam intendere vicino, uendat alteri partem dictæ domus uersus angulum, & aliam sibi retineat, & mox aliam partem uendat dicto emptori vicino propter partem primo emptam, irrequisito alio uicino antiquo, tunc cessat statutum, & prodest cautela hæc, ut cōsuluerunt plures Doctores Perusini, quos refert, & sequitur Gherard de Petrasancta singul. 26. tu habes in fin. nu. 4. ea ratione, quod hæc cautela principaliter intelligatur processisse nō in iniuriam vicini, sed pro commodo suo bursali, & ad euitandum damnum, quod sibi euenire posset ex dicto statuto, cum rem uicino non uendidisset, & hanc opinionem cum ratione prædicta amplexus est Tiraq. retract. consang. in præfatione num. 72. vers. & ut propius, & licet contrarium teneat Corne. loquens quādo uenditor sibi retinuit partiunculam Terræ, consi. 29. per totum libr. 3. quem refert eius dictum corroborando, Tiraquel. ubi supra numero 73. cum sequent. 10 † Tamen quādo uenditor, nō utitur hac cautela, eo animo, & consilio principaliter fraudandi statutum, & retractum impediēdi, sed ut sibi prospiciat, & ne forte damnum patiatur, licet in consequentiam vicinus retractu priuetur, procedit prima opinio, nec dici potest id illicitum, & in statuti fraudem factum quia actus non destinatus directe ad finem, siue effectum fraudandi legem, sed ad alium licet incidenter ad eum finem perueniat, nō dicitur prohibitus, nec in fraudem factus, ut concludit Tiraq. dicto loco numero 77. uers. hæc tamen intelligenda, huicque conclusioni admodum deseruit, quod subnectit idem Tiraq. ibidem num. 78. 79. uersiculo, & per hæc aliquando, ubi dicit non esse locum retractui, si Titius offerat uendere Mæuio fundum, & Mæuius non habens pecuniam exibeat hominem, qui empturus sit alium fundum ipsius Mæuij tanti, quāti ualeat fundus Titij, nec ipse Mæuius velit eum homini illi vendere, ne postea mota sibi quæstione retractu per consanguineos Titij careret utroque suo scilicet iam uēdito, & altero Titij, & conueniant de permutando dictos fundos, & per mutationem facta homo ille emat a Titio fundum Mæuij, & consanguinei Titij uelint retrahere a Mæuio fundum Titij, quasi quod permutatio fuerit facta in fraudem retractus, quoniam secundum Tiraq. & si per hanc viam consanguineus excludatur a retractu, non tamen ex malignitate id processit, sed ex eo, quod Mæuius non aliter suum agrum vendidisset, quam si ille Titii, apud ipsum te mansurus fuisset, nec satis est effectum fraudis euenisse ob cessatione retractus, nisi consilium quoq; fraudandi adfuerit, & ita in specie hac se respondisse, & sic postea iudicatum fuisse attestatur Tiraq. ex cuius dictis, & ex antea allegatis satis clare videtur non ex fraude, sed alia de causa pactum hoc factum fuisse, & proinde valere, & seruandum esse. Ad hæc conferunt notata per Bald. de inr. posth. num. 6. uers. sed insurgit quæstio, & per Afflict. in eod. tractat. §. 6. in fin. numero 19. 20. 11 † quod si Vicinus, cui oblata est res uendenda, vendat, uel donet rem suam uicinam extraneo ante cursum temporis sibi ad emendum concessi, & ille offerens alteri vendat, potest per dictum acquisitorem extraneum dicta res retrahi ab eo, qui ab offerente emit, nec ei fraus potest imputari, quia licuit vicino sic facere, & res cum sua causa ad ipsum acquirentem transiuit, ut etiam ad illud propositum idem Afflict. notat d. §. 6. nume. 15. versicul. item quæro, & uicinus uendendo in termino non videtur iuri Protomiseos renuntiasse, sed potius illud cum re uendidisse extraneo, & quia malebat rem illam uendendam esse penes alium, quam penes illum, cui uicinus uendere uolebat, non dicitur per hoc fraudem fecisse, ut dicunt Bald. & Afflict. su 12 pra citati. † Et quando in hoc dubium aliquod probabile caderet, debuit tamē in hoc hac prima appellatione ita pronuntiari ad eius tādā conformitatem sententiarum, vt in alia instantia negotium maturius consideretur, & debito tempore decidatur iudicio, & sentētia pluriū, secūdū morem diu in Dominio Florentino obseruatū, ut in pūcto attestatur Ioseph. de Lud. in suis cōib. concl. tit. de sent. ab obser. iudicii paulo ante fi. Anno 1587. Fl.

EP I.

EPITOME.

Agitur de materia l. fi. §. filiũ, ff de leg. 2. l. Lucius §. Caio, & l. hæredes mei, §. cũ ita ff ad Treb. An, & quãdo fideicõmissũ relictũ a plurib. post eorũ mortem, uno mortuo debeatur non expectata morte alterius in portione mortui. Ubi latè, et clarè et distinctè tota hæc materia explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum hoc modo conceptũ, & casu quo dicti N. N. heredes instituti in dictis duabus tertijs partib. decederẽt sine filijs masculis, uel feminis, uoluit, quod su prascripta, hæreditas recadat, ut supra dictis N. N. quale sit, & quomodo intelligatur.*
2 *Substitutus purificatã conditione in persona unius tantum ex plurib. grauatis per eius mortem admittitur ad fideicõmissũ pro portione dicti defuncti, nõ expectata aliorũ morte, nisi ex psũpta mẽte testatoris subsit alia persona, quæ substitutũ excludat, & supra num. 1.*
3 *Dispositio l. hæredes mei, § cum ita ad Trebell. qualiter procedat ad fauorem substituti.*
4 *Substõ plurib. facta per nomina propria institutorum copulatiue an concursũ requirat omniũ copulatorũ.*
5 *Dec. reprehenditur in materia d. §. cum ita.*
6 *Substitutio an facta sit simpliciter, aut collectiuè, uel copulatiuè pluribus, idem esse uidetur.*
7 *Substitutus copulatiue extraneis institutis post eorũ mortẽ admittitur ad portionem instituti sine filijs decedentis, non expectata aliorum morte.*
8 *Substitutus a qua persona excludatur ex uerisimili mente testatoris.*
Persona grauati, an testatoris quando sit attẽdenda, ut locus sit, uel non sit substitutioni. ibidem.
9 *Filia N. ab intestato successura patruo grauato, nõ cẽsetur uocata, quamuis in eõdõne sit posita ad exeludendũ substitutũ ex præsumpta testatoris mente.*
Prædilectio quando attendatur, & quando conside-retur. ibidem.
10 *Absurdũ eẽt denegare partẽ substituto, cui totũ debe retur, si casus eueniret, declara ut ibi, et in uer. nõ ẽt*
11 *Substitutus facilius admittitur ad portionẽ unius ex grauatis, quãdo substõ, est facta in tota hereditate, quam si esset facta simpliciter, secundum aliquos. Opinio Bar. in l. hæredes mei. § cum ita, ad Trebel. confutata a Butr. consi. 31. & ab alijs sequacibus, substinetur, ut ibidem.*
12 *Clausula (& casu quo) apposita conditioni factæ pluribus eam pariformiter determinat, & infra.*
13 *Verba casu quo, uel eo casu, quid importãt, si adiecta sint conditioni, uel dispositioni, & ibidem, quod non conditioni, sed dispositioni censeantur apposita.*
14 *Clausula tunc, & eo casu, quando non operetur restrictionem, & maxime ex testatoris mente.*

CONSILIUM XXXVII.

Visso processu causæ vertẽtis inter Ioachinũ de Rosellis de Aretio actorem ex vna parte, & D. Alexãdrã del Biãco vxorẽ D. Auerã de emporio reã cõuentã ex altera mediãtib. procuratorib. vt in actis, & consideratis cõsiderandis, Retuli partes Exc. D. Iudicis Quarteriorũ S. Spiritus, & S. Crucis Ciuitatis Florẽtiæ esse in pronũtiando, & declarãdo ad fauorem dicti Ioachini Actoris contra dictam D. Alexandram Ream cõuentam.

1 Ad ita referẽdũ motus fui, quia licet substõ fideicõmissaria per Philippum de Rosellis de Aretio Bernardino, & Petro Fratrib. del Biãco institutis in duab. tertijs partib. hęreditatis de proximiorib. in gradu ipsi testõri de dicto domo de Rosellis de Aretio, quos in alia tertia parte hæreditatis instituerat per hæc verba, videlicet, & casu quo dicti Bernard. & Petrus hrdes instituti in dictis duab. tertijs partib. decederẽt sine filijs masculis, vel fęminis, voluit, qđ suprascripta hrditas recadat vt supra dictis de Rosellis, nõ videat facta simpliciter, & indistinctè, pro vt esset, si dictũ fuisset, Instituo Ber. & Petrũ, & post eorũ mortẽ, vel si sine liberis decesserint, substituo proximiores de domo Rosellis, in quo casu certũ esset, qđ purificata cõdõne in persona vnius tm̃, ad mitteret substitutus ad eius portionẽ, ẽt non expectata morte alterius, si ĩ psona primi existeret condõ, ut est casus in l. Lucius, §. Caio, ff. ad Treb. & in l. fi. §. filiũ, ff. de le. 2. & tradũt aperte Bal. cõs. 407. circa prin. li. 1. & cõs. 271. in prin. li. 3. Cast. cõs. 14. in 3. dub. n. 2. 3. 4. li. 1. Ale. cõs. 92. n. 6. lib. 3. cõs. 175. n. 8. lib. 5. & ibi adit. ad eũ, Bolog. in addit ad Io. de Ana. cõs. 22. in pri. adit. & sub n. 5. Ias. cõs. 41. col. 1. ver. 2. principaliter, li. 1. Soc. iun. cõs. 145. sub n. 18. 19. lib. 3. Gabr. cõs. 121. n. 42. li. 1. Bero. in cõs. 110. sub n. 30. li. 2. Dur. de arte test. tit. de sub sti. caut. 16. in prin. Ias. in l. pe. n. 8. C. de impu. & aliis subst. & ibi clare Cor. nu. 29. Ripa in l. hrdes mei §. cũ ita n. 129. uer. discussa pupillari accedamus ad fideicõmissariã, ff. ad Treb. dicens esse opinionẽ, omniũ indifferẽter, Bellon. cõs. 82 n. 7. 8. dicens pariter esse cõem, & indubitatã, Cach. dec. ped. 110. n. 7. attestãs similiter de cõi, & Zanc. in d. §. cũ ita, in 8. p. n. 194. uer. cæterũ, sirmon de præt. de interp. ult. volunt. lib. 3. dub. 3. solut. 2. n. 7. 8. in 2. q. †nisi

2 extet persona, quæ ex præsumpta mente testatoris substitutum excludat Ripa in d. §. cũ. ita, n. 130. ver. fallit primo, & alij supra citati, sed potius facta videatur copulatiuè, & proinde idẽ sit, ac si esset facta per nomen collectiuum, seu uniuersale, aut distributiuũ, Abb. cons. 58. ante nu. secundum uer. nec ẽt obstat si dicat, quod in casu nostro, li. 2. Bolo. in additionib. ad Io. de Ana. d. conf. 22. sub nu 6. et R. p. in d. §. cũ ita nu. 138. ver. quæro secundo. Bellon. d. cõs. 82. nu. 7. Corn. in d. l. pe. nu. 33. uer. si uero sub

 stitutio

ſtitutio fideicommiſsaria, C. de impub. vbi ēt nu. 34. fortius dicit, quod nulla eſt differētia, an fiat ſimpliciter, et indefinite, an uero per copulatiuā, aut collectiuā, quod ēt colligitur ex Soc. Iun. d. conſ. 145. ſub nu. 18. 19. lib. 3. et ex Gabr. conſ. 121. n. 42. lib. 1. et aperte fatētur Simon de Pretis l. co citato q. 3. n. 9 et Mā. de coniect. vlt uolunt. lib. 11. titu. 5. nu. 29. et Zanc. in d. §. cū ita, in 8. p. n. 193. uer. ſed opere pretium eſt videre, & nu. 296. uerſi. 10. limita, 3 quo caſu procedit proprie diſpō d. §. cum ita, quod admittatur ſubſtitutus purificata cōdōne in perſona vltimi inſtituti morientis ſine liberis, ēt quod defecerit in perſona primi, non ex vi, & proprietate verborū, ex præſumpta mente teſtatoris, vt dicit ille text. & tradūt in indiuiduo inſtitutis filijs, & facta eiſdē ſubſtōne mō præmiſſo Caſtr. d. conſ. 14. in prin. Ab. d. conſ. 58. ante nu. 2. uer. ſed totū dubiū, Cra. cōſ. 109. in 1. dubio, ſub n. 1. Iaſ in d. l. pe. col. fi. ſub nu. 10. uer. in 3. par. C. de impu. & generaliter, & indiſtincte Bal. d. conſ. 207. & 271. ubiq; poſt prin. Alex conſi. 38. n. 1. conſi. 91. n. 5. lib. 1. Soc. conſ. 94. numer. 5. libr. 4. Bolog. in addit. ad Io. de Ana. d. conſ. 22. ſub n. 6. uer. ſed capiēdo ſecundū membrum, Cach. d. deciſ. 110. nu. 7. Zanch. in d. 8. p. n. 194. uer. cæterum, & nu. 206. ver. amplia quarto, & n. 213. & 214. ver. amplia octauo, & nouiſſime Gab. conſ. 121. n. 38. 39. 40. li. 1. & Simon de Pret. d. q. 3. n. 9. 10. niſi eſset perſona, quæ ex præſūpta mēte teſtatoris ſubſtitutū excludat, ut dicunt oēs ſcribentes in d. §. cū ita, & Docto. ſupra citati; quicquid diſtinguendo dicat Soc. 4 iun. conſ. 158. nu. 51. lib. 2. † de ſubſtōne facta per nomina propria inſtitutorū copulatiue, ut requiratur concurſus vtriuſq; copulatorū nec ei locus ſit purificata condōne in perſona vnius tm̄, ſequēdo Dec. conſ. 594. n. 3. cū quo concordāt Durā. d. caut. 16. nu. 3. Rimin. iun. conſ. 517. n. 24. Bero. late cōſ. 110. nu. 30. 31. lib. 2. quia iſtud eſt contra caſū legis Lutius, §. Caio, & l. fi. §. filiū, de quib. ſupra, vt ibi aduertit Aditt. ad ipſū Dec. & contrariū firmāt Doctores ſupra relati, qui loquūtur in ſubſtōne pluribus copulatiue facta, & in copulatiua reprehendit Dec. & Soc. iun. Zanch. in d. 8. p. nu. 296. ver. 10. limitabat Soc. & contrariū tenet ipſemet Soc. iun. cōſ. 145. nu. 25 26. lib. 3. qa non curatur de verbis, ſed attenditur mēs teſtatoris, vt ipſe fatetur, & alij ēt dñt, & tan-5 git Ale. cōſ. 110. nu. 14. ver. & qñ, lib. 3. † Errore igitur lapſus eſt Dec. cū ſequacib. in hoc, pro vt & in alio, quod eodē loco aſſerit nu. 2. de ſubſtōne per nomē collectiuū, ſeu vniuerſale plurib. facta, vt & in ea requiratur cōcurſus oīum inſtitutorum, nec ſatis ſit purificari condōnē in vnius tm̄ perſona, quā opinionē firmat ēt conſ. 417. nu. 1. & vbiq; eū ſequitur Aditt. in ſ. apoſt. & idē apoſtillatur ad Alex. cōſ. 175. in 1. aditione li. 5. Dur. d. caut. 16. nu. 3. Bello. d. cōſ. 82. ſub nu. 8. ver. nō obſtat ſi dicatur dictā cōem limitari, nā cōtrariū tenet Zanch. in d. 8. p. nu. 194. 206. 213. loquens in copulatiua vniuerſali, & collectiua, & ſubdit 6 n. 214. † nullā eſſe differētiā inter ſubſtōnē factā ſimpliciter, aut collectiuè, vel copulatiue plurib. niſi, qđ primo caſu ēt ſecūdū verba reſoluitur in ſingularitatē; ſecundo vero ſecus: de qua re ibi, & nu ſeq. plura dicit. Et verè nulla eſt inter hos modos differētia, ſed oēs parificantur, vt ſupra dictū eſt ex pluriū Doctorū authoritatib. quorū multi præciſe loquūtur in ſubſtōne concepta per nomina collectiua & vniuerſalia. Stante igitur cōcluſione, vt ſupra firmata, quod ſatis ſit ī perſona vnius tm̄ ex inſtitutis purificari cōdōnē, vt admittatur ſubſtitutus, niſi adſit alius, qui ex veriſimili mēte teſtatoris illū excludat, † infertur, quod 7 inſtitutis extraneis, & de eis facta ſubſtōne copulatiue, vt in præſenti caſu, admittitur ſubſtitutus ad portionē eius, q deceſſit ſine filiis, ſiue is fuerit vltimus, vt in caſu d. §. cū ita, & in propoſito noſtro, ſiue primus, ut ī caſu d. §. Caio, & d. §. filiū, & ex cōi tradit Rip. ī d. §. cū ita, n. 143. uer. & prædicta, ut dixi, procedūt, & nu. 145. uer. quid aūt dicendū, Bolog. in addi. ad d. conſ. 22. ſub n. 6. uer. ſed capiēdo ſecūdū mēbrū, & Cach. d. dec. 110. nu. 7. licet minor ſit difficultas, qñ condō in perſona ultimi extitit Bal. d. cōſ. 407. poſt prin. lib. 1. Caſtr. d. cōſil. 14. in princ. Ant. de But. conſ. 31. in fine, & Cor. in d. l pe. C. de impub. n. 31. & ſeq. uer. 3. 8 fallit, † nam tunc dicitur ſupereſſe perſona, q̄ ex veriſimili mente teſtatoris ſubſtitutū excludat, quando eſt de liberis, ſeu deſcendētib. teſtatoris: nec ſatis eſt, quod ſit de his, qui ſuccederet ab inteſtato, & per cuius mortē euenit caſus ſubſtitutionis, & ſic grauato excluſo ſubſtituto, cuius quidem grauati, & non teſtatoris perſona in his terminis attenditur, Zanch. in d. §. cum ita, in 9. parte, nu. 4. dicens de cōi, adeo quod filia Bernardi primi Inſtituti ſuperſtes proximior in gradu Petro ſecūdo inſtituto grauato eius patruo & ei ſuccedens ab inteſtato excluſo agēte ſubſtituti nō poteſt eum excludere, vt ſentit Caſt. d. conſi. 14. nu. 3. 4. & dicunt expreſſe Alex. d. cōſ. 38. nu. 2. lib. 1. Soc. d. cōſ. 94. num. 11. & 12. li. 4. Crau. d. cōſ. 109. ſub n. 3. ver. aduerte tamen, Rip. in d. §. cū ita, nu. 131. & 132. & 133. Gab. tit. de ſubſti. concl. 3. n. 9. 10. ver. 1. limita principalē concluſionē, ubi refert alios, quib. adduntur Bello. d. conſi. 82. num. 5. ver. & licet, dicens communem Zanch. pariter de cōi atteſtans in dicta octaua parte num. 230. & Cacher. d. deciſ. 110. nu. 8. quicquid dicat idem Gabr. d. concluſ. 3. num. 5. verſi. declara nam dicitur, & ſub num. 11. verſicul. contrarium, 9 † quod idem ſit, pro ut etiā non ſufficit, quod

eadem

eadem filia Bernardi ab inteſtato ſucceſſurã patruo grauato ſit poſita in conditione, cum non ſit de teſtatoris deſcendentibus, vt in pũ cto dicit Crauett. d. conſi. 109. num. 2. verſic. non obſtat, & n. 3. uer. ſecundo reſpondeo, vt rurſus uer. aduerte tamẽ, & optime colligitur ex Alex. d. conſi 91. ſub num. 6. verſ. ſecundo reſpondeo libro primo, & Ripa in d. §. cum ita, num. 133. ad fin. verſ. ſed quid de Neptib. ex fratribus inſtituns, ex Cacher. d. deci. 110. nu. 14. verſi. non obſtat quod ultimo dicitur, & ex Zanch. in d. 8. parte num. 232. atteſtante de communi, quicquid dicant cõtrarium ſentientes Bald. d. conſ. 271. p ſt medium libro 3. & Rui. conſ. 52. col. fi. & conſ. 126. col. 2. lib. 4. quos citat Zanch. in d. 8. parte nume. 233. Præterea dici poteſt, quod dicta filia Bernardi non eſt poſita in conditione dicto Petro, nec prædilecta in eius portione, quia ei ſunt poſiti in conditione eius proprij filij, & & ipſa eſt poſita in conditione Bernardo Patri tantum, & prædilecta in eius portione, de qua non agitur, ut in puncto dicit Soc. iun. d. conſ. 145. ſub num. 32. verſ. demum, & colligitur ex Alex. d. conſ. 91. ſub n. 7. d. ver. reſtat reſpõdere li. 1. & ex Craue. d. conſ. 109. nu. 2. d. vet. nõ obſtat, quod prædilectio intelligitur etiam ab inteſtato in dicta portione parentis & non ex teſtamento vt per Ale. & Crau. ſequitur Gab. d. conſ. 121. nu. 48. faciens eandẽ cõſiderationẽ, quod poſitus in cõditione excludit ſubſtitutum in ea tãtum portione, cui fuit poſitus, non autem in alia, in qua non reperitur poſitus in conditione, quia quo ad eã nulla cadit prædilectio. & ita etiã nouiſſime tenet Ioſeph. de Ruſtic. hunc meum locũ citans in ſuo eleganti & doctiſſimo trac. de ib. in conditione poſit. lib. 5. ca. 9. ſub nu. 1. ante fi. fol. 103. in 2. editione, vbi aliorum idem tenentes latiſſime refert.

Nec præfatæ concluſioni obſtat, quod in caſu nulla inter inſtitutos fuit facta reciproca ſubſtitutio, pro vt erat in caſu d. §. cum ita, propter quam illius diſpoſitio procedit, quia tex. cõſiderat, quod totum potuerit perueni re in vltimum, quod contingere nõ potuiſſet 10 niſi ex dicta ſubſtitutione præcedente † inferẽdo inde abſurdum eſſe denegari partẽ ſubſtituto, cui totũ debitũ fuiſſet, ſi vltimus portionem primi habuiſſet, vt ibi conſiderant Albe. col. 1. in fi. Caſt. ſub nu. 2. Soc. nu. 14. & & ſub n. 29. Ripa n. 72. & ſub n. 146. & aperte idem Alb. in l. pater filiã, §. fi. col. fi. ff. ad l. Falcid. & alij relati per Gabr. tit. de ſubſt. conclu. 4. ſub nu. 7. ver. contrariam autem ſnĩam, & per Zanch. in d. 8. p. nu. 5. cum ſeq. ver. 1. vtriq; quoniam hæc opinio reprobatur cõiter per ſcribentes, vt tradit Gabr. d. concl. 4. nu. 7. & 8. ver. 2. amplia, & ver. ſed iſtã vltimã opinionẽ non puto verã, & alter Gabr. d. conſi. 121. ſub nu. 44. ver. & quod neceſſe non ſit, Zanc. vbi ſupra nu. 9. & ſeq. ver. uerum tamen prædictis non obſtantib. & nu. 195. uerſ. amplia, ut procedat, & habetur per Ale. d. conſi. 175. ante nu. 17. uerſi. non obſtat dũ ſecundo dicebatur lib. 1. & per Abb. d. conſ. 58. col. fin. ſub num. 2. in fi. uerſi. nec etiam obſtat ſi dicatur quod in d. §. cum ita libro ſecundo.

Non ẽt refragatur, quod cum ſubſtõ ſit facta de hæreditate, ceſſat admiſſio ſubſtituti purificata conditione in perſona unius tantũ quemadmodũ ſi facta eſſet de tota hæreditate, uel de toto relicto, eo quod tunc uideatur conſiderandũ in ſubſtitutum debere uenire totum, & proinde non poſſe habere partẽ tãtum, quaſi quod in hunc caſum nõ fuerit uocatus ſecundũ opinionẽ Bar. quam defendit, & cõem dicit Ripa in d. §. cũ ita nu. 136 uerſ. 3. fallit, & in puncto qñ eſt facta mẽtio de hæreditate ſimpliciter, ut in caſu noſtro, ita tenet Io. de Ana. d. conſ. 22. nu. 2. quoniã cõtrarium eſt uerius. Alex. d. conſ. 91. nu. 8. lib. 1. d. conſ. 92. nu. 13. lib. 3. & ibi ẽt addit. ad eum, & ad Dec. d. cõſ. 594. Iaſ. d. conſ. 41. ſub nu 45. uer 3. principaliter pręmitto lib 1. Soc. iun. d. conſ. 145. nu. 19. in fi. lib. 3. ubi refert Iaſ. atteſtantẽ de cõi; Bello. d. conſ. 82. nu. 12. dicens cõem, uerã, & conſulendo, & iudicando tenẽdam opinionẽ; Zanch. in d. 8. p. n. 199. cũ plurib. ſeq. uer. amplia tertio, ubi tandẽ poſt multa hinc inde allegata dicit non eſſe ab ea recedẽdũ, ueluti ab opinione magis cõi, & ita etiã tenendũ eſſe uidetur ex congeſtis per Gabr. tit. de ſubſt. concl. 4. n. 3. cũ ſeq. uer. 1. amplia, ubi citat Soc. conſ. 94. nu. 16. cũ ſeq. libr. 4. & per alterũ Gabr. d. conſ. 121. ſub nu. 42. & ſeq. 11 lib. 1. ubi ẽt oſtẽdit † facilius admitti ſubſtitutũ, quãdo ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate, quã quãdo eſt facta ſimpliciter ſecundũ aliquos, licet ipſe teneat oppoſitum, concludens tamẽ utroq; caſu ex cõi eſſe locũ ſubſtõni, & quando poſſet ſubſtineri opinio Bar. & procederet purificata cõdõne in perſona primi inſtituti decedentis ſine filijs, non autẽ qñ purificatur in perſona ultimi, ut in hoc caſu, ſecundũ But. conſi. 31. in fi. Soc. in d. conſ. 94. ſub nu. 19. verſ. pręterea, Cor. in d. l. pe. nu. 31. cũ ſeq. C. de impub. Gabr. d. concluſ. 4. nu. 6. uerſ. concorda, & Cach d. dec. pedem. n. 110 ſub n. 10. in fin. de qua te multa ponit Canc. ubi ſupra nu. 205. et ſeq. uerſi. non omitto tñ et ita ẽt colligitur ex Gabr. d. conſ. 121. ſub d. 12 nu. 42. cum ſeq. † Nihil etiam negotij facere uidetur, quod in ſubſtõne adjſit clauſula caſu quo, per quã non ſecus, ac per clauſulã tunc, et eo caſu uidetur teſtator reſtrinxiſſe ſubſtõnẽ ad unicũ iſtũ caſum, ex quo talis clauſula appoſita conditioni factæ pluribus, eam par-

D. Francisci d.n. & contra dictum D. Ioannem,& socios prædictos iuxta tenorem, & continentiam libelli pro parte dicti agentis producti.

Adita referēdum motus fui, quia emptio facta per socios dictæ Tintoriæ Guadi a Paulo de Saluettis, non videtur subsistere, ex eo quod idem Paulus post venditionem possēdit bona vendita, ex eis fructus percepit a vēditione vsque ad dec. ctionem, & postea vsque quo fuit per eum facta liberati pacti de redimendo appositi in prima venditione eisdem socijs, vt dicunt testes pro agente examinati, quo casu statutum Florentinum de uenditionibus factis per cessantes, & fugitiuos
1 Rubr. 11. vult, quod talis emptio intelligatur simulata, & nullius valoris, & in fraudem cōcepta, ac in præiudicium Creditorum, quod ultra testes ex eo probatur, quia cōstat, quod dictus Paulus ante venditionem possidebat,
2 & exinde post decoctionem possedit, quo casu medio quoque tempore semper possedisse præsumitur. Alexan. consi. 89. num. 15. libro 5. & alii cumulati per Tiraq. de præscr. §. primo, glos. quinta, in verbo continuos, versiculo, sed numquid satis erit, & versic. idque regulare est: et ex ipso demum possessionem deriuasse in eius hæreditatem, contra cuius veluti iacentis Curatorem alias ex causa eiusdem acquisitionis egerunt dicti socij. Fulgo. consi. 145. sub num. 2. versic. porro si aliunde Alexand. consi. 171. num. 5. lib. 6. Marz. alios citans de fideicommiss. quæst. 58. versiculo, quando autem non esset expressum; & quando præmissa non procederent, tamen ex alio
3 detegeretur prædicta nullitas, † quia conductor licet non possideat, dicitur detinere, Ripa in cap. sæpe num. 17. 18. & 24. de restit. spoliat. Cacher. decis. pedemont. 40. numero 4. & ex processu per binos contractus inter easdem partes post decoctionem celebratos apparet eadem bona vendita fuisse incontinenti per emptores locata venditori per quinquennium nondum tempore decoctionis completum, ipsumque venditorem fructus dictorum bonorum recepisse, & mercedem conuentam emptoribus promisisse per to-
4 tum dictum tempus, † & statutum citatum vult, quod ad inducendam præfatam nullitatem alienationis, satis sit, quod cessans, vel fugitiuus, post alienationem quocumque titulo factam ante cessionem, vel fugam rē alienatam possederit, vel detenuerit quocumque titulo, vel causa; Nec quicquam videtur facere, quod non exhibeatur scripta priuata locationis dictorum bonorum, de qua mentionē faciunt dicta instrumenta, cum in hoc talia instrumenta sint clara, habeant orationem perfectam, contineant tenorem, & substantiam dictæ locationis, & de per se ad disponēdum principaliter sufficiant. l. si donatio, C. donat. & ibi scribentes, & præsertim Bald. nu-
5 mero secundo, in vlt. notab. † sintque geminata, & propterea efficaciora, & omnis erroris exclusiua. l. balista cum sua materia, ff. ad Trebellian. vltra quod ea præsumitur esse penes pa tem conuentam, qua locauit, & ad cu-
6 ius commodum, & fauorem principaliter tēdit, & tanquam ad creditricem. l. Chirographis debitorum ff. de administr. tut. & quando res esset dubia ex quamplutibus fundamentis in medium adductis per dictum Do-
7 minum Ioannem, & socios, quæ minime negligenda sunt, cum tamen iam lata fuerit prima sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, videbatur potius reuocanda in hac instantia primæ appellationis, quam proferenda alia sententia absolutoria a petitis diffinitiuē, inhærendo stylo inueterato huius Rotæ, de quo attestatur Ioseph. de Ludouic. in suis comm. opin. in tit. de sent. ab obseruat. Iudic. propè finem, & in dubijs eam capiendam esse viam, quæ vtrique partium minus præiudicialis sit, docet Castrens. quem alii sequuntur in l. 1. ff. si quis cautionibus. Anno 1587. Florentiæ.

EPITOME.

Quod ab eo, qui actione reali experitur dominium, vel quasi probandum sit, & qualiter probetur. Item quod agens possessorio suam possessionem probare debeat, & quomodo ea probetur, & de constituto, & de excusatione Actoris succumbentis ab expensarum refectione, si authorem de euictione habeat.

SVMMARIVM.

1 *Agens actione reali debet probare de eius dominio uel quasi, alias non obtinet.*
2 *Titulus emptionis non suffragatur emptori, nisi doceat de iure venditoris.*
Res aliena uendi potest. ibidem.
Fundans se in aliqua concessione sibi quouis titulo facta, debet probare de iure concedentis. ibidem.
3 *Reus dicens rem ad se spectare uigore retractus a statuto sibi concessi, nō uidetur per hoc fateri, quod ea spectauerit ad uenditorem illius.*
4 *Excipiens non dicitur fateri intentionem Agentis.*
5 *Exceptio conditionalis excipienti non nocet, præ-*

 sertim

Sertim quando negauit narrata per actorem esse uera.

6 *Dominium, vel quasi ex confessione probari non potest.*

7 *Venditio facta contra formam statuti de Retractu est nulla, maxime ubi aliqua fraudis suspicio colligi potest, ut in exemplo ibi posito.*

8 *Dominium, uel quasi non transfertur ex uenditione nulla, maxime non sequuta traditione facti.*

9 *Agens possessorio nō obtinet, si de sua possessione nō probat.*

10 *Possessio per perceptionem fructuum præfertur possessioni in colendo, & laborando agrum.*

11 *Constitutum non prodest, si non constat de possessione constituentis tempore constituti.*

12 *Actor habens Authorem de euictione, & succumbens, absoluitur ab expensis.*

CONSILIVM XXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa agitata inter Ser Paulum de Giouagnolis de Terra Plebis ad sanctum Stephanū agentem ex una parte, & Angelum de Petra Nigra Reum conuentum ex altera. Ex his, quæ in processu apparent, Consului partes Domini Vicarii, dictæ Terræ esse de iure in absoluendo dictum Angelum a petitis per dictum Ser Paulum, absoluendo dictū Ser Paulum ab expēsis iustis de causis.

Ad ita referendum motus fui, quia dictus Actor videtur egisse actione reali contra dictum Reum conuentum, nec de eius dominio, vel quasi probauit, vt proinde obtinere non possit. l. in rem. l. officium. ff. de rei uendicat. l. prima, C. de aliena. iudicii mutandi causa facta, cum vbique notatis. [1]

Nec ex instrumento emptionis factæ per ipsum Actorem a Britio Mēchi tale ius probari dicitur contra dictum Reum, quia per hoc non sequitur, quod res vendita ad venditorem pertineret, cum etiam res aliena possit vendi. l. rem alienam ff. de contrah. empt. l. alienam, C. de furt. vnde qui se fundat in aliqua concessione sibi ab alio quouis titulo facta, debet probare de iure concedentis, alioquin concessio illa sibi non prodest. glos. in l. cum res in verbo in vacuam post princ. C. de probat. Castr. consi. 407. numero tertio, libro primo. Crauett. consil. 57. numero quarto consil. 124. numero 11. & 12. consil. 134. numero 21. Nec ex eo, quod Reus conuentus opposuit rem prædictam Iure Retractus ex statuto, & vigore Tenutæ ex credito ad eum spectare, dicitur proprerea fateri eam ad dictum venditorem spectare, Alexand. cōsil. 92. num. 1. & ibi etiam addentes ad eum libro primo. Crauett. alios referens consilio 157. num. 5. Negusant. de pignor. & hypoth. in 3. membro secundæ partis principalis, nu. 64. & in 3. membro octauæ partis principalis num. 10. [2] [3]

Vltra quod aduertendum est, quod excipiens non dicitur fateri intentionem Aduersarii. l. non vtique, ff. de exceptio. capitul. exceptionem de regu. iur. in 6. Alexand. consil. 159. num. 2. & consi. 183. numero 18. libr. 6. dicens hoc esse verissimum, & ita se habere communem opinionem, quod absque dubio videtur procedere in præsenti casu, in quo exceptio rei non videtur facta simpliciter, sed potius qualificatiue, & conditionaliter, † quæ indubitanter excipienti non nocet Alexand. d. consi. 159. numero primo, & præsertim cum idem Reus negauerit narrata per Actorem esse vera. Alexan. d. consi. 183. sub num. 17. in fin. versic. nec prædictis habet obstare. Vlterius posset dici, quod Dominiū vel quasi ex confessione probari non possit. Crauett. d. consi. 157. nume. 6. vers. & si dicas sub numer. 7. versicul. quinimo uidetur dicendum. [5]

Præterea posset addi † quod talis venditio facta per Britium dicto Ser Paulo non requisito dicto Angelo Reo conuento confinante, & vicino contra formam statuti nulla sit, vt ipsum statutum dicit, maxime cum fuerit facta, postquam Angelus citato Britio petierat sibi in ea re dari Tenutam pro quodā suo Crediro, & sic fraudulenter, & dolose iuxta text. in l. prima, C. de alienat. iudic. mutand. causa fact. cum ibi notat. per scriben. et quod † propterea ex ea veluti nulla nullum dominium, vel quasi transferri potuerit in d. emptorem lege alienationi resistente, Corn. cōsil. 203. numero secundo 9. & 10. & consilio 263. ad fin. num. 10. libr. 3. & alij congesti per Tiraq. de constit. posses. in tertia parte, in 7. limitatione, in fin. num. 50. maxime non sequuta traditione facti, vt in præsenti casu secundum Corn. in locis citatis. [7] [8]

Quod si agens vellet substinere suam petitionem in possessorio (quod nequaquam admittendum est) adhuc tamen diceretur eū obtinere non posse, cum de sua possessione numquam appareat, & ad summam ex actis inter easdem partes factis in iudicio criminali ad querelam ipsius formato contra dictū Angelum, qui postea absolutus fuit, tentauerit ostendere, quod fundum per eum emptū a dicto [9]

a dicto Britio, coluerit eo ipso anno, quo fructus Angelus percepit, quo casu melior est conditio dicti Angeli. nam licet possessio agri probetur, ex eo quod quis illum fecerit coli, & actus iste praecedat perceptionem fru
10 ctuum: tamē quia in perceptione fructuum consistit efficacia, vis, & vtilitas possessionis, & a fine res denominatur; vbi contēditur de possessione, qui probat collegisse fructus, prę fertur probanti se fundum coluisse, vt cōcludit Tiraq. alios referens in tract. de praescrip. §. primo gl. quinta in verbo continuos vers. neque tamen necessario requiritur, quod ex super abbundanti dictum sit, cum licet petitio dicti Ser Pauli id contineat, non tamen probatum apparet; Nec in possessione venditoris potest facere aliquod fundamentum vigore constituti in contractu appositi, quia
11 cum non constet de possessione venditoris tempore venditionis, & sic de possessione constituentis tempore constituti, nihil prodest ipsum constitutum, & fundans se in eo succumbit Tiraq. alios cumulans in tractatu de constitut. possess. in tertia part. in prima limitat. numero octauo versiculo, ideoque ut redeamus ad institutum.

12 † Ab expensis Actor absolui potuit ex eo quod habet autorem de euictione, & videtur potuisse agere, vt sibi pararet regressum contra uenditorem, si rē non consequatur a possidente, iux. notat. per Doc. in l. properandū §. siue autem alterutra, C. de iudic. vbi praecipue in nostris terminis hoc no. Ias. & alibi sę pe Doctores. Anno 1587. Florentiae.

EPITOME.

Statutum Cortonae, in materia iuris congrui declaratur, & an tempus ad retrahendum incipiat currere vicino a die scientiae, vel a die alienationis, & quando tempus sit continuum, & currat etiam ignoranti, & impedito, & an, & quando aduersus lapsum dicti temporis Restitutio in integrum sit concedenda, & de scientia vera, & praesumpta alienationis a vicino facta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Cortonę, quod vicinus irrequisitus petere possit rem ab illo, cui alienatio facta fuit, sibi uendi, & concedi intra tempus trium Annorum proxime sequendorum a die alienationis facta, declaratur & infra numero 6. versicul. & quando, & numero septimo.*

2 *Tempus triennij ad retrahendum incipit currere vicino a die alienationis facta, nec exigit scientia uicini, nec quicquam aliud, & qualiter hoc sit uerū uide infra.*

3 *Lex, aut statutum quando disponit de tempore respectu certi actus, tunc a die illius actus incipit currere tempus, exemplifica ut ibidem.*

Tempus alicuius termini quando dicatur continuum & currat eti am ignoranti. ibidem.

4 *Tempus dicitur continuum, quando qualibet die in cra terminum possit vicinus petere Retractum.*

Tempus continuum dicitur, quando statuitur a lege, vel a statuto ad id, quod potest fieri iudice non sedente pro Tribunali.

5 *Terminus cum exprimitur cum praepositione A. vel ab, iuncta cum tempore, quod est de eius initio semper illud tempus includitur, quia est quaedam integritas temporis, quae proprium principium non excludit.*

6 *Lex, aut statutum faciens mentionem de certo tempore, intelligitur de continuo.*

7 *Dictio (proxime) designat extremitatem primi temporis, & per eam dies termini computatur in termino.*

8 *Tempus continuum currit omni tempore, & tuicū que ignoranti, absenti, & impedito.*

9 *Vicinus excluditur a Retractu, si taceat, & labatur tempus statutum ad retrahendum.*

10 *Restitutio in integrum aduersus cursum temporis ad retrahendum ex capite ignorantiae, aut impedimēti, quando non sit concedenda.*

Vbi lex, uel statutum specialem mentionem facit de absente, uel minore, uel de alio, cui a iure communis conceditur restitutio, uidetur reijcere personas, quae alias restituerentur. ibidem.

11 *Scientia ex coniecturis probatur.*

12 *Impeditus debet protestari aduersus lapsum temporis continui, alioquin non restituitur praetextum impedimenti.*

13 *Impeditus ob infirmitatem, uel carcerationem, cessationem, cessante impedimento statim agere tenetur, & probare debet, quod si dictum impedimentum nō adfuisset, ipse actum fecisset intra tempus concessum, alias aduersus eius lapsum non restituitur.*

14 *Restitutio generaliter non conceditur nisi laeso, & quando constat de laesione.*

15 *Clam factum non dicitur, quod fit coram testibus per rogitum publici Notarij, & per actus externos, qui faciliter sciri possunt.*

16 *Praesumptio vna tollit aliam, & fortior uincit debiliorem: & illa per quam delictum excluditur, prę ualet.*

17 *Scientia praesumpta sufficit ad excludendum vicinum a iure congrui ob lapsum temporis decursi.*

18 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum, quamuis sit utile, tamen sufficit scientia praesumpta, ut incipere possit.*

CON-

CONSILIVM XL.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIsis processibus factis in causa mota per Flaminium, & Curtium Vrselllos contra Thomã, & Dominicũ Fierlios pro retractu Agri per Christopharũ de Quintanis uenditi quondam Iulio patri dictorum Reorum coüentorum irrequisito Ioanne Patre ipsorum agentium, & mature consideratis sententiis contrariis ex Consilio peritorum latis cum rationibus, ex quibus Priores Domini consultores moti fuerunt ad proferenda Vota ad inuicem dissentientia,cum aliis in unam,& alteram opinionem allegatis per famosissimos Iureconsultos, Putaui eos rectius induere arma, qui contra Actores ius dicendum esse existimarunt. Ideoque retuli partes admodum magnifici Domini Capitanei Ciuitatis Cortonæ, et eius D.Iudicis esse in pronuntiando bene per Magnificos Dominos Priores dictæ Ciuitatis Iudices a quibus fuisse iudicatum ex relatione Excellentiss. D.Francisci Franchinij, & male per appellantes appellatum.

Ad ita referendum me impulerunt infrascripta,vltra plurima fundamẽta in medium allata per præfatum D.Franchinium, & per consummatissimum Doctorem D. Ranaldum Ridulfinium, & alios, qui scripserunt pro dictis de Fierlijs,quibus ne eamdem Cantilenam canere videar,me subscribo, non intendens ex aliorum dictis frustra membranas denigrare, sed tantum attingere ea, quæ ad rem plurimum facere videbuntur.

1 Primò itaque animaduertendum censeo, quod cum statutum dicat,quod vicinus irrequisitus petere possit rem ab illo, cui alienatio facta fuit, sibi vendi,& concedi infra tempus Trium Annorum proximè sequendorum à die factæ alienationis: clarè constat terminum à quo esse illam met diem, qua alienatio facta est, & ex ea die triennium currere, nec exigi scientiam vicini de ipsa alienatione, neque quicquam aliud pro ut in terminis istis proprijs consulendo tenet Pancirola cons. 165. num.6. vers. his tamen non obstantibus lib. primo. Quod etiam videtur procedere,quando statutum simpliciter præfigeret tempus vicino ad retrahendam rem eo non requisito, & conuicino alienatam, nec exprimeret, quãdo tempus hoc initium caperet, vt videtur sensisse Bard. in tract. de tempor. vtil. & contin. c.3. sub num.7. vers.& similiter, & licet nihil ad hoc adducat, id tamen probatur apertè ex dictis per Signor. de Homo. in consil. 81. num.6. vers. consuetudo antiqua, vbi in hac ipsa specie Iuris congrui concludit tempus à statuto simpliciter assignatum connumerari ex die venditionis factæ,

2 (margin number at line "tione, neque")

3 † quia cum lex, vel statutum disponit de tempore respectu certi actus, tunc à die illius actus incipit tempus currere. Quæ conclusio ex pluribus comprobari posse videtur, primo quoniam quando statutum præfigit terminum alicui ad aliquid faciendum non simpliciter, & in genere, sed in specie exprimendo certum tempus, a quo terminus ille incipere debet, tunc tempus termini dicitur continuum, & currit statim ex illo tempore designato etiam ignoranti. Soc. consil. 108. num. 12. versic. 13. confirmatur lib.4. quem sequitur Pancirol. d. consil. 167. sub num.6. vers. secundo ex alio.

4 Secundo quia cum qualibet die intra triennium possit vicinus petere Retractum, ex hoc solum dicitur tempus continuum ex dictis per Bald. cons. 71. lib.3. vbi concludit, quod quando statuitur tempus a lege, vel statuto ad id, quod potest fieri Iudice non sedente pro Tribunali, vt est libellum dare, & similia facere, tunc illud est continuum.

5 Tertio quia quando exprimitur aliquis terminus cum præpositione A. vel Ab. iuncta cum tempore, quod est de eius initio, vt hic semper illud tempus includitur, quia est quædam integritas temporis, quæ proprium principium non excludit. Bald. cons. 457. sub num. 3. post vers. modo sequitur lib. primo,& cons. 412. num. 1. lib. 5. quod in eo puncto est idem Consilium.

6 Quarto quoniam Regula generalis est, quod lex, vel statutum faciens mentionem de certo tempore, intelligitur de continuo. Bald. cons. 246. nu. 1. in fin. lib. 5. Paris. cons. 137. numer. 26. lib. 3. Bard. d. cap.3. num.9. & cap. 8. numer. 1. & 4. Pancirol. d. cons. 167. num.8.

Et quando præmissa cessarent,& Decisiones Pancirol. Bard. & Signorol. adductæ in puncto non subsisterent, adhuc tamen firmata Conclusio certissima,& indubitata esset in terminis istius statuti Cortonæ: Præfati enim Doctores loquuntur quando statutum simpliciter exprimit tempus præstitutum currere a die alienationis factæ,vel quãdo solum statuit terminum absque dicta expressione initij cursus. Nos autem sumus in casu,in quo statutum vlterius procedit,& assignat tempus trium Annorum proximè sequendorum,(ita enim formaliter loquitur) a die

a die factæ alienationis, ex quo loquendi mo-
7 do demonstratur, ipsam diem alienationis esse de termino, ponderando dictionem proximè, quæ designat extremitatem primi temporis, vt in indiuiduo subtiliter docet Bald. consi. 246. num. 2. lib. 5. cum quo conuenit Corn. nulla tamen Baldi mentione habita, consi. 279. col. fin. sub num. 6. vers. adminiculantur etiam, lib. 3. dicens, quod alias verba ista proxime sequutura non verificarentur, quia tempus præfinitum non proxime sequeretur terminum a quo, si non fieret computatio de momento ad momentum; Quod ipsum clarius colligitur ex eodem statuto, dũ paulo inferius loquens de alienatione clam, & occultè facta, declarat dictum Triennium non currere vicino, nisi a die habitæ per ipsum notitiæ alienationis, vel fraudis detectæ; Ecce ergo, quod quando alienatio non est clandestina, & occulta, triennium currit a die ipsius alienationis factæ etiam ignorante vicino, si enim secus esset, nulla constitueretur differentia inter hos duos casus, quos tamen constitutũ separat, & vt inter diuersos diuersimode loquitur, & disponit, & si vno, & eodem modo in vtroque casu terminus incipere debuisset, Cur statutum distinctione ipsorum Casuum, & varia demonstratione initij lapsus temporum in vno quoque vsum fuisset, nemini sani capitis liquere satis potest, cũ vtrumque simul complecti, & vniformiter, ac vnica verborum structura determinare potuisset, quod totum ex se patet, & ostenditur ex statuti verbis, quæ commento non indigent, & ista nouæ deducta rem extra omnem probabilem dubitationem, & in tuto ponere videntur.

8 Cum ergo continuum sit triẽnium, illud iuxta sonum verbi continuè currit omni tẽpore, & cuicumque etiam ignoranti absenti, & impedito, glo. in clem. vnica, in verbo con tinuum de restitut. in integr. per tex. in l. fin. C. de præscript. long. temp. qui hoc bene probat, & habetur per Bard. incit. tract. de temp. vtil. & contin. capitu. 2. numero sexto. adducentem etiam gloss. in l. fin. in verbo superuacuam, C. de tempor. in integr. restitut. quæ id dicit, & eam ibi sequuntur Doctores, quod clarius procedit in casu isto, in quo statutum videtur complecti præsentes, & absentes, & proinde scientes, & ignorantes, dum eis post notificationem factam præfigit terminum primis quidem breuiorem, vltimis verò longiorem, & maxime omissa notificatione, alium statuit terminum vno modo inchoandum alienatione non secreto facta, altero autem, & diuerso ea occultè sequuta, vt sic consideret statutum tempora currere etiam data ignorantia, & impedimento vicini, quia alias non tam varie circa ipsa tempora, & eorum cursum disposuisset, vt in similibus terminis egregie habetur per Socin. consi. 108. num. 13. versicu. 14. confirmatur libro 4. Ea

9 pso igitur triennio in vita Ioãnis patrui acto rum a die alienati fundi sequitur, quod amplius non sit locus retractui ex forma statuti intentati, cuius fauori, & iuri ex eo competenti ob lapsum temporis ad retrahendum concessi, renuntiatum intelligitur a vicino tacente, vt in hac specie tradit Castr. consil. 351. in fin. & consi. 430. sub numero primo libro secundo.

10 Nec de restitutione in integrum aduersus Triennij cursum tractari posse videtur, quia siue petatur ex capite ignorantiæ, siue ex capite impedimẽti, ea denegari potest ex eo solum, quod statutum comprehendit vtrumque caput in assignatione termini, vt supra probatum est. Nã qñ statutũ facit mentionẽ de his, quibus a iure communi conceditur restitutio in integrum, videtur eam reijcere, & ab ea excludere personas, quæ alias ad illam admitterent, vt post Bald. & Anchar. consuluit Alexan. consi. 165. nume. 5. versiculo, superest videre lib. 6. ultra quod ignorãtia probabilis non est, nec impedimentum legitimum extat, nec alia iusta causa subest, vt dicendum sit locum esse petitæ in integrum restitutioni; quinimo totum contrarium ex processu apparet, vt deducunt Dominus Frãchinus, & omnes consulentes pro conuentis ad quorum dicta me remitto.

Illud tamen addam, quod cum scientia ex coniecturis probetur, Bald. consi. 392. num.
11 1. primo libro primo, Anchar. quæstio. 63. numero secundo, libro primo, qui alios refert, tot, ac tantæ concurrunt præsumptiones, & verisimilitudines ad arguendam scientiam Ioannis de alienatione facta, vt impossibile videatur, quod eius fuerit ignarus, nec opus est ipsas coiecturas recẽsere, cum ad plenum colligantur ex positionibus, articulis, & scripturis productis per Reos, ac attestationibus Testium pro eorum parte examinatorum.

Non etiam prætcrea circa impedimentum al
12 legatæ infirmitatis dicti Ioannis, quod cũ tẽpus esset continuum, vt superius deductum est, posset attentari, quod debuisset protestari, ne sibi lapsus eiusdem temporis noceret, quod cum non fecerit, sibi præiudicasse videtur. Felyn. in capitul. ex transmissa, sub nu. 7. limitat. tertia, versiculo, non tamen omitto, de præscrip. & in capit. venerabilis sub num. item 7. in secundo casu, de iudicijs. Paris. cõsil. 124. num. 3. libro primo, Bard. loco citato
13 capitulo 9. numero primo, & tertio, vel saltẽ si hoc non procedat in impedimẽto ex persona ipsius impediti, qui actum facere debet, pu

ta

ta carceris, vel infirmitatis, pro vt in casu isto vt per Felin. in d. ca. ex transmissa, in dicta tertia, limitat. num. 7. in princip. & in d. cap. venerabilis, sub dicto numero 7. in 3. casu, videbatur probandum, quod cessante impedimento, & sic infirmitate, ipsum actum fecisset intra tempus a statuto terminatum, vt sentit Felin. in d. capit. ex transmissa, in dicta tertia, limitat. & & in d. c. venerabilis, sub d. nu. 7. & bro primo, consi. 12. num. 21. vbi alios adduin 2. limit. firmat expresse Ioan. Petr. Surd. licit. & hanc esse communem opinionem attestatur.

14 Additur, quod generale est, & commune in omni restitutione a quocumque petita, & ex quouis capite, ut non concedatur, nisi læsio concludenter probetur, vt habetur per Io. Petr. Surd. consi. 95. num. 3. libro primo, quæ quidem læsio in causa hac nō apparet saltem legitimè.

Nec existimo agentes posse iuuari ex ea statuti parte, quæ loquitur de alienatione facta clam, & occulte, & in fraudē, ac malitiose in quo casu non currit triennium, nisi a die scientiæ ipsius alienationis, vel detectæ fraudis; quoniam cum instrumentum sit factum,

15 in ipsa Ciuitate Cortonę, & rogatum per publicum Notarium eiusdem Ciuitatis, & coram testibus de iurisdictione, & statim emptor adeptus fuerit actualem rei possessionē; potueritque id totum de facili, & inconinenti sciri per omnes, & præcipue per Ioannem, & fratres in communione exiltētes, & in eodem loco commorantes, & agrum vicinum possidentes, illum scilicet, ob cuius vicinitatem præsens lis vertitur, non videtur alienatio clandestina, & occulta, sed potius, ut palā, & publice facta habenda est; vt ex his, & aliis rationibus probant, qui partes Reorum tuentur, quorum dictis placet addere Bal. hæc ea dem probantem consilio. 148. numero 13. libro primo, & consi. 447. numer. 3. 4. lib. 5. Et quando aliqua extarent, ex quibus posset de fraude suspicari, ea tamen cessarent ob alia;

16 quę ipsam fraudem excludunt, cum una pręsumptio tollat aliam. l. non solum. §. de vno, ff. de rit. nupt. & l. diuus, ff. de in integr. restit. & præsumptio exclusiua delicti pęponderet præsumptioni delictum includenti per regulam l. merito, ff. pro Soc. cum sua materia, ita vt potius pręsumatur error, quam malitia, ut notat Bald. in l. 2. in primo notabili numero primo, C. de err. Aduocat. quem ibi sequuntur Castr. & Roma. vterque in prin. & idem Castr. in terminis nostris consil. 430. nume. 1. in fi. lib. secundo, & vbi etiam aliqua fraus considerari poset, quod nō admittitur, cum tamen re ipsa pateat negotium verisimiliter statim peruenisse ad notitiam Ioannis, & fratrum in communione existētium, & agrum conuicino fundo alienato possidētium, quorum aliqui adhuc in humanis sunt, non videtur amplius agendū de retractu per filios propter lapsum tēporis in vita Patris, quia sufficit scientia præsumpta ad excludendū vicinū a iure Congrui, & simili, vt in indiuiduo ex

17 pluribus concludit Dec. consi. 232. numer. 5. post versiculū, cum ergo in casu isto, quod ex ipso statuto bene perpēso percipitur, dum in eadem materia alibi statuit terminum etiam absentibus, quos certum non est habere veram scientiam eius, quod fieri intenditur, etiam quod in patria ad domos eorum primæ habitationis notificatio dimittatur, quæ pluribus ex causis ad aures ipsorum de-

18 uenire sæpe non solet, facit, quod dicitur de quadriennio concesso ad petendum restitutionem integrum, quod & si sit vtile, & non currat nisi scienti, tamen ad hoc, vt currere incipiat, sufficiat scientia præsumpta, ut habetur per Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 115. & 115. & 116. quod ex superabundanti dictum sit. Anno 1588. Florentiæ.

EPITOME.

De compromisso oretenus facto in amicos communes, & amicabiles compositores, & de eorum laudo nullo iuris ordine, & absque citatione partium lato, quod habeatur tamquam latum ab arbitratoribus, & ante Annos triginta non transeat in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Compromisso facto in Amicos communes, & amicabiles compositores, si electi procedant de facto, & nullo iuris ordine seruato, & eodem modo causam expediant, ut arbitratores fecisse dicuntur, et non ut arbitri, & maxime si ex statuto partes com promittere non tenebantur. & numero 2.*

3 *Arbitratorum diffinitio non est propriè sententia, sed dicitur laudum, nec cadit tacita emologatio per lapsum decem dierum, sed perpetuo vsque ad Annos xxx. potest peti reductio ad arbitrium boni viri, nec antea transit in iudicatum.*

4 *Executio ante rem iudicatam peti non potest.*

5 *Laudi executionem petens, debet eius iustitiam docere, ubi pars contra illud de iniquitate opponat, maxime vbi aliquid deducitur, quod illius iniustitiam tangat.*

6 *Actor ad iudicium debet accedere instructus. Et ideo succumbens debet tanquam temere litigans condemnari in expensis, ibidem.*

CON-

CONSILIVM XLI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Viso, & bene perpenso processu litis vertentis inter Horatiũ Luçe de Ceis de Calci Agentẽ ex vna parte, & Ioannem Iuliani pariter de Ceis conuentum ex altera: Dixi partes Magnifici Domini Prætoris Cascinæ esse in absoluendo dictũ Ioannẽ a petitis per dictum Horatium, condemnando eundem Horatium in expẽsis per dictum Ioannem legitime factis earum taxatione reseruata, cui de iure competit

In hanc autem sententiã veni, quia dictus Horatius nimis proprè agit pro executione laudi in actis producti, vt Ioannes annullet per publicum instrumentum donationem si 1 bi alias factã ab ipso Horatio, eo sub prætextu, quod dictum laudum trãsitum fecerit in rem iudicatam, quod minime verum est. Cum enim in præsenti casu compromissum non fuerit scriptum, sed ore tantum factum, & tres viri electi veluti amici communes, & amicabiles compositores deuenerint ad causæ expeditionem de facto absque citatione partium, nullo iuris ordine seruato, & nihil penitus in scriptis redacto præter ipsius Causæ diffinitionem per priuatam scripturam apparentem, clare resultat nos versari in arbitratoribus. Barto in l societatem. §. arbitrarum num. 7.8.ff. pro socio, & ibidem Bal. in lectura antiqua nu. 3. & Floria. nu. 11. Rom. in l. si de meis cum tribus legibus sequen. nu. 2. versic. nota, in §. recepisse, ff. de arbit. Matant. de ord. Iudic. in quarta part. princip. in 14. distin. sub num. 2. 3. quod etiam procederet, quando tales electi potuissent esse, & Arbitri, & Arbitratores, nam procedẽdo modo iam dicto iudicari deberent arbitratores, & non arbitri, cũ modus ille arbitratorib. & non arbi- 2 tris conueniat Bar. in d. §. arbitrorum n. 12. et ibidem Floria. num. 53. Roman. in Rubr. ff. de arbit. num. 49. quod maxime videtur admittendum non constito ex actis, quod ex iuris municipalis forma litigatores ex aliqua causa debuissent de eorum controuersijs in Arbitros compromissum facere.

3 Cum ergo casus iste versetur in arbitratoribus, sequitur, quod eorum diffinitio dicatur laudum, nec sit sententia, nec in eo cadat emologatio tacita per lapsum decem dierũ, sed perpetuo potest reduci ad arbitrium boni viri, & ante cursum triginta annorum nõ transit in rem iudicatam. Bald. in d. §. arbitrorum, ante nnmerum ertium, & in l. secunda in prima lectura ad finem, sub nu. 2. & in secunda lectura in prin. num. 1. ff. de arbit. & in l. fi. num. 34. versi. quæro vsque ad quod tempus, C. de contrah. empt. Alex. consil. 95. sub num. 15. versi. sed tenendo lib. 2. dicens hanc esse commnnem opinionem, & secundum eam iudicari debere, Cepol. consil. ciuil. 29. num. 15. versic. sed tertio est considerãdum, dicens pariter esse communem, Io. de Anan. consi. 16. num. 12. uersic. restat nunc, aiens in hoc non esse multum insistendum, quia est communis opinio Canonistarũ, & Legistarum, a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Socin. consi. 220. nu. 5. versi. sed contra hanc reductionem lib. 2. aiens esse magis communem opinionem Doctorũ, & tenendam. Dec. consi. 39. sub num. 6. vers. et prædicta reductio, affirmans esse communem, & propterea de hoc vlterius non esse laborandum, & secundum eam iudicasse Consilium Neapolitanum, refert Afflict. decis. 132. eamdem etiã opinionem amplectũtur Feli. in c. quo ad consultationem ad fi. nu. 34. de re iudic. attestans de communi, Marãt. de ordin. iudic. in 6. par. princ. in 2. actu, tit. de appel. num. 112. versic. primo igitur quæro, dicens esse ueram, & communem, cui adhæret postea etiam num. 256. & iterum num. 260. Blan. in trac. de compromissis. in decima q. de appellat. & reduction. de arbitr. boni uiri, num. 18. ver. secus autem est, & Balb. in trac. de præscrip. in tertia part. quartę partis principalis, quæst. 33. nu. 2. affirmans esse communem, & verissimam.

Frustra itaque ante rem iudicatam de executione tractauit Horatius iuxta text. in l. 1. 4 C. de execut. rei iudic. neque impedire potuit Ioannem, quin se petitioni illius opponeret, & donationem sibi rectè factam. & alia, iniquitatem laudi, vbi ualidũ esset, de quo agere non expedit, denotantia ostenderet, contra quæ cum nihil ad ipsius laudi iustitiam demonstrandam deduxerit Actor, iam consequens esse videtur, ut petitam donationis cã 5 cellationem virtute dicti laudi obtinere non possit, & cum esset Actor, qui antequã ageret, certus esse debebat de iuribus suis, succũbendo tanquam temere litigans debuit in expensis cõdemnari, Doctor. in l. eum quem temere, ff. de iudic. & in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. vbi præcipue Dec. num. 5. & ad fi. nu. 12. & Cagnol. ad fi. num. 26. et Canonistæ in c. finem, de dolo, et contu. Anno 1588. Florentiæ.

XPI.

mini Iacobi, & etiam ueluti procurator dictæ Dominæ Iuliæ, nam utroque modo debebat intentionem suam ante capturam iustificare, ostendendo instrumentum donationis, seu cessionis, vt in puncto tradit Anchar. Regien. quæst. 3. num. 15. & seque. libro 2. & fidem faciendo de mandato, maxime quia generale nō sufficiebat, sed requirebatur speciale, vel saltem cum libera, vt in indiuiduo concludit idem Anchar. d. quæst. tertia, numero 18. 19. post Roman. d. consi. 241. num. 11. ex quib. clare infertur, quod cum nec ante, nec post capturam ostensum fuerit aliquid ius dicti Alexandri, nomine quo agit, in debito petito contra dictum Tiberium, quie 5 quid actum fuit, nullum extitit, vtpote factū ad instantiam eius, qui sine actione expertus est, ut in istis terminis dicit Roman. d. consi. 224. num. 5. uersic. quod autem nullum fuerit. Et quamuis hoc solum ad Victoriam sufficiat Tiberio, nihilominus ex abundanti placet animaduertere, quod cum instrumētum locationis non sit factum, nisi pro quatuor Annis pro mercede librarum octo singulo anno, & sic in totum pro integro quadriennio pro libris triginta duabus, non poterat agi executiuè pro libris Centum, & quatuor vigore cuiusuis statuti dantis executionem simulibus instrumentis contra personam Cōductoris, quia licet pro alijs sequentibus an- 6 nis post lapsum annorum quatuor in instrumento contētorū dici possit fuisse factā tacitā reconductionē, cuius vigore ad eamdem mercedem annuatim obligatus fuerit Conductor iuxta l. item quæritur, §. qui impleto, cum l. sequent. & ibi notat, ff. loc. tamen pro ipsa tacita reconductione non potest tentari via executiua vigore statuti prędicti, quod intelligitur concedere executionem pro his tātum, quæ continentur, & expresse leguntur in instrumento locationis, nō autem pro his, quæ in eo non videntur, sed extrinsecus veniunt, & subaudiuntur, vel alio modo virtualiter, & intellectualiter comprehendūtur, vt in terminis dicit Bald. in l. legem sub num. 1. 2. 3. C. locati, quem sequitur Ias. in l. certi conditio, num. 21. uersi. punctus est, ff. si certum petat. & ita etiam tenere videtur Dec. ibidē num. 8. dum simpliciter adducit Baldum in d. l. legem, & cū hac opinione transit expresse Afflict. dec. 365. nu. 15. uer. nō tamen, & eā etiam approbat Ias. consi. 49. sub num. 2. ver. secundo dicitur lib. 3. quia tamen alia via cō- 7 sultum esse potest iuribus dicti Alexandri dicto no. pro mercede locationis dictę domus tam ex expressa, quam ex tacita conductione, & poterit in alio iudicio probare de iure D. Iacobi translato in ipsum, vel in D. Iuliam, debuerunt eidem reseruari iura alias expetiendi, & petendi, quod sibi dicto nomine deberi pręsupponit per l. Bebius in fi. cum ibi notat. ff. de pact. dotal. & not. per Crauett. cō- 8 sil. 210. num. 8. versi. ex præmissis. In expensis autem debuit dictus Alexander condemnari, veluti agens temere, & in hoc iudicio indebite uexans dictum Tiberium l. eum quem temere, ff. de iudic. l. properandum, §. fin autem alterutra, C. eod. tit. cum vtrobique notat. per glos. & Doct. et per Canonist. in c. finē litibus, de dolo, & contum. & sentiunt in pro posito dicta per Alexan. d. consi. 19. in fi. nu. 5. lib. 3. Anno 1588. Florentiæ.

EPITOME.

Quod Pater tenetur dotare filiam, etiam quod sine Dote, & eo inuito nupserit, dū modo non indigno, & quod hoc onus transit ad filium hæredem stante statuto, quod masculi succedant exclusis sororib.

SVMMARIVM.

1. *Pater tenetur dotare filiam de propria substantia, nec excusatur filia habente de proprio, unde se dotare possit.*
2. *Filia iam nupta sine Dote, an constante Matrimonio possit cogere Patrem ad eam dotandam, amplia, ut num. 4.*
3. *Maritus, qui gratis uxorem accepit, non potest petere Dotem, tamen uxor eius potest implorare officium iudicis, ut a Patre congruè dotetur.*
4. *Filia, quæ sine consensu Patris, eo inuito nupsit sine Dote, potest nihilominus cogere Patrem ad eam dotandam, dummodo non nupserit indigno.*
5. *Pater cogitur dotare filiam, quæ sine Dote nupsit non indigno, inuito ipso Patre, maxime si viro ipsa Dotem promisit.*
6. *Onus paternum dotandi filiam transit ad filium hæredem Patris, stante statuto, quod solus masculus succedat, exclusa sorore.*

CONSILIVM XLIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VISIS litteris Magnifici Domini Prætoris Santi Terrentij cum processibus agitatis in causa mota per D. Felicitā Ioannis Antonii Vxorem Ioannis Francisci olim Vincentii de Santo Terrentio contra Marchinum dicti Ioannis Antonij filium, & hæredem, & mature consideratis considerandis, existimaui partes dicti Domini Prætoris esse in condemnando dictum Marchinū Reum conuentum ad constituendam Do-

tem congruam, & competentem dictæ D. Felicitæ eius sorori, & eam illi tradendum iuxta liquidationem in executione sententiæ faciendam tam ex deductis, quam ex deducendis.

1 Ad ita referendum motus fui, quia paternum est officium dotare filiam de propria substantia.l.qui liberos,ff.de rit.nupt. l. obligamur §.lege,vbi gloss.ff.de act. & obliga.& l.fin.C.de dot.promiss.nec ab eo onere excusatur Pater,filia habente de proprio, unde se dotare possit, quia adhuc de suo filiam diuitem dotare tenetur,quicquid dixerit Bartol. in l.mulier,§.cum proponeretur, ff. ad Trebelliã.& alij eum sequentes in varijs locis, vt est text.in l fin.C. de dot. promiss. & ibi hoc notant gloss.in verbo intelligi in fin. Bald.in prima,lectura numero quarto, & in secunda lectura num.1.2.Alexand.consi 7. num.10. in fine,libro secundo,& in d.l. mulier,d.§.cũ proponeretur,num.16.versicu. item adde,ff. Trebellian.& in l.1.nume.12.ff.solut.matrimon.& ibidem Roma. in prima lectura sub num.9.in fine.Soc.nume. 47.48.versicul.sed tu,& Rip.num.54.post versic.tertium priuilegium.Soc.consi.57.num.3.versicul.probatur,libro quarto,Ias.consil. 133.numero 12, versicu.& sic patet,libro 4. & in Authen.res quæ,nu. 17.uersi.tertio,fortius, C.commun. de lega.& in §.fuerat,num.100.versic. ad ista instituta, de act.& est opinio communis, & verior secundum Rip. supra citatum, quod etiam fatetur Ias.in eadem l.prima sub num. 25.versicu. adde quod habes,licet ibi sibi ipsi contrarius legendo,& consulendo,vt ex recitatis locis apparet, sequutus fuerit opinionem Bar.

2 Et quamuis non desint, qui velint filiam iam nuptam sine dote non posse constante matrimonio cogere Patrem ad eam dotandam,quia cesset ratio propter quam Dos cõstituenda erat,scilicet vt nubere posset,sequuti Barto.in d.l.obligamur d.§.lege, ff.de act. & obligat.tamen veritas est,quod adhuc talis filia compellere potest Patrem ad constituendam sibi Dotem, vt melius a viro tractetur,& ab eo non spernatur, secundum gloss. in d.§.lege, quam sequuntur Bald. in dicta l. prima,ff.solut.matrim.sub num.13. versicu. sed si nupsit,& ibidem Imol.num.10.11.Roma.in prima lectura,in tertia, quæstione numero 7.& in secunda lectura num. 6. versic. sed an si est nupta,Cast.in l.si socer,sub num. 4.ff.solut.matrimo & in dicta Auth.res quæ num.7.versi.sed pone,& ibidem Ias. numer. 14. & sequent. respondens adductis in contrarium,& Corn.sub num. 10. versicul.item si Pater,& ante eos Bald.num.10.versic.quæ ro Pater viuent. Alexan.d.consi.7.sub nume. 10.versic.fortius,Ias.in Authen. præterea,C. vnde vir,& vxor.num.8.dicens,ita tenere gl. communiter approbatam in dic. §.lege, & quod licet Barto.ibi eam reprobet,ramen a-

3 lij eam sequuntur, † subdens quod licet Maritus,qui gratis vxorem accepit, Dotem non petat, tamen filia potest implorare officium iudicis,ut a Patre congrue dotetur,quam rationem etiam adducit Cas.in d.l. si socer,sub numero quarto,& sequitur Alex.d.consi.7. sub num. 11.versic.& in specie, eamdem opinionem amplectantur etiam Soc.d. consilio 57.sub num.2.lib.4.attestans de magis communi,& veriori.Ias.in §.fuerat,num.97.vers. non obstant,Instit.de actionib. & Ripa attestans de magis communi in d. l. prima num. 55.& sequentibus,versi.quæro igitur primo.

4 Quod videtur procedere,etiam si Patre inuito nupserit filia,vt concludit Cap.Tolo.deci. 289.in princ.Bald.in d.l.prima,ff.solut. matr. sub num.13.& ibidem Imol.nu.10. 11.Alexan.d.consil.7. num. 10,ver.fortius, & Ias. in dicta Auth.res quæ,num.15.ver.secundo facit, & alij infra statim citandi, dummodo tamen non nubat indigno Cap.Tolo.d. dec. 289.post princ.& ibi etiam Aufer.in additionibus.Roman.in d.l.prima,ff.solut. matr.in prima lectura in prima quæst.num.5. versic. quæritur,& in secunda, lectura num. 5.vers. sed an cum diximus.Soci.d. consil. 57.sub num.2.lib.4. & Rip. dicens esse magis communem opinionem in d.l. 1.ff.solut.matr.nu

5 mero 57.vers.secundus casus est,licet hoc casu facilius,& de omnium scribẽtium consensu procedat conclusio prædicta, quando filia dotem viro promisisset,quasi quod tunc vtiliter gesserit negotium Patris,qui ideo Dotẽ soluere teneretur,vt firmat Aufreri. in additionibus ad dictam decisionem Cap. Tolos. 289.ver.aut elegit dignum,vel non dignum, & concludit etiam Ripa in d.l.prima,ff.solu. matr.nu.57.in 2.casu, ubi etiam idem tenuit Imol.sub num.11.uer.& hæc intelligitur uera,de quo ulterius loqui nõ expedit,cum hic consensus Patris non adfuerit,sed imo is ipse fuerit, qui filiam matrimonio copulauerit, cui propterea Dotem congruam dare tenebatur,et quod nullam ei, aut viro promisis-

6 set,ut prædictis apparet. Quibus hoc vnum addam,quod tale onus ad dictum Patrẽ spectans dotandi filiam transiuit ad Marchinũ eius filium,& hæredem, qui illud adimplere tenetur,& absque aliquo dubio, quando ex statuto veluti Masculus succedit solus Patri, exclusa sorore ueluti fœmina,vt habetur per Castr.in d.l.si socer,sub nu.4.ff.solut. mat.& latius ostendit d.cõs.Soc.57.n.4.cũ seq.lib.4. & firmat etiam Rum.consi. 200. num. 4.lib. primo. Anno 1588. Florentiæ.

E P I-

EPITOME.

De Cautione præstanda a fideicommissarijs, & legatarijs de restituendo alijs fideicommissarijs, & legatarijs ea, quæ Testator iussit, & qualiter, ac quando danda sit, & an grauatus tantum intelligatur tacite vocatus, & de expensis pro celebrandis diuinis officijs singulo Anno pro Anima Testatoris soluendis a fideicommissario de fructibus bonorum pro illo tempore, quo possidet.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommissarius, & legatarius tenentur cauere de dando alijs fideicommissarijs, & legatarijs ea, testator mandauit quando est ei facta per grauatum, & non antea.*
2. *Actiones contra fideicommissarium ad fideicõmissa non dantur, nisi dumtaxat post restitutionem.*
3. *Substitutio non præsumitur, & ideo qui dicit se fuisse substitutum probare debet.*
4. *Grauatus tantum ad celebrari faciendum singulo anno unum officium diuinum una cum hærede instituto, aut substituto, an tacite censeatur honoratus, & uocatus.*
5. *Verbum successores prolatum a testatore, & non appositum in uocatione, sed tantummodo in grauamine celebrationis alicuius officij diuini, non arguit uocationem.*
6. *Grauatus tantum, & non vocatus expresse, vocatus non dicitur, præsertim quando persona grauata non est in conditione posita.*
7. *Grauatus ad celebrari faciendum officium pro anima defuncti non intelligitur uocatus, ex quo dicitur grauatus in præstatione eius, quod non est in patrimonio.*
8. *Verbum successoris est appellatiuum, & non proprium nomen, & ideo si successor est grauatus, non dicitur uocatus, ex quo necesse est, quod quis habeat successorem.*

   Grauamen alicui impositum per nomen certum, licet non inducat uocationem, tamen substinetur. ibidem.
9. *Expressum dicitur quod tacite inest, & ideo onus alicui iniunctum transit in eius hæredes, & successores.*
10. *Onus quale sit iniunctum fideicommissarijs, si ambigitur, & necessaria declaratio.*
11. *Expensæ pro celebrandis diuinis officijs iuxta onus a testatore iniunctum, sunt soluendæ a fideicommissarijs de fructibus bonorum pro illo tempore, quo bona possedit.*
12. *In legitima debita filiabus testatoris monialibus cõputantur data Monasterijs pro ingressu.*

    Datum pro ingressu Monasterijs, filiabus, habet nomen Dotis, & vulgari sermone appellatur Dos.
13. *Pater tenetur dotare filiam uolentem ingredi Monasterium.*

CONSILIVM XLIV.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi commissa ad referendum de iure per M.M.D.D. Priores populi, & Vexilliferum Iustitiæ Ciuitatis Pistorij, putaui non esse locum petitioni factę per D. Cõstantiam filiam quondam Francisci de Butis & Vxorem Iosephi de Vexis contra sororem Faustinam, & sororem Clementiam Moniales eius sorores Germanas, 1 † Quoniã & si fideicommissarius, & legatarius teneatur cauere de dando alijs fideicommissarijs, & legatarijs ea, quæ eis dare testator mandauerit. l. 1. §. non solum. l. si ex causa, & l. etiam §. primo, ff ut lega. vel fideicomm. nom. cau. & hoc quando facta est ei restitutio per grauatum, & non antea dicto §. non solum, & dicta l. si ex causa, & glos. in dicta l. etiam, dicto §. primo, cum post restitutionem dumtaxat in eum dentur actiones ad fideicommissa, & 2 legata, glos. in dicto §. non solum, leg. prima, §. fin. ff. ad Trebellian. l. 2. l. fin. C. eodem tit. & ubique glos. & Doctores, tamen non videtur subesse fideicommissum iniunctum Monialibus, pro ut nec dictæ D. Constantiæ 3 filiabus dicti Francisci, quia non legitur in testamento aliqua substitutio eis facta, quod videtur sufficere ad exclusionem dictæ Dominæ Constantiæ agentis, nisi ipsa aliud probet, Paris. consi. 24. numero 21. libro quarto. Crauett. consi. 161. numero 16. Rolan. cons. 18. numero septimo, consi. 23. numero primo, consi. 30. numero quarto, consi. 34. numero tertio, consi. 38. nume. 11. consi. 43. numero 16. 17. cons. 97. colum. prima, & secunda, libro quarto, post Soc. consi. 62. columna tertia, sub numero quarto, uersicul. & in pri- 4 mis, libro 3.

Nec dicatur, quod onus celebrari faciendi singulo anno in perpetuum unum officiũ pro defunctis, sit iniunctum non solũ filiab. Francisci, sed ẽt earũ successorib. & quod proinde ueluti grauatæ intelligũtur uocatæ per no. per Barto. in l. centurio, nu. 37. ff. de vulg. & pupil. substit. quoniam uerba testamenti

non ita sonare videntur, sed loquuti de successoribus dicti Francisci eorum patris: & ubi etiam intelligerentur de successoribus dictarum filiarum, non tamen per hoc sequeretur, quod dictis filiabus facta esset substitu-
5 tio, † Primo quia verbum successores non est appositum in uocatione, sed tantummodo in grauamine celebrationis officij, ex quo vocatio argui non potest, & quicquid dicat
6 Barto. magis communis opinio est, quod ex sola grauaminis appositione non inducitur vocatio, ut post alios antiquiores firmant Clar. in §. testamentum, quæstio. 78. vers. sed quicquid. Cephal. consi. 17. num. 17. Roland. Rolan. consi. 51. num. 11. lib. 3. Gabr. tit. de fideic. conclu. 4. num. 18. & præsertim quia nõ cõcurrit in hoc casu, quod personæ, quæ pretenduntur grauatæ, sint positæ in conditione Ruin. consi. 113. libro secundo, consi. 167. numero quinto, libro tertio, Rip. in d. l. Centurio numero 166. ad fin. ff. de vulg. Mantic. de coniect. ultim. voluntat. libro 11. tit. 3. sub numer. 2. versicu. uerum plane, & nouissimè D. Ioseph. de Rustic. uir nunquam satis Laudatus, & de Legati scientia optimè meritus in tract. de liber. in condit. posit. lib. 4. ca. 2. in 3. par. sub nume. 1. ante finem f. lio 85. in 2. editione, ubi etiam hũc uerum locum citat.

Secundo quia dictarum filiarum successo-
7 res non sunt grauati, nisi ad celebrationem diuini officij, & sic ad præstationem illius, quod non reperitur in patrimonio, & propterea non potest ex tali grauamine argui uocatio. Ruin. consilio 111. num. 9. lib. 2. & Mantic. loco allegato.
8 Tertio quia hic nõ adest grauamen sub nomine proprio, sed per nomen successoris, quæ appellatiuum est, quo casu grauamen non resultat, ex quo necesse est, quod quis successorem habeat, nec ipsum grauamen in certam dirigitur personam, vt propterea sustineatur etiam, quod quis vocatus non fit. l. si fuerit cum l. seq. ubi omnes Doctores, ff. de leg. 3. & Doct. in l. cum filiosamil. ubi Ias. post alios num. 52. & seq. ff. de leg. primo. & videtur expressum illud, quod tacite inerat, ex quo sine
9 aliqua expressione onus alicui iniunctũ transit in eius heredes, & successores. l. si eius, §. si quis togatus, ff. ad Trebell l. 1. 2. & 3. & pen. C. de hæred. act. & facit regula legis hæredē, cum ibi notatis, ff. de re. iur. & in onere iniuncto per Testatorem legatarijs, & fideicommissariis, est text. in l. vnica §. pro secundo, §. ne autem hoc, et §. ubi autem legatarii, C. de de cad. tollen. & quando in hoc dubium aliquod esset contra prætendẽtem extare fidei cõmissum, quod onus dicitur, declaratio fa-
10 cienda esset. Grauett. consi. 180. in fin. Rolã. d. consi. 34. num. 20. & alij in locis citatis. Expensæ autem factæ per Franciscũ in celebratione Missarum singulis annis, non videntur restituendæ per Moniales dictæ D. Constantiæ, quia veluti onus annuum debuit satisfieri per ipsum Frãciscum fideicommissarium de fructibus bonorum hæreditariorum: ad ipsumque illud spectat pro illo tempore, quo
11 bona possedit absque aliqua repetitione, ut in puncto tradit Castr. consi. 16. nu. 4. ad fi. lib. 2. quem sequuntur Ias. consi. 95. nu. 2. libr. 1. Grauet. consi. 19. sub nu. 16. vers. quod tamen intelligo, & Natta consi. 321. nu. 2. Caterum existimaui iustam esse alteram petitionẽ dictæ D. Constantiæ, quæ intendit, quod dictæ Moniales in consequutione legitimæ eis debitæ in bonis paternis, debeant in eam imputare data Monasterijs pro earum ingressu in ipsa monasteria, quoniam taliter data habẽt similitudinem Dotium, & in vulgari Dotes appellantur, ut in puncto tradunt Barto. in l.
12 prima §. si parens ad fi. ff. si quis a paren. fue. manu. & in l. Titio Centum §. Titio Genero in fi. nu. 8. ff. de cond. & dem. Bal. in l. quoniã nouella in fi. sub num. 10. uer. sed pone, C. de inoffi. testa. Corn. in l. illud, nu. 11. ver. item si Pater, C. de coll at. Rip. in l. in quartam num. 115. ff. ad l. Falc. & ad rem pulcre Nat. in trac. de stat. exclud. femin. in 2. q. principali, n. 53. & seq. uer. 12. quæro hinc dicit Bal. in l. fi. n. 7.
13 uer. 12. quæro, hinc dicit Bald. in l. fi. num. 7. uer. sed pone, C. de dot. prom. s. quod Pater tenetur dotare filiam uolentem ingredi Monasterium, & eum sequuntur addentes ad Bar. in dic. §. si parens, in ultima apostilla. Anno 1589. Florentiæ.

EPITOME.

Quod post publicationem processus super nouis Capitulis, adhuc testes sint admittendi, & quæ dicantur noua Capitula. Et quod beneficium restitutionis in integrũ competens minori, prodest etiam maiori causam communem simul habenti, cuius interesse sit indiuiduum.

SVMMARIVM.

1 *Capitula noua non eadem cũ primis sunt admittẽda in eadem instantia, & inter easdem partes præsertim tendentia ad impugnanda, & declaranda, distinguendaque dicta priorum Testium.*

2 *Probare licet idem, quod probatum fuit, dummodo varietur modus probandi.*

3 *Articulus dicitur diuersus a primo ex additione loci, uel tẽporis, aut alterius circumstantiæ, uel qualitatis, & super eo publicatis Testibus adhuc Testes recipi possunt.*

4 Pu-

4 *Publicatione testium facta, si super aliquo Capitulorum nullus testis fuerit examinatus, Testes adhuc examinari possunt.*

5 *Minor inter plures litigantes maiores post Testium publicationem restitui potest ad examinari faciendum nouos Testes.*

6 *Beneficium restitutionis in integrum, competens minori, competit etiam maiori simul cum eo, causam communem habenti, cuius interesse sit indiuiduum.*

7 *In dubio semper capitula sunt admittenda.*

CONSILIVM XLV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Capitula per Fratres de Donis de Mutiliana 1 producta contra Anibalem de Platea sunt noua, & non eadem cum primis in eadem instantia per eosdem præsentatis, super quibus fuerunt examinati Testes, & eorum dicta publicata, & percunctata, & propterea nō reijciuntur per dispositionem Clem. 2. de testib. & §. quia uero multi in Authen. de Testib. & per communem Doctorum sententiā, de qua attestatur Bellon. consi. 25. in 2. dub. num. 7. sed immo admittitur, ut in d. Clemē. 2 innuitur a contrario sensu, & not. glos. in c. fraternitatis in uerbo nouis in princ. extra de Testibus & est text. apertus in ca. series, & in cap. ex tenore, eod. titu. & præsenti cum tendant ad impugnanda dicta generalia Priorū testiū, & ea declaranda, & distinguenda Soc. in reg. 401. in uerbo Testes fal. 14. & fal. 28. Corn. consi. 27. sub num. 13. ad fin. lib. 3. Cepol. cons. ciuil. 55. colum. fin. uersic. præterea etiam si hoc sciuisset, Capic. deci. 62. num. 2. dicens ita fuisse uotatum per sacrum Consilium, Afflict. lib. 2. constit. Regn. Rubr. 48. in constitutione Iurisperitorum limit. 12. sub num. 6. & alij adducti per Gabr. tit. de Testibus conclus. 21. limit. 7. num. 39. & limita. 2 43. num. 125. & adhuc fortius cum liceat probare idem, quod primo fuit probatum, si varietur modus probandi, quamuis idē in substantia concludatur, Soc. in d. reg. 404. fallen. 20. Gabr. vbi supra, limitat. 46. num. 133. Afflict. ubi supra in 15. limitat. sub num. 7. Rol. a Valle cons. 45. nu. 5. lib. 2. & maxime quando aliquid additur, ut per Gabr. ibidem limit. 56 num. 144. & magis aperte tradit Cornel. cons. 27. sub num. 7. versi. dictus autem Tertius articulus lib. 3. uolens ex additione loci, 3 vel temporis, aut alterius circumstantiæ, uel qualitatis rei in primis Articulis deductæ fieri, ut non idem, sed diuersus dicatur articulus ille secundus a primo, super quo propterea testes admitti debeant, non obstante processus publicatione, quod etiam clare notauit Afflict. in loco citato limitatione 14. sub 7. ante finem, & cum hic non agat, de probando aliquo, super quo primi testes fuerint examinati, non videtur nouæ Testium examinationi obstare publicatio, & percūctatio dictorum 4 priorum Testium, quia etiam quod esset eadem Capitula in indiuiduo, si nulli testes essent super eis examinati, possent post publicationem processus alii examinari, ut ostendit Alexan. consi. 84. num. 8. uersic. ad huiusmodi confirmationem libro 4. & post eum Corn. d. cons. 27. sub num. 13. uersi. nec obstat, quod est contrarius articulus libr. 3. post Soc. in d. reg. 407. fal. 34. & alios, quos refert Gabr. loco citato, limita. 4. num. 120. & ista Conclusio absque scrupulo uidetur procedere in terminis nostris, in quibus adest Petrus Antonius minor, qui beneficio restitutionis in integrum admitti posset ad producendos Testes etiam post publicationem obtentam super eisdem articulis Capel. Tolosan. decis. 248. Soc. in d. reg. 404. fal. 27. & Gabr. ubi supra limitat. 12. numero 47. Roland. a Valle consilio 45. num. 4. & 18. libr. 2. quod beneficium competit etiam maiori communem causam, cuius interesse sit indiuiduum, cum 6 minore habenti, ut ibidem subiungit Gabr. limit. 13. num. 49. & tradit Soc. consi. 110. nu. 1. in fin. & num. 2 lib. 4. glo. in l. unica in glos. fin. uer. si autem esset indiuidua, C. si in communi eademque causa in integr. resti. postu. 7 & in l. 2. in glo. fi. C. si unus ex plur. appellau. Et quādo dubium aliquod esset; in prædictis tamen pronūtiandum esset pro admissione Capitulorum, cum hoc sit minus præiudicia le partibus, ut in specie notant Ias. in l. 1. num. 18. ff. si quis caut. & in Authen. ad hæc nu. 3. C. de iudic. & Neuiz. in Sylua nupt. lib. 6. sub numero 47. uersicu. idem de positionibus, & Capitulis, & ita faciendum esse de iure retuli magnifico Domino Potestati Mutilianæ. Anno 1589. Florentiæ.

EPITOME.

An, & quādo interesse Dotis promissæ ab initio taxatū in contractu matrimonij sit licitū, & quid de interesse summæ propaphernalib. promissæ, & nō solutæ, et aliquid de interesse a lege, aut a statuto, uel a consuetudine taxato, et alijs in hac ma-

teria, & de exceptionibus non adimpleti Contractus ex parte petentis interesse, & illius extinctionis, ex receptione capitalis.

SVMMARIVM.

1 *Interesse Dotis taxatum in Contractu matrimonij pro alimentis, & oneribus Matrimonij, donec Dos promissa soluatur, an sit licitum, vel ne. & num. 2. & seq.*

2 *Interesse Dotis promissæ, & non solutæ, quale sit.*

3 *Taxatio interesse Dotis facta ab initio, donec Dos ipsa soluatur, quando est uerisimilis, & apparet conueniens quantitati veri interesse, sustinetur si non in vim pacti, saltim in vim probationis deducte ex verisimilibus coniecturis.*

4 *Vir lucratur fructus rei sibi pro Dote pignoratæ, quando interesse verisimiliter est æquale dictis fructibus.*

5 *Interesse taxatum a lege ciuili est ad rationem octo pro Centenario inter Mercatores, & sex inter alios, quod in taxatione facta a statuto, uel a Consuetudine uide ibi, & nu. seq.*

6 *Taxatio interesse ad rationem septem cum dimidio pro Dote promissa, donec soluatur, non dicitur immoderata, nec excessiua in illo loco, in quo pecuniæ solent de consuetudine implicari ad rationem eamdem in emptione annorum Censuum.*

7 *In contractibus ultro citroque obligatoriis quilibet contrahentium tenetur pro sua parte adimplere, si vult agere contra aduersarium ex illo Contractu.*

8 *Quis non potest cogi ad promissa, etiam ui iuramenti, si ipse pro sua parte promissa non seruauerit.*

9 *Exceptio non implementi dicitur emanare ex eodẽ instrumento, & obstat aduersario, etiam parte non opponente.*

10 *Promittens Dotem viro, & illius interesse quousque Dos soluta fuerit, non dicitur in mora antequam sibi facta sit cessio iurium a viro, qui eam facere promisit in eodem Contractu. & supra num. 8. & 9. declara ut infra nu. 12.*

Mora cum mora compensatur. ibidem.

11 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur, & dolus cum dolo, & negligentia cum negligentia.*

Interesse Dotium non deberi ob moram nõ soluentis, quando aliqua culpa imputari potest recipere debenti.

12 *Interesse pro Dote non soluta ex quadam æquitate viro debetur, & non attenditur Mora uiri ob non implementum pro parte sua, quando passus est onera Matrimonij.*

13 *Interesse pro dote donec soluatur, an debeatur pro paraphernalib. promissis, & non solutis, si de hoc instrumentum non loquatur.*

14 *Agens ad interesse taxatum pro alimentis vxoris pro Dotium quantitate non soluta, non potest ex illa conuentione agere quoque ad interesse pro paraphernalibus non traditis, pro quibus interesse non est taxatum.*

Executio instrumenti non competit pro his, quæ non leguntur, in instrumento, etiam quod virtualiter subintelligantur. ibidem.

Quod in instrumento non legitur, non dicitur esse de instrumento, etiam quod uirtualiter comprehẽdatur, & subintelligatur. ibidem.

15 *Dotis appellatione paraphernalia nõ ueniunt, nec sub ea comprehenduntur.*

16 *Vir in bonis paraphernalibus nõ habet dominiũ, sed solum est a lege constitutus procurator, & administrator uxoris.*

17 *Interesse pro paraphernalibus, seu Corredis vxoris promissis, si non sit expresse in cõtractu Dotis promissum, non debetur iure actionis, sed officio iudicis tantum, & forte soluta non debetur, ueluti extinctum ex solutione capitalis.*

CONSILIVM XLVI.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN casu mihi commisso ad referendum de iure per Magnificos Dominos Priores Populi, & Vexilliferum Iustitiæ Ciuitatis Pistorij existimaui recte Iudicẽ primum se gessisse in condemnando D. Vincentium Gerium ad præstandum D. Benedicto de Gatheschis interesse promissum dotis non solutæ pro alimentis vxoris, & Onerib. matrimonij suportatis quoniam & si taxatio interesse ad rationem [1] septem cum dimidio pro Centenario singulo anno facta in Contractu Matrimonij ad fauorem D. Benedicti pro alimentis D. Alexandræ eius uxoris, donec Dos promissa Aureorum mille sibi soluatur, secũdum aliquos illicita est, & peti non potest. Anchar. consil. 150. num. 5. & seq. Roman. consi. 520. in primo dubio, Alexand. consi. 61. num. 12. consi. 221. num. 2. 3. 9. lib. 2. consi. 27. nu. 11. libr. 4. consi. 74. num. 14. lib. 5. Soc. consi. 176. num. 3. & iterum sub num. 11. in 4. & quinta difficultate, consi. 179. nume. 1. in tertia conclus. lib. 2. consi. 88. num. 10. 18. 19. consi. 130. nu. 9. 10. 11. 14. lib. 4. Dec. consi. 39. num. 5. consi. 111. num. 5. consi. 116. sub nu. 6. consil. 119. num. 9. 10. & sequent. consi. 167. sub num. 1. consi. 183. num. 3. consil. 322. sub nu. 3. Grat. consi. 11. num. 29. & sequent. lib. 2. Crauett. consi. 87. ad fin. num. 5. Siluan. consi. 10. num. 40. Cagnol. in l. curabit nume. 54. & 55. C. de act. empt. Rebuf. in l. unica, in glos. vlt. nu. 34,

&

& seq. C. de sent. quæ pro eo, quod inter profer. Plot. de in lit. iuran. §. 11. num. 15. dicens hanc esse veram, & communem opinionem & Anchar. Regiens. quęst. 33. num. 2. 3. libro secundo, aiens ita vno ore tradere Doctores, hæcque sententia tanquam tutior tenenda videatur, cum agatur de periculo animæ secundum Soc. dicto consi. 179. sub nu. 1. in 3. conclus. lib. 2. d. consi. 88. num. 18. 19. & dict. consi. 130. sub num 10. libr. 4. quod est idem Consilium cum allegato consi. 179. libro se-
2 cundo, per capitul. iuuenis, extra de spons. cũ similibus. Nihilominus, quod talis taxatio facta per partem in contractu Matrimonij valeat, tenuerunt Roman. consi. 519. num. 6. & sequent. Alexand. consi. 31. nume. 5. 6. 13. 14. consi. 100. num. 4. & sequentibus libro sexto, Soc. consi. 176. num. 4. versiculo, secundo cõfirmo, & versic. quarto adduco, & versicu. septimo confirmatur, libro 2. Dec. consi. 571. in princ. Corn. consi. vltimo, sub nu. 7. & 8. libro 2. consi. 164. sub num. 5. libro 3. Craue. consi. 89. num. 3. & latius consi. 189. sub numero 7. versi. quintus casus, & sub num. 8. versi. circa secundum. Boeri consil. 6. num. 13. 14. & 15. Caballin. in tract. de vsur. quæst. 74. numero 523. dicens hanc esse communem, & veram opinionem, & Couar. lib. 3. Var. resolut. cap. primo sub nu. 3. in 4. illatione, & rursus ca. 4. sub num. 5. in 7. illatione, dicens hoc esse verius. Quæ opinio absque dubio procedere videtur, quando legitime constat in processu, pro vt in casu occurrenti, verũ interesse Mariti ascendere ad summã taxatã Dec. dd. cõs. 39. sub num. 5. in fin. 111. col. fi. num. 14. 116. sub num. 6. ad fi. 119. num. 1. & 1. 167. sub num. 1. & in fin. 183. sub num. 3. & 322. num. 4. Cagnol. in d. l. curabit num. 56. Plot. in d. §. 11. num. 16. Anchar. d. quæst. 33. num. 4. & 5. quod & admittit Couar. d. cap. 4. sub num. 5.
3 in septima illatione, quãdo taxatio ab initio facta est verisimilis, & apparet conueniens quantitati veri interesse, quia tunc sustinetur, si non in vim pacti, saltem in uim probationis deductæ ex verisimilibus coniecturis, vt etiam voluit Cagnol. in d. l. curabit nume. 58. & sequent. & sentit generaliter Caballin. de vsur. num. 35. quibus cõuenit quod idem Couarr. dicit d. cap. primo sub num. 3. versi. quamobrem, & rursus vers. 3. probatur, dum vult tunc virum lucrari fructus rei sibi pro
4 Dote pignoratæ, quando interesse verisimiliter est æquale dictis fructibus, & licet Caball. in d. quæst. 74. sub num. 495. ver. sed exactioris discussionis gratia quæritur, velit taxationem hanc sustineri iuxta metam obscurarũ ab Imperatore definitam in l. eos, C. de vsu-
5 ris, & non vltra, videlicet ad rationem octo pro centenario inter Mercatores, & sex inter alios, & in eadem opinione persistat in taxatione in his casibus facta a statuto, vel cõsuetudine in eadem quæst. 74. nu. 527. Tamen verius est sustineri taxationem, quando ex communi vsu loci fit verisimilis interesse viri quomodocumque, vel ex facili, & frequenti reddituum annuorum redimibilium emptione, vt in taxatione partium dicit Couar. supracitatus, & idem in statuto, & consuetudine taxante in eod. cap. primo sub num. 3. in 7. & in 8. illatione, ut propterea taxatio, de qua agitur, immoderata, & excessiua non di-
6 catur in D. Benedicto iure Consulto attenta consuetudine Ciuitatis Pistorij emendi annuos redditus ad eamdem rationem septem cum dimidio pro Centenario singulo Anno, & inspecto solito ipsius D. Benedicti emẽdi similes redditus iuxta probationes in processu factas. Volui autem quando dictus D. Benedictus teneatur facere cessionem per eũ promissam in eodem contractu Matrimonij
7 ad fauorem promittentis Dotem, cum ex cõtractu vltro citroque obligatorio quis teneatur pro sua parte adimplere, si contra aduersarium vult agere per regulam l. Iulianus, §. offerri ff. de act. empt. & l. ædiles la prima, §. fi. ff. de ædil. edict. latè Rom. consi. 244. nu. 4.
8 † Nec alias ad petita admittendus esset, quia non potest quis cogi adimplere promissa etiam cum iuramento, si a Patre pariter promissa non seruentur, cum non obseruanti non sit obseruandum ca. peruenit il secundo, extra de iur. iur. Roman. alia iura citans d. consi. 244 sub num. 2. Et cum exceptio ista
9 insurgat ex tenore eiusdem conuentionis, & Contractus obstare debuit D. Benedicto etiã parte non opponente. Roman. d. consil. 244. sub num. 5. versic. primo enim: licet putauerim quo ad consecutionẽ interesse vt supra
10 taxati non nocere, quod hactenus promissa cessio non fuerit facta, quasi quod non potuerit agere ad dictum interesse Dotis sibi non solutæ ob moram promittentis, cum & ipse fuerit in mora cedendi dicta iura, & non possit proponere contra partem, quod inciderit in moram, cum ipse pariter fuerit morosus l. si seruum, §. sequitur in fin. ff. de verbo. obligat. Authen. dos data in fin. C. de donat. ante nup. l. nam cum vterque, ff. ne quis eum qui in ius voc. est ui exim. paria enim delicta
11 mutua compensatione tolluntur. l. viro, atq; vxore, ff. solut. matr. & dolus cum dolo compẽsatur l. fin. §. pe. ff. de eo, per quem fact. erit, & eodem modo negligentia cum negligentia, l. si ambo in princ. ff. de compensat. & pœna cum pœna, l. cum pat delictum, §. fi. ff. de reg. iur. ca. constitutus extra de pœnis, & traditin puncto Alexan. consi. 31. num. 4. libro 6. & optime seruiunt notat per Castr. consil.

11. in

11.in 3.dub.num.4.libro primo, & per Soci. consi.126.in 2.dubio nume. 5.lib.1.volentes non deberi interesse Dotium ob motam nō soluentis, quando aliqua culpa imputari potest recipere debenti.

12 Quoniam primo dici potest nullam in D. Benedicto considerari posse Moram, cum promissio illa tempus aliquod determinatū non habeat, nec ad eam implēdam fuerit un quam requisitus.

Secundo dicitur, quod dictum interesse debetur ex quadam æquitate, & non attendi tur mora viri in non adimplendo promissa pro parte sua, cum per dictum non adimplementum non fuerit, quin nihilominus Mari tus passus fuerit onera matrimonij. Nec pars possit allegare se de hoc aliquod damnum sensisse, ut formaliter respondit Alex.d.cōsi. 31.num.18.lib.6.sequitur Soc.consi.176.nu mero 1.4.& 11.in 3.difficultate, lib.2. consil. 88.in prin.& iterum num.17. versicu.tertia, difficultas lib.4.Corn.consi.145.num.8.cōs. vltim.sub num.8.versicu.nec obstat tertium argumentum lib 2.

13 Cæterum in eo, quod respicit summam pro Corredis, seu bonis paraphernalibus vxo ris promissam dicto D. Benedicto, præfati iu dicis sententiam, qui etiam pro illis interesse ad rationem septem cum dimidio pro Centenario singulis annis dixit, non sequendam esse duxi, sed improbandam, nam cum D. Be nedictus agat ad taxatum interesse ex conuē tione, vt in eius libello, & ita etiam se agere postea in alia scriptura declaret, & in conuen tione nulla de hoc habeatur mentio, sed solū de alimentis pro Dotium quantitate non so-

14 luta tractetur, Non videtur, quod tale interesse obtinere potuerit, quia quod non legitur in instrumento, non dicitur esse de instrumē to, nec eius vigore exequi potest, etiam quod extrinsecus ueniret, & subaudiretur, vel alio modo virtualiter, & intellectualiter compræ henderetur Bal.in l.legem, num.1.2.3.C.locat. & in l. generali in vltimo notabili nu. 4. C.de sacrosanct.eccles. Ias.in l.certi condirio num.21.ff.si cerr.pet.& consi.49.sub nume. r.lib. Afflict.decis.365.num.15.

15 Nec dici potest, quod sub nomine Dotiū de paraphernalibus etiam dicatur actū, quia ea non veniunt appellatione Dotis, nec sub ea comprehenduntur, Alex. consil.36.num. 5.& 6.lib.6.Dec.consi.521.nume. 3.quod ex alio ostenditur, nam cum Aurei ducenti fue rint promissi in tot rebus mobilib. ad usum mulieris destinatis per communes Amicos æstimandis, & non in pecunia numerata vi-

16 ro persoluenda, nō potuit Dominus Benedi ctus agere ad interesse ob non factam talium rerum traditionem proprio nomine, cum in istis bonis paraphernalibus nō habeat vir dominium, sed solum sit a lege constitutus Procurator, & administrator vxoris, & eanō prohibente possit uti talis agere l.si ego, §.do tis autem causa, ff de iur.dot. l. hac lege, & l. fin.C.de pact.conuent. & ubique notant gl. & Doct. Alexand.consi.144.nu.5.lib.5.Dec. d.consi.521. num.2.& 4. Accedat quod cum dictus D. Benedictus in ipsomet libello fatea tur expresse se recepisse dictos aureos 200. pro Corredis promissos, & idem alibi in pro cessu repetat, non potest modo ad interesse

17 pro dictis Corredis agere, quia cum illud nō fuerit sibi expresse promissum, licet alio iure sibi debitum esset, ut prætendit, cum tamen cessante conuentionali obligatione, deberetur non iure actionis, sed officio tantum iudicis, forte soluta, & nulla eius ratione habita, non potest amplius peti veluti extinctū ex solutione capitalis, ut tradit Alciat.de præ sumpt.reg.prima præsump. 32.nu.8. & ante eum ita senserunt Bald.in l.fi.§ præterea, numer. 5.& seq.versi.ibi etiam, C.de iur. dot.in prima lectura. Iaso.in l. Centum Capuæ, nu. 6.& in l.fin.num.3.& 4.& seq.ff.de eo, quod certo loc.& in l.prima num.2.& seq.C.de in dicijs. Anno 1589. Florentię.

EPITOME.

De statuto Cortonæ Ciuitatis Dominij Florentini, quod vendens rem immobilem teneatur prius requirere Agnatum, quod non comprehendat forenses habentes ibi bona, & ea vendentes irrequisito Agnato itidem forensi, maxime si vendant Ciui Cortonensi: & an statutum hoc de retractu sit odiosum, vel fauorabile: & qualiter statuta ligent, vel non ligent forenses.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Cortonæ cap.4.libro secundo, Rub.quod quis vendere, vel emere rem immobilem cogi possit, non comprehendit forenses, sed tantum Cortonenses.*

2 *Forensis habens bona in Territorio Cortonæ potest ea uendere irrequisito ipsius Forensi fratre, uel Agnato: nec statutum Cortonæ de Retractu ei opitulari potest.*

3 *Statuta regulariter non ligant forenses in concernentibus eorum damnum.*

4 *Statutum sicut non porrigitur ad forenses in eorum damnum, ita nec eos comprehendit in concernentibus*

tibus eorum fauorem.

5 *Forensis, qui non habitat, nec subijt onera, & grauamina in loco statuti, cuius auxilio nititur, non potest uti eo pro se, nec contra se præsertim contra Ciues, et subditum statuentium.*

6 *Statutum intelligitur voluisse prouidere suis Ciuibus, & subiectis, non autem extraneis contra ipsos Ciues, & subditos.*

7 *Inducta ad fauorem non debent contrarium effectum operari.*

8 *Forensis quo ad quid habilitatus, & priuilegiatus in Ciuitate, statuentium, non potest uti beneficio statuti illius ciuitatis contra ueros, & proprios Ciues, nisi subiret ibi eadem onera prout Diues.*

9 *Statutum de retractu uti exorbitans, iurisque communi contrarium est restringendum, non autem ampliandum.*

CONSILIVM XLVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN proposita quæstione mihi concludenda commissa per Magnificos Dominos Priores Populi & communis Ciuitatis Cortonæ, in eã veni opinionem, vt iuridica fuerit sententia lata per D. Iudicem D. Capitanei Iustitiæ dictæ Ciuitatis ad fauoré D. Asdrubalis de Serninis Rei conuenti contra Leonardum de Muccignano Actorem. Quoniam statutum Cortonæ c. 40. sub Rubr. quod quis vender. vel emere rem immobilem cogi possit. libr. 2. videtur ponere casum extra difficultatem illam, an statutũ loquens in rem, vel in personam comprehendat forẽses pro bonis in territorio statuentium sitis, quia verba clara ipsius statuti videntur tollere hanc dubitationem, cũ illud solum includat personas de Cortona, & eius districtu, nec vllo modo comprehendat forenses, & non habitantes in Cortonensi territorio, quod ex multis ostendunt celeberrimi Aduocati Serinini, & D. Iudex, qui pro eo sententiam tulit, ad quorum dicta me remitto, contentus illis addere Crauett. hoc eodem argumento in his terminis vtentem consi. 271. sub num. 2. versicu. quarto dico.

Sed quando fundamentum hoc cessaret, quod tamen fortissime viget, adhuc tamen dictum statutum nõ opitularetur dicto Leo-2 nardo agẽti ad retractum bonorum per eius fratres venditorum dicto D. Asdrubali, quia cum dicti fratres agẽtes venditores essent de Muccignano, Castro Ciuitatis Castelli dominij Ecclesiastici, poterant bona existentia in Territorio Cortonensi Dominij Florentini vendere D. Asdrubali Cortonensi, non requisito ipso Leonardo eorum fratre, & prætermissa forma tradita a dicto statuto Corto-3 næ, † cum regulariter statutum non liget forenses in concernentibus eorum damnum Bart. in l. cunctos populos, num. 26. versi. & ideo dico, C. de summ. Trini. & fide Catolic. Roman. dicens communem consi. 224. nu. 6. Cast. consi. 32. num. 1. consi. 368. sub num. 1. versic. sed certe, & consil. 424. sub numero 1. lib. 2. Abb. consi. 52. num. 2. lib. 2. Alex. cõs. 44. num. 8. & seq. lib. 5. consi. 41 num. 3. in fi. lib. 7. Soc. consi. 120. sub num. 13. versi. tertio lib. 7. Corne. consi. 94. num. 7. 8. libr. 2. Iassi me Roland. consi. 24. nu. 16. & seq. lib. 3. ostẽdens hanc esse communem sententiam, & idem Roland. in tract. de lucr. dot. quæst. 36. num. 1. & seq. in primo fundamento, & iterũ num. 7 & sequent. in tertio fundamento, Planut. in eodem tract. gloss. 5. in uerbo sine liberis, num. 40. etiam ratione rei istæ in territorio statuentium, si non loquatur in rem, sed in personam, prout facit illud Cortonense, Barto. in d. l cunctos populos sub nu. 42. ver. sed posset dubitari de tali quæstione, Bal. cõs. 460. num. lib. 2. Castr. d. consi. 32. sub numer. 1. 2. lib. 2. late Alex. consi. 44. nu. 12. & plur. sequent. lib. 4. Soc. consi. 288. num. 1. 2. versic. versicul. ista conclusio, & consil. 292. sub nu. 2. versic. ista conclusio & manifestè de mente Barto. lib. 2. dicens de communi, & veriori & consi. 71. num. 11. & consi. 128. sub nume. 4. versic. secundo responde. libro 4. late Corne. consi. 94. sub nu. 9. lib. 2. Iaf. consi. 59. col. 2. lib. 3. Iassimè Rolan. d. consi. 24. num. 22. & seq. usque ad finem, libr. 3. referens infinitos ita tenentes, & de communi, & recepta Doct. sententia attestantes, & idem Roland. de lucr. dot. quæst. 36. num. 22. & sequent. in quarto fundamento & in proprijs terminis retractus. Iaf. consi. 194. num. 1. lib. 2. & latius Crauett. consi. 271. num 1. uers. hoc præsuposito, numero 4. uer. & in terminis.

4 Nec ipsa uenditione facta per dictos forẽses a dicto statuto non comprehensos, ius retrahendi competit dicto agenti itidem forensi, uigore eiusdem statuti, quod sicuti non porrigitur ad forenses in eorum damnum, ut supra probatum est, ita nec eos comprehendit in concernentibus eorum fauoẽ, & propterea non prodest eis, & eius beneficio uti possint. Bar. in d. l. cunctos populos, num. 24. uersic. circa secundum, Bal. d. consil. 460. sub num. 2. lib. primo. Roman. d. consil. 224. sub num. 6. Castr. consi. 156. num. 2. libro primo, & in l. in prouinciali, §. si in publico, nu. 5. ff. de

de oper. nou. nunt. Alexand. d. consi. 44. numero 9. lib. 5. & consi. 41. num. 2. 3. libro 7. Iaste Soc. consi. 120. num. 13. libro primo, cons. 292. numero primo, lib. 2. & consi. 128. num. 4. libro 4. Dec. consi. 114. in princ. & absque
5 aliquo dubio, quando forenses nitentes auxilio statuti non habitant, nec subeunt omnia onera, & grauamina in loco statuentiũ, Bart. in tract. repres. in prima quæst. quintæ quæstionis principalis, num. primo, Alexan. d. cõsil. 41. num. 2. libro 7. Soc. d. consi. 120. num. 12. libro primo. Phanui. in d. tractat. de lucto Dot. gloss. 9. in uerbo medietatem nume. 27. Anchar. Regiens. quæst. 63. numero primo, & pluribus sequen. lib. 2. & longe magis sine scrupulo, quando forenses uolunt uti beneficio statuti contra Ciuem, & subditum statuẽtium, pro ut in casu nostro, ut tradit Grat. cõsil. 30. numero 48. libro primo, quod a ratione alienum non videtur, quia statutum intel
6 ligitur voluisse prouidere suis Ciuibus, & subiectis, non autem extraneis contra ipsos Ciues, & subiectos. Castr. conn. 156. sub nume. 2. uersic. nam hic statuentes, libro primo, Socin. dicto consi. 120. num. 13. libro primo, & dicto consi. 128. nume. 4. libro 4. & Anchar. d. quæst. 63. ad fin. num. 6. libro 2. quæ intentio statuentium salua non esset, si ad præiudicium Ciuium forenses admitterentur, imo contrarium eueniret, & statutum conditum
7 ad fauorem Ciuium induceret eorum incõmodum contra l. quod fauore, C. de legibus, & l. legata inutiliter, ff. de adim. lega. cum simil. & tradit Ruin. consi. 200. num. 19. versi. & eo magis lib. 2. qua ratione idem decisum reperio in fortioribus terminis in forẽse quo ad quid habilitato, & priuilegiato in Ciuitate statuentium, vt nec is uti possit beneficio statuti illius Ciuitatis contra illius ueros, & & proprios Ciues, secundum Bald. d. consi. 460. sub num. 3. lib. 5. cum quo conuenit Castr. dicto consi. 424. num. 2. libr. 2. nisi, & iste habilitatus, & priuilegiatus subiret per omnia eadem onera, quæ subeunt ueri, & proprij Ciues dicti Ciuitatis, ut clare subijcit Castr. ibi, & uidetur etiam sentire Bald. in dicto loco, quæ res ualde seruit in hoc proposito ratione priuilegij, producti per Agentem, quod nõ obstare ex alijs rationib. ostendnnt scribẽtes pro dicto de Serninis, quorum dicta hic transcribenda non censui.

Quæ omnia supradicta ad excludendum hunc agentem forẽsem a retractu bonorum per forenses Ciui Cortonensi uenditorum, & ratione personę uendentium non comprehensorum in statuto Cortonensi ad eorum præiudicium, & respectu personæ ipsius agẽtis, qui dicti statuti beneficio nititur uti, vidẽ
9 tur de plano procedere, cum dictum statutum Cortonæ sit exorbitans, iurisque communi contrarium, & odiosum, ut in puncto dicit Crauett. d. consi. 271. num. 7. uersiculo, secundo respondeo, & ante eum Ias. d. consi. 194. sub num. 1. in tertio, fundamento, lib. 2. per tex. in l. dudum, C. de contrahen. empt. & & in l. pen. in fin. ff. de pact.

Quibus additur l. nec emere, C. de iur. delib. & propterea sit restringendum, & omni possibili modo limitandum, iuxta l. maximũ uitiũ, C. de lib. pręter. l. præcipimus, C. de appelat. l. cum quidam, ff. de liber. & posthu. l. l. quod vero, & l. Ius singulare ff. de legib. ca. odia & ca. quæ a iure, de reg. iur. in 6. cum ubique notatis per Doct. & tradunt in hoc proposito Rom. d. consi. 224. nu. 8. Castr. d. consil. 32. nu. 2. in fin. lib. 2. Corn. d. consi. 94. nu. 9. lib. 2. & in terminis retractus Ias. d. consil. 194. circa finem lib. 2. & Crauett. dicto consi. 271. sub num. 4. post uersi. & in terminis. Anno 1591, Florentiæ.

EPITOME.

An, & quando filij instituti vna cum parentibus, dicantur vocati simul, & eodem tempore, & non successiue per vulgarem substitutionem tantum, & de substitutione compendiosa, & qualiter mortuis grauatis post pupillarem ætatem substineatur tanquam fideicommissaria.

Et de interpretatione l. cum Auus, ff. de condition. & demonstra. l. generaliter, §. cum autem, C. de institu. & substitution. & l. cum acutissimi, C. de fideicommi.

Et an, & quando subintelligatur tacita conditio, si decesserit grauatus sine filijs tam in fideicommissis vniuersalibus, quam in particularibus, etiam substituta pia causa.

Et de instituto in vsufructu nullo alio herede dato, quod intelligatur institutus in plena proprietate, maxime stante prohibitione alienationis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Institutis filiabus nuptis, & earum filijs masculis, & ad inuicem substitutis ijs verbis, videlicet.*

Et

Et quod vna, vel vnus ex suprascriptis hæredibus succedat in dicta hæreditate alteri, filij dictarum fœminarum masculi dicuntur vna cum eorum Matribus eodem tempore, & non ordine successiuo vulgariter tantum in institutione vocati, quia aliàs reciproca substitutio facta locum non haberet, & num. 2.

2 *Substitutio reciproca fit inter eodem gradu institutos.*

3 *Filij cum Matribus eodem tempore grauati, censentur eodem tempore vocati, quando testator instituit filias feminas nuptas, & illarum filior masculos. & supra.*

Testator instituendo filias nuptas, & earum filios masculos tantum, eodem tempore dicitur uocasse masculos cum fœminis, & non ordine successiuo, et quare ibidem.

4 *Præteritio Neptum ex filia testamentum reddit nullum, sicut preteritio masculorum.*

5 *Substitutio compendiosa qualis sit, & quod institutis hæredibus adeuntibus hæreditatem, & posteà post pupillarem ætatem morientibus, compendiose substitutus per fideicõmissum uocatus dicitur.*

6 *In fideicommissaria substitutione facta filiab. & earũ filijs masculis, & demũ uocata ecclesia quando subintelligẽda sit tacita cõditio, si dicti filij masculi dictarum filiarum feminarum sine filijs decesserint.*

7 *Lex cum Auus ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter, § cum autem, C. de institu. & substit. & l. cum acutissimi, C. de fideicom. declarantur, & nu. 27. & 28.*

8 *Pater qua ratione prædilexit filium, quem omnib. alijr præfert, eadem præsumitur post filium præferre Nepotes ex filio. uide infra, & num. 27.*

9 *Conditio tacita, si sine filijs decesserit, procedit non solum, quando grauati sunt filij primi gradus, sed etiam Nepotes, & alij descendentes ulterioris gradus in infinitum, tam masculi, quam fœminæ, & tam ex masculis, quam ex fœminis descendentes, & num. 10.*

11 *Substitutio euanescit non purificata cõditione, quod qualiter procedat, uide ibidem.*

Filio testatoris grauato de restituendo Ecclesiæ, si decesserit cum filijs, eo deficiente cum filijs ob tacitam conditionem, si sine filijr decesserit, Ecclesia remanet exclusa, quicquid postea de eis aduenerit. ibid.

12 *Conditio ex regula generali per superexistentiam filiorũ, verificata non deficit filijs postea deficiẽtib.*

13 *Ecclesia, uel causa pia substituta an faciat cessare dispositionem l. cum Auus de condit. & demonstr. de tacita conditione, si grauatus decesserit sine filijs, & num 14.*

15 *In substitutione vulgari facta per ascendentem descendenti non subintelligitur tacita conditio, si sine filijs decesserit, quoniam talis substitutio vulgaris expirat per aditionem hæreditatis.*

16 *Substitutio uulgaris & si comprehẽsa dicatur in substitutione compendiosa facta filiabus testatoris, et earum filijs masculis, euanescit adita hæreditate per institutos.*

17 *Cõditio tacita si sine filijs decesserit, numquid subaudiatur in fideicommisso particulari præsertim fauore piæ causæ.*

Mobilium, & immobilium appellatione non continentur iura, & Actiones, nec nomina debitorem. ibidem.

18 *Fideicommissum particulare an sit notabile, aut exigui ualoris, multum refert ad subaudiendam conditionem tacitam, si sine filys decesserint grauati.*

19 *Conditio tacita, si sine filyr decesserit, an cesset, uel ne? quando instituti grauati onere fideicommissi particularis habuissent iam filios natos tempore conditi testamenti, ubi firmatur, quod non cessat, sed subintelligatur adhuc.*

20 *Conditio tacita, si sine filijs decesserit, cessat quando ex coniecturis aliud apparet, & de contraria testatoris uoluntate constare potest.*

21 *Dispositio l. cum Auus. de condit. & demonst. an habeat locum hærede instituto in vsufructu tantum, & sicut usufructus morte finitur, ita cesset illa tacita conditio, si sine filiir decesserit.*

22 *Instituitur in usufructu tantum, nullo alio dato cohærede, utique intelligitur in proprietate plena institutur.*

23 *Alienationis probibitio facta hæredi instituto in usufructu tantum importat, quod etiam in proprietate dicatur hæres institutus.*

24 *Hæreditatis uerbum proprietatem importare uidetur, & non usumfructum tantum.*

25 *Filius olim uti legitimus, & naturalis habitus, nominatus, & reputatus, etiam de præsenti pro filio legitimo, & naturali iudicari debet, & in tali filiationis possessione manu teneri, contrario non apparente.*

26 *Substitutus post deficientiam uocatorum, non potest succedere donec, & quousque aliquis ex uocatis superstit, & duret spes, quod aliqui ex eis superesse possint. & infra num. 29.*

27 *Testator præsumitur uoluisse præferre filium substituto.*

28 *Testator non præsumitur voluisse alienas successiones proprijr anteponere.*

29 *Agens sine iure, & actione reperitur.*

CONSILIVM XLVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

MAture consideratis processib. in Trina instãtia factis in causa mota per sacraria Ecclesiæ Maioris, & Diui Francisci Ciuitatis Volaterrarum mediantibus eorum Syndicis, & procuratoribus contra Benedictum de Moschis, & Ioannem Baptistam

ptistam de Fanuccijs,& bene, vt oportebat, ponderatis omnibus hinc inde deductis,& allegatis iuridicam fuisse putaui sententiam latam per Magnificos Dominos Priores dictę Ciuitatis de consilio D. Ruberti Titij ad fauorem Reorum conuentorum,& vti talem cōfirmādam esse per D. Iudicem Magnifici D. Capitanei prædictæ Ciuitatis,qui mihi Causam consulendam commisit.

1 Quoniam cum Benedictus Cipollanus in suo testamento hæredes vniuersales instituerit Barbaram eius filiam vxorem olim Guerrierij Mochi,& eius filios masculos, & Gineuram pariter eius filiam, & Vxorem olim Laurentij Fanuccij & eius filios masculos, eosdemque hæredes ad inuicem ijs verbis substituerit,& quod vna, vel vnus ex suprascriptis hæredibus succedat in dicta hæreditate alteri,videtur absque dubio, quod dicti filij masculi Barbaræ, & Gineurę sint instituti una cum eis eodem tempore, & non ordine successiuo vulgariter tantum vocati,quia sūt inuicem substituti ipsi, & Matres eorum,ut ostēdunt illa verba,& quod vna, vel unus ex suprascriptis hæredibus succedat alteri, quae cum in institutione de filiabus fęminis, & postea de earum filijs masculis actum esset, eūdem ordinē sequendo primo fœminas, mox masculos comprehendunt,eos omnes ad inuicem substituendo,ex quo fit, vt prius cum Matribus instituti necessario dicantur, quia alias non caderet talis reciproca substitutio,

2 quæ fit inter eodem gradu institutos. l. Lucius,ff.de vulgar.& pupill.substitut. §. et plures,& §.& si ex dispatibus Institu. de vulgar. substit.cum vbique notat.per Doct. quod & alia ratione in ijs terminis tenet Corn. consi. 321.nu.4.5.libro tertio, quem sequitur Menoch.de præsumpt.lib.4.præsump. 70.num.

3 vndecimo duodecimo, vers.declaratur quinto,quia scilicet eodem tempore grauati sunt filij cum Matribus,quod fieri non potuisset, nisi pariter cum eis vocati fuissent, quod clarius admittendum est, cum non omnes filij filiarum fęminarum sint instituti,sed masculi tantum,quo casu dicuntur eodem tempore vocati,& non ordine successiuo, euitandi causa nullitatem testamētu,quia tunc etiam Neptes vocatæ fuissent,quib.ius dicendi nullum testamentum ex pręteritione competit, sicut masculis Corn.d.consi.321,nu.3.libro 3.Menoch.d.præsump.70. numero octauo,

4 versic. declaratur tertio, qua institutione dictarum Barbaræ,& Gineuræ, & earum filiorum masculorum vt supra facta, cum Testator voluerit, quod deficientibus dictis hæredibus,medietas eius bonorum mobilium,& immobilium deueniat ad sacrestiam maioris Ecclesiæ, & alia medietas ad sacrestiam

5 Sancti Francisci de Volaterris,videtur,quod dicta sacraria mortuo Testatore, & scriptis hæredibus hæreditatem adeuntibus, & post pupillarem ætatem decedentibus,per fideicōmissum vocata sint veluti compendiose substituta dictis filiabus Testatoris. & earum filijs masculis,iuxta notat.per Doct. in l. Centurio,ff.de vulgar.& pupill.substit. & in l.precibus,C.de impub. & alijs substitu.& per Gomez.post alios in comment. variar. resolut. tomo primo,de vltim.volunt.capi. 7.de sub-

6 stit.compend.num. 1.& seq.

In qua quidem substitutione fideicommissaria subintelligenda est tacita conditio, si dicti filij,masculi dictarum filiarum fœminarum sine filijs decesserint, quæ & si nō est expresa,est tamen subaudienda, & ex legis interpretatione suppletur, l. cum Auus, ff.de condit.& demonstra.l.generaliter,§.cum autem,C.de institut. & substitut. & l. cum acutissimi, C.de fideicomm. & tradit in terminis Menoch.in tract.de præsumpt. lib.4.præsumpt.89.num.138.versicu. sextus est casus, vbi ita omnes tenere dicit, & sentit ante eū Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.10. titu. 8.numero tertio,versiculo,sed hæc, quod ex coniectura pietatis diuersis rationibus conie-

7 cturata introductum est, prima quia lex præsumit dictam conditionem adiectam, licet scripta non reperiatur, ueluti menti Testatoris cōsentaneum intuitu pietatis, quasi quod minus scriptum reperiatur, quam dictū fuerit,vt dicit Papinianus in d.l.cum Auus, secūda, quia Testator non præsumitur cogitasse de Nepotib. aut alijs descendentibus,quia si de eis cogitasset,non est verisimile, quod talem substitutionem fecisset,vt dicit Imperator in d. §.cum autem?

Tertia quia etiam si cogitasset, et errore, vel obliuione talem conditionem omisisset, ea tamen pro apposita habetur, ne videatur alienas successiones proprijs anteponere, vt tradit Imperator in d.l.cum acutissimi, cum vt ibi dicit gloss. qua ratione substituto prætulit filium institutum, eadem etiam prætu-

8 lisse censetur omnem eius posteritatem, vt est tex.in l. Lucius la secunda,in fin.ff. de hæred.institu.& cum idem verisimiliter in hoc casu interrogatus respondisset secundum gl. in l.tale pactum,§.fi.ff.de pact.vt latius circa hoc insistens declarat Soc. in d.l. cum Auus, numero 75. versiculo, circa tertiam difficultatem, & habetur etiam per Gomez. de vlt. volunt.cap.5.de substitut. fideicomm. num. 32.versiculo,item etiam principaliter, quod procedit non solum quando grauati sunt filij primi Gradus,sed etiā Nepotes, ut in præsenti casu, & quilibet alij descendentes vlte-

9 rioris gradus in infinitum. Socin.in d.l. cum

Auus

Auus numero 49. versic. secundum correla rium, Bald. in d. l. cum acutissimi, sub nume. 14. & ibidem Castr. & Corn. vterque sub nu. 1. Gabr. tit. de fideicom. conclus. secunda numero 7. versi. tertio amplia, Gomez. d. cap. 5. de substitut. fideicomm. sub num. 33. uersic. secundo extende, & in Nepote est text. in d. l. cum Auus, & in eodem, & aliis descendentibus remotioribus est tex. in d. l. cum acutissimi, vnde omnes descendẽtes ex instituto grauato in quocunque gradu in infinitũ faciunt deficere dictam conditionem excludendo substitutum. Soc. in d. l. cum Auus, sub d. numero 49. & 50. versic. tertio ex his, & post eũ Gabr. vbi supra num. 34. versi. uigesimo amplia, & nouissime Menoch. de præsumpt. dicta præsumpt. 89. num. 19. & 20. & non solũ si grauati sint filij, vel alij descẽdẽtes masculi, sed etiam filiæ fœminæ, vel descendentes ab eis, vt in occurrenti casu. Bald. in d. l. cum acutissimi, sub nu. 14. Castr. in d. l. cum Auus sub num. 1. & ibi etiam Soc. num. 48. uersic. primum correlarium. Gabr. d. concl. secunda, num. 17. uersi. nono amplia. Dec. in d. l. generaliter, sub num. 15. versi. tertio arguit. Menoch. dictæ præsumpt. 89. sub num. 20. versi. adhibenda est differentia, Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 13. vers. quinto extenditur, Gomez. d. cap. 5. sub d. numero 33. versic. quarto extende, & est tex. in d. l. cũ acutissimi.

Quòd sit, vt cum dicti filij masculi filiarũ testatoris una cum eorum Matribus instituti decesserint cum filijs, dicta sacraria substi-

11 tuta sub dicta tacita conditione defecta censeantur exclusa, quia non purificata cõditione euanescit substitutio sub ea facta, sufficitque pro eorum exclusione, quod dicti filij instituti mortui sint cum filijs, quicquid postea de eis euenerit Soc. in d. l. cum Auus nu. 109. versic. postremo aduertendum, & Gomez. d. cap. 5. num. 41. versi. septimo principa

12 liter quæro, & est generale, quod cõditio per superexistentiam filiorum verificata non deficit filijs postea deficientibus, l. cum uxori, C. quando dies lega. ced. de quo plene tractat Gabr. d. tit. de fideicommis. conclus. 7. per totam ex Oldr. consi. 21. & 141. & alijs per eum citatis.

13 Nec obstat, quod cum sint substituta sacraria, cesset dicta tacita conditio, quæ non subauditur, quando substituitur Ecclesia, vel pia causa, Anchar. consi. 46. per totum Alex. consi. 92. nu. 8. & 11. lib. 3. Ias. consil. 140. col. 9. uer. præterea posito. lib. 2. Dec. consil. 426. num. 3. & seq. & consi. 529. numer. 5. 6. Ias. in Auth. si qua mulier num. 6. in fin. C. de sacro san. eccl. & in d. §. cum autem sub num. 2. Tiraq. alios referens de priuil. piæ causæ, priuil. 17. & alii relati per Gabr. d. conclus. 2. sub nu. 14. uersi. contrariam vero opinionem, & per Mantic in l. co infra allegando sub n. 10. uer. neque etiam obstant.

14 Quoniam contrarium tenent Bald. in d. l. cum acutissimi, num. 4. & ibidem Castr. nu. 7. & Corn. num. 6. Dec. in d. l. generaliter nu. 7. Felyn. in c. in præsentia num. 1. in fi. de probat. late Soc. in d. l. cum Auus, num. 42. cum seq. uersicu. secundum Correlarium est, Gabr. adducens alios de communi testantes, dicta conclus. secunda nu. 14. ver. sexto amplia, & ultra eum Dec. dicens communem cons. 391. sub num. 6. uer. præterea etiam secundũ communem, latissime Tiraq. plurimos huius sententiæ referens in l. si umquam in uerbo libertis, num. 80. C. de reuocan. donat. & nouissime Manric. cumulans multos eiusdẽ opinionis sectatores, & de communi attestantes in tract. de coniect. ultim. uolun. lib. 10. tit. 7. num. 3. 4. & plur. seq. quam opinionem tenet etiam Gomez. d. c. 5. de substit. fideicom. num. 34. ver. extende ut procedat, & ut communem sequitur ibi Emanuel. Soarez. in additionibus, & eamdem sequitur Menoch. d. præsumpt. 89. num. 124. uer. extendit 30.

15 Non obstat etiam, quod in substitutione vulgari facta per ascendentem descendenti non subintelligitur hæc conditio, eo quod talis substitutio expiret per aditionem hæreditatis l. post aditã, C. de impub. & alijs substit. ut sentit glo. in d. §. cum autem in uerbo substituit, quam sequuntur Dec. cõs. 416. sub n. 5. Cor. cons. 1. sub nu. 30. lib. 4. & alii adducti per Gabr. d. conclus. 2. num. 57. uersi. decimo limita, & est opinio communis, ut dicit Soc. in d. l. cum Auus sub nu. 18. uer. ex 1. conclu. infertur, qui licet disputando contrarium teneat, tamen subijcit nu. 19. ab ea consulendo, & iudicando non esse recedendum, & eã sequitur Menoch. d. præsump. 89. n. 127. & ante eum Mantic. d. libro 10. tit. 8. num. 1. & 2. dicens esse communem.

16 Quia respondetur obiectionem hanc adaptari non posse censui nostro, in quo sacraria non ueniunt ex vulgari, quæ dato quod comprehensa esset in substitutione de eis compẽdiosè facta filiabus testatoris, & earum filiis masculis per notat. per Doct. in d. l. Centurio & in d. l. precibus, & per Gomez. d. c. 7. de substitut. compendiosa num. 1. 2. euanuit adita per institutos hæreditate, ut in dictis locis habetur, & est tex. in d. l. post aditam, adeoquod de ea uti extincta agi nunc potest, sed tractandum est dumtaxat de fideicommissaria, cuius vigore agunt sacraria, in qua dictam conditionẽ subaudiri nemo negat, vt supra probatum fuit.

17 Nec ad rẽ facit, quod sacraria non sint sub

ſtituta vniuerſaliter in omnibus bonis hæreditarijs, ſed ſolummodo in mobilibus, & in immobilibus, quorum appellatione non continentur iura, Actiones, & nomina debitorũ, Alciat. in l. monentium num. 3. ff. de verbor. ſignificat. per text. in l. a diuo pio, §. in venditione, vbi etiam Doct. not. ff. de re iudicat & quod propterea verſamur in fideicommiſſo particulari, in quo dicta tacita conditio non ſubauditur ſecundum Soc. conſi. 191. nume. 4. verſic. ſed quo ad ſuperiora, libro ſecundo, maxime quando debetur piæ cauſæ, cuius fauor multum operatur in hoc, licet in vniuerſali non attendatur, vt ſubijcit Soc. numer. 7. verſic. tertio ex eo quia, & ante eum voluit Anchar. quem ipſe adducit conſi. 46. numer. 4. verſicu. non obſtat ſi dicatur, & ſeqni videtur Felyn. in capitul. Ecclesia. Sanctæ Mariæ de conſtitut. ſub num. 90. uerſic. quarto quia ſaltem.

Nam veritas eſt, quod talis cõditio ſubintelligitur indiſtinctè in omni fideicommiſſo tam vniuerſali, quam particulari, Bald. in d. l. cum acutiſſimi, numero 3. Caſtr. in d. §. cum autem in fin. & ibi etiam Iaſ. ſub numero ſecundo, in quinta limitatione, & nu. 6 in vltimo not. & Corn. ſub numero primo, Areti. conſi. 93. num. quinto, verſicul. tertio hoc, & ſub nume. 6. verſicul. non obſtat, & alij relati per Gabr. dicta concluſ. ſecunda num. 8. ver. quarto amplia, & vltra eum Caſt. in d. l. cum Auus, ſub num. 1. Rolan. a Valle de lucr. dot. quæſt. 87. numero ſecundo, Gomez. d. cap. 5. de ſubſtitut. fideicomm. ſub num. 42. ad fin. verſiculo, quam communem ſententiam, & Mantic. d. lib. 10. d tit. 7. num. 15. ver. ſeptimo debet extendi, vbi hanc opinionem tuetur, & refert plures eam tenentes, & communem dicentes, & eſt tex. ad litteram in d. §. cum autem in fin. propter quam quicquid alias dicẽdum fuiſſet, fruſtratoria hodie videtur diſputatio, ut dicit Socin in d. l. cum Auus nume. 33. verſi. ex tertia concluſione. Quod abſque
18 dubio procedit, quãdo fideicommiſſum particulare eſt notabile, pro ut in præſenti caſu, non autem modici valoris, & momenti, in quo contraria opinio forte poſſet procedere quaſi quod tunc illud teſtator veriſimiliter facturus fuiſſet, etiam ſi de alijs poſteris cogitaſſet, & ita loquitur Anchar d. conſi. 46. ſub num. 4. verſi. non obſtat ſi dicatur, quem ita intelligere videtur Felyn. in d. capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, ſub dicto nu. 90. dicto uerſic. quarto quia ſaltem, & ita etiam intelligitur Socin. dicto conſil. 191. numero 7. uerſiculo, tertio ex eo quia, & tradit Gabriel. alios citãs dicta concluſione ſecunda, numero 9. uerſiculo, primo concorda, & ita ſeipſum declarando dicit idem Socin. in dicta l. cum Auus, ſub numero 35. in fin. & ſequenti uerſiculo, poteſt & ſecundo loco limitari, & cum hanc diſtinctione tranſit Apoſtil. ad Dec. in d. l. generaliter ſub nume. 13. in quarta limitatione littera l. in uerbo ipſis filiis, dicens ita praticari, & ita etiam tenet Menoch. dicta præſumptione 89. ſub num. 124. uerſiculo. cæterum extenſio hæc intelligitur, & ſub numer. 134. & 135. uerſicul. ſecundus eſt caſus, & ſentit Mantic. ſub d. num. 15. & eſt de mente Are. dicto conſil. 93. ſub numero ſexto, uerſicul.
19 modo cum præteritio.

Intelligitur etiam dicta opinio contraria, quando inſtituti grauati onere fideicommiſſi particularis habuiſſent iã filios natos, quaſi quod tunc ceſſet dicta tacita conditio, & nõ ſubaudiatur per dict. §. cum autem, qui dũ eam extendit ad particularia legata, & fideicommiſſa, loquitur quando grauatus nõ habebat filios, de quibus ideo non potuit teſtator cogitare, ut Socin. dicit dicto conſil. 191. ſub numero 4. uerſiculo, ſed ad prædicta reſpondeo, & in d. l. cum Auus, num. 35. uerſic. ſecundus caſus eſt, & poſt eum Gabr. dicta concluſione ſecunda, num. 10 uerſ. ſecundo concorda, & Menoch. dicta præſumptione 89. ſub num. 94. uerſic. receditur, & tertio, & numero 136. uerſiculo, præterea dicti Caſus, & ſentit Mantic. ſub d. num. 15. ad fin. ſecundum quam intelligẽtiam nihil obſtaret hoc rei conuentis natis ex filijs maſculis filiarum fœminarum Teſtatoris poſt diſpoſitionem, & mortuo iam ipſo Teſtatore.

Vltra quod uerior, & communior opinio doctorum eſt, quod indiſtinctè dicta tacita conditio ſubintelligatur etiam quando tempore teſtamenti deſcendentes grauati habebant filios natos a Teſtatore cognitos. Iaſ. in d. §. cum autem ſub numero 2. in prima limitatione, Soc. conſ. 23. libro primo, per totum ubi latiſſime eam probat, & reſpondet omnibus in contrarium facientibus, quam etiam magis communem magis æquam, & magis ſequendam dicit Soc. iun. conſ. 113. num. 24. lib. 1. & ſequuntur alii relati per Gabr. dicta concluſio. ſecunda, ſub nu. 37. uer. cõtrarium autem, & præter eum Corn. in d. §. cum autẽ num. 5. & pluribus ſequentibus, uerſic. in textu ibi procreandorum, ubi late tenet hãc partem, & reſpondet adductis in oppoſitum, latiſſime Menoch. dicta præſumptione 89. nu. 77. & pluribus ſequentibus, ubi pariter tnetur dictam opinionem, quam dicit ueram, benigniorem, & recipiẽdam, & confutat omnia argumenta tenentium contrarium, Addent. ad Dec. in d. l. generaliter ſub nu. 11. aſſerentes iſtam opinionem eſſe ueram, Mantic. d. tit. 7. num. 16. uer. octauo igitur, dicens eſſe communem, benigniorem, humaniorẽ,

æquio-

æquiorem,& magis sequendam, & eod.libr. 10.tit.8.sub nu.22.post versic.quinto 10.hæc coniectura, Menoch.consi.281.nu22.& Gomez.d.cap.5.num.36.versic.secund principaliter quæro,vbi re ad partes discussa conclu dit hāc opinionem esse plurium Doctorum authoritate roboratam, quicquid ipse dicat in contrarium in puncto iuris, & ante eum Soc.late dicto consi.191.col.1.& seq.& in d. l.cum Auus,num.78.versi.primo,quærit hic Cuma.& alij adducti per Gabr. dicta conclu sione secunda nu.37.vers. primo limita,cum quibus transeunt Dec.in d. l.generaliter nu. 11.versi.nunc regula,& reliqui citati per Menoch. dicta præsumptione 89. sub numero 79.

20 Non nocet etiam,quod dicta tacita conditio cesset, quando ex coniecturis aliud appareat,& de contraria Testatoris uoluntate constat, Anchar.d.consi.46.sub numer.1.Socin. in dicta l.cum Auus num.72 & seq.versicul. circa secundam difficultatem, & plures congesto per Gabr.d.conclusione secunda,num. 56.versic.nono limita,& per Mantic.d.libro ro.d.tit.8.numer.16.versi.vndecimo generaliter sciendum est.

Quia cōceditur hoc, sed negatur aliquam adesse coniecturam, ex qua necessario, aut concludenter inferatur ex mente testatoris silere hanc conditionem a lege præsumptam, & eiusdem disp nentis uoluntati consonam maxime eū præsumptio hæc liberis Testatoris fauens vti benignior,& humanior cæteris in conflictu præsumptionem præferatur: Mātic loco citato lib.12.tit.17. & vltimo nu.21. & seq.ver.nona est regula.

21 Rursus non releuat, quod institutio de dictis filijs masculis, & eorum Matribus facta sit in vsufructu tantum ex illis verbis, quos hæredes suprascriptos dictus Testator voluit vti,& vsufructuari bonis ipsius, & quod ideo non intret dispositio d.l.cum Auus,& aliarū allegatarum,per quam non excluduntur vocati ad plenam proprietatem post deficientiā vsufructuariorum, cum vsusfructus finiatur cū persona eorum, qui in eo fuerunt instituti, nec ad alios transeat §. finitur Institut. de vsufr.

22 Quia cum nullus alius sit institutus hæres vniuersalis, dicuntur instituti hæredes vniuersales in plena proprietate l.1.§. si ex fundo,ff. de hær.insti.& ibi Castr.nu.2.& 3. Alex.consi. 16 1.nu.2.& seq.lib.2.Ias.in l.extraneum sub num.6.vers.3.principaliter limita, C.de hær. instit. Dec.in l.certi iuris in fi. sub nu 8.versi. vnde infert,C.de testa.mil.& cons.278.num. 2.versic. idcirco datur & alius tertius intelle-

23 ctus; & indubitanter adiecta prohibitione alienationis bonorum per hæc verba,& quod dicta bona immobilia dicti suprascripti hæredes vllo vnquam modo non possint vendere nec alienare per aliquod tēpus, & tempora, per quam prohibitionem dicitur relicta proprietas,etiam quod relictum de mero vsufructu loquatur, quia alias prohibitio non sortiretur effectum, & esset frustratoria, vti non conueniēs simplici legato vsusfructus forma lis per text.in l.proculus,ff.de vsufruct. vbi in specie nostra id notant Bald. sub num. 1.post uersic.nota quod testator, & Florian.nume. 4.versicu & ex prædictis collige, & est communis opinio,ut attestantur Curt.iun.consi. 14.colum.1.Paris.consi.71.per totum lib.2. & Simon de Pret.de interpret.ultim.uolunt. lib.4.interpret.1. declaratione decima num. 25.quod facilius admittendum est, cum antea Testator usumfructum legauerit eius filiabus fœminis tantum, & postea facta earūdem,& earum filiorum masculorum institutione modo præmisso in substitutione de eis inuicem facta usus fuerit uerbo hæreditatis,

24 ut sic aperte colligatur, Institutionem nō in usufructu,sed in plena proprietate factam cēseri, etiam quod uerba aliter sonare uideantur,quæ ex alijs in eadem dispositione contētis alterantur, & ad proprietatem trahuntur per d.l.Proculus cum ibi notat.per scribētes, ff.de usufruc. & seruiunt notata per Simo.de Pret.dicta declaratione decima, numero 26. & sequent.

25 Postremo aliquid non facit, quod si non in totum,saltem pro parte admittēda sint sacraria, cum Benedictus de Moschis unus ex conuentis non sit filius legitimus, & naturalis Leonardi filij Barbaræ instituti,& grauati una cū Matre a testatore,quoniā respōdetur contrariū cōstare ex plurib.actis,& scriptutis publicis,& priuatis, in quib. denominatur filius legitimus, & naturalis dicti Leonardi:& cū pro tali habitus,& reputatus fuerit retroactis tēporib.& in quasi possessione talis filiationis hodie reperiatur, debet omnino pro filio legitimo,& naturali iudicari,cū contrariū legitimè, & concludenter probatū nō fuerit in processu, ut tradunt Fulg. cons.137. nu.2. ver.circa secundum quæsitum, Alex.consil. 51.nu.2.lib.1.ubi & Aposti. Dec.cons.54.sub nu.1.& seq.uer.ex huiusmodi,& cons.321.n. 1.& Alciat.in tract. de præsumpt. regula tertia,præsumpt.38.num.5.uersic.& propterea, & ultra eum Corn.dicens esse communem, consi.primo num.22.ad fin.uersi. nec obstat lib.3.& Afflict.decis.25.nume. 1.asserens ita fuisse per omnes de consilio conclusum, & nouissime Menoch. de præsumpt. lib.6.præsump.53.num.21.cum plur.seq.versic.secunda est coniectura, ex cuius dictis opinio hæc

26 indubitata, & certissima redditur, † Præterea

rea dicitur, quod cum superſit Ioannes Baptiſta alter ex conuentis filius legitimus, & naturalis Andreæ filij Gineuræ instituti, & grauati vna cum dicta eius Matre, & Amita; non poſſunt ſacraria aliquid prætendere cum ſint ſubſtituta poſt deficientiam omnium inſtitutorum ſine filijs, & non aliquorum tantum, ita vt neceſſe ſit, quod omnes ſine liberis decedant, & non aliqui tantum, vt verba ipſa ſubſtitutionis oſtendunt, quod & de iure in terminis noſtris procedere probatur ex notatis per Soc. in d. l. cum Auus, numero 94. verſicu. ſexto quæritur, vbi tradit, quod ſi teſtator inſtituit duos filios, & poſt mortem eorum ſubſtituit eis extraneum, ſi decedit primus ſine filijs, ſubſtitutus non admittitur ad eius portionem, quia ſupereſt alter filius, qui ipſum excludit ex præſumpta 27 mente teſtatoris, qui cenſetur voluiſſe præferre filium ſubſtituto, quam opinionem vti magis communem ſequitur Gomez. dicto capitulo quinto, de ſubſtitut. fideicommiſſ. ſub numero 21. verſiculo, quod tamen limita, & intellige, & caſum noſtrum in puncto decidit Ancharan. conſilio 74. per totum, vbi conſuluit, quod ſi Pater inſtituit filios, & eos inuicem ſubſtituit, & poſt mortem eorum ſine liberis ſubſtituat piam cauſam, & primus mortuus ſit cũ & ſecũdus ſine liberis primi mortui cẽſentur ſubſtituti ad excluſionẽ piæ cauſæ, quia videtur Teſtator voluiſſe eos 28 præferre Animæ, & voluiſſe alienas ſucceſſiones proprijs anteponere per rationem dicta l. cum acutiſſimi, & l. Lucius la ſeconda in fin. ff. de hæreditat. inſtitut. de qua in principio dictum eſt, quam deciſionem Anchar. ſequitur Socin. in dicta l. cum Auus, ſub dicto numero 94. verſiculo, nam in ſimili; Donec igitur ſupereſt aliquis ex deſcendentibus dictorum filiorum maſculorum Barbaræ, & Gineuræ, poſt quorum deficientiam ſine liberis facta eſt ſubſtitutio, ſacraria non habent 29 ius, & ſine actione agentia repelluntur, l. ſi pupilli, §. vi[illegible]amus, ff. de negot. geſtor. & capitulo examinata de iudic. quæ concluſio de plano procedit, cum teſtator mandet poſt dictorum inſtitutorum mortem, bona omnia mobilia, & immobilia deuenire ad dicta ſacraria, quo caſu indiſtincte, & ſine aliquo dubio expectanda eſt omnium mors, quia alias non peruenirent bona omnia in dicta ſacraria, & ea in eorum commodum diſtribui nõ poſſent, prout Teſtator ordinauit, vt habetur per Gomez. in d. c. 5. ſub d. num. 21. in fin. verſi. ſi vero teſtator ſubſtituit. Anno 1591. Florentiæ.

EPITOME.

Appellationis cauſa pendente, ſi fiat compromiſſum, an & quando inſtantia ſuſpendatur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa appellationis ſuſpenditur per compromiſſum.*
2 *Amplia primo, etiam ſi de pendentia appellationis nihil dictum ſit.*
3 *Amplia ſecundo procedere ne dum in inſtantia legali, ſed etiam ſtatutaria.*
4 *Limita primo, quando eſt factum compromiſſum in veros Arbitros, ſecus autem in Arbitratores, et amicabiles compoſitores. item limita, ut nu. 7.*
5 *Coram Arbitratoribus nulla lis, nullumue iudiciũ eſſe dicitur, ſed eorum determinatio eſt potius quædam tranſactio, quam laudum.*
6 *Tempus, quod conteritur coram Arbitratorib. aut amicabilibus compoſitoribus, non computatur in inſtantia appellationis.*
7 *Inſtantia Cauſæ appellationis ita demum ex Compromiſſo ſuſpenditur, ſi coram ipſis arbitris partes procedant, ſecus ſi non procedant, & numero decimo.*
8 *Tempus inſtantiæ currere non debet ei, qui ſemper litigat.*
9 *Cauſa appellationis pendente (ſi compromiſſum fiat) per quod dictæ Cauſæ inſtantia ſuſpenditur, qualiter inſtantia calculari debeat.*
10 *Tempus appellationis non obſtante Compromiſſo currit in caſibus hic expreſſis. ibidem.*
11 *Doctoris eſt ſingularis ſcire reſpondere de iure per ſpeciales Deciſiones, non autem per Regulas generales more pauperum Doctorum.*
12 *Sententia abſolutoria Rei ob obſeruatione iudicij cõſeruat ius Actori iterum agendi.*
13 *Inſtantia cauſæ appellationis perempta, ſiue ſit inſtantia legalis, ſiue ſtatutaria, non eſt tractandum de meritis.*

CONSILIVM XLIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN caſu mihi commiſſo ad referendum de iure per DD. Priores Firenzani, cenſui inſtantiam Cauſę appellationis interpoſitæ per Ioannem Bottignanum a ſentẽtia abſolutoria Ioannis Auguſtini Acconcij ab obſeruatio-

ne

nè iudicij esse desertam ob lapsum temporis a statuto præfixi.

1 Quoniam & si Causa appellationis suspendatur per compromissum voluntarium, vt est tex. in Authen. si tamen, C. de temp. appellat. & in Clemen. quamdiu de appellat. & vbi notant Doctores. Anchar. consi. 284. sub num. 1. Felyn. in capitulo, venerabilis sub numero 13. versiculo, secunda regula extra, de iudic. Blanc. in tract. de compromiss. in sexta, quæst. princip. Rubr. de effect. compromiss. numero 7. versiculo, circa secundum, Marant. de ord. iudic. in sexta, parte princ. titul. de appellation. numero 226. ad fin. post uersiculo, ego autem, & numero 231. versiculo, tertio principaliter limita etiam si de ipsa cau-

2 sa appellationis nihil sit dictum, sed simpliciter de negotio, de quo lis mota esset, factum sit compromissum. Bald. in l. eos, §. Apostolos sub nume. 9. versicnlo. modo hic quæro de tali quæstione, C. de appellat. Felyn. in dicto capitulo, venerabilis, sub dicto nume. 13. dicto versiculo, secunda, Regula, & Blanc. vbi supra num. 16. uersiculo, nono intellige.

3 Hocque procedat nedum in instantia legali, sed etiam statutaria, ut dicit Blanc. loco citato numero 14. versiculo, septimo intellige, & præterea Anchar. dicto consi. 284. sub numero primo, tamen Conclusio hæc duas recipit declarationes, quæ huic casui non adaptantur, quarum prima est, quod intelligitur

4 quando factum est compromissum in veros Arbitros, secus autem si in Arbitratores, & amicabiles Compositores, quia tunc non su-

5 spenditur instantia appellationis, † cum corã eis nulla his vel quæstio, neque iudicium esse dicatur, & eorum determinatio sit potius

6 transactio, quam laudum: & tempus, quod consumitur in colloquis de transigendo coram amicabili Compositore, antequam trãsactio concludatur, non computetur in instãtia appellationis, ut in terminis concludit Anchar. d. consi. 284. sub numero tertio, versic. præterea tex. quem sequitur Marant. d. tit. de appellat. sub dicto numero 231. versic. quod tamen intellige.

7 Altera est declaratio, quod ita demum ex compromisso suspenditur instantia appellationis, si coram ipsis Arbitris partes procedunt, secus autem si facto compromisso nõ procedunt, tunc enim nulla fit suspensio instantiæ; ut in puncto tradit Anchar. dicto cõsil. 284. sub numero tertio, uersicul. item ex verbis, pro quo facit Bartol. in dicta Authen. si tamen ad finem, dum dicit, ideo per Compromissum suspendi instantiam, quia sem-

8 per litigatur, & ei, † qui semper litigat, tempus currere non debet, ut ibidem dicit gloss. quam ipse sequitur, quasi quod a cessante ratione si facto compromisso non litigaretur. tempus non staret in suspenso, sed curreret, argumen. l. adigere, § quamuis, ff. de iur. patr. & capitulo, cum cessante extra de appellat.

9 cum similibus. Ex quib. inferri potest, quod licet subducto de medio tempore compromissi, & habita ratione temporis decursi ante factum ipsum Compromissum, & postea eo finito, adhuc tempore latæ sententiæ superesset de instantia appellationis, nt nos instantiam calculare in ijs terminis docet glos. in dicta Clement. quamdiu, in verbo currere de appellat. cum qua concordant Barto. in dicta Authen. si tamen in secundo not. num. 3. & clarius Bald. in dicta leg. eos, dicta §. Apostolos, sub numero 9. ad finem uersiculo, si autem Arbitri, Salyc. in dicta Authen. si tamen sub numero secundo, versiculo, ibi nisi biennium, & Blanc. in loco allegato numero duodecimo, versiculo quinto intellige, ubi tamen neminem ex prædictis Doctoribus adducit, sed solummodo Bald. in Authen. ei qui, C. de tempor. appellat. id dicentem, numero sexto, versiculo pone, quod in primo anno, Franc. & Bertach. in locis ibi citatis, tamen cum compromissum fuerit non in Arbitros, sed in Arbitratores, & amicabiles Compositores, & coram eis processum non fuerit, nec ij, quod appareat, aliquid penitus in causa fecerint, nec etiam Compromissum acceptauerint, non potest tempus hoc,

10 quo Compromissum durauit, subduci de in stantia, sed immo debet in ea computari, ut utroque casu decidit Anchar. a cuius speciali, & particulari decisione tutum recedere nõ putaui, cum maxime in prima delaratione se quatur a Marant. & in secunda habeat authoritatem Bartol. eum adiuuantem modo, quo supra deduxi, & in neutra habeat expressos contradictores, quod uiderim. Nam, ut dicit Felyn. in capitulo primo sub numero sexto, in fin. extra de præscript. deberemus sci-

11 re respondere de iure per speciales decisiones, non per generales Regulas more pauperum Doctorum, maxime autem sequendum esse duxi Ancharan. cum hoc modo remaneat firma sententia D. Iudicis a quo

12 ab obseruatione indicij lata, quæ neutri parti iura tollit, sed illæsa in alio iudicio deducenda conseruat, Bald. consilio 335. post princip. libro secundo, Ioann. de Anan. consilio nono, numero secundo, & alibi sæpe

13 Doc. Perempta igitur instantia appellationis non est ad merita causæ deueniendum, tum ex forma commissionis ipsius causæ, tum ex dispositione iuris communis, secundum quod nulla esset ipso iure sententia Bal. consi. 298. num. 1. lib. 3. Ale. consi. 136. & 137. ubiq; in prin. lib. 2. consi. 82. nu. 1. lib. 3. consil. 180.

H 3 nu. 1.

numero primo,libro sexto, Crauett. consil. 270.nu.7.& Vant.alios citans in tract.de nul litatib.tit.de nullit. ex defect. iurisd. & vnde, & quib. modis prouen.nu. 116.ver. vnde,vbi dicit esse communem opinionem,quam nu mer. sequenti 117.ostendit procedere etiam in instantia statutaria breuiori instantia lega li, ad quod infinitas adducit authoritates, quod etiam patet ex Bald.& Alex. supra rela tis. Anno 1591.Florentiæ.

EPITOME.

Interlocutoria, per quam fuere admissa interrogatoria facienda testibus examinandis super articulis partis aduersæ, an possit ab eodem iudice reuocari interloquendo non esse locum eius executioni ob lapsum temporis ad faciendum interrogatoria.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria facienda testibus examinaudis super Capitulis, seu articulis ab Aduersario productis, sunt admittenda, alioquin appellari potest a non admissione.*

Testes non examinati super interrogatorijs partis repeti debent, & potest appellari, si iudex interrogare, uel repetere illos nolit, etiam quando ex officio procederetur. ibid.

2 *Appellari potest a non admissione interrogatoriorum, & etiam quando iudex super eis nollet interrogare testes.*

3 *Scribentes, uel inscribẽtes scripturam in iudicio productam, debent instante parte super eius interrogatorijs interrogari circa substantiam, & alias circunstantias dictæ scripturæ pluribus de causis.*

4 *Quod semel placuit, amplius displicere non debet.*

Res iudicata facit ius inter partes, & pro ueritate habetur. ibid.

5 *Iudex ex officio potest reuocare suam interlocutoriam quandocunque, & nu. seq.*

7 *Interlocutoria prima facta cum cognitione causæ non potest per aliam interlocutoriam tolli sine iusta causa, & num. 8.*

9 *Reseruatio interlocutoriæ ex falsa causa facta uitiatur, nec per eam prima interlocutoria sublata dicitur.*

CONSILIVM L.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis ab interlocutoria de amplius non admittẽdo interrogatoria, alias per priorem Interlocutoriam concessa, vertente inter Magnificam Eleonorã Ceccherinam de Moltijs appellãtem ex vna parte, & Magnificam D. Alexandram Corsinam de Minutijs, & litis consortes appellatos ex altera, mediantibus dictarum partium procuratoribus, Visis, & vt oportebat consideratis omnibus hinc inde deductis, Retuli, partes admodum magnifici D. Iudicis primarum appellationum, & nullitatum Ciuitatis Florentiæ esse in pronuntiando male iudicatum per D. Iudicem a quo, & bene appellatum.

1 Quoniam & si non agitur de interrogatorijs faciendis per partem, contra quam producuntur Articuli, vt super ijs Testes examinandi respõdeant, quæ sunt admittenda per text. in cap. præsentium, §. Testes de testibus, in 6. vbi etiam plene gloss. in verbo interrogatoria, & alij scribentes, in tantum vt si super eis interrogati non fuerint testes, repeti debeãt, & iterato cum illis examinari iuxta capitul. per tuas, extra de testibus, vbi pariter gloss. & Doctor. & possit appellari, si iudex ea non 2 admittit, & super eis Testes non interroget, etiam quaudo ex officio tantum, & non ad partis instantiam id facere potuisset, vt tradit Felyn. in dicto capitulo, per tuas, numero quinto, & sexto, post Card. ibi reputans esse dictum notandum; sed agitur de recognitione scriptæ Matrimonij per dictam Dominam Alexandram contracti per alios confectæ, & subscriptæ, vt scilicet, ij qui eam scripserunt, & subscripserunt, compareant ad 3 eam recognoscẽdam, quo casu cum debeãt pro D. Alexandra interrogari, an eorum manu scripta, & subscripta fuerit, Bald. in Auth. si quis numero tertio, C. qui pot. in pign. habe. & in Authen. contra qui propriam, ad fin. numero 23. C. de non numerat. pecun. Roman. cons. 373. in prin. numero primo, idque fiat non ad fidem faciendam inter partes, in dicta scripta contentas, sed ad effectum probationis contra tertium, dictam scilicet D. Eleonoram ad hoc citatam, videtur, quod cõ-

tra

tra eam fungantur vice testium, & propterea quod ea instante super circunstantijs dictæ scriptæ, & alijs eius tenorem respicientib. interrogari possint, pro ut et testes, in quibus loquitur gl. magistralis in d.ca. præsentium, d.§.testes, in verbo interrogatoria, de Testibus, in sexto. Vnde bene se gessisse videtur iudex, dum D. Eleonoræ concessit, vt dictis recognoscentibus scriptam interrogatoria congruentia tamen & per ipsum videnda, & approbanda prius facere posset, de quo tamen non videtur nunc disputandum, quia pars, contra quam interrogatoria fieri de-
4 bebant, acquieuit dictæ pronuntiæ, cui nunc contradicere non potest, capitu. quod semel placuit, de reg. iur. in 6. & ibi Doctores, præter tim quia quo ad eam transiuit in iudicatum, iusque fecit inter partes, & pro veritate habetur, l. res iudicata, cum ibi notatis, ff. de regu. iur. & fortius eum iudex non videatur verè, & proprie reuocare dictam interlocutoriam sed potius declarare, quod non sit locus eius executioni ob lapsum temporis ad faciendū interrogatoria concessi, vnde potius videtur iudex denuo affirmare se rectè iudicasse in concessione interrogatoriorum, sed eorum admissioni locum amplius non esse, cum vt ipse asserit, lapsum sit tempus ad ea faciēdū: adeo, quod si lapsa non fuissent tempora, nō ita iudicasset, sed in prima pronuntia stetisset, quam non poterat postea idem iudex absque legitima causa reuocare, declarando non esse amplius locum dictis interrogatorijs alias concessis, maxime quia dicta pronūtiatio in prima erat transacta in iudicatum contra partem, quia licet possit iudex etiam ex officio reuocare suam interlocutoriam quandocūque ante sententiam, Crauet. consi. 23. numero octauo. post DD. in l. quod iussit, ff. de re iudic. & alios, quos adducit, quibus adduntur Camp. inter consi. Alexand. de Neuo consil. 16. in secundo, dubio num. 9. Dec. consi. 143. sub num. 4. versicu. vltimo non obstat, & Canonistæ in capitul. cum cessante extra de ap-
6 pella. etiam stante statuto, quod ab interlocutoria non possit appellari, vel de nullitate dici, Fulgos. consi. 141. colum. fin. post versicu. quinta ratio circa finem, tamē quando reuocatio continet præiudicium, & grauamē par-
7 tis, non potest fieri sine causa iusta, Ripa in d. l. quod iussit, numero 14. & ante eum Bal. in l. post sententiam ad finem numero 13. C. de senten. & interlo. omn. iud. Abb. in capitulo, cum cessante ad fin. num. 18. extra de appellat. alias pars ipsa licitè appellat a reuocatione, vt pote sine causa facta, præsertim quan-
8 do prima interlocutoria per eam reuocata cū cognitione causæ processit, pro ut in hoc casu, vt subiungit. Abb. in loco allegato, & volunt scribentes in d. l. quod iussit, ff. de re iudi. quæ causa nedum ad fuisse non videtur, sed quæ in reuocatione exprimitur, & vnica Iudicem ad reuocandum mouit, falsa est, & ideo non solum non iustificat reuocationem, sed eam redarguit, cum enim neque a iure communi, neque a statutis, aut alijs ordinibus Ciuitatis reperiatur aliquod tempus ad interrogatoria facienda præfixum, neque ab ipso iudice illud fuerit assignatum, neque a consuetudine, aut stylo fori limitatum, verum non est, quod tempus ad ea facienda sit lapsum,
9 pro vt in dicta reuocatione asseritur, quæ merito ex hac vnica falsa causa expressa uitiatur, & annullatur ipso iure, Fulgo. loquens in interlocutoria, consi. 136. numero 1. & dicto consi. 141. colum. fin. post. versi. quinta ratio, & in omni sententia generaliter tradit Vant. de nullitat. tit. de nulli. ex defect. processus. num. 128. & seq. nec ex iniustitia prioris pronunciationis iustificari potest, sed potius pars grauata in reiectione dictorum interrogatoriorum primo admissorum appellare iuste potuit, ut supra dictum est. Anno 1591. Florentiæ.

EPITOME.

An, & quando Remedium cap. reintegranda tertia, quæstio. prima, detur contra titulo, & bona fide possidentem, & quid probare debeat agens ad victoriam reportandam.

SVMMARIVM.

1 *In remedio reintegrandæ probans possessionem antiquiorem respectu sui, & iuniorem, seu recentiorem respectu aduersarij, obtinere debet. & numero quarto.*

2 *Probans suam antiquiorem possessionem, opus non habet probare spolium tempore possessionis, & quare.*

Possessio iunior, & recentior clandestina, & uitiosa præsumitur, ibidem.

3 *Remedium cap. reintegranda, 3. quæst. prima an detur contra possidentem titulo, & bona fide, etiā habentem causam a non uitioso Authore, & in casu, de quo hic quæritur, dicitur quod sic. limita numero 4.*

4 *Probans de antiquiori possessione etiam quod alius habeat titulum, & possessionem recentiorem in Remedio Reintegrandæ obtinere debet, & supra, numero 1.*

5 *Agenti cap. Reintegranda 3. quæst. prima, & adducenti Reos conuentos possidere clam resp ctu antiquioris possessionis dicti agentis, non obsta re-*

recentior, & titulata possessio Reorum, quod qualiter procedat, declaratur ibidem.

6 *Fructus percepti post litem contestatam, restituendi sunt ei qui obtinuit Reintegrationem bonorum non obstante, quod Reus ab initio habuerit titulum, & bonam fidem.*

7 *Reus conuentus Remed. reintegrandæ habens authorem de euictione obligatum, quamuis succumbat, tamen est ab expensis absoluendus, & quare.*

CONSILIVM LI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi commissa per Magnificos DD. Priores populi, & Cōmunis Cortonæ inter Nicolaum, & Cesarem Fratres, & filios olim Pascutij de Villa Seani appellantes ex vna parte, & Aurelium, & fratres filios olim Matthei de eadem Villa appellatos ex altera, Retuli partes dictorum Dominorum Priorum esse in pronuntiando bene per D. Iudicē a quo fuisse iudicatū, & male appellatum, præterquam respectu condēnationis expensarum, a quibus absoluēdi fuerant, quoniam cum dicti Aurelius, & fratres agentes contra dictum Nicolaum, & Cesarē pro bonis in actis cōtentis probauerint eorū antiquiorem possessionē, & iuniorē dictorū cōuentorū in dictis bonis, videtur, quod probauerint sibi ipsis necessaria ad obtinendum in remedio capit. reintegranda tertia, quæst. prima, Afflict. decis. 361. num. 1. D. Thobias Noni. consi. 24. num. 1. 2. absque eo, quod aliter probent de spolio, vel de possessione tempore ipsius spolij, quod re ipsa probatum dicitur probata eorum antiquiori possessione, & recentiori Reorum conuentorum, quæ uitiosa, & clandestina præsumitur. Afflict. decis. 327. numero secundo, & ibi Vrsil. in addi. numero primo, & quarto, Plotus de in litem iuran. §. 3. numero sexto, & Gabr. alios referens titu. de restit. spoliat. conclus. quinta, nu. 67. & 68. versic. secunda conclusio, & nume. 100. versicu. 14. conclusio est vbi citat plures idem tenentes, & de Communi attestantes, & vltra adductos per ipsum Benintend. decis. Bononi. 10. in princ. Roland. a Valle consil. 32. sub n. 10. & seq. lib. 4. & absq; eo, quod probent de initio ipsius possessionis antiquioris, Vrsil. in addi. ad Afflict. dec. 324. sub nu. 9.

Nec dictis agentibus obstare potest, quod dicta bona emptionis titulo acquisiuerint dicti Rei conuenti ab Antonio quondam Ioānis Nicolai de Villa Seani, quoniam & si magna est inter Doctores contentio, an Remedium dicto capitulo, reintegranda detur contra possidētem titulo, & bona fide etiam habentem causam a non vitioso Authore, & multi teneant opinionem negatiuam; tamē in proposito nostro affirmatiua amplectenda est ex late congestis per Gabr. d. conclus. quinta num. 38. versicul. decimo amplia, vbi post relatos quam plures attestantes de communi, & magis communi, tādem dicit, quod hodie ista videtur magis communis opinio: & adductis per eum addendi sunt Menoch. de recuper. possess. 15. remed. num. 80. versi. sextus est Casus. Plot. de in lite iurand. §. 3. numero 5. Cacher. deci. pedemon. 93. 1. Rolan. a Val. consi. 32. sub num. 17. versicu. quia primo respondetur, libro quarto. Io. Petr. Surd. consi. 28. numero 58. versicu. respondeo etiā, Riminald. iun. consi. 646. num. 35. & sequen. versic. nunc ad secundum transeo, Thobias Nonius consi. 24. numero 16. versic. cum igitur Pontan. in trac. de spol. libro primo, num. 129. versic. idemque remedium, & Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 327. num. 25. & decisi. 361. num. 39. in quibus locis prædicti Doctores alios latissime referunt, & attestantur opinionem hanc esse magis communem, & in iudicijs approbatam, cum qua concordare videntur Afflict. decis. 324. numero octauo, & ibi latius Vrsil. in addit. nu. 7. & decis. 363. nu. 4. & ibi etiam Vrsil. nu. 1. Plot. d. §. 3. nu. sexto. dum volunt in hoc remedio obtinere eum, qui probat de antiquiori possessione, etiam quod alius habeat titulum, & possessionem recentiorem, cui sententiæ potissimum adhærendum censui, cum in præsenti casu non appareat, quod author dictorum Reorū habeat causam ab alio Authore titulato, & non vitioso, quo constito posset fortassis procedere negatiua opinio, vt dicit Cacher. d. decis. 93. sub num. 6. post Crot. consi. 47. nume. 20. & consi. 75. numero decimo, sequitur Io. Petr. Surd. dicto consi. 28. num. 59. 60. versi. 3. prædicta opinio, & nouissime Riminald. iunior d. consi. 646. sub num. 40. ad fin. eoque magis affirmatiua hæc opinio admittenda est, quia agentes in articulis deduxerūt Reos possidere clam respectu eorum antiquioris possessionis quo casu obstare non videtur recentior titulata possessio antiquiori possessori, Menoch. d. remed. 15. num. 402. versicu. limita primo, Cacher. d. decis. 93. nu. 3. Rolan. d. consi. 32. sub nu. 27. in fine, latissime Surd. d. consi. 28. num. 63. versic postremo respondetur. Riminal. iun. d. consi. 646. num. 38. & sequentibus, versic. nec insuper, Panzirol. cōsil. 97. nu. 9. Vrsil. in additio. ad Afflictum de-

cis.

cis.324.sub num.7.Gabr.d.conclus.5. nu.71. 72.versicu.tertia conclusio, Quamuis postea num.73.versicu.declara hanc opinionem, vt sit hoc procedere tenendo negatiuam, quia tunc ut spoliatus obtinere possit, debet deducere, quod nouus possessor: clam possideat respectu ipsius antiqui possessoris: secus autẽ tenendo affirmatiuam magis communem, quia tunc non est necessarium aliud deducere, nisi antiquam possessionem respectu agẽtis, & recentem respectu conuenti, ad quos non nullas adducit authoritates, cum qua declaratione post longam disputationem transit Thobias Nonius dicto consi.24. numero 15.& 16.versi.secundo respondetur.

Et cum agentibus bona restituenda sint, 6 fructus etiam recuperare debent post litem contestatam, non obstante quod Rei conuẽti habuerint titulum, & bonam fidem, quoniam post litem contestatam omnes possessores sunt pares, & qui fuerunt bonæ fidei, incipiunt fieri malæ fidei, & ad fructus ex eo tẽpore tenentur per Deci. Beninten. allegatam per D. Iudicem a quo, Decis.20. Rotæ Bononiens. per totam, cui addo similem deci. Neapoli.59.num.2.& in his recte arbitratus sum 7 se gessisse dictum Dominum Iudicẽ a quo. Cæterum quo ad expensas aliud existimaui, quia cum dicti Rei habeant Authorem obligatum de euictione, & litigent, vt sibi parent actionem de euictione contra illum, non videbantur condemnandi in expensis, vt in individuo dicit Ias. in l. propetandum, §. siue autem alterutra, sub num. 10. vers. 10. limita, C. de Iudicijs. Anno 1591. Florentiæ.

EPITOME.

Re ab eodem vendita duobus, ille præferendus est, cui primo res tradita fuit etiam per clausulam constituti, vbi titulus subsistat. De venditione fructuum fundi non dum maturorum, fœtus pecudum & similium futurorum euentuum, & in spe consistentium, & qualiter ac quando Reus ab expensis non debeat excusari.

SVMMARIVM.

1. *Re ab eodem uendita duobus, ille præfertur, cui prius tradita est, licet posterius ei uendita sit.*
2. *Clausula constituti operatur traditionem dominij, & etiam ciuilis, & naturalis possessionis, ac si uerè, & realiter res tradita esset. declara nume. quinto.*
3. *Fructus fundi nedum maturi, sed pendentes, & futuri uendi possunt; Idem de partu, & fœtu pecudũ & aliarum rerum, ut de alea, iactu retis, captura Auium, & huiusmodi.*
4. *Spes consistens in fortuito euentu potest uendi, donari, & ad hæredes transmitti.*
5. *Constitutum non operatur translationem Dominij, & possessionis data inualiditate tituli.*
6. *Reus cõuentus post publicationem processus certioratus de non iure, debet in expensis condemnari, si non desistat.*

CONSILIVM LII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIso processu agitato in Curia Castrionis terrezij inter Ioannem quõdã Bertoni de Bagnono ex una parte, & Iacobum olim Petrini de Vespeno ex altera, & consideratis omnibus in iure, & in facto deductis, retuli partes D. Capitanei dicti loci esse in condemnando dictum Iacobum ad quantitatem Tritici petitam per dictum Ioãnem vna cum expensis a publicatione processus citra tantummodo factis.

Et ad ita referendum motus fui, quia cum de fructibus petræ Terræ, de quibus contenditur, factæ reperiantur diuersis temporibus duæ venditiones per Vincentium quondam Ioãnis Matthei de Collesino, quem utraque pars Dominum, & possessorem dictæ petræ Terræ fatetur, vna per scripturam priuatam a Testib. recognitam de mense Martij 1591. Altera per instrumentum publicum cum Clausula constituti de Mense Maij subsequẽtis, videtur, quod vltima venditio præferen-1 da sit priori, quoniam cum Res duobus separatim per eundem uendita est, is præferendus est, cui primum eadem res tradita fuerit etiam si sit posterior in titulo. l. fiue autem, §. si duobus, ff. de act. empt. l. quoties, C. de rei vendicat. l. qui tibi, C. de hæredit. vel action. vend. & l. qui tibi, C. de his, qui a non Domi. 2 manum. cum similibus ad hoc allegatis per Tiraq. in tract. de const. possess. in prima parte numero 11. versic. sed & illud, & per Gomez. lib. var. resol. tom. secundo, de contract. cap. 2. Rubr. de emp. & vendit. num. 20. vers. item quæro, & sufficit traditio vigore dicti constituti in venditionis instrumentum appositi, per quod dicitur translatum in emptorem Dominium, & etiam possessio ciuilis, & natu-

naturalis,non fecus, ac fi ipfi venditori res ip fa verè,& actualiter,ac realiter tradita fuiffet vt poft infinitos,quos congerit, firmat Tiraquel.loco citato, & magis fpecialiter in proprijs terminis noftris Cafus numero 24. verficulo, & quemadmodum præfertur, Gomez.in loco relato in verficulo quarto,principaliter extende,Dec.in l.contractus nume. 18.verficulo,ex fupradictis,ff.de reg. iur. Socin.in reg.r 18.in fecunda Fallent. Ancharan. Regienf.quæft fecunda numero 4. libro fecundo,& Gabr.alios referens tit.de empt.& vendition.concluf. fecunda numero 18. uerficulo,fecundo,limita, & eft opinio communis & adeo a Doctoribus recepta, vt vix ha-
2 bear contradictorem fecundum Tiraquell. vbi fupra num. 22.verficulo,& id quidem.

Nec refert, quod fructus nondum maturi
3 venditi fuerint,quoniam fructus nedum pendentes,fed futuri, & nafcituri ex aliquo fundo vendi poffunt, ficut & Partus nafciturus, fętus pecudum,& quilibet alius futurus euētus,qui effe, vel euenire fperatur, vt alea,iactus retis,captura Auium, & huiufmodi, l. nec emptio,ff.de contrahen.emp. l.fi iactum ff.de act.empt.l.interdum,ff. de verbo.oblig. l.& quæ nondum,ff.de pignor. l.prima,ad finem,ff.de condit.& demonftra. l.fpem,C.de donat. & §. ea quoque res inftituta de legat. ex quibus iuribus ita firmant Fabian.de Mōte in tract.de empt. & vendit. in quarta quæftione principali numero 46.verficul. 10.fexto quæro,& Gomez. fecunda Rub.de empt. & vendit.nume.7.verficulo, item quæro an res,quæ nondum eft in rerum natura, facit Franc. Ioannatus de empt. & vendit.fub pacto retrouenditionis fub nu. 179. uerficu.eodem eft referendum, vbi quod licet venatio confiftat vt plurimum in fpe fragili capiendi feras,quas fi venator capiat, multa accidere
4 poffunt, tamen eiufcemodi † fpe confiftens in fortuito euentu poteft vendi,donari,& ad hæredes tranfmmitti per dicta l.fi iactum,et d.l.fpem,& per §. ex conditionali inftitut. de verbor. obligat. adeo quod ftante validitate tituli dicti Ioannis, in quo Conftitutum fuit appofitum, uirtus eiufdem Cōftituti efficax, eft ad translationem Dominij, & poffeffionis rei venditæ abfque alia reali traditione mi-
5 nus neceffaria, † licet data inualiditate ipfius tituli,aliud dicēdum effet ad notata per Dec. in d.l.Contractus num. 24.verficulo,vltima conclufio fupradicta,& per Tiraquell.in d.tract.in tertia parte,limitatione feptima numero primo,in princip.& numero 14.& feq. verficul.ex quibus,fi opinionem tenentium contrariam fententiam non fequeremur, de quibus idem Tiraque meminit in dicta 7.limitatione num. 18.& feq. verfic.fed vt redeamus,de quare non expedit difputare,cum habeamus validitatem venditionis, & vnaquæque pars fuam emptionem producat, eamq; acquifitioni Aduerfarij præferendam contēdat,& ifta quò ad merita Caufæ fufficiant.

Quò verò ad expenfas, putaui in eis condemnandum effe Iacobum a publicatione proceffus tantum, cum ab eodem tempore certus de iuribus Aduerfarij per infpectionē inftrumenti vēditionis,& teftium fidem priuatam recognofcentium, & aliorum deductorum contra ipfum non defiftens a lite,nō
6 mereatur ab eis excufari, licet antea non clarus de meritis Caufæ, & bono iure aduerfarij iuftam litigandi caufam habere potuerit, & propterea ab illis expenfis excufari debuerit,vt tradit Iaf.in l.properandum, §.fiue autem alterutra num. 22.verficu. fecundo,quæro,C.de iudicijs,& habetur per Dec. in l.qui in alterius,ff.de reg. iur.num.7.verfic. fecundo nota,quicquid poftea dicat nume. 8.cum fequentibus non facta defiftentia de cōdemnatione omnium expēfarum etiam ante publicationem contra communem hanc opinionem, quam fequitur, & confirmat eam, defendendo ab impugnatione Decii Cagno. ibi numero 19.& pluribus fequentibus verf. fecundo,principaliter infertur. Anno 1591. Florentiæ.

EPITOME.

An, & quando Remedium interdicti Saluiani fimul cum hypothecaria intentari poffit, cui, & contra quem competat. Et an excuffionem contra principalem debitorem requirat, & de bonis obligatis,feu pignoratis pro forte, an etiam pro intereffe,& damnis,& huiufmodi obligata cenfeantur.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum Saluianum fimul cum Actione hypothecaria cumulari poteft.*
2 *Agenti Saluiano, & hypothecaria fimul fufficit probare bona fibi obligata fuiffe penes debitorem tempore contractæ obligationis,uel poftea, & de præfenti effe penes Reos conuentos.*
3 *Interdictum Saluianum utile competit cuicumque Creditori ex quauis caufa,& præfertim Creditori hypothecario ex caufa Dotis.*
4 *Interdictum Saluianum datur non folum contra princi-*

principalem debitorem, & eius haeredem, sed etiā contra tertium possessorem, quamuis extraneum, & a debitore, vel haerede causam non habentem.

5 *Interdictum Saluianum competit nedum pro sorte, seu quantitate debiti, sed etiam pro interesse ob eius retardatam solutionem.*

Pignora censentur obligata nedum pro sorte, sed & pro interesse, & vsuris pro sorte debitis. ibidem.

6 *Bona obligata pro Dote, censentur quoque obligata pro interesse, & pro Alimentis, ac pro alijs similibus accessorijs.*

7 *Interdictum Saluianum de sui natura continet etiam damna, & interesse ratione Morae, ultra sortem principalem, quando eorum perceptio non sapit vsuram.*

8 *Excussio contra debitorem principalem non est necesse, ut fiat per agentem remedio Saluiani interdicti.*

9 *Reus conuentus non debet in expensis condemnari, licet succubuerit, quando litigat, ut contra Authorem actionem sibi de euictione parare.*

CONSILIVM LIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

MAturè, vt oportuit, consi derato processu Causae motae per Doctum de Doctis cōtra Bartholomeum, & Ioannem Mariam de Brunettis, & lites Consortes, Retuli partes Magnificorum DD. Cōseruatorū Populi, & Vexilliferri Iustitiae Ciuitatis Burgi Sancti Sepulchri esse in pronunciando bene per D. Iudicē a quo fuisse Iudicatum pro Actore, & male per Reos conuentos appellatum, praeterquam respectu condemnationis expensarum, a quibus absoluendi fuerant, quoniam si verba libelli dicti de Doctis rectè perpendantur, constabit illum in hoc iudicio 1 intentasse Remedium vtilis Saluiani interdicti, etiam circumscripta eius speciali expressione, quae in calce ipsius libelli facta apparet, si nō de per se, saltem simul cum actione hypothecaria, cum qua cumulari illud posse voluit Castr. in l. rem alienam num. 10. ff. de pignorat. actio. dicens ita semel consuluisse in Ciuitate Pistorij, licet tūc communiter Procuratores, & Aduocati sentirent contrarium non subtiliter considerantes, & subdit esse menti tenendum, quia est de pane lucrando, & multi processus sustinentur, & quod est verissimum, & passus est quotidianus: & Cast. sequutus est Neguf. in tract. de pignor. & hypothec. in tertio membro octauae partis nu. 26. versicu. restat modo, quam opinionem tenet etiam Menoch. de adipiscend. possess. remed. tertio quęst. 28. num. 160. & 161. satisq; 2 agenti fuit ostenso eius Credito ex causa Dotium vxoris, pro quo bona sibi obligata fuerunt, probare ipsorum bonorum possessionē penes debitorem principalem tempore contractę obligationis, vel postea fuisse, & de pręsenti apud Reos conuentos esse, Aret. in §. itē Seruiana nume. 14. versic. in modo vero probandi Inst. de Action. & ibidem Ias. numero 91. & pluribus sequentibus, versic. In secundo vero membro Neguf. alios referens in primo membro octauae partis numero 6. versi. tertia differentia, & in tertio membro num. 19. versi. septima, conclusio est. Rolan. a Vall. consi. 14. num. 6. & nume. 13. libro primo, & Menoch. caeteros eiusdem sententiae adducens in d. 3. remedio, quaest. 29. num. 160. & pluribus sequentibus, etiam quod egerit tali remedio non de per se, sed simul cum actione hypothecaria, quia adhuc sufficit, quod praedicta probet ad reportandam uictoriam super illo, ut in terminis decidit Castr. in d. l. rem alienam nu. 10. & 11. quem sequitur Neguf. in d. 3. membro octauae partis; nume. 26. 3 versic. restat modo. Competitque utile hoc interdictum cuicumque creditori ex qua vis causa, Barto. in l. prima num. 2. ff. de Salu. interd. & in l. 1. numer. 1. in fin. C. de praecar. & Saluia. interd. Aret. in §. item Seruiana num. 14. versi. aduertas tamen Instit. de action. Alexand. consi. 185. num. 14. iuncto themate, super quo respondit libr. sexto, Ripa in Rub. ff. de pign. num. 19. Negu. in primo membro dictae octauae partis num. 5. versicu. sed quia, num. 6. versicu. tertia differentia & membro 3. nu. 19. & alij relati a Menoch. d. Remedio 3. quaest. 3. num. 17. & pluribus sequentibus, quibus addo Neguf. in eodem tractatu in 4. membro secundae partis num. 133. uersi. prętere a clarum est, Soc. consi. 80. num. 2. in fin. versicu. vel etiam, & 3. lib. 3. Crauett. consil. 201. num. 45. in 7. dub. Decis. Rotae Romanae 44. tomo primo, in nouissimis in secunda difficultate num. 4. in qua dicitur ita fuisse resolutum, quod & antea necessario praesupp ositum fuerat in deci. praecedenti 43. in eadem causa facta, & Roland. consi. 14. num. primo libro primo, id expresse dicentem in Credito re hypothecario ex causa Dotis, in quo & nos uersamur, quod & idem Rolan. prius in consi. 9. in eadem causa aedicto praesupposuerat, & specialiter etiam firmauert numer. 17. versiculo, pariter non obstat, eodem libro 1. Idem etiam in istis terminis praesupponit

Natta

Natta consil. 521. in principio, & in toto, ita ut adhærēdum non sit opinioni eorum, qui contrarium dixerunt, uolentes illud nō com petere nisi Creditori ex causa locationis, de quibus meminit Menoch. d. quæst. tertia numero 23. & sequ. eorumdē sententiæ se subscribens, quia præcedens opinio receptior, &
4 usu approbata uidetur; Daturque remediū illud non solum contra debitorem principalem, & eius hęredem, sed etiam contra tertiū possessorem etiam extraneum, & a debitore uel hærede causam non habentem Barto. in l. 1. C. de præcar. & Saluia. interdict. in princ. & in l. 1. pariter in principio, ff. de Saluian. interdict. Aret. in d. §. item Seruiana num. 14. uersic. aduertas tamen Instit. de actio. & ibidem Ias. nu. 90. & pluribus sequentibus, uersi. his ita diligenter examinatis, Neguſ. in tract. sæpe citato in quarto membro secundæ partis num. 133. uersi. præterea clarum est, & in primo membro octauæ partis, numero quinto, uersiculo, sed quia, & in tertio mēbro nu. 19. uersic. septima conclusio, Natta consilio 521. in principio, Roland. d. consi. 9. ante numerum tertium, uersiculo, primo igitur iuncctis dictis num. 17. post uersi. pariter non obstat, & d. cons. 14. num. primo libro primo, & hanc ueram, receptam interpretum opinionem esse dicit Menoch. d. remed. 3. quæst. 7. num. 15. & seq. allegans ex supraſcriptis Doctoribus solum Neguſ. in primo tantummodo loco adductum, & quosdam alios a me non citatos.

5 Et competit nedum pro sorte, seu quantitate debiti, sed etiam pro interesse ob eius retardatam solutionē debito, quia sicut pignora pro sorte obligata censentur etiam obligata pro usuris pro sorte debitis. l. Lucius, ff.
6 qui potior. in pign. habeant. ita & bona obligata pro Dote, debent censeri obligata pro interesse, uel alimentis, aut similibus accessorijs ex causa Dotis debitis, Aretin. in §. fuerat num. 12. instit. de action. & latissime Neguſ. alios citans in d. 4. membro secūdæ partis nume. 47. cum pluribus sequentib. uer. septimo amplia, quam sententiam ultra adductos per eum tenent Bald. consi. 268. num. 3. lib. 5. Castrens. cons. 53. per totum librum tertium in nouiter repertis, & ibi etiam Balthaſ. Quint. in additt. Ias. in d. §. fuerat num. 42 Soc. consil. 41. num. 13. lib. 4. ultra quod ex natura ip-
7 sius Saluiani interdicti ueniunt damna, & interesse ratione moræ ultra sortem principalem, in qua non computantur, quando eorū perceptio non sapit usuram, ut in præsenti casu, ut firmat Rota Roma. d. decis. 43. in prin. iuncta declaratione in eadem causa postea facta in seq. decis. 44. supra allegata nume. 7. & & seq. uersic. ultima fuit difficultas.

Nec sub prætextu non factæ excussionis cōtra principales debitores excludi potest a-
8 gens, quia in hoc remedio non est necessaria, Socin. consil. 80. sub num. 2. in fin. uer. etiam, & tertio, libro 3. Crauett. consi. 201. num. 3. in fin. & in 7. dubio num. 45. Roland consil. 14. num. 18. lib. 1. & post eos Menoch. dicto remedio tertio, quæst. 30. nume. 179. & 180. cum qua opinione transit idem Rolan. consil. 9. num 18. & consi. 79. num. 39. eodem libro primo, Rot. decis. 444. num. 7. uersic. potest etiam dici in prima parte in nouissimis diuersorum, & ita alias iudicatum fuisse uidi & pro ea allegari Bellon. consi. 34. nu. 8. Bursat. consi. 32. num. 45. Laurent. de Pin. consi. 83. num. 3, Bottam consi. 93. num. 30. & Ioseph. de Lodou. decil. Peruſ. 45. num. 13. dicē tem esse uerissimam, & ita alias iudicasse, & Ant. Gabr. tit. de fideiuſſ. conclusione prima limitatione 39. num. 112. authoritate Soc. & Crauettæ contentum, scio tamen contrariū defendisse Nattam consi. 521. & Franc. Becci. consi. 88. alias 89. & Bello. pro alia opinione adductum d. consi. 34. ad fin. nu. 9. pro eadem sententia Bertrand. & Calcan. adducentes, ex quibus quo ad merita optime iustificata uidetur sententia per D. Iudicem a quo lata, quam tamen respectu expensarum defendi non posse existimaui, quia cum dicti conuenti bona, de quibus agitur, emptionis titulo acquisiuerint a filiis Nerij de fideris princi-
9 palis debitoris dicti Agentis, & eisdem litem hanc contra ipsos motam notificauerint, & litigent, ut sibi ipsis contra dictos uenditores actionem de euictione pātent, & regreſsum habere possint, non poterant condemnari in expensis, ut in indiuiduo tradit Iaſ. in l. properandum. §. siue autem alterutra, sub nu. 10. uersicul. decimo limita, C. de iudicus, Anno 1591. Florentiæ.

EPITOME.

Agitur de interpretatione statuti Fiuizzani sub Rubr. Della successione ab intestato, & an exclusus a successione vnius, intelligatur etiam exclusus a successione alterius, & præsertim an soror exclusa a successione fratris, dicatur etiam exclusa a successione sororis.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex sorore una cum Auunculis in stirpes admittuntur ad hæreditatem Materteræ ab intestato*

stato de iure communi.

2 *Statutum Fiuizzani Rubr. de successionibus ab intestato declaratur.*

3 *Verbum (si quit) in statutis iuri communi contrarijs, an comprehendat masculinum, & fœmininum.*

4 *Verba statuti cui non conueniunt, neque illius dispositio conuenit.*

5 *Qui se fundat in statuto, omnia in dicto statuto expressa uerificare debet.*

Statutum specialiter loquens de exclusione sororum in una parte, non intelligitur in alia parte de earũdem exclusione loqui. ibidem.

6 *Soror per statutum exclusa a successione fratris extante alio fratre, non intelligitur exclusa a successione sororis, immo concurrit cum ipso fratre.*

7 *Appellatione fratris non uenit soror in materia repugnante iuri communi.*

Extensio de uno casu ad alium nõ fit in ijs, quæ sunt contraria iuri communi, quamuis militet eadem ratio. ibidem.

8 *Communis usus loquendi etiam in statutis attenditur.*

9 *Masculinum quando concipiat fœmininum in statutis.*

10 *Statutum excludens Matrem stantibus fratribus non habet locum stante sorore, quia appellatione fratris uenire non potest.*

11 *Exclusio a successione unius, an procedat in successione alterius, & fieri possit extensio ex pari, uel maiori ratione.*

Tutius est inhærere Decisionibus in indiuiduo, quam Regulis propter earum uarietatem. ibidem.

12 *Statutum ubi non disponit, intelligitur relinquere Casum omissum dispositioni iuris communis.*

CONSILIVM LIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mota per Iacobum, & Isabettinam quondam Mariettæ pro hæreditate olim Annæ eorum Materteræ contra Baptistinum illius quondam virum, pro quo litem suscepit Baldassar dictę Annæ frater, Retuli DD. Prioribus Fiuizzani Iudicibus appellationum bene per Dominum Iudicem a quo fuisse iudicatum ad fauorem dictorum Agentium, & male per partem appellatum.

1 Quoniam cum de iure communi fundatam habeant dicti Agentes intentionem succedendi ab intestato in stirpes dictæ eorum Matertere tamquam subintranres in locum eorum Matris prædefunctæ una cum Auunculis, cum quibus dicta eorum Mater, si viueret, admitteretur § cum filius instirurion. de hæreditat. quæ ab intestat. de fer. §. primo, in Authen. de hæreditat. ab intestat. vendit. Authen. cessante, C. de leg. hæreditat. & vbique gloss. & scribentes, & tradit in terminis istis propriis Crauett. consilio 127. numer. 2. vbi refert alios idem tenentes, restat

2 solummodo videre, an ex statuto loci, sub Rubr. della successione ab intestato excludatur, in qua red: ligenter ponderatis verbis dicti statuti in omni eius parte existimaui statutum ipsum eis non nocere, nam pars illa statuti, & se alcuno sarà morto senza figliuoli, & descendenti Maschi, legitimi, & naturali, lasciando dopo di se Padre, ò Auolo paterno, ò fratello, ò Nipote del fratello morto, ò Zio, & parimente lasciando la figliuola, ò Nipote del figliuolo, ò descendenti femine non maritate, ne dotate, il Padre, ò Auolo, ò fratello, ò Nipote, ò Zio, siano heredi, & le femine non succedino, ma sieno maritate, & dotate competentemente, & siano contente delle dette Doti, omissa disputatione illa an

3 verbum illud, se alcuno, quod latine sonat, si quis, in statutis iuri communi contrarius cõprehendat non tãtum masculum, sed etiam fęminam, de qua re multa congerit Tiraqu. de retract. consang. §. primo, gloss. 9. numer, 14. cum pluribus sequentibus uersicul. nec me latet, uidetur, quod non possit applicari

4 ad præsentem casum, cui non conueniunt omnia uerba ipsius statuti, ut proinde nec ipsum statutum locum habere possit l. e. si seruum §. non dixit Prętor ff. de acq. hære. l. hos accusare, §. omnibus ff. de adulr. l. illam, C. de collation. l. prima, §. ait Prætor, ff. ne quid in flum. publ. l. 4. ante finem, uersicu. docere ff. vi bonorum raptorum ca ad audientiam ex-

5 tra de Decim. cum similibus, debent enim uerificari omnia in ipso statuto expressa, alias ei non est locus, ut in indiuiduo super statuto feminarum exclusiuo tradit Ioan de Anan. consilio uigesimoseptimo, sub numero sexto uersiculo, hoc præmisso, & maxime quia inferius in alia parte, de qua mox statim dicetur, statutum loquitur specialiter de exclusione sororum, per quod aperte demonstrat, quod de illis in præcedenti parte non intellexerat Gabr. de verb. significa. conclus. sexta numero 63. & 64. post Alexand. d. consi. 45. num. 9. libro septimo. Soc. reg. 255.

in verbo masculinum in septima Fallent. & alios plures, maxime cum ad hoc uel simplex coniectura sufficiat, Gabriel. ubi supra numero 87. uersiculo amplia, quia idem est.

Minus obstare potest altera particula eiusdem statuti, Et la Madre non possa succedere al figliuolo, ne le sorelle al fratello, sendoui li
6 predetti Agnati maschi, † quia soror per statutum exclusa a successione fratris extante alio fratre non intelligitur exclusa a successione sororis, immo concurrit cum ipso fratre, ut concludit Castr. consil. 119. per totum libro primo, ea ratione, quod in repugnanti-
7 bus iuri communi appellatione fratris non uenit soror, nec fit extensio de uno casu ad alium, aut de una persona ad aliam, quæ non uenit mediāte altera, sed de per se, & propter se, licet militet eadem, uel maior ratio, sed stricta fit interpretatio, adeo ut casus non expressi habeantur pro ommissis, & relinquantur sub dispositione iuris communis, ut ibi per ipsum iura probantia adducentem, & dicentem hanc partem esse tutiorem, quia minus odii continet, & idem per omnia tenet Laurent. de pallat. in tractat quod stantibus masculis fœminæ non succedant num. 259. & sequen. uersiculo, hoc autem loco, ubi eisdemet rationibus, & verbis utitur quibus Castrens. a quo ea omnia mutuo suscepisse uidetur, eādem opinionem sequendo Castrensem sequuti sunt Natta in eodem tract. in 9. quæst. 3. quęstionis principalis numero 57. & sequent. uersiculo secundo hoc statutum, ubi etiam adducit Barto. idem tenentem consilio 229. in secundo dubio numero quarto, libro primo: & aliam addit rationem, quod scilicet aliud est frater, aliud soror, & diuersa sunt nomina, & conuenit communi usui lo-
8 quendi, qui etiam in statutis attenditur, cum vocabulorum significationes vulgus adinuenerit Capr. consilio. 62. in quarto, dubio numero octauo, & sequen. eadem rationem addens, Brun. in eo. tract. quod stantibus masculis, artic. 9. quæst. 13. numer. 72. uersic. ad idem, & numero 84. versiculo, & dixit, & iterum numerō 85. uersic. & quia dixi supra, & clarius Articul. octauo, quæst. 19. numer. 85. Ias. in Rubr. ff. de acquir. possess. ad finem numero 23. & sequen. Dec. cons. 230. ad fin. nu. quarto, & ibi etiam addētes ad eum, qui allegant Alber. de Rosat. de statut. quæst. 66. lib. quarto, idem Dec. in leg. secunda nume. 123. versiculo, sed magna dubitatio est, ff. de reg. iur. ubi ultra alios ad id allegat Fulg. id probantem consil. 34. post princip. quicquid postea ipse Dec. subijciat numero 124. Corne. consilio 11. numero tertio, libro primo, consilio 94. numero tertio, & quarto, libro secundo, Tiraquell. de retract. consangu. §. primo, gloss. nona sub numero 188. ad fi. Socin. iun. consi. 23. nu. 48. uersiculo, quarto confirmatur, & latius numero 57. uersiculo, sed posset libro primo, ubi reprehendit Curt. seniorem qui contrarium consuluit in consil. 9. dicens
9 eius decisionem esse cōtra communem opinionem, & non veram, & saluari non posse, nisi quando extat in eodem loco aliud statutum generale, quod masculinum concipiat fęmininum, & respondit Motiuis ipsius Curtij, Gabriel. de verborum significat. conclus. 6. num. 31. uersicu. & propterea, ubi ad idem allegat Georg. Natt. in capitulo, quamuis de pact. in 6. & numero 74. uersiculo primo ampliа, quicquid dicat postea nume. 75. ex Laurent. de Pallat. & Brun. qui loquuntur in casibus differentibus ab hac conclusione, in qua ijdemet tenuerunt idem, quod Castrens. ut supra retuli, Addentes ad Alexand. consi. 85. libro quarto. per notata per ipsum Alexan. ibi numero primo, & secundo, licet postea cōtrarium, teneat Viuius libro secundo, communem opinionem conclus. 795. in verbo statutum numero quarto, & quinto, uersiculo, & licet Port. Imo. consi. 183. num. 19. uersiculo, alibi quoque ubi plures vltra Castren. adducit, Rimin. iunior. consi. 469. in secundo dubio numero 24. & sequen. Bolognet. consil. 9. numer. 88. & num. 92. & late Cepol. cōsil. ciuil. 21. in primo dubio per tot. numero tertio, cum pluribus seq. libro secundo, in nouiter impressis, & ibi etiā Donat. Salutel. in additionibus referens pro hac parte Castren. Ias. Capi. Corn. & Soc. iun. in locis relatis, & Georg. Nattam in dicto capitulo, quamuis de pact. in sexto, & hæc confirmantur ex latе traditis per Alexan. consi. 45. per tot. libro
10 septimo, † qui consuluit statutum excludēs Matrem stantibus fratribus non habere locum stante sorore, quæ appellatione fratris uenire non potest, pro ut etiam tradit Gabr. dicta conclus. sexta num. 67. versicu. secundo infertur, & de stat. conclu. 6. numero quarto uersiculo tertio infertur, vbi alios idem tenētes cum Alexand. adducit, moueturque Alexan. ex pluribus casui nostro optime conuenientibus, & cum in terminis horum statutorum excludentium fœminas a successio-
11 ne alterius disputari soleat, an exclusio a successione vnius procedat in successione alterius, & fieri possit extensio ex pari, vel maiori ratione, & periculosum fit aliquid firmare, nō minus tutum putaui adhærere decisionibus, quæ reperiuntur in indiuiduo super hoc casu, quam regulis propter earum varietatem, ut tradit Brun. in dicto tractat. artic.

artic. 6.tertio membro,quæst.3.in primo, ca
su ad finem numero 112.& articulo octauo,
quæst.19.numero 89.post Io. Bapt.de Sanct.
Seuer. quem vtrobique allegat, pro quo op-
time deseruit Felyn.in capitulo primo, sub
numero sexto, ad fin.extra de præscript. vbi
nos docet respõdere de iure per speciales de-
cisiones, & non per regulas generales more
pauperum Doctorum: & præmissa absque
dubio procedere videntur, cum in fine dicti
statuti adsit expressa Clausula,& in tutti li al
tri Casi di successione si succeda secondo la
ragion commune de Romani, per quam cla
12 re ostenditur statutum non pati extensionẽ
aliquam, & præter casus expressos nullum
alium comprehendere,sed illum iuris com-
munis Romanorum dispositioni relinque-
re,quod & si alias de iure absque eo,quod di
ceretur, subintelligebatur.l.commodissime
ff.de liber.& posth.l.si cum Dotem in princ.
ff.solut.matrimon.l.si extraneus,ff.de condi.
ob causam, tamen magis id obseruandum
est propter specificam reseruationem, quæ
enixiorem statuentium mentem demõstrat
& potentius operatur,quam tacita. Crauett.
consi.34.num.3.consi.25.num. 11.& consil.
123.num.12. Anno 1592.Florentiæ.

EPITOME.

De permutatione,& eius viribus, & num-quid si dentur species, & pecunia ab vna parte, & species sola ab altera parte, dicatur Contractus permutationis,an vero emptionis,& venditionis, & quando sit locus penitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio dicitur fieri quando ab utraque parte certa species est præstanda.*
2 *Permutatio perfecta dicitur non solo consensu, sed rei traditione vestita,ideoque obseruanda.*
3 *Permutatio tunc perfecta dicitur etiam si ab una parte tantum sequutum sit adimplementum, & non ab utraque parte.*
4 *In contractibus innominatis locus est penitentiæ re integra.*
5 *Penitentiæ locum non habet in contractibus nominatis præsertim in Contractu emptionis, & uendi tionis.*
6 *Si detur Res,& pecunia pro re solum,an sit permu tatio,vel potius emptio,& uenditio.*
Tractatus præcedens declarat qualitatem Cõtractus consisto de tractatu ibidem.
7 *Possessio alicuius rei penes unum reperta, cum quo actus aliquis præcedens celebratus fuerit, ex illo præcedenti actu, & titulo teneri præsumitur.*

CONSILIVM LV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN casu mihi commisso ad referendum de iure per D. Potestatem Castri Focognani, Retuli pronuntiãdum esse pro ualiditate permutationis ad fauorẽ Iuliani de Talla contra Mencum de Giogo,Quoniam cum dictus Iulianus dederit dicto Menco vnam petiam Terræ Syluatam nuncupatam alla Grepparella seu al Preggiuolo,& vlterius soluerit eidem libras decem & Mencus ipsi Iuliano dederit aliam petiam Terræ Syluatam nũcupatam Piano di Reggio, & quilibet possederit rem sibi ab altero
1 datam,videtur Contractu hunc proprie esse permutationẽ,quæ fit quãdo ab utraq; parte species certa est præstanda,glos. in l.prima,in uerbo nomen suum habent ad fin. ff de rer. permutat.& ibi etiam Barto.in tertia, quæst. numero secundo,gloss.in l.1.in gl. ff.fin.prope finem,C.eodem tit.Ias.in §.actionum nu. 92.& 98.Instit.de actio.Gomez.libro variar. resolut. Thomo secundo de Contract.capit. 8.de Contract.in nominatis sub num. quinto,ad fin.uers.aduertendum tamen. quæ qui dem permutatio perfecta omnino fuit, & proinde obseruanda,utpotè non solo consen su,sed rei traditione uestita,l.ex placito,C.de de rer.permutat. vbi gloss. & cæteri scribentes communiter,gloss.in leg.prima, in gloss. fin.in fine,& in leg.secunda, in gloss. magna circa medium,uersiculo, sed differt in multis eodem titu.leg.prima,ante finem uersicu lo,permutatio autem, & ibi etiam Doctor. ff.eodem titul.gloss.in §.item pretium, uersiculo, diuersæ Scolæ,in gloss. in verbo speciem Contractus post medium uersiculo, at permutatio Institutio.de emption.& uen
3 dition. Gomez. in loco citato sub numero primo, quod etiam procederet si ex una tantum parte sequutum fuisset adimplemen tum, & non ab utraque pro ut in præsenti casu, cum & tunc perfecta dicatur, & obseruanda ueniat leg.cum precibus, & l. quoniam asseueras,C.eodem titul.gloss.in leg. prima, in uersiculo, permutatio in gloss in

uerbo tradita, ff. eod. titu. l. naturalis § i ff. de præscriptis uerbis, Iaf. in d. §. actionem num. 102. & plurib. sequētibus, Gomez. ub. supra num. 1. & latius sub num. 2. Vnde licet in permutationibus, prout in alijs Contractibus innominatis, locus sit penitentiæ, l. si pecuniam in princip. ff. de condit. ob causam, tamen nō procedit ubi non est res integra, prout in casu nostro ex adimplemento utrinque sequuto, sed tantum re penitus integra, ut probat dictamet l. pecuniam, & ibi gloss. & scribentes notant. Bald. in Rubr. C. de rer. permuta. numero quarto, Gomez. in dicto capitulo 8. sub num. 2. circa medium versicul. item adde, quod similiter, & probatur ex supra adductis circa perfectionem huius Contractus, & eius obseruantiam, & fortius hoc procederet si teneremus, quod propter pecuniam datā per Iulianum ultra rem Menco, Contractus iste esset emptionis, & Venditionis, & non

5 simplicis permutationis, quia tunc absque aliquo prorsus dubio cessaret omnis disputatio penitentiæ, quæ in Contractibus nominatis, & præcipue in emptione, & uendi. locum non habet l ab emptione, ff. de pac. l. 2. C. quādo liceat ab emptione recedere cum ubique notatis, in quo tamen non facio fundamen-

6 tum, quia licet disputari soleat, an ubi ex una parte datur res, & pecunia, ex altera autem res tantum, contractus iste sit emptionis, & uenditionis, an uero permutationis, tamen quia principaliter in proposito nostro uidentur partes egisse de permutando, non autem de vendendo, & pretium pro una parte exbursatum est admodum modicum, & non æquiualet rei, & fuit super additum, ut fieret æquatio æstimationis alterius rei in permutationem datæ per Mencum, indubitanter, quod permutatio tantum celebrata fuerit, non autem etiam emptio, & venditio, & notat per Barto. in d. l. 1. num. 7. versiculo, quæro extra gloss. ff. de ret. permutat. & in l. si in emptione in princi. numero tertio, ff. de contrahen. emp. & in l. Aristo numero secundo. ff. de donation. & per Bald. in l. prima, numero quinto, C. de rerum permutat. ad quos, & non nullos alios se remittit Iaso. in dicto §. actionum numero 111. & 112. uersiculo, & an si.

Nec potest se Mencus tueri ex eo, quod locum non habuerit permutatio tractata cum Masino de fama, cui erat danda petia Terræ Siluata dicti Iuliani, quia est aduertendum, quod testes ipsius Menchi non dicunt, quod tractaretur, quod Iulianus daret rem suam dicto Masino, pro ut ipse capitulat, sed dicunt, quod tractabatur, quod Iulianus daret rem suam dicto Menco pro altera ipsius Menchi, & quod deinde Mencus daret dictam rem habitam a Iuliano dicto Masino, adeo quod Iulianus nihil agebat cū Masino, sed tantum cum Menco permutatabat, & quicquid sequutum fuerit de permutatione inter Mencum, & Masinum exinde facienda, non potest dicto Iuliano nocere, cum quo ad ipsos Iulianum, & Mencum permutatio sortita fuerit suum plenissimum effectum ex rei hinc inde traditione, & possessione, & fructuum perceptione subsequuta per annos duos, ut ipsemet Mēcus fatetur, & testes etiam testificantur.

Nec negāt ijdem Testes, quin inter dictos Iulianum, & Mencum fuerit permutatio, de qua agitur, facta, quæ uere facta fuit, & probatur ex solo actu subsequutæ traditionis,

7 possessionis, quæ uigore præcedentis conuētionis facta dicitur secundum gloss. communiter approbatam in leg. quædam Mulier in gloss. fin. ff. de rei uendicat. Anno 1492. Florentiæ.

EPITOME.

Venditio, aut Concessio an sit facta ad corpus, vel ad Mensuram multum refert, & qualiter cognoscatur, quid sit facta uno, vel altero modo.

SVMMARIVM.

1. *Venditio ad corpus, & non ad mensuram facta cōprehendit tantum id, quod intra designatos confines reperitur, siue plus, siue minus sit, quam fuerit expressum.*
2. *Venditio dicitur facta ad corpus, & non ad mensuram, quando est constitutum unicum pretium super tota re, & non ad rationem tanti pro singulo Stario.*
3. *Clausula, cum omnibus, & singulis, quæ intra dictos Confines continentur, in contractu emptionis, demonstrat emptionem fuisse factam ad corpus.*
4. *Venditio, seu alia concessio an sit corpus, uel ad Mensuram, in dubio ex coniecturis, & præsumptionibus probatur.*
5. *Præscriptio 40. Annorum, & ultra, seu lapsus tanti temporis, & ultra, est sufficiens ad tollēdam omnem actionem.*
6. *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet*
7. *Agens contra aliquem tamquam hæredem alienius, probare debet illum esse hæredem, alias non obtinebit.*
8. *Agens ad consignationem bonorum tenetur probare*

bare identitatem, quod sint illamet, quæ possidentur a Reo conuento, aliquem succumbere debet.

CONSILIVM LVI.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi referendũ de iure commissa per Magnificum D. Potestatem Terræ nouæ vertente inter Leonardum quondam Ioannis de Cruce Actorem ex una parte, & Philippum quondam Pauli, alium Philippum quondam Emanuelis de Plato Reos conuentos ex altera. Retuli partes dicti D. Potestatis esse in absoluendo dictos Reos conuentos a petitis per dictum Actorem.

Ad ita referendum motus fui, quoniam agitur per Leonardum ad consignationem integræ quantitatis petiæ Terræ dicto Ioanni eius Patri usque de anno 1546. per Paulũ Patrem dicti Philippi procuratorio nomine Ioannis eius fratris germano uenditæ pretio scutorum 45. cum pacto resolutiuo intra Annos quatuor sub prætextu, quod dicta res uẽdita integraliter non fuerit tradita, sed in parte tantum, Cum sit mensuræ stariorum sex, & possessio habita fuerit de quatuor, & uno tantummodo, ut ex petione coniuncta cum loci uisitatione clare constat, In qua re non videtur audiendus Actor, quia instrumẽtum primo exprimit rem venditam, secundo Mẽsurã, 3. Confines, unde sumus in casu, qui a scribentibus mixtus appellatur, in quo uendi[1]tio ad corpus facta censetur, & non ad mensuram, quæ ideo non attenditur, sed solum, qđ intra designatos Confines reperitur, siue sit maioris, siue minoris mensuræ, quam fuerit expressum, Alexan. consi 133. num. 6. libr. 1. consi. 127. in princ. lib. 2. Castr. in l. 2. in fi. C. de petic. & commo. rei uend. Couarr. dicens communem post Anch. Imol. Socin. Parisi. Ruin. & Socin. iun. per eum citatos lib. pract. quæst. cap. 3. in quarta specie in princ. & ultra eum Ias. in l. prima, in prima lectura numer. 4. C. de sum. Trinit. & fide Catholica, consil. 73. in primo dubio iuncto Themate numer. 1. & consi. 79. in prin. libro 1. attestans vbique de communi, quæ indubitãter procedit, quia [2] pretium est unicum, & simpliciter constitututum pro tota re, & non pro modo Mensuræ ad certam rationem pro singulo statuto, Salycet. in l. qui fundum. §. qui agrum post princip. versic. aut venditio, ff. de contrahen. empt. & in l. 2. nu. 3. uerb. quæro vendidi prædium, C. eod. tit. Castr. in l. si seruum, §. si modus sub num. 1. versic. aut non fuit facta uenditio, ff. de action. emption. & alij communiter, quos refert, & sequitur Gomez. de contract. cap. 2. Rubr. de empt. & uendit. numer. 16. uersic. item quæro si quis uendidit, & prçter eum Soc. in l. demonstratio falsa numer. 10 uersic. caue tamen ff. de condi. & demon. Ias. consi. 55. ad fin. num. 4. libro primo, Couarr. ubi supra in 7. consideratione sub num. 5. post medium, & magis absque dubio cum [3] addita sit Clausula cum omnibus, & singulis, quæ intra dictos continentur confines, quo casu contentum intus ipsos fines comprehenditur, & non aliud, Roman. consil. 5. numero secundo, uersicu. hoc secundo ostenditur, & adhuc fortius cum non sit dictum simpliciter de stariotis sex, sed cum adiuncto hoc, in circa, cum plusquam probabile sit, quod si ad mensuram facta fuisset uenditio, uerus, certus, & præcisus numerus ipsius mẽsurç expressus fuisset, ne maiorem emptor haberet in prçiudicium uenditoris, uel minorem in proprium ipsius accipientis damnum ut ratio naturalis dictat, & præcipue etiam, cum pretium in processu probatum de tempore contractus suadeat, ut id tantum, quod Actor possidet, uenditum fuerit, & non totũ id, quod modo petit, quod eo tempore fuisset lõge maioris pretii scutorum 45. cum in [4] dubiis ex coniecturis, & præsumptionib. probetur, an ad corpus, uel ad mẽsuram aliquid concessum fuerit Couarr. supra citatus in dicta quarta specie in fin. & ante eum Ias. d. cõsil. 79. sub nume. 1. colum. 1. & secunda, libro primo.

Additur etiam, quod uenditio facta est cũ pacto redimendi termino Annorũ quatuor, redemptio sequuta non est, quo casu cũ uenditiones communiter fieri soleant longè uiliori pretio, quam res ualeat, facile esse potuit quod emptor contentus fuerit portione per Actorem eius filium etiam nunc possessa, & residuum emptori dimiserit, ne iniusto pretio totam rem haberet, nec alias uiuens, & post eum actor eius filius tanto tempore ta[5]cuisset, cum lapsi sint anni 46. & ultra, qui sufficiunt ad omnem penitus tollendam actionem, ubi aliqua competijsset, l. sicut, & l. omnis, C. de præscript. 30. uel 40. annorum cum ubique notatis per scribentes.

Et quando præmissa non procederet, adhuc tamen obtinere non posset Actor, ex eo quod eius incumbentia non probauit.

Primo enim cum se fundet in em-

ptione per eius patrem facta de Re petita, debebat probare de iure uenditoris in eadem contra Philippum Emanuelis unum ex conuentis tertium possessorem, cui alias non nocet dicta uenditio, ex qua non 6 infertur aliquod ius fuisse in uẽditore; & proinde in emptorem trãslatum, cum etiam res aliena uendi possit, & nullus ius uenditor trãsferre possit in emptorẽ, nisi illud ipse habuerit l. traditio, ff. de acquiren. rer. domin. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. l. si filius, C. de donat. l. & quæ nondum, §. quod dicitur, ff. de pignor. l. rem alienam, ff. de contrahen. emp. l. alienum, C. de furt. & in terminis tradunt glos. in l. cum res in uerbo in uacuam, C. de probat. Castr. consi. 407. num. 3. 4. libro primo, Crauett. consi. 57. nume. 3. 4. consi. 124. num. 11. 12. & consi. 134. numero 21. & contra Philippum Pauli uenditoris non proprio sed procuratorio nomine Ioannis eius fratris germani, cuius principalis, & non propria intelligitur obligasse bona l. si quis cum procuratorio l. plautius, l. procurator, qui pro euictione, ff. de procuratoribus, nisi in casu non sufficientis mandati ad uendendum, prout in dicto instrumento legitur, probare debebat, quod ipse Paulus mediatè, uel immediate esset dicti Ioannis uenditoris hæres, & consequenter pro eo obligatus ad obseruantiam contractus, cum alias pro eo non teneatur, & nemo præsumatur hæres alterius, sed di-7 centi eum hæredem incumbat onus probandi Roman. consi. 224. numero secundo, Crauett. consilio 37. numero quinto, & consilio 197. num. 5.

8 Secundo probare debebat identitatem bonorum, quod scilicet bona in instrumento uenditionis descripta sint eadem, quæ possidentur per Philippum Emanuelis, & ad quę ipse agit, quod cum nõ probauerit, sed potius contrarium probetur per testes Reorum, Victoriam reportare non potest, Alex. consilio 118. numero quarto, consilio 119. numero tertio, libro primo, consilio 134. numero secundo, tertio, libro secundo, Crauett. consil. 57. numero septimo, consilio 112. numero tertio, consilio 198. numero quarto, consilio 269. numero tertio, Ias. in l. secunda, in fin. numero 19. & 20. C. de bon. possess. secun. tabu. in l. non hoc numero duodecimo, C. unde legit. & in l. eum qui §. in popularibus numer. 21. ff. de iureiurand. Anno 1592. Floren.

E P I T O M E.

Agitur de materia capitul. Reintegranda tertia quæstion prima; Cui, & contra quem competat. Quæ ad victoriam probanda sint per Actorem Et de nominatione in iudicio illo facta per Reum de aliquo in Dominum bonorum, de quibus contenditur, & an, & quando ea illi prosit.

S V M M A R I V M.

1 *Remedium Recuperandæ possessionis competit etiam hæredi ex persona defuncti in eius vita spoliati.*

2 *Agens Remedio cap. Reintegranda 3. quæst. prima, & probans de antiquiori possessione ex parte sui, & de iuniori, & recentiori ex parte Rei conuenti, obtinere debet, nec opus habet docere de spolio, uel de possessione tempore ipsius spolii.*

3 *Possessio antiquior dicitur uera, & possessio iunior, & recentior præsumitur uitiosa, & clandestina.*

4 *Agens ad spolium sibi restituendum non tenetur probare de initio possessionis suæ antiquioris possessionis, dummodo de sua antiquiori possessione doceat, & infra num. 2.*

5 *Remedium cap. Reintegranda tertia quæstion. prima, an detur contra titulo, & bona fide possidentem, etiam causam habentem a non uitioso Authore. & infra.*

6 *Remed. capitul. reintegranda non habet locum contra titulo, & bona fide possidentem, quando Author habet causam ab alio Authore titulato, & non uitioso.*

7 *Agens remedio reintegrandæ, & probans possessionem rei conuenti iuniorem, & clandestinam obtinere debet.*

8 *In Remedio cap. reintegranda tertia quæst. prima, secundum magis communem opinionem spoliatus obtinere potest solum probando de sua antiquiori possessione, & de possessione recentiori Rei conuenti.*

Nec est necesse etiam deducere, quod dicta possessio Rei iunior sit uitiosa, & clandestina respectu antiquioris ipsius Agentis.

9 *Exceptio de iure tertij an noceat Agenti cap. reintegranda ad spolium restituendum, si Reus conuentus nominet tertium in Dominum.*

10 *Libellus nouus requiritur contra Dominum in iudicio nominatum a Reo conuento.*

11 *Nominatio Domini in iudicio non eximit Reum a iudicio intentato ex cap. reintegranda, quando ipse Reus fuit spoliator.*

12 *Reus, qui sua bona donauit cum reseruatione fructuum in uita sua, dicitur possidere naturaliter, et ius in illis habere, quo casu per nominationem Domini non liberatur a iudicio spolij contra eum intentato.*

13 *Sententia contra Reum usufructuarium non afficit proprietarium, quamuis in iudicio nominatum.*

14 *Reus*

14 *Reus nominando Dominum in iudicio non liberatur ab illo iudicio, nisi Dominus nominatus nominationem acceptet, & litem in se suscipiat, uel nominatio, legitime sibi notificetur.*
15 *Notificatio nominationis Domini in iudicio fieri debet expensis nominantis, alioquin non prodest nominanti nec nocet nominato, & supra num. 14.*
16 *Sententia contra nominantem lata non nocet nominato.*
17 *Donatio parua facta in Principem ualde potentem, & difficilis conuentionis, & ad quem additus habere multum difficile sit, præsumitur per calumniam, & malitiose facta.*

CONSILIUM LVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

MAturè, vt oportebat, cōsiderato longo processu fabricato in causa mota per DD. Iulium, Marcum, & Camillū, fratres de Picedis de Arcula tamquā filios, & hæredes D. Benedictæ de Vānnis eorum Matris contra D. Scipionem de Vanninis de Luxollo occasione bonorum in dicto processu contentorum, Retuli Magnifico Domino Potestati Luxilli, qui mihi causam cōsulendam commisit, pronūtiandum esse ad
1 fauorem dictorum Actorum, ex quo remedium recupetandæ possessionis, quod expres se intentauerunt, competit hæredi ex persona defuncti, qui in uita fuit spoliatus possessione, cum tunc ius hoc fuerit creatum, & formatum in persona ipsius Defuncti, & in hæredem trausmissum, Corn. consi. 329. sub num. 7. uersi. insuper ex alio libro primo, Cagnol. in l. hæredem num. 17. ff. de reg. iur. Gabr. alios referens, de restit. spoliat. conclus. 5. nu. 19. & 20. in 12. ampliatione, & ultra eum late Grat. cons. 70. num. 7. & plu. sequentibus lib. 2. Roland. consi. 50. num. 6. 15. 25. libr. 2. consi. 6. num. 14. lib. 3. & incumbentia ad ob tinendum probauerint, ostendēdo antiquio-
2 rem possessionem dictæ eorum Matris uiuētis, & iuniorem dicti Conuēti in dictis bonis, Afflict. decis. 361. numero primo, Thob. Nonius consi. 24. nu. 1. & 2. absque eo, quod aliter probent de spolio, vel de possessione tempore ipsius spolij, quod re ipsa probatum dicitur, probata eorum Matris antiquiori possessione, & recentiori Rei conuenti, quæ vitiosa, & clandestina præsumitur Afflict. decisio. 327. num. 2. & ibi Vrsil. in addit. num. 1. & 4.
3 Plot. de in litem iurando §. 3. nu. 6. & Gabr. alios referens dicta conclusione quinta nu. 67. & 68. versicu. secunda conclusio, & num. 100. versi. 14. conclus. ubi citat plures idem tenentes, & de communi attestantes, & vltra adductos per eum Beninr. decis. Bononiens. 10. in prin. Roland. consi. 32. sub num. 10. &
4 sequent. libro quarto, & absque eo, quod probent de initio ipsius possessionis antiquioris, Vrsil. in addit. ad Afflict. decisio. 324. sub numero 9.

Nec dictis agentibus obstare posset, quod dicta bona Donationis titulo acquisiuerit dictus Reus conuentus ab Illustri Domino Marchione Luxilli, qui ea ad se spectare præ tendebat ob mortem D. Marci de Vanninis Patris D. Benedictæ absque filijs masculis, & si uerus esset titulus iste, qui tamen non probatur, & ab ipso Domino Marchione negatur.

5 Nihil tamen prodesset in hoc, quia & si magna est inter Doctores contentio, an remedium dicti capi. reintegranda tertia quæstio. prima, detur contra possidentem titulo, & bona fide etiam habentem causam a non vitioso Authore, & multi teneant opinionem negatiuam, tamen in proposito nostro affirmatiua amplectenda est ex late cōgestis per Gabriel dicta conclusione quinta numero 38. versic. decimo amplia, vbi post relatos quam plures attestantes de communi, & magis cōmuni, tandem dicit, quod hodie ista videtur magis communis opinio, & adductis per eū addendi sunt Menoch. de recuper. possess. 15. remed. num. 80. versic. textus est casus. Plot. de in lit. iurand. §. 3. num. 5. Cacher. decis. pedemon. 93. numero primo, Thesaur. pariter decis. pedem. 29. numero primo, Franc. Pesonal. in suis quæst. quæstione prima, nume. 11. 21. & sequent. Roland. a Valle consil. 32. sub numero 17. versiculo, quia primo responde- tur libro quarto. Io. Petr. Surd. consil. 28. nu. 58. versic. respondeo etiam, Riminald. iunior consi. 646. num. 35. & seq. uersicul. nunc ad secundum transeo, Thobias Nonius consil. 24. nume. 16. versicul. cum igitur, Pontan. in tract. de spol. libro primo num. 129. versicul. idemque remedium, & Vrsill. in additionib. ad Afflict. decis. 327. num. 2. & decis. 361. nu. 39. in quibus locis prædicti Doctores alios latissime referunt, & attestantur opinionem hāc esse magis communem, & in iudiciis approbatam, cum qua concordare videntur Afflict. decis. 324. num. 8. & ibi latius Vrsil. in additione numero 7. & deci. 363. num. 3. 4. & ibi etiam Vrsil. nu. 1. Plot. d. §. 3. numero 6. dum volūt in hoc remedio obtinere eum, qui pro- bat

bat de antiquiori possessione, etiam quod alius habeat titulum, & possessionem recentiorem, cui sententiæ potissimum adhærendum censui, cum in præsenti casu illust. Marchio Luxilli prætensus Author dicit rei nullum ius in dictis bonis prætendere possit uigore allegatæ Consuetudinis de excludendo filias fœminas maxime extra Territoriũ nuptas a successione Patris, de qua legitime nõ constat, cum negatiua opinio posset fortasse
6 admitti, quãdo talis Author haberet causam ab alio Authore titulato, & non uitioso, ut dicit Cacher. dicta decis. 93. sub num. 6. post Crot. consi. 47. num. 20. & consi. 75. numero 10. sequitur Io. Petr. Surd. d. consi. 28. nume. 59 60. versic. tertio prædicta opinio, & nouissime Riminal. iun. d. consi. 646. sub num. 40.
7 ad finem & Personal. d. quæst. 1. nume 12. & is, eoque magis affirmatiua hæc opinio admittenda est, quia agentes in articulis deduxerunt Reum possidere clam respectu eorũ antiquioris possessionis, quo casu obstare non uideretur recentior titulata possessio antiquiori possessori, Menoch. dicto remedio 15. num. 402. uersic. limita primo, Cacher. d. decis. 93. num. 3. Roland. d. consi. 32. sub nu. 17. in fin. latissime Surd. d. consi. 28. num. 63. versic. postremo respondetur, Rimin. iunior d. consi. 646. num. 38. & seq. uers. nec insuper Panzirolus consi. 97. num. 9. Vrsil. in addi. ad Afflict. decis. 324. sub num. 7. Gabr. d. conclu. quinta num. 71. 72. uersicu. tertia, conclusio, quamuis postea num 73. uersic. declara hãc
8 opinionem, velit hoc procedere tenendo negatiuam, quia tunc ut spoliatus obtinere possit, debet deducere, quod nouus possessor clã possideat respectu ipsius antiqui possessoris, secus autem tenendo affirmatiuam magis communem, quia tunc non est necessarium aliud deducere, nisi antiquam possessionẽ respectu agentis, & recentem respectu conuenti, ad quod non-nullas adducit authoritates, cum qua declaratione post longam disputationem transit Thobias Nonius d. consilio 24. numero 15. & 16. uersiculo, secundo respondetur.

Non nocet etiam dictis Actoribus opposita per Reum exceptio, de qua tantummodo, cæteris ut leuibus omissis, discutiendum est, de proprietate dictorum bonorum penes alium existente ob donationem dictorum, & aliorum omnium suorum bonorum per eũ factã Serenissimo Magno Duci Etruriæ, cũ usufructus in uita tantum reseruatione, no-
9 minando eũdem Serenissimum Principem in Dominum & Patronum ipsorum bonorum, ex qua exceptione, & nominatione ipse Reus exemptus, & liberatus a iudicio fuit Barto. in l. 2. nu. 15. C. ubi in rem actio exerceri debeat, & ibidem Bald. num. 15. Salycet. num. 3. & iterum num. 9. uersic. quæro octauo, in fin. Cast. num. 4. Abbas in cap. quoniã frequenter, §. in aliis num. 22. uersicul. uenio nunc ad gloss. extra ut lit. non contest. Socin. consi. 91. num. 13. lib 3. Decius consi. 62. sub sub num. 2. propè finem, & nouus libellus cõ
10 tra nominatum in Dominum, & patronum dandus erat. Bart. in d. l. 2. num. 19. & ibidem Bald. sub num. 11. post uers. quæro nunquid ista nominatio ad fin. Salyce. sub numero 9. versic. quæro octauo, Castr. sub num. 8. aleri. Doctores intelligunt Abb. in d. ca. quoniam frequenter, §. in alijs, sub num. 28. uersic. cõclude ergo, ut lite non contestata, Soc. d. consil. 91. num. 14. lib. 3. Dec. d. consi. 62. num. 3. quoniam dicta conclusio uera est in se, sed non potest applicari ad hunc casum ex pluribus.

11 Primo, quia cum in hoc remedio recuperãdæ possessionis Reus fuerit ille, qui possessione Matrem agentium spoliauit, & ex suo delicto, & proprio facto conueniatur, nominatio hæc non eximit illũ a iudicio, Bal. in d. l. secunda numero 9. uersicul. quinto quæro, Abb. in d. capitulo, quoniam frequenter, d. §. in aliis, numero 53 uersiculo fatetur tamen, Afflict. decis. 217. nume. 1. 2. dicens ita fuisse uotatum per omnes de Consilio, Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 487. uersi. declaratur primo.

12 Secundo, quia cum agatur pro bonis petitis de totali iure eorum, & Reus prætendat ea, & alia donasse reseruato sibi eorũdem usufructu in uita, tãquam usufructuarius nomine proprio possidet naturaliter dicta bona, & ius in illis habet, quo casu ex nominatione de altero facta in Dominum, & proprietarium non liberatur a iudicio, imò lis eum afficit, & legitime contra eum proce
13 dit iudicium, licet sententia nocere non possit proprietario nominato non comparenti, uel legitimè non citato. Bar. in d. l. 2. nume. 6. quæro dicitur hic, & ibidem Bal. numero 7. uersic. tertio quæro, Salyc. num. 5. in quinta oppositione, & apertius Castrens. nume. 12. uersi. quid si prætendebat, & latius Abb. in d. §. in aliis, numero vigesimotertio, uers. secundo quæro.

Tertio, quia ubi nominatio procedere posset, & nominantem a iudicio liberare, quod negatur ex præcedentibus fundamentis, tamen hoc procedere non posset in casu præsenti, in quo nominatus non comparuit, nec eidem nominatio notificata fuit, quia dicta
14 conclusio, quod nominans a iudicio eximitur, & nouus libellus contra nominatum est dandus,

dados, intelligitur, vel nominato comparente, & nominationem acceptante, Bart. in d.l. 2. num. 19. & ibidem Bald. sub nu. 11. in fin. Salycet. num. 9. ad finem, versic. quæro octauo, Castr. sub num 8. versic. Doctores intelligunt, Socin. dict. consil. 91. numero 13. 14. Dec. dict. consil. 62. sub num. 2. propè fin. vel eidem nominationis facta notificatione iudicialiter ad instantiam ipsius nominantis, per tex. in dict. l. 2. vbi id notant Bartol. num. 18. Bald. num. 4. & 17. Salyc. num. 9. versic. quæro septimo, Castr. num. 8. versic. iste tex-
15 tus, vbi subdit, quod etiam ad eiusdem nominantis expensas hæc notificatio fieri debet, Abb. in dict. §. in alijs, numero 27. versic. quæro textus dicit, alioquin talis nominatio nihil prodest nominanti, nec aliquid nocet nominato, vt in dictis locis dicunt Docto-
16 res præfati, & pro non facta habetur, vt proinde nec sententia contra nominantem lata huic nominato ignoranti nocere non possit, Bartol. in dict. l. 2. num. 17. versic. quæro vtrum, & ibidem Bald. nu. 14. versic. vlterius quæritur, Salyc. sub num. 8. versic. tunc quæro sexto, Castr. num. 7. versic. si autem, etiam executioni contra ipsum nominantem mandata, vt subiungunt ibidem Bartol. Salyc. & Castr.

Quarto dicitur, quod cum de allegata do-
17 natione non appareat, & ea facta dicatur in Principem tam magnum, & potentem, vt verisimile non sit, quod eam acceptaturus sit, & idem sit non solum difficilis conuentionis, sed etiam talis qualitatis, vt non facile ad eum pateat additus, & pauci sint, quibus ad libitum concessum sit, eum alloqui absque difficultate, talis nominatio facta videtur per calumniam, & malitiam, & ad euitandas molestias, quæ Reo inferri potuissent super dictis, & alijs bonis potius, quam alio respectu, & propterea reijcitur, vt tradit in puncto Menoch. dict. 15. remedio recuper. possess. num. 494. versic. declaratur tertio, quod si opus esset, multis comprobaretur exemplis. Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

Quod venditor non teneatur de Euictione, quando ab Emptore res non est euicta via Iuris, vel facti extraiudicialiter, & per meram violentiam.

SVMMARIVM.

1 *Emptor, qui rei empta veram possessionem realiter habuit à Venditore, si de facto, & per violentiam extraiudicialiter rem perdiderit, vel eius possessionem amiserit, nullum habet regressum de euictione contra venditorem, amplia vt infra numero 2.*

2 *Venditor, qui promisit de euictione quomodocunque res euincatur, etiam de facto, non tenetur de violentia extraiudiciali.*

3 *Venditor non tenetur de euictione, quando emptor rem perdidit, aut à possessione cecidit culpa sua, aut negligentia.*

4 *Re non euicta in iudicio, venditor de euictione non tenetur, nam oportet, vt euictio per sententiam sequatur.*

5 *Euictio locum non habet contra venditorem in iudicio, nisi legitimè sequatur, & præcesserit debita motæ litis notificatio facta venditori, vel hæredibus.*

6 *Emptor cum de euictione sibi promissa agere nequeat contra venditorem, quia vi, & de facto expulsus fuit, illi tamen non desunt Remedia, quibus eius succurri possit indemnitati.*

CONSILIVM LVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Visa petitione facta coram D. Vicario Florentiolæ per Antoniū Sebastiani Ferriani cōtra Sanctem olim Euangelistæ Raspantis, & actis eius occasione sequutis, Retuli dicto D. Vicario eius partes esse in absoluendo dictū Sanctem à petitis per d. Antonium, reseruando tamen eidem Ius, aliàs melius agendi tale, quale sibi competere possit contra dictum Sāctem, nam præsupposito, quod dictus Sanctes sit hæres Presbyteri Iuliani eius Fratris,
1 qui dicto Antonio vendidit petiam terræ, de qua agitur, cum tamen in vita venditoris emptor ipse rei emptæ possessionem veram, & realem habuerit, adimpleta sunt pro parte venditoris adimplenda ex traditione, l. exempto, in princip. ff. de action. empt. ita vt si postea de facto, & per violentiam emptor extra iudicium rem perdiderit, aut eius possessionem amiserit, nullum habeat regressum de euictione contra venditorem, etiam quod venditor promisisset se velle teneri, quomo-
2 docunque res euinceretur, etiam de facto, quia non intelligitur de violentia extraiudiciali, quę non venit secundum naturam Contractus, per text. in l. fin. C. de action. empt. & latissimè Iura, & authoritates adducens concludit Caballin. in tract. de euict. §. 5. nu. 22. versic. quintus casus est, sequitur Gomez. lib. variar. resolut. tom. 2. de contract. cap. 2. de

de empt. & vendit. num. 43. versic. octauus
3 casus est, vbi dicit communem; & idem est si eam perdiderit, aut à possessione ceciderit emptor sua culpa, aut negligentia, l. si rem quam, §. si duplæ, l. si mancipium, in princip. ff. de euict. glos. in l. si controuersia, in gl. fin. in fine, C. eod. tit. Caballin. in dict. §. 5. num. 50. versic. decimus nonus casus est, Gomez. vbi supra sub dict. num. 43. versic. decimus casus, & est regula generalis, quod quando
4 res in iudicio euicta non est, venditor de euictione non teneatur, l. nō tamen, l. si seruum cuius nomine, ff. de euict. l. qui rem, l. si cum quæstio, C. eod. tit. sed opus est, quod lis super re coram Iudice mota sit, & euictio per sententiam sequuta, l. vtique autem, ff. de rei vēdicat. l. si pro te pupilli, §. si pro euictione, ff. de euiction. & vbique Doctores, & in alijs Iuribus supra allegatis, & tradit Caballin. vbi su
5 pra. num. 59. versic. vigesimus sextus est, immo nec sufficit, vt in iudicio sequatur euictio, nisi legitime sequatur, & præcesserit debita motæ litis notificatio facta venditori, vel hæredibus, l. emptor, C. de euict. cap. fin. extra de empt. & vendit. & tradunt Scribentes in dictis locis, & alibi passim, vt videre licet ex congestis per Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 17. & per Caballin. in dict. §. 5. ac per Gomez. dict. tit. 2. num. 39. cum seq. ad quorum dicta sufficiat remissio; ex quibus clarè infertur, quod cum non via Iuris, sed facti, siue per violentiam, siue aliter dictus emptor spoliatus fuerit possessione rei à Presbytero Dino Galeotti, non possit idem emptor agere de
6 euictione, prout fecit contra dictum Sanctē, sed aliter prouidere debet eius indemnitati, & consulere peritiores de modo tenendo, vt postea regressum habere possit contra venditoris hæredem, non enim deficit opportunum remedium, sed adest, & propterea reseruatum est eidem ius melius aliàs agendi, iuxta l. Bebius, in fine, cum ibi notatis, ff. de pact. dotalibus. Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

Quod Pater non tenetur ad restitutionem dotis Nurus solutæ filio sine ipsius consensu, licet Matrimonio consenserit. Quod tamen hoc casu tenetur de Peculio, & de in rem verso.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur ad restitutionem dotis Nurus sibi non soluta, sed filio absque ipsius Patris consensu, quamuis Matrimonio consenserit.*

2 *Consensus simplex Patris in Matrimonio filij non sufficit ad obligandum Patrem ad restituendam dotem pro filio, nisi etiam concurrat consensus dotis à filio receptæ.*

3 *Pater non tenetur pro filio de peculio, & de in rem verso ad restitutionem dotis, etiam quod illi sine ipsius consensu fuerit soluta.*

CONSILIVM LIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa mota per Ser Pandulfum de Baldassaris contra Cæsarem de Fabbris coram Magnifico Domino Capitaneo Balnei pro restitutione dotium D. Lucretiæ filiæ d. Ser Pandulfi, & vxoris quondam Ser Benedicti filij dicti Cęsaris, Retuli partes dicti Domini Capitanei esse in absoluendo dictum Cæsarem à petitis per dictum Ser Pandulfum, præter quam respectu librarum quinquaginta bononenorum solutarum, per dictum Ser Pandulfum, seu alium eius nomine Iulio Baptistę Genero d. Cęsaris, & eiusdem creditori de voluntate dicti Ser Benedicti. Quoniam ego non reperij in processu, quod ex aureis quadringentis promissis per dictum Ser Pandul-
1 fum pro dote dictæ eius filiæ, aliquid fuerit solutum ipsi Cæsari, vel Ser Benedicto eius filio de ipsius Cæsaris consensu, quo casu Pater non tenetur ad restitutionem dotis, sed contra filium agendum est, vt est text. clarus in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrimon. & ibi notant Bart. Bald. Roman. Imol. Castr. & Alexand. Practic. Papiens. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in glo. vxor, num. 18. versic. si verò recepit sine iussu Patris, & tradit apertè Socin. consil. 269. num. 3. versic. tertio declarandum est, lib. 2. & clarius Negus. in tract. de pignor. & hypothec. in 4. membro, secundæ partis principalis, sub num. 36. versic. quinto amplia dictam regulam; Nec refert, quod dictus Cæsar consenserit Matrimonio per dictum eius filium contracto, quia per hoc non intelligitur obligatus ad restitutionem dotis ei ipso non consentiente solutæ, vnde non sufficit simplex
2 consensus Matrimonij, nisi etiam concurrat consensus receptionis dotis, ne aliàs sit in potestate filij dotem dilapidare in damnum, & præiudicium Patris, & ipsum Patrem inuitum obligare ad dotem, vt colligitur ex notatis per Doctor. in dict. §. transgrediamur,

&

& punctualiter habetur per Neguſ. in dicta quinta ampliatione, post Soc. dict. conſi. 269. dict. verſi. tertio declarandum eſt. Sanè, quia ſolutio librarum quinquaginta bone notum
3 ceſſit ad commodum, & vtilitatem dicti Cæſaris debitoris dicti Iulij, cui ſolutio facta fuit nomine dicti Ser Pandulfi de commiſſione Ser Benedicti, debuit dictus Cæſar ad reſtitutionem pro ea ſumma condemnari, quia & eo caſu, quo nec ipſe recepit dotem, nec filio recipienti conſenſit, tenetur de peculio, & de in rem verſo, vt dicit Text. in dict. §. tranſgrediamur, & tradunt ibi Bart. Bald. Roman. Imol. Caſtr. & Alexand. & Practic. Papienſ. in dict. verſic. ſi verò recepit ſine iuſſu Patris; De Grano delato ex domo Ser Pandulfi ad domum Cæſaris nihil ſufficienter probatum fuiſſe exiſtimaui, cum teſtes non dicant granum illud ex cauſa dotis dictæ D. Lucretiæ traditum fuiſſe, nec id facile præſumendum ſit, cum in pecunia numerata dos ipſa promiſſa fuerit, & propterea in grano ſoluenda non fuerit, l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet. Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

De fideicommiſſo puro, ſimplici, & abſoluto inducto ex prohibitione alienationis bonorum, vt in perpetuum ea remaneant inter deſcendentes maſculos inſtitutorum, & an proximiore ad illud vocato intelligatur de proximiore grauati, aut teſtatoris.

Et an tunc frater vtrinque coniunctus præferatur conſanguineo tantum in ſuccedendo alteri fratri vigore fideicommiſſariæ ſubſtitutionis à Patre communi factæ.

Et an Fideicommiſſum iniunctum in caſu alienationis comprehendat etiam caſum mortis, & de multis alijs circa coniecturas, tùm affectionis, tùm maſculinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum tacitum, ſimplex, purum, atque abſolutum cenſetur inductum ex prohibita alienatione bonorum ad finem, vt illa ſemper, & in perpetuum remaneant inter deſcendentes maſculos inſtitutorum.*

2 *Frater vtrinque coniunctus in ſucceſſione fraterna excludit fratrem conſanguineum ab vno latere tantum coniunctum, etiam in fideicommiſſo à patre communi inducto, & infra per diſcurſum.*

3 *Agnatus, & Cognatus ſimul excludit Agnatum tantum, & duo vincula magis ligant.*

4 *Frater vtrinque coniūctus dicitur proximior quam conſanguineus tantum, & ſupra, num. 2.*
Teſtator præſumitur velle ſe conformare cum iure communi, ibidem.

5 *An in ſubſtitutione fideicommiſſaria attendatur proximitas teſtatoris, aut grauati, eſt valdè controuerſum, & hic adducuntur iura, & authoritates pro opinione, quod attendatur proximitas teſtatoris, quæ tamen vbi vera eſſet limitatur, numero ſequenti.*

6 *Quod autem attendatur proximitas grauati, videtur magis communiter receptū, & in practica ſeruatur, vt pariter hic adducuntur pro grauato iura, & authoritates, ac Deciſiones.*

7 *Deciſiones Rot. Rom. ſunt cæteris alijs præſtantiores, & firmiores, nec opus habent alia iuſtificatione, quia cenſentur iuſtificatæ in ſemetipſis.*

8 *Proximitas teſtatoris non attenditur, quando teſtator vocat illos de familia, uel deſcendentes maſculos in perpetuum, & loquitur per verba de futuro apta comprehendere poſteros, & in futurum naſcituros.*

9 *Teſtator quando cenſeatur non habere conſiderationem ad ſibi proximiores, ſed tantummodo ad ſucceſſionem ſanguinis iuxta diſpoſitionem iuris communis.*

10 *Proximiores grauato admittendi ſunt, & non ipſi teſtatori, quando prohibita eſt alienatio, & ſunt vocati proximiores alienantis, & contraſacientis.*

11 *Tacitum continetur ſub expreſſo, eodemque iure & non diuerſo cenſeri debet, & eandem qualitatem habere dicitur.*
Taciti, & expreſſi eadem virtus, ibidem.

12 *Dictio (vt ſupra) eſt repetitiua omnium præcedentium. Proximior vocatus ad ſimplex, & purum fideicommiſſum in caſu alienationis factæ à grauato, vtique eodem modo vocatus cenſetur in caſu mortis. ibidem, & ſupra numero 11. & infra numero 17.*

13 *A propria ſignificatione verborum in dubio non eſt recedendum, præſertim in vltimis voluntatibus, & fideicommiſſis.*

14 *Affectionis coniectura multum valet ad interpretandam mentem dubiam teſtatoris.*

15 *Affectionis eadem ratio habetur in ſubſtitutione, quæ habita fuit in inſtitutione, & ideo eadem partes videntur datæ in ſubſtitutione, quæ datæ fuerunt in inſtitutione.*

16 *Defunctus qua ratione fuit prædilectus in portione ſibi relicta à teſtatore, eadem quoque ratione prædilectus præſumitur eſſe proximior, qui ei ſuccedit in dicta portione iudicio dicti teſtatoris.*

17 *Fideicōmiſſum in caſu alienationis trahitur etiam ad caſum mortis ex argumentis, & coniecturis, &*

& supra num. 12.

Mens testatoris quando est certa, non eget declaratione, nec coniecturis, ibidem.

18 *Testator vocando Masculos, & excludendo fœminas, licet videatur habuisse rationem ad agnationem tantum, tamen censetur vocasse æqualiter agnatum, & consanguineum, ibidem, & infra.*

19 *Statuto excludente fœminas propter Masculos habita ratione ad agnationem tantum, consanguineus cum vtroque coniuncto concurrit.*

Contrarium tamen tenuere multi, & numero, & authoritate maiores, ibidem.

20 *Testator præferens masculos, dicitur eos semper prætulisse eo ordine, quo de iure communi debebant succedere.*

21 *Cognatio existens in vtrinque coniuncto, non impedit, quin iuxta mentem testatoris bona conseruentur in masculos descendentes ex vno latere tantum, & proinde non est impedimento, quo minus vtrinque coniunctus coniuncto ex vno latere tantum præferatur, nisi de contraria ipsius testatoris voluntate appareat.*

CONSILIVM LX.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa vertente coram Magnifico Domino Iudice ordinario causarum ciuilium Ciuitatis Pistorij inter D. Bartholomæum quondam Iacobi Galli agentem ex vna parte, & Magnificum D. Equitem Angelum etiam dicti quondam Iacobi Galli Reum conuentum ex altera, Visis processibus ad me transmissis, & plurimis Consilijs, & allegationibus hinc inde præsentatis, & mature omnibus, vt in ardua, & difficili causa decebat consideratis, Retuli partes dicti Domini Iudicis esse in absoluendo dictum D. Equitem Angelum Reum conuentum à petitis per dictum D. Bartholomæum agentem ad medietatem quorundam bonorum, per dictum quondam Iacobum relictorum Francisco eius itidem filio nuper absque filijs, & descendentibus masculis defuncto.

1 Ad ita referendum motus fui, quia cum agatur de fideicommisso tacito, simplici, puro, & absoluto resultante ex prohibitione alienationis particularium bonorum stabilium, de quibus contenditur, facta in testamento d. Iacobi Galli, Bartholomæo, Francisco, & Equiti Angelo eius filijs, & eorum descendẽtibus, vt ea semper, & in perpetuum remanerent apud eorum descendentes masculos, iuxta tradita per Doctores in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legatis primo, & cumulata per Gabriel. de fideicommissis, conclusio. 9 num. 12. Petra de fideicommiss. quæstio. 5. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 24. Alba cons. 54. Roland. consil. 23. in primo dubio, lib. 4. Bursat. consil. 157. & consil. 243. Cephal. consil. 134. Decian. consil. 50. lib. 3. Riminald. Iun. consil. 279. & consil. 632. Menoch. consil. 197. & à Cacher. decis. Pedemõt. 50. Videtur, quod Eques Angelus vtrinque coniunctus præferatur Bartholomæo consanguineo tantum in portione per testatorem relicta Francisco sine masculis defuncto ex vulgata iuris re-
2 gula, qua in successione fraterna vtrinque coniunctus excludit consanguineum tantũ, Authent. itaque, C. commun. de successión. Authent. cessante, & Authent. post fratres, la prima, C. de legit. hæred. Authent. defuncto, C. ad Senatusconsultum Tertullianum, & in corporibus, ex quibus dictæ Authent. desumptæ sunt, licet enim non sit prior in gradu, est tamen proximior, & magis coniunctus, cum sit agnatus, & cognatus, alter autem Agnatus tantum, §. hæc igitur lex, quæ etiam dictam prælationem probat in Auth. de consanguin. & vterin. fratr. ad finem, &
3 duplex vinculum fortius sit simplici, & plus operetur, §. sed hodie, Inst. de adoptio. l. cum in adoptiuis, Cod. de adoption. l. Balista, ff. ad Trebellianum, & l. scimus, C. de Agricol. & censit. lib. 11. cum vbique notat. per Doctores, & in puncto tradunt Cephal. Præceptor meus colendissimus, consil. 323. num. 29. & Cioff. etiam Præceptor meus, cons. 7. nu. 23. versic. tertio comprobatur, lib. 1. & cum eis conuenit Socin. Iun. cons. 72. num. 2. versic. tertio quia, lib. 4. qui id postea non inficiatur, num. 8. versic. demum non obstat, & ante eos Bart. in l. re coniuncti, num. 62. ff de le-
4 gat. 3. versic. tertio quæro, ita vt aliquo colore negari hoc non possit, quin scilicet proximior sit vtrinque coniunctus, quam consanguineus tantum, & vti talis illi præferatur in bonis ad alterum fratrem pertinẽtibus, cum qua iuris dispositione præsumitur testator se conformare voluisse ad notata per Doct. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum, in l. fin. C. de verborum significat. per Ias. cons. 143. num. 9. versic. secundo quia, lib. 4. per Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. vltima, & per Clar. §. testamentum, quęst. 76. sub num. 11. versic. in dubio, & numero 13. versic. secundo infertur, & per alios
5 in varijs locis. Nec huic conclusioni repugnat, quod in substitutione fideicommissaria attendatur proximitas testatoris, non au-

tem

tem grauati, qua attenta nulla habita ratione duplicatis vinculi, ambo fratres succedere debent eo modo, quo Patri intestato defuncto succederent, ut in indiuiduo firmant Alexan. consi 30. num. 4. & quinto, libro secundo, Dec. consi. 304. num. 2. cum sequen. Soc. iun. consi. 66. num. 5. & consi. 67. num. 29. & seq. lib. 3. consi. 72. num. 2. & seq. libro quarto, Crauett. consi. 43. num. primo, & per totū Beroi. consi. 90. num. 18. cum seq. libro 2. cōsil. 145. num. 6. vsque in finem eo. lib. Dilect. de att. testand. tit. de subst. caut. 21. num. 3. Albæ consi. 29. num. 18. 19. Simon de Pret. de interpretat. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 4. solut. 3. num. 47. carta 343. Gabr. consi. 86. num. 11. consi. 107. num. 3. consi. 12. 1. in primo dubio, libro 1. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 8. tit. 7. num. 3. & tit. 13. nu. 7. Menoch. de præsum. lib. 4. præsum. 75. num. 16. 17. Menoch. consil. 1. lib. 2. Decian. consi. 21. consi. 25. & consil. 100. lib. 3. Curt. iun. consi. 125. Couar. lib. practicarum quæst. ca. 38. Petra de fideicommissis quæst. 11. Zanch. in d. §. cum ita in nona parte in princ. & alij plures per eos allegati, Magon. decis. Florentina 16. nu. 25. & 26. Surd. consi. 31. per totum lib. 1. Rimin. iun. consi. 283. num. 19. & seq. versicu. tertio plus aliud adiungo, & Thesaur. decis. pedemont. 64. in tota, ubi alios eiusdē sententiæ recenset.

Quamuis contrariam opinionem, quod immo attendenda sit proximitas grauati, tenent Soc. in d. l. hæredes mei, §. cum ita num. 16. ff. ad Trebell. & latius in l. si cognatis, nu. 40. ff. de reb. dub. & diffusius consi. 249. num. 21. lib. 2. consi. 86. num. 11. & seq. lib. 3. consi. 51. num. 31. & 32. & consi. 73. num. 14. & seq. lib. 4. dicens ita se pluries consuluisse, & consultum per plures solemnes Doctores uidisse, & ita Senis, & Florentiæ iudicatum fuisse, Soc. iun. dicens communem in d. §. cum ita, numero 67. & consi. 116. numero 25. consi. 126. per totum, & maxime numero 49. consilio 133. numero 27. consi. 135. numero tertio, libro primo, Gozad. testans de communi, consi. 4. numero 16. & 17. uersiculo sexto, & si dicatur, & sub numero 31. versiculo ad sextum, Burfatus dicens receptionem, & hodie crebriorem consi. 157. numero 13. & consil. 170. numero 23. & sequent. libro primo, Alciat. consi. 32. numero octauo, & seq. libro 9. dicens esse receptissimam apud modernos, & in l. pronuntiatio §. familiæ, numero decimoseptimo versiculo, vnde fit, ff. de uerbo. significat. aiens esse receptiorem apud recentiores, Cephal. consi. 313. numer. 56. asserens communem, a qua in consulendo, & iudicādo non sit recedendum. Decian. consi. 26. numero 74. libro secundo, attestans de magis communi, & veriori, Clar. in §. testamētum questio. 76. numero quarto uersiculo, sed hic occurrit, firmans esse magis communem, & uer iorem, & ab ea consulendo, & iudicando nullo modo esse recedendum. Marzar. de fideicom. in secunda parte, quæst. 35. inquiens se ita sæpe consuluisse, & ita alias Rotam Florentinam iudicasse, & ita iudicando, & consulendo tenendum esse, Menoch. in consilio pro Triuultijs numero 311. dicens esse magis receptam, Crauett. attestans de communi, consi. 109. numero tertio, Rota Auenion. decis. 37. numero quarto, uersiculo, alij referunt ad fin. dicens ab hac communi non esse discedendum. Alexan. Trentacin. in tract. substitut. in quarta parte, capit. 12. asserens in puncto iuris esse ueriorem, Gioff. dicens ueriorem, iuxta communem ferè omnium, & sequendam consi. 7. numero 100. libro primo, Alexan. Raudens. de Analogis in apend. parte prima, numero 36. & alij per Zancum in repet. dicto §. cum ita in nona parte sub numero tertio, & quarto, uersiculo, contrariam uero opinionem, Paxet. consi. 41. numero primo, consi. 139. num. 18. Bertazol. consil. ciuili 98. nu. 17. exatin. Muscul. inter communes opiniones diuersorum lib. 14. in uerbo proximiores, num. 50. Petrus Antonius Angusola consi. 86. num. 2. lib. 1. Marcabr. consil. 87. num. 2. uers. secundo moueor, & ibi adit. sub litera L. Panzirol. consi. 91. nume. 16. consilio 145. numero 7. & seq. Gail. pract. obseruationum lib. 2. obseru. 151. nu. 3. Paulus a Monte pico consi. 96. num. 22. 120. & 121. Rolan. consil. 100. num. 10. cum seq. lib. 1. quam opinionem pro communi præsupponit Rot. Rom. decis. 22. num. 2. in nouiss. diuers. lib. 3. part. 3. & quam uti magis communem, proposito principaliter dubio ultra harum opinionum sit communior, approbauit eadem Rota decis. 72. num. 1. in nouiss. diuers. par. 1. moxque proposito altero dubio principaliter quæ sit uerior, eamdem ueriorem censuit nu. 3. ubi subiungit, quod est uerissima, & a plurib. Rotis iudicando sequuta, & quod in eam etiam alias Rota inclinauit, ita ut cum de quæstione hac difficili quidem, & admodum dubia, & tantum controuersa inter Doctores habeamus resolutionem Rotæ Romanæ, cuius authoritatem nemo est, qui nesciat, non videtur amplius de ea dubitandum, nec vlterius insistendum in perquirendis rationibus utrinque opinionis, aut in enumerandis authoritatibus Doctorum ad inuicem pugnantium, maxime cum opinio hæc clarissima reddatur ex deductis per utrūque Socin. in locis supra relatis, & nouissime per Ceph. d. consi. 313. a nu. 18. usque ad

K finem,

finem,& per Cioff.d. consi.7.à nu.23 usque ad finem,& per Alex. Raud.numer.19.cum quam pluribus sequent. loco supra citato,in quibus locis etiam respondent rationibus, et argumentis tenentium cõttariam opinionem:& ista opinio Canonizata est Florentiæ & indistinctè in iudicando seruatur, nec amplius in dubium reuocatur,vt omnes in foro versantes sciunt; sed & quando attendenda esset proximitas testatoris secundum opinionem contrariam,quod non admittitur; id tamen non procederet in casu præsenti, ex pluribus, &

8 Primo,quia dicta opinio limitatur, vt non habeat locum ,quando testator vocat illos de familia,vel descendentes masculos in perpetuum, & loquitur per verba de futuro apta comprehendere posteros , & in futurum nasciturosl,pro ut fecit in alienationis prohibitione,ex qua perpetuum fideicommissum & absolutum in casu mortis inductum supponitur,quia tunc cum dispositio extēdatur in infinitum,& vocentur etiam illi, qui non poterant esse nati, neque concepti tempore mortis Testatoris, & sic ij, qui nullo modo poterant ei ab intestato succedere l. lege 12. Tabul.C.de legit.hæred. non potest dici consideratam esse proximitatem respectu ipsius

9 testatoris,sed potius respectu grauati, quasi quod testator nõ habuerit respectum ad personas, sed tantum ad successionem sanguinis, & voluerit inter ipsos descendentes esse locum successioni ab intestato eo modo, quo quilibet de iure vocatur ab bona grauati ultimo morientis. Socin. dicto consi. 249. sub num.21.ad fi.uersi.decimo quarto confirmatur libro secundo,& d.consi.86.sub numero 11.in fin uersic.comprobatur ista conclusio,& num.12.versic. ad idem facit lib.3. Rota alios citans d.deci.72.in 2. dubio num. 5.versic tertia coniectura in nouiss. diuers. in prima parte,& Decian.dicto consi.26.sub num.76.uersic. quartus casus libro secundo, quem refert,& sequitur Cras. §. fideicõmissum quæst.18.num.4. Simon de Pret.de interpret.ultim.volunt.libro tertio interpre. tertia,dubio quarto solut. tertia numero 38. & sequen.

10 Secundo quia cum omnes fateantur a dicta opinione recedi ex voluntate testatoris expressa verbis, vel collecta coniecturis. Simon de Pret.loco proxime citato num.44.et Rot.d.decis.22.num.3 in prima parte, & dicta decis.72.in 3.dubio num.4.& pro regula tradit Clar.in dicta quæst.76. num.1.& 2.efficacissima cõiectura mentis testatoris,quod ad fideicommissum hoc tacitū in casu mortis admittantur descendentes proximiores grauato,& non ipsi testatori,colligitur ex eo, quod in ipsa alienationis prohibitione expresse,& uerbis claris, ac repetitis uocat proximiores alienantis, & contrafacientis , quo fit vt eodem modo ad fideicommissum in casu mortis admissi fine descendentibus masculis intelligatur uocasse proximiores grauati,in cuius persona euenit casus fideicommissi,cum vna pars testamenti clara alteram dubiam declaret. l.si seruus plurium §. fin.in fi. & l.qui filiabus,ff.de leg.primo,l.prima,ff.de reb.dubijs.l. fin. ff. ad Trebel. & vbique notant Doctores,& cum ex unico capitulo prohibitionis alienationis determinentur duo fideicommissa , vnum expressum in casu alienationis,alterum absolutum in casu mortis, & in primo expresso uocentur proximiores grauati, idem etiam iudicandum est de altero

11 per regulam l.iam hoc iure,ff. de vulgar. & pupill.substitu.& l.quamuis,C.de impub. & alijs substitu. præsertim cum tacitum inducatur ex expresso,& eiusdem,& nō diuersi iuris cēseri debeat, & eamdem qualitatem habere,& non aliam differentem,& contrariam leg.cum qui ædes,ff.de usucapio.& maxime quia alias tacitum non procederet a pari cum expresso iuxta l.cum quid ff. si certum petatur,& esset potentius eo contra iuris regulas,cum expressum soleat esse potentius tacito,vt per Dec.in terminis istis, consilio 481.numero nono,& decimo, uersiculo, tertio respondetur, quod clarius patet ex eo, quod testator in casu alienationis priuat ipso iure alienantem , & vult bona peruenire ad alios ut supra vocatos , ponderando

12 dicta uerba ; ut supra , quæ repetunt omnia prius dicta. Deci. consilio 182.numero duodecimo,decimotertio,consilio 227. numero tertio,& consilio 394.numero primo , Decian.consilio 72. numero sexto, libro secundo,& sic repetunt illam uocationem factam supra ad fideicommissum absolutum inductum ex ratione prohibitionis alienationis ostendendo in casu alienationis illos esse uocatos, qui supra uocati fuerunt in casu mortis, & statim declarat testator in casu alienationis vocare proximiores grauati, vnde eodem modo videtur eos vocasse in casu mortis , aliàs non semper in casu alienationis vocarentur proximiores,vt supra in casu mortis fuerunt vocati, immo diuerso, & valde differenti modo , quod esset contra verba dispositionis prædictæ, a quibus recedendum non est , nisi clare de mente ipsius disponentis in contrarium appareat. l. non

13 aliter,ff.de leg.3.& in ultimis uoluntatibus, præsertimque in fideicommissis est communis conclusio,ut dicit Clar.d.quæst.76.nu.4. versi.

versi. vbi clare. Nec præmissis obstat, quod ex alijs testator videatur voluisse, quod consanguineus tantum vna cum utrinque coniuncto admittatur:& potissimum attenta ea
14 dem affectione Patris erga consanguineum, non secus, ac erga utrinque coniunctum, cũ ambo sint filij, & pariter coniuncti ipsi Patri, Barto. in l. Lucius numero 21. de vulg. & pupil. substitu. ex qua æqualiter censentur vocari, & substituti, cum optima sit coniectura, quæ desumitur ab affectione testatoris. glos. in l. ille a quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell. Angel. consi. 28. numero secundo, Crauet. consi. 62. numero octauo, & alii adducti per Menochium de præsumpt. libro quarto, præsumpt. 15. per totam, & maximè cum talis affectio corroboretur ex æquali institutione de omnibus filiis facta, vt ideo eædem partes videantur datæ in substitutione, quæ datę fuerunt in institutione, & ita æqualiter dicti fratres censeantur substituti, pro ut æqualiter instituti fuerunt. l. prima, C. de impub. & alijs substitut. l. planè, §. si duobus, ff. de legat. 1. l. si plures in fine, l. cohæredi, §. discretas ff. de vulg. & pupill. substit. vt in his terminis tradunt Ias. consi. 143. num. 11. versiculo, quarto quia, libro quarto, Dec. d. consi. 304. num. tertio, Crauett. d. consi. 43. & alii allegati per Surd. dicto consilio 31. numero octauo, & voluit etiam Magon. decis. Florentina 16. nume. 25. & 26.

16 Quia respõdetur, quod qua ratione defunctus in portione sibi relicta a Testatore prædiligitur, eadem etiam, & proximior eiusdẽ defuncti, non autem ipsius testatoris prædilectus censetur l. conficiuntur in principio, de iure codicill. l. uel singulis, de vulg. & pupilla. substitut. ad instar descendentium ex filio, quos in portione eidem filio relicta magis diligit testator, quam suosmet proximiores, glo. in l. cum acutissimi in uerbo uitam, & ibi etiam Doct. C. de fideicomm. & ita dicunt Cephal. d. consi. 313. numero 51. & Marzar. consi. 1. numero 28. ad fin. quo argumento utuntur etiam alij, qui hanc partem tuentur, adeo quod præsumptio allegata tollitur alia præsumptione, quod immo sicuti Pater magis dilexit defunctum in sua portione, quam ei reliquit, potius quam alijs, ita quoque proximiores magis dilexisse uidetur, vltra quod, vt initio est dictum, & infra etiam probabitur ad finem, præsumptio est, quod testator voluerit se conformare cum dispositione iuris communis, secundum quod in successione fratris, utrinque coniunctus præfertur cõsanguineo tantum, & satis est, quod æqualitatẽ ipse Pater seruauerit inter filios in institutione, in qua sibi immediate succeditur, absque eo quod etiam in substitutionibus eandem seruauerit, cum de iure in eis non habeatur ratio proximitatis ipsius testatoris, sed personæ tantum grauatæ, vt fuit probatum.

17 Præterea non procedunt argumenta ex coniecturis, quia cum ex testamento in uocatione ad fideicõmissum in casu alienationis, satis constet de mente testatoris, quæ etiã aduocationem in casu mortis trahitur, sit ostensum fuit, nõ est quod confugiamus ad declarandum unam substitutionem ab institutione, quia & si regulariter id permissum sit, tamen non procedit quãdo in substitutione mens testatoris appareret, & non egeret declaratione, vel quando ex adiectione oneris, uel alio respectu diuersa extaret ratio, ut per Doct. in d. l. prima, C. de impuber. & aliis substitutio. & facit regula, quod in claris non est opus coniecturis. l. continuus, §. cum ita, ff. de uerbor. obliga. & l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.

His additur, quod si bene totum testamẽtum consideretur, & singula prælegata filiis facta, & alia ad cuiusque eorum fauorem disposita ponderentur, apparebit eos nõ æqualiter, sed inæqualiter fuisse a Patre tractatos, & non pari, sed inæquali affectione dilectos, si affectionem, & dilectionem ex relictis metiri volumus, ita ut nullus sit locus argumentationi ad cõsanguinei fauorem factæ, sed potius id totum retorqueri contra eum possit.

18 Non obstat etiam, quod cum ex dispositis in testamento appareat testatorem respexisse Agnationem suam masculinam, & semper uocasse masculos, & exclusisse fęminas uideatur nullam habuisse rationẽ cognationis, nec uinculi materni in Equite Angelo, & ob id uidetur etiam consanguineum tantum æqualiter cum eo uocasse, Cro. in dicto §. Diui, num. 162. Soc. iun. consi. 67. nu. 29. & sequent. libro tertio, & dicto consi. 72. numero quarto, cum sequent. libro quarto, Beroi. consi. 96. libro secundo, Menoch. de præsum. lib. 4. præsumpt. 75. in fin. pro ut etiam vide-
19 mus in statuto excludente fœminas propter masculos, & habente rationem agnationis tãtum, in quo consanguineus tantũ cum utrinque coniuncto concurrit. Gabriel. conclus. sexta, libro primo, Alba consilio 81. Rimin. iun. consilio 101. Beroi. consilio 143. & consilio 144. libro secundo, Menoch. consil. 187. Cras. in §. successio, quæs. 31.

Quoniam contrarium tenuerunt multi, & numero, & authoritate maiores, vt testatur Decian. consilio decimosexto, numero 48. uersiculo decimo, & ultimo, libro primo cum quibus concordant Gail. libro secundo, pract. obseruationum, obseruat. 151. numero tertio, & Cephal. consilio 323. per totum, & assertores contrariæ opinionis va-

rijs, ac friuolis rationibus motos fuisse osten dunt Decian. & Cephal. supra citati, vnicuique respondentes ille a num. 62. vsque ad numerum 74. hic a num. 82. usque ad finem, cō probantque hanc sententiam infinitis prope fundamentis, ita vt ea verissima appareat, & & præsertim consideratis pro eadem opinione latissime deductis per eumdem Cephal. consi. 623. per totum, per Crauet. consi 653. per tot. per Bertaz. consi. ciuili 22. per totum, & per Riminal. iun. consilio 407. etiam per totum.

Nec verè ex ea testatoris dispositione dero gatum censetur iuri communi vtrinque con iunctos consanguineis præferenti, quia & si masculos tantum vocauit, adhuc tamen inter eos etiam de uoluntate testatoris præfer tur utrinque coniunctus Castrens. in d. l. fin. numero sexto, C. de uerbo. signific. quem ibi omnes sequuntur, vt dicit Decia. d. consi. 16. 20 numero 42. & sic Testator præferens masculos dicitur semper eos prætulisse eo ordine, quo de iure communi debent succedere, nec dicitur spreuisse illam maiorem proximitatem respectu grauati, quam ius commune non spernit, sed tantum videtur spreuisse co gnationem ad effectum, ut bona remanerēt inter descendētes suos masculos, qui effectus quando sequitur, præsumitur testator potius se conformasse cum iure communi vocando ad successionem proximiores, quam sine ratione ab eo recedere voluisse, vnde cum cognatio, quæ existit in vtrinque coniuncto, nō impediat quo minus bona conseruentur a- 21 pud descendentes masculos, non videtur neglecta, ut respondet Cephal. dicto consi. 323. numero 35. & 45.

Immo videtur amplexa, & sufficit, quod seruetur uoluntas testatoris, & bona conser nentur apud descendentes Masculos, & in ceteris ius commune seruetur, cum ambo pos sint implere dictam uoluntatem, nec deroge tur prælationi de iure alteri competenti Ias. consi. 143. sub num. 12. versiculo quinto, & ultimo, libro quatto, vbi loquitur in istis terminis, & quod in hoc proposito testatot nō intelligatur uelle derogate iuri communi, sed potius cum eo se conformare præferendo in substitutione vtrinque coniunctum cō sanguineo, nisi de contraria mente eiusdem appareat, fatentur illimet, qui contrariam te nent sententiam, & præcipue Soc. iun. d. cōsi. 67. num. 39. uersi. 3. non obstat, lib. 3. & d. con sil. 72. num. 3. uersi. & ad primum responde tur libro quarto, & Magon. d. decis. 16. num. 26. versic. & quamuis, quo fit, ut cum in con trariam non extet dicti testatoris uoluntas, sed ea potius cum ipsa iuris communis dispo tione concor det, firma remaneat Conclusio ad fauorem utrinque coniuncti. &c. Anno 1592. Florentiæ.

Causa hæc fuit introducta per appellationem coram D. Iudice primarum appellationum Ciuitatis Florentiæ, qui de consilio Domini Gasaris Galliati compatriotæ mei sententiam secundum hoc consilium meum latam reuocauit, & appellatione ab illa per D. Equitem introducta coram Dominis tribus Iudicibus secundarum appellationum dictæ Ciuitatis, hi concorditer anno 1596. meam opinionem confirmauerūt, & elegantia motiua fecerunt compellata per Illustrem & Excellentissimum D. Iosephum de Rusticis Aquilanum, uirum sane doctissimum, & de legali scientia optime meritum. In qua quidem Causa vti pulcra & magni momēti om nes primarii Italiæ Doctores scripserunt, in diuersas euntes sententias, vt precertim D. Iacob. Menoch. contra opinionē, quam tenui, patet in eius cons. 841. lib. 9. & D. Alexander Raudens. pro mea sententia, ut in eius consi. 14 lib. 1. & ambo honorificam mentionem faciunt de me, maxime uero D. Menoch. qui omnium meritorum meorū fines excessit.

EPITOME.

Quod legatum Dotis sub hac conditione factum quotiescunque Puella nupserit, uel efficiatur Monialis, debetur etiam si in vita testatoris nupta sit, licet exactio differatur post tempus mortis testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Dotis legatum quotiescumque puella nuberet, uel monialis efficeretur, debetur etiam, quod legataria nupserit ante obitum testatoris. & num. 3 & seq.*

2 *Dictio (quotiescunque) importat conditionem, & est distributiua temporis, & comprehendit omne tempus, ac si dictum fuisset quocumque tempore.*

3 *Legatum Dotis sub conditione quotiescumque nupserit, debetur etiam, quod legataria uiuente ad huc testatore, nupserit. & num. 4. 5. & 6.*

4 *Legatum sub conditione mixta debetur quocumque conditio sit adimpleta.*

5 *Legatum Dotis quotiescumque puella nupserit, uel dum nubet, uel si nupserit, uel quando nubet, vel cum nubat, uidetur relictum in augumentum Dotis.*

6 *Legatum Dotis sub conditione cum nupserit, debetur etiam quod Puella nupserit in uita testatoris, sed illius exactio non potest fieri, nisi demum mortuo testatore.*

7 *Legatum factum pro aliqua maritanda, debetur si legataria maritetur in uita testatoris, & aliun-*

aliunde Dotem habeat, præsertim si Testator non ignorauerit illam esse nuptam, siue tempore testamenti, siue post.

8 *Voluntas testatoris quando est clara, non est insistendum circa attestationes Testium, nec circa cõiecturas, & præsumptiones.*

CONSILIVM LXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mota per Stephanum de Claris Virum D. Magdalenę filiæ Michaelis de Maffeis cõtra D. Raphaelem de Nicolinis uti Hæredem Hippoliti de Mellerto pro legato scutorum Cẽtum per dictum Hippolitum facto dictę Magdalenæ, quotiescumque nuberet. Retuli Excellenti D. Iudici primarum appellationum Ciuitatis Florentiæ partis eius esse in pronuntiando ad fauorem dicti Agentis, condemnãdo dictum D. Raphaelem ad soluendum dictum legatum, reuocando sententiam primi iudicis, qui dictum Reum conuentum absoluerat a petitis.

1 Et ad ita referendum motus fui, quia legatum factum per Hippolitum de Mellerto tribus filiabus Michaelis de Maffeis de scutis Centum pro qualibet earum, quotiescumq; aliqua earum nuberet, aut Monialis efficeretur, videtur deberi D. Magdalenæ vni ex dictis filiabus, licet tempore mortis dicti Hippoliti nupta esset Stefano de Claris; quoniã 2 dictio illa quotiescumque importat cõditionem, ut in puncto dicunt Dec. consi. 487. nu. 6. & Deciã. consi. 87. sub num. 17. lib. 2. & est etiam distributiua temporis comprehendẽs omne tempus, vt tradit Areti. in §. extraneo num. 10. versic. sed quid Instit. de pupil. subst. Alexand. consi. 145. num. 3. versi. sed hoc nõ obstante, lib. 2. adeo quod idem videtur importare, ac si testator expresse dixisset, se legare Cẽtum quocumque tempore nubat quælibet dictarum filiarum, siue ante ipsius legãtis mortem, siue tempore mortis, siue post mortem, & non sine ratione, quia cum vt dictum est, legatum hoc habeat conditionem nuptiarũ, vt conditiones hæ non faciles sint, quandocumque & omni tempore adimpleri possunt, sufficitque legatũ debeatur, quod 3 adimplementum sequatur quocumque tempore etiam viuo testatore, vt in proprijs terminis relicti sub conditione nuptiarũ, est tex. clarus in l. hæc conditio, la 1. in prin. & l. si ita legatum esset in fine, ins. conditionum quæ in futurum ad finem, ff. de condit. & demonst. & in l. si quis hæredem, C. de institu. & substi tut. & tradit Anchar. quæst. 51. in prin & nu. 5. lib. 2 & est regula generalis in omnibus si- 4 milibus conditionibus mixtis, pro ut est ista, vt probat te. in l. 2. in l. si iã facta in fi. in l. multum interest in l publius Meuius, ff. de condi. & demonstrat. eo quod cum tales conditiones non pendeant a voluntate Onorati, Testator videtur tantummodo considerare effectum, & implementum earum, & ideo sufficit quocũque tempore eas impleri, vt colligitur ex dictis iuribus, & declarat Anto. Gomez. in Commentarijs variar. resol. Thom. 1. de vlt. volunt. c. 12. de legat. num. 61. versi., & adde, & vltra hæc casus iste decidi videtur Paul. de Castro, in consi. 309. num. 2. post ver. secundo facit dubium, & post versic. 3. facit 5 dubium, lib. 1. vbi concludit, quod si fiat legatum Puellis sub conditione, dum nubent, vel, si nuberent. uel quando nubent, vel cum nubent, illud debetur eis si viuo adhuc testatore nupserint, quia videtur relictum in augumentum Dotis, quod potest fieri etiam constante Matrimonio, & quia illa verba non limitant legatum, sed faciunt conditionẽ, quæ 6 potuit impleri etiam viuente testatore, licet tempore nuptiarum non possit fieri exactio, sed tãtum mortuo testatore, ad quod allegat non nulla ex iurib. supra citatis, & plura alia, quæ cum videri penes eum possint, hic transcribẽda non duxi: Ad idem facit, quod legatum factum pro aliqua maritanda, debetur si legataria maritetur in vita testatoris, & aliunde Dotem habuerit, quia conditio non videtur defecta, sed adimpleta, vt concludit idem Pau. de Castro consi. 214. num. 2. vers. quod autem lib. 1. & latius consi. 148 per totum lib. 2. & consi. 51. libro 3. etiam in toto, quod est idem Consilium ad uerbum cum dicto consi. 148. vbi refert idem tenere Gul. de Cun. & Rain. de Forli. & Gulielm. de Cun. refert etiam, & sequitur Alexand. consilio septimo, sub numero decimo, versiculo, hoc in terminis libro secundo, & Castren. sequitur, Tiraquell. in tract. cess. caus. cess. effect. limitat. decimooctauo, numero secundo, & tertio, vbi alios eiusdem sententiæ refert, quibus addo eumdem Castrens. in dicta leg. Publius Meuius numero secundo, ff. de condition. & demonstrat. Ioan. de Imo. consilio 113. numero nono, colum. fin. verficulo, item non obstat, quod vltimo allegatur, & Decia. consi. septimo, sub numero septimo versicu. & multum vrget libro 2. & comprobatur ex his, quæ in fortioribus terminis dicit Bal. in l. fi. num. 11. versi. pone testatur, C.

de sent. quæ fine certa quantit. proferuntur, vbi voluit, quod si Testator reliquit decem Bertæ pro ea maritanda, si tempore testamē ti iam erat maritata, debetur illi legatum per d.l. si iam facta, ff. de cond. & demonstra. & per l. antepenult. C. de institu. & substit. quæ est dicta lex si quis hæredem, & Bald. sequuntur Alex. consi. 146. num. 6. versic. & similiter libro quinto, & ibi etiam Addit. & alij allegati per Tiraquell. dicta limitat. 18. nume. quarto, uersiculo, & huc quoque pertinet: Et quando conclusio hęc aliquam pareretur difficultatem, ea tamen cessaret ex eo, quod Testator sciuit dictam D. Magdalenam fuisse nuptam, & non mutauit testamentum, cū mutare illud potuerit, sed cū eo decedere voluit, quo casu absque vllo dubio legatum factum pro aliqua maritanda debetur ea maritata viuo Testatore, non secus ac si eo mortuo nupta fuisset, etiam si alias illud extinctū diceretur, vt in indiuiduo tenent Castr. dicto consi. 214. in fin. libro primo, & dicto consi. 148. etiam in fine libro secundo, repetito dicto consi. 51. libro tertio, Alexan. d. consi. 7. sub num. 10. ver. hoc in terminis libro secundo, Decia. d. consi. 7. sub num. 7. versicu. item procedunt, & consi. 46. num. 53. versic. & in simili libro secundo, Balthas. Quint. in additionibus ad Castr. d. consi. 51. post Alber. de Rosa per eum citatum, & in similibus termi nis idem late tenet Decia. consi. 15. num. 12. & 13. versic. quinto præsupponitur lib. 2. per notat. per gloss. in l. athletæ, §. dat remissionē, ff. de excusat. Tutor. & per alios ab ipso adductos.

Et stantibus prædictis insistendum nō putaui circa attestationes testium vtriusque partis in declarando mentem testatoris, quia cū 8 res clara sit, ad coniecturas non recurritur l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obliga. vltra quod vbi res dubia redderetur, pro hac parte iudicādum esset, vt per Doct. in l. 1. ff. solu. matrim. Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

Quod Dos vxoris filij a Patre recepta, vel alteri de eius consensu soluta, debet in diuisione fienda inter fratres post mortem Patris tamquam æs alienum in primis deduci, & obligatio Patris de dicta Dote restituenda, vel consignanda transit ad filios eius hæredes, & si Dos est peruenta ad illum, qui habet vxorem, tenetur docere, quod in domum paternam immissa sit, & vera in communem vtilitatem, ad hoc vt de communibus bonis deducatur.

SVMMARIVM.

1. *Pater, qui Procuratorem specialiter constituit ad recipiendam Dotem pro filio, & ad obligandum sua bona pro eius restitutione, vel consignatione tenetur solus, & insolidum ad restitutionem dictæ Dotis filio solutæ eius iussu, & mandato.*
2. *Pater recipiens Dotem pro filio remanet ipse obligatus in casu Dotis restituendæ, uel consignationis fiendæ.*
3. *Mortuo Patre, qui Dotem vxoris filij recepit pluribus relictis filijs hæredibus, onus matrimonij trāsit ad filium, quem & uxor, & filij sequuntur.*
Dos stare debet penes eum, qui onera matrimonij sustinet. ibidem.
4. *Dos vxoris unius ex fratribus, vel socijs in diuisione hæreditatis, uel societatis uenit in primis tamquam æs alienum detrahenda ex bonis communibus, quod qualiter procedat, infra declaratur.*
5. *Dos a Patre recepta, eo mortuo quamuis sint plures fratres ad diuisionem deuenientes, debet in primis deduci tamquam æs alienum de hæreditate.*
6. *Dos vxoris filij soluta Patri, debet eo mortuo percipi a filio, & ille tenetur conseruare fratrem indemnem pro portione hæreditaria ex defuncti Patris obligatione pro dote restituenda, aut consignanda.*
7. *Dotem uxoris unius fratris in domo Paterna positā seu, immissam, constare debet ad hoc, ut obligatio transeat ad omnes fratres hæredes Patris. declara num 8.*
8. *Dos uxoris unius ex fratribus, si nō fuit soluta Patri, sed ipsi filio sine consensu Patris, non potest filius percipere illam post mortem Patris de bonis communibus, nisi doceat, quod illa in communi posita fuerit ad communem utilitatem.*

CONSILIVM LXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente inter Antonium quondam Leonardi de Viscontis appellantem ex vna parte, & Laurentium de Bonaiutis, & Angelū de Chelis appellatos ex altera coram Magnificis DD. Prioribus, & Vexillifero Iustitiæ Ciuitatis Pistorij, occasione

sione dotium D. Annæ vxoris d. Antonij, & Nurus d. quondam Leonardi, Retuli partes dictorum Priorum esse in pronuntiando ad fauorem d. Antonij contra dictos Laurentium, & Angelum pro consequutione dictarum dotium, reuocando sententiam D. Iudicis à quo, qui contrarium pronuntiauerat, quoniam cum dictus Leonardus constituerit suum procuratorem d. Antonium ad recipiendum dotem dictæ D. Annæ, & ad obligandum eius bona pro dictę dotis restitutione, vel consignatione facienda, quibus de iure restitui, vel consignari deberet in omnem casum dictæ restitutionis, vel consignationis faciendæ, tam constante Matrimonio, quam eo soluto, & dictus Antonius d. procuratorio nomine dictam Dotem receperit, & bona dicti sui principalis obligauerit pro restitutione, vel consignatione, vt supra facienda, vt hæc patent ex publicis documentis per

1 Notarios rogatis, notissimum est d. Leonardum teneri solum, & insolidum ad restitutionem dictæ Dotis filio solutæ eius iussu, & mandato, vt est text. apertus in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim, vbi etiam id notant omnes Scribentes communiter, & habetur per Cacheran. decis. Pedemont. 44. num. 8. & pluribus seq. vbi alios refert, non enim sumus in simplici promissione de dote restituenda, in omnem casum dotis restituendæ, quam non comprehendere casum Dotis consignandæ propter inopiam viri, voluit Castr. consil. 230. per totum lib. 1. sed sumus in promissione etiam ipsum casum consignandæ dotis amplectente, & sic vtrunque casum tam restitutionis, quam cõsignationis continente; quę conclusio eo magis procedit, cum ex processu colligatur d.

2 Antonium statim dotem receptam in domum paternam portasse, & dicto Leonardo Patri consignasse, ex quo solo etiam cessante iussu, & mandato Pater ipse teneretur per dispositionem eiusdem §. transgrediamur, cum ibi notatis, & est casus in vtroque capite in l. si filia, §. si filiusfamil. versic. hoc amplius, vbi etiam glos. & scribentes, ff. famil. erciscun. quia ad hoc, vt Pater teneatur pro dote vxoris filij, sufficit dotem fuisse ipsi filio Patris iussu, vel ratihabitione solutam, aut in eius vtilitatem versam, vt dicta iura probant, & glos. & cæteri Scribentes volunt; cum itaque d. Leonardus Socer ad dotem Nurus teneretur, eo mortuo pluribus relictis filijs, &

3 heredibus onus Matrimonij statim transiuerit in d. Antonium filium, quem etiam liberi, & vxor sequuntur l. si maritus, ff. famil. erciscun, & l. si is, qui Sticum, §. post mortem, ff. de iur. dotium, in eundem dos dictæ vxoris transire debet, quia dos stare debet penes eum, qui sustinet onera Matrimonij d. l. si filia, d. §. si filiusfam. d. versic. hoc amplius, & d. l. si Maritus, ff. famil. erciscun. l. actione, §. fin. ff. pro socio, & d. l. si is, qui Sticum, §. ibi, ff. de iure dotium, & propterea dicitur, quod

4 dos vxoris in diuisione hæreditatis, vel societatis venit in primis, tamquam æs alienum detrahenda ex bonis communibus vt dicit Castr. cons. 304. in princ. lib. 2. per d. l. si filia d. vers. hoc amplius d. l. actione §. fin. & in ter

5 minis nostris, quod si sint plures fratres, & vnus habet vxorem, is mortuo Patre debeat percipere Dotem eius vxoris datam Patri, vel ipsi filio Patris iussu, vel ratihabitione solutam, aut in eius vtilitatem versam probatur in d. l. si filia d. §. si filius familias vers. hoc amplius ff. fam. hercisc. & ibi hoc norant

6 glos. & Bald. & in Dote vxoris filij Patri solutæ, quod ipso Patre mortuo filius debeat percipere eam, sunt text. clari in l. si dos socero ff. ad l. Falcid. & in d. l. si Maritus ff. fam. hercisc. & in l. 2. C. eod. tit. & sufficit, quod talis filius conseruet indemnem alium fratrem cohæredem Patris, ne pro portione hęreditaria ex defuncti obligatione pro dote restituenda ab vxore, Patre, vel hæredibus molestetur, vt dicit tex. in d. l. si filia, d. §. si filiusfamilias, dicto versic. hoc amplius, ff. famil. erciscun. & habetur per Bald. & Salyc. in dict. l. 2. C. eod. tit. vtrumque circa princi-

7 pium, & ad finem. Nec obstat, quod constare debuisset, dotem hanc in domo paterna positam fuisse, & in communem vtilitatem conuersam, vt Ioannes frater, & Patris cohæres pro ea ad medietatem teneretur ex his, quæ dicunt Castr. d. consil. 304. in 6. dubio, num 6. & Socin. consil. 313. num. 13. versic. quinta, & vltima conclusio, lib. 2. & ante eos Bald. in l. si patruus, sub num. 10. versic. item, dicit, quod vnus fratrum, C. communia vtriusque Iudicij, & in dict. l. actione, §. fin. in Addit. versic. nota, quod si sunt duo fratres,

8 ff. pro socio, quoniam eorum conclusio intelligenda est, quando dos solueretur vni ex fratribus, vel socijs vxorem habenti, qui eam de communi percipere non posset, nisi doceat, quod ea fuerit posita in communi, & in communem vtilitatem versa, non autem procedit, quando soluta fuit communi Patri, vel filio vxorato de eiusdem Patris iussu, & mandato, quia tunc Pater ipse teneretur absque eo, quod aliud doceatur, nec tunc quæritur, an dos postea peruenerit ad manus mandantis, vel in eius vtilitatem conuersa fuerit, vt sunt iura expressa superius adducta, quæ aliqua glosatione non indigent, & si etiam, vt dictum est, constat, quod dos ista peruenit ad dictum Leonardum mandantem. Vnde cum in hoc casu constante Ma-

trimonio

trimonio locus sit restitutioni dotis consignandæ d. Antonio, qui onera matrimonij substinet per mortem Patris, de cuius mandato dos ipsa soluta fuisset, maximeque cum mox ad eius manus peruenerit, & de anterioritate dictæ obligationis non dubitetur, & incumbentia respectu ipsorum bonorum per Leonardum in vita possessorum, & tempore mortis in hæreditate dimissorum, & ex inde ad hæredes, & vltimo loco ad dictos Laurentium, & Angelum peruentorum probata fuerint, pronuntiandum omnino fuit pro dicto Antonio.

Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

Sequestrum regulariter de iure communi est prohibitum, & illud obtinens in casibus permissis, tum à iure communi, tum à municipali tenetur docere de credito suo saltem semiplene, & iustificare sequestrum, ad cuius reuocationem quilibet sine mandato comparere potest.

SVMMARIVM.

1 *A sequestratione regulariter de iure communi iudicium incipere non debet, (circunscripto statuto.)*
2 *Regulæ inhærendum esse, non obstante fallentia, quando casui, de quo quæritur fallentia non adaptatur.*
3 *Sequestrum debet fieri cum cognitione causæ, & de credito constare debet saltem semiplenè, alioquin non valet.*
4 *Creditor tenetur iustificare sequestrum à parte impugnatum.*
5 *Filius potest in iudicio comparere ad defensionem sui Patris etiam sine mandato.*
6 *Quilibet etiam sine mandato admittitur ad reuocari faciendum sequestrum.*

CONSILIVM LXIII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

REtuli D. Vicario Florentiolæ sequestrũ factum ad instantiã Reuerẽdi Presbyteri Antonij de Coniali penes Franciscum Angeli de fructibus per eum recolligẽdis ex bonis Federici quondam Rinaldi de Vonsalua, tanquam debitoris ipsius Presbyteri Antonij de summa pecuniarum in dicto sequestro contenta, esse reuocandum, ex eo quod, cum nulla in hoc producatur municipalis prouisio in 1 processu, res iure communi decidenda est, secundum quod regulariter prohibita est omnis sequestratio, & creditor pro consequutione eius, quod sibi debetur, non debet incipere à sequestratione, sed Iudicium contra debitorem instituere, & illum conuincere, & condemnari facere; l. 1. C. de prohib. sequestr. pecu. & ibi Glos. Bart. Bald. Ioan. Faber, Salycet. & alij Scribentes communiter Practic. Papiens. in forma sequestri, seu saximenti, in Glos. Sapiens Vir, in principio, latè Anchar. Regiens. quæst. 47. num. 12. & seq. lib. 1. & licet conclusio prædicta non procedat semper, sed in multis casibus permissa sit sequestratio, vt per Glos. & præfatos Doct. in d. l. 1. & per Practic. Papiens. in loco citato, num. 2. & seq. tamen nulla ex limitationibus à prædictis scribentibus traditis videtur ap-2 plicabilis præsenti casui, in quo propterea standum est regulæ non ostensa fallentia, vt per Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de regulis iuris; sed & quando essemus in aliquo casu permissionis sequestrationis, adhuc tamen sequestrum hoc reuocandum fuisset, veluti factum de facto, & sine cognitione causæ, quæ neces-3 saria est etiam in casibus permissis, aliàs non valet, vt in terminis concludit Alciat. alios referens consil. 37. num. 16. & 17. versic. sed istud sequestrum lib. 6. idem habetur per Ias. in l. si fideiussor, §. fin. in 3. notabili, num. 9. & 10. ff. qui satisdar. cogantur, vbi pariter alios idem tenentes refert; Nec ad illud deueniri poterat, nisi imprimis de debito dicti Federici constare fecisset dictus Presbyter Antonius, si non plenariè, & seruatis seruandis, saltem semiplenè, & summariè, iuxta notata per Ias. in d. §. fin. num. 12. & seq. versic. aduerte tamen diligenter, quod factum non fuit non solum ante ipsam sequestri impe-4 trationem, sed nec postea, cum nihil ad probationem debiti de iure sufficiens produxerit Presbyter Antonius, cui tamen incumbebat onus iustificandi ipsum sequestrum à parte impugnatum, & probandi de suo credito, Bartol. in l. si oleum, num. 2. ff. de dolo, Pract. Papiens. in d. forma sequestri, seu saximenti in Glos. audeat, vel præsumat, num. 5. versic. sed amplius, & num. 6. versic. quis ergo erit modus, & Albet. in dict. l. 1. num. 2. in fine versic. item quærit. Nec videtur disputandum de legitimatione personæ Rinaldi 5 se opponentis dicto sequestro, tanquam filij, & coniunctæ personæ d. Federici sui Patris cum citra mandatum id facere potuerit, l. sed & hæ personæ, ff. de procurator. & absque

6 que dubio, quia ad reuocationem sequestri quilibet admittitur absque mandato, quia ista est quædam species defensionis, Ias. in dict. l. si fideiussor, d. §. fin. sub num. 17. ad fin. vers. & nota singulariter, ff. qui satisdar. cogantur. Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

Redhibitoria quando locum habeat in Animalibus irrationalibus venditis, & quando dicentur morbosa, & vitiosa, & quæ sit differentia inter morbum, & vitium.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitoria locum habet non solum ob vitium corporis, sed etiam ob vitium Animi, & qualiter hoc sit verum, & infra.*

2 *Morbus dicitur in corpore, & vitium in animo Animalis morbosi, & vitiosi, licet plerunque Morbus pro vitio, & vitium pro Morbo accipiatur.*

3 *Morbum Animalis habitum esse cuiuscumque corporis contra naturam, qui vsum eius facit ad id deteriorem, cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit.*
Vitium Animalis illud esse dicitur in Boue, si cornu petit, vel pessundat, in Equo si calcitrat, in Cane si momordit, & huiusmodi. ibidem.

4 *Bos si post laborem non manducat statim, sed post aliquod interuallum tantum, non dicitur morbosus, quando non recusat laborem.*

5 *Labor cuicumque Animali, siue rationali, siue irrationali cum temperamento dandus est, aliud enim est tempus laborandi, aliud quiescendi, aliud edendi, & bibendi, & aliud dormiendi.*

CONSILIVM LXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa mihi commissa per Magnificos Dominos Priores Populi, & Vexilliferum Iustitię Ciuitatis Pistorij inter Raphaelem de Blasinis appellãtem ex vna parte, & Philippũ del Frasca appellatum ex altera occasione boum per d. Philippum venditorum dicto Raphaeli.

Retuli non esse locum redhibitoriæ, confirmando sententiam per Clarissimum D. Commissarium Pistorij latam, quoniam & si admittitur in iumentis locum esse redhibitoriæ non solum ob vitium corporis, sed etiam pro vitio animi, l. ædiles aiunt, §. non 1 tantum autem, & ibi Glos. & l. bouem, in princip. & ibi etiam Glos. & Cæpol. num. 2. & 3. ff. de ædil. edicto, & idem Cæpol. in d. l. ædiles aiunt, §. quæsitum est, sub num. 7. in 2. not. Caballin. de ædilit. actionibus, cap. 2. num. 28. versic. aduertendum vlterius; Tamen de nullo legitimè, & sufficienter apparere videtur in processu, quia nec morbosi, 2 nec vitiosi probantur boues. Morbus enim débilitas corporis est, vitium autem animi, Glos. in l. 1. in princip. in verbo morbi, & in §. sed sciendum, per illum text. & in l. ædiles aiunt, §. sed enim sunt, & §. non tantum autem, & vbique etiam Doct. ff. de ædil. edicto, & si plerumque vnum pro altero ponitur, & vtrumque in eamdem sententiam profertur, vt dicit Glos. in d. l. 1. in princip. in verbo, morbi, & in d. §. sed sciendum, in verbo dixisse, per illum tex. quia quicquid est morbi, est vitium, & è contra quicquid est vitij, est morbus quò ad propositam materiam, vt ibi, per illam Glos. & per Cæpol. sub num. 4. & 5. & per Caballin. de ædilit. action. cap. 1. nu. 1. secundum quam neque morbosi dici possunt, neque vitiosi, quia morbum diffinitum habemus à Iur. Consult. in dict. §. sed scien-3 dum esse, scilicet habitum cuiuscumque corporis contra naturam, qui vsum eius ad id facit deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit, & tradit Cæpol. in d. l. 1. in princip. num. 8. versic. nam morbus; Vitiũ verò in Boue propriè dici posset, quando cornu peteret, l. bouem, in princip. & ibi Glos. & Cæpol. ff. de ædilit. edict. adeo quod 4 siue morbum corporis, siue vitium animi inspiciamus, dicendum sit hos boues, nec morbosos, nec vitiosos censeri, etiam si post labores non statim comedant, sed post aliquod interuallum tantum, cum alioquin non recusent laborem, nec minus idonei reddantur ad onera ferenda, nullum enim adesse morbum, aut vitium videtur, cum neque de fortitudine, neque de vtilitate aliquid illis detrahatur, licet non statim post laborem manducent, cum per hoc nõ efficiantur imbecilliores, & minus apti ad laborandum, vt probat text. apertus in dict. l. ædiles aiunt, §. sed enim sunt quædam, maximè quia post laborem quies concessa videtur, nec res ita amatè intelligenda est, vt statim defatigati boues comedere, & ad laborem redire debeant, sed cum temperamento, vt non con-5 tinuus labor ab eis exigatur, sed ex bono, & æquo modicè, & cum debita quiete desideretur, vt est text. clarus in l. si quid venditor,

ff. de

ff. de ædilit. edict. vbi Cæpol. in 6. not. nu. 13. dicit esse text. notabilem pro latoribus, quia non debent laborare die, noctuque, sed debent habere interualla pro necessitate corporis, quod benè notandum dicit, quod eo magis procedit, quia non omne vitium sufficit ad redhibitoriam, etiam si vsum, ministeriumque venditi Animalis impediat, sed debet esse notabile, ne leue, aut modicum attenditur, siue corpus, siue animum respiciat d. l. 1. d. §. sed sciendum, vers. proinde si quid tale fuerit, ff. de ædilit. edict. & ibi latissime Cæpol. post alios multa ad propositum per plures columnas cumulãs, & habetur etiam per Caballin. d. cap. 2. num. 5. versic. circa secundum. Anno 1592. Florentiæ.

EPITOME.

An Contractus super vita, vel morte alicuius sit licitus, & quid si vnus det alteri Ducatos 150. cum hoc, quod illos lucretur, si talis moriatur ante completum decimumseptimum ætatis suæ annum, quod si vsque ad illam ætatem peruenerit, ille alter illi promittat Ducatos 1500. & ille talis ad illam ætatem peruenerit, an scilicet iste Contractus sit vsurarius, an verò iniustus, & ad iustum reducendus. Et de pluribus speciebus similium Contractuum, & sponsionum super creatione Cardinalium, & similium, & assicuratione Nauium.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod si talis filia mea annorum quinque, mensium septem, & dierum octo decederet, antequam compleret decimumseptimum annum, seu attingeret decimumoctauum, tu lucrareris florenos centum quinquaginta, si autem illa vsque ad dictum tempus viueret, tu mihi solueres florenos 1500. hoc inquam pactum nõ dicitur vsurarium, nec illicitum, seu reprobatum, sed iustum, & ideo viuente filia vsque ad dictos annos 17. summa taxata est moderanda, & reducenda ad summam congruentem, & moderatam, & in hac re, quæ consideranda sint.*

2 *Contractus ratione incertitudinis conditionis, & dubij euentus licitus est, & valet, qui aliàs non ualeret, neque teneret, & datur exemplum quando quis promittit decem alteri, si Imperator hoc anno moriatur, & alter illi centum si non moriatur.*

3 *Contractus valet, si vnus promittat alteri decem si Matrimonium sequatur inter Titium, & Bertam, & eidem totidem promittit alter si non sequatur. Quod procedit, dummodo tales inuicem promittentes sint omnino extranei, & non promittant nomine viri, vel mulieris, vt ibidem declaratur.*

4 *Contractus assicurationis tenet, vt puta si quis dicat, promitto tibi decem, si Nauis mea ad talem locum applicuerit salua, sin autem tu promittis mihi reddere valorem meæ Mercantiæ.*

5 *Contractus sponsionum, seu scommissarum, vel assicurationum licitum esse, & Florentiæ frequentari, & actionem parere, & supra num. 2.*

6 *Summa excessiua, & immoderata super vita alicuius per certum tempus duraturum promissa respectu summæ paruæ per promittentem in casu contrario receptæ, est reducenda ad id, quod iustum est, & honestum considerando lucrum, quod in dicta modica pecunia fieri poterat in tot annis, quibus ille, super cuius vita conuentio est facta, vixit, & habendo rationem de pluribus alijs, de quibus hic mentio habetur.*

CONSILIVM LXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN quæstione agitata coram Reuerendissimo Domino Episcopo Fesulano, tanquam Iudice delegato, & Commissario Apostolico inter Ludouicum Lorinum agẽtem ex vna parte, & Benedictum de Guasconibus Reũ 1 conuentum ex altera super sponsione, seu conuentione inter ipsos facta, quod si Nannina filia dicti Benedicti ętatis tempore sponsionis Annorum quinque, Mẽsium septem, & dierum octo, decederet, antequam compleret decimum septimum suæ ætatis annũ, seu attingeret decimum octauum, dictus Ludouicus lucraretur Florenos centum quinquaginta de libris septem pro singulo Floreno, tunc sibi exbursatos per ipsum Benedictum, si verò vsque ad illud tempus ea viueret, dictus Ludouicus teneretur soluere ipsi Benedicto Florenos Mille quingentos similes, in qua quæstione à varijs Iudicibus varia processerunt Iudicia, Mihi placuit eorum sententia, qui censuerunt Contractum hunc non esse nullum, nec vsurarium, sed immo validum, & licitum, sed tamen veluti continentem lucrum immoderatum, & excessiuum, ex eo, quod Nannina peruenit ad annum

num decimum septimum completum, esse moderandum, & ad honestam summam reducendum, quam in sexcentis Florenis similibus aliqui taxauerunt, in qua opinione cum fuerit vltimus Iudex, à cuius sententia appellauit Benedictus, ego propterea Assessor electus à partibus, Retuli dicto Reuerendissimo Domino iudicare debenti, eius partes esse in pronuntiando bene iudicatum per dictum D. Iudicem à quo, & male appellatum per dictum Benedictum.

Ad ita referendum motus fui authoritate Castr. in l. à Titio, num. 3. per illum text. ff. de verborum obligation. vbi propter incer-
2 titudinem conditionis, & dubium eius euentum vult valere, & licitum esse Cõtractum, qui aliàs non teneret, & illicitus esset, ex quo infert vidisse terminati Florentiæ, vbi vtuntur pronosticari de futuro, valere Conuentionem, quod si talis dominus, puta Imperator moriatur hoc anno, promitto mihi decem, & si non moriatur, promitto tibi centum, & si mortuus eo anno fuerit ille Dominus, agi posse ad illa decẽ. Dubium enim faciebat secundum eum, quia nulla videbatur subesse iusta causa, sed potius turpitudo, prout dicitur in ludo taxillorum, tamen quamplures Doctores in contrarium consuluerũt, & ita fuit iudicatum propter frequentem vsum Mercatorũ, tam ibi, quam alibi, & principaliter per illam legem, quia sufficit euentus conditionis, & non est quærendum de alia causa, & licet dicat, quod pro hac parte non sluit ipse consulere, ait tamen hoc esse mẽti tenendum, & hanc opinionem sequuntur ibi Alex. num. 3. inquiens bene fuisse iudicatum, & Iasl num. 5. versic. per istam regulam, eamque duplici fundamento confirmat ibidem Alexan. sub d. num. 3. primo ex notatis per Host. in cap. Gemma, de sponsal. vbi vo-
3 luit, quod si duo sunt, quorum vnus promittit alteri decem, si fiat Matrimonium inter Titium, & Bertam, alter contra promittat eidem decem, si non fiat Matrimonium, valebit conuentio, si dicti inuicem promittentes sint omnino extranei dictorum Titij, & Bertæ, licet secus si promittant nomine Viri, vel Mulieris sponsalia fieri, & casu quo nõ fiant, promittant pœnam etiam nomine ipsorum promittentium proprio, quia non valet promissio pœnæ adiecta accessoriè principali, quod debet esse liberum dicto capit. Gemma, & l. Titia, in princip. ff. de verb. obligatio. vbi hoc sequitur Imol. sub num. 4. versic. in eadem Glos. ibi respondit. Secundo ex
4 simili conuentione, quam etiam frequentant Florentini, per quam ego promitto tibi decem, si Nauis mea, mercantijs onerata, ad talem locum applicuerit salua, sin autem tu promittis mihi reddere valorẽ meæ Mercantiæ. Nam Conuentio valebit secundum rationem supra allegatam, & contractus est licitus, vt est casus expressus, & singularis in l. in Naue Saufieli, ff. locat. & cond. & ibi Paul. Castr. notat sub numero 6. versic. ego aliàs legendo dicebam, & bene fecit Hieronymus Magoni. in decis. Rot. Florent. decis. 8. num. 1. & 2. vbi ait, quod sponsionum, seu scommissarum vsus Florẽtiæ frequens probabilis est, & efficax ad producendum actionem propter causam, & conditionem, quæ non sit turpis, sed honesta, & loquitur in sponsione super Creatione Cardinalium, in cuius causæ resolutione ipse etiam interueni, non tamen adducit Magon. causæ relator allegata supra per me, quæ apertissime intentionem meam probant, ex quibus sine longiori progressu videtur constare, quod dicta sponsio valida fuerit, & licita; sed quoniam negari non potest, quin postquam ista puella peruenit ad ætatem anni decimi septimi completi, lucrum conuentum à scutis cen-
6 tum quinquaginta, auctum vsque ad 1500. & sic ad rationem centum pro singulis decem in termino annorum vndecim, mensium quatuor, & dierum viginti duorum, sit excessiuum, & immoderatum, tamquàm iniustum ad iustum reducendum fuit, Nam etsi antea mori Puella potuisset, & eo tempore, quo Benedictus eius Pater scutos 150. amisisset, tamen postquam peruenit ad illam ætatem lucri, debet hoc in consideratione haberi ad considerandam læsionem in contractu propter tam longam vitam, vt pulcrè ostendit in similibus terminis emẽtis annuos redditus, vel fructus ad vitam suam, Cæpol. consil. ciuili. 14. sub num. 4. versic. & hæc intelligo vera in antiquis, & post eum tradunt Crauet. consil. 105. num. 10. versic. sed dicet aliquis, & Hippoly. Riminal. consil. 170. in fin. Quo fit, vt merito taxatum fuerit in dicta summa scutorũ sexcentorum. Cum enim in hoc certa regula dari non possit, & ex vsu Prouinciæ nihil certi determinatum constet, boni viri arbitrio id totum relinquitur, consideratis qualitate personarum, ætate, valetudine, quantitate eius, quod hincinde datur, vel promittitur, ac alijs circumstantijs, vt in iudicanda iustitia, vel iniustitia prætij ementis annuos redditus, vel fructus ad vitam suam, dicunt Bald. & Salyc. post antiquiores in l. si ea pactione vterque, ad fin. C. de vsuris, & latè habetur per Couar. lib. 3. variarum resolutio. cap. 9. num. 7. & latius per Caballin. de vsur. quæstio. 72. num. 472. cum seq. & optimè deseruit, quod tradunt Bald. & Salyc. in l. cum non frumentum, C. de vsur. vbi volunt, quod licet respectu futurorum

torum

totum non possit haberi omnimoda certitudo in æstimatione valoris, tamen ex probabilibus coniecturis, & ex vulgi opinione æstimandum est, an intra debitum modum, an vero vltra valor ipse taxatus fuerit, & quod vltra legitimum modum taxatus, ad moderatum reduci debet.
Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

Quando ex cursu triginta, aut quadraginta annorum, & vltra debitæ solennitates extrinsecæ præsumantur interuenisse in contractu emphyteotico bonorum Ecclesiæ. & quid in bonis priuatorum, pro quibus diu solutus fuit affictus, seu Canon.

SVMMARIVM.

1 *Consensus superioris, & alia solemnitates extrinsecæ, quæ requiruntur in alienatione bonorum Ecclesiasticorum ex cursu triginta annorum interuenisse præsumuntur.*
2 *Cursus triginta annorum arguit solemnitates debitas interuenisse in concessione bonorum Ecclesiasticorum in Emphyteosim.*
3 *Beneplacitum Papæ circa bonorum Ecclesiasticorum alienationem vbi interuenit, aliud non requiritur, omnesque aliæ solemnitates interuenisse præsumuntur in illo contractu.*
4 *Qui contractum infringere satagit prætextu carentiæ tantum solemnitatum si de læsione quoque non doceat, causam parum fauorabilem, immo odiosam habere dicitur.*
5 *Contra se fundantem tantummodo super nullitate, in dubio iudicandum est, etiam si agatur de re Ecclesiastica, quando Ecclesia damnum non patitur.*
6 *Causa solius nullitatis intentatæ est dura, & difficilis, euentusque vt plurimum contrarius intentioni agentis sequitur.*
7 *Bona laicorum per tempus triginta annorum tenta pro liuellarijs, & pro quibus tanquam talibus annuatim certus Canon est solutus, præsumuntur talia esse, & eorum concessionem solemniter in perpetuum præcessisse, licet ea non appareat.*
Declara vt infra.
8 *Secus autem si sint bona Ecclesiæ, quia tunc dictum tempus non sufficit, sed ad minus requiruntur anni quadraginta.*

CONSILIVM LXIII.

Spiritus sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente coram Reuerendo Domino Priore Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentij de Florentia Iudice delegato, & Commissario Apostolico vertēte inter Bernardum de Binis appellantem ex vna parte, & Reuer. Abbatissam, & Moniales Vener. Monasterij Beatæ Christianæ Sanctæ Crucis appellatas ex altera. Visis processibus in causa factis in pluribus instantijs, & omnibus, vt oportuit, consideratis, Retuli dicto D. Iud. ei, & Commissario eius partes esse in pronunciando bene per D. Iudicem à quo fuisse iudicatum, & male per appellantem appellatum, quoniam quò ad bona di Valle stariorum 224 in Emphyteosim concessa pro annuo Canone stariorum 81. Grani de Anno 1558. die prima Aprilis, non videtur resultare nullitas actus, ex eo quod nec ex Instrumento dictæ concessionis, nec aliunde appareant interuenisse debiti consensus Superiorum, licentia Sedis Apostolicæ, & aliæ solemnitates extrinsecæ in alienatione bonorum Ecclesiæ requisitæ, quia cum à concessione citra; vsque ad litem motam lapsi fuit Anni triginta, & vltra, & Contractus per partes semper obseruatus fuerit, debiti consensus, & omnes solemnitates ad dictæ alienationis validitatem requisitæ præsumuntur interuenisse, tolliturque omne vitium, & omnis defectus, qui in contractu alienationis rerum Ecclesiæ allegari posset, vt in terminis istis tradunt Anchar. consil. 136. nu. 2. versic. præterea dictum Monasterium, Dec. consil 36. sub num. 8. versic. vltimo non obstat, consil. 329. sub num. 5. vers. vltimo non obstat, consil. 341. num. 13. & consil. 409. numero 1. 2. 8. & seq. Grat. consil. 142. num. 15. & seq. lib. 2. & idem colligitur ex Alex. consil. 79. num. 4. & 5. lib. 1. consil. 17. nu. 8. lib. 4. Soc. consil. 15. nu. 53. & seq. lib. 1. consil. 266. num. 34. lib. 2. Corn. consil. 181. num. 19. & seq. lib. 2. & in eodem casu pro Dominis de Raude contra Ecclesiam maiorem Mediolani, Iaf. consil. 54. col. 5. sub num. 2. versic. tertio principaliter, lib. 1. Crauet. de antiq. temp. in tertia parte, in princip. in primo casu, numero 1. & in §. vidimus in genere, num. 25. versic. tertio præsumitur, Iaf. in l. sciendum, num.

num.17.versic.secundo adde, et iterum vers. septimo facit, ff. de verb. obligat. & Gozadin. consi.73.num.29.consi.86.num.22. Alciat. de præsumpt. reg. tertia præsumpt. 10. sub nu. 7. & ex alijs congestis per Gabriel. consil. 36. sub num.48. & sequen. libro primo, vbi ostendit, hanc esse veriorem, & receptionem Doctorum sententiam, & specialius loquendo, quod in concessione bonorum Ecclesiæ in emphyteosim præsumantur interuenisse cōsensus superioris, & licentia Papæ, seu beneplacitum Apostolicum, aut confirmatio ex cursu annorum triginta sequuta obseruātia,

2 tenent in indiuiduo Dec. d. consi. 409. num. secundo, & 9. Grat. consi. 142 num. 16. 17. lib. 2. & Gabr. consi. 88. nu. 14. & 17 & seq. lib. 1. dicens hanc esse communem opinionem, & secundum eam alias decisum fuisse in Rota Romana, & consi. 82. in tertio dubio numer. 30. & seq. libro 2. asserens pariter hoc esse cōmuniter receptum, & ita sæpe resolutū fuisse in Rota Romana, pro quo adducunt inter alios Aret. consi. 36. num. 2. volentem ex tali temporis cursu præsumi licentiam Papæ in testamento Cardinalis, quod dictum in specie sequuntur, Ias. in d. l. sciendum, ante numero 17. versic. pro ista opinione, & Crauet. in d. §. vidimus in genere, num. 31. versi. septimo licentia Papæ, & hoc vltimum de per se sufficeret ad victoriam pro substinenda alie-

3 natione, quia quando beneplacitum Apostolicum in ea interuenit, aliud non requiritur, cum sit loco omnium solemnitatum requisitarum, & eas omnes suppleat Abb. consi. 41. numero tertio libro primo, Dec. d. consi. 409. sub num. 2. Gabr. d. consi. 82. in 1. dubio numero secundo, libro secundo, & alij per eum adducti.

Nec refert, quod solemnitates istæ enunciatæ non sint in instrumēto, quia adhuc procedit conclusio præsumptionis præallegatæ, quod ex cursu longissimi temporis sequuta obseruantia præsumantur interuenisse, ut in puncto tradit Crauet. alios citans in dicta tertia parte in principio numero decimo, versiculo tertio quæro.

4 Et huic opinioni eo libentius adhæsi, cum pro parte Monasterij nulla penitus deducatur læsio, sed solum inferatur in nullitate ob defectum solemnitatum in huiusmodi contractu requisitarum, quo casu ipsius Monasterij causa non ita fauorabiliter, & benigne tractāda est ex his, quæ in simili tradit Vant. in tract. de nullitat. tit. 1. quid sit nullitas nu. 31. sed potius contra ipsam nullitatem pronuntiandum est, & pro validitate alienatio-

5 nis, qualitercumque ex iure vel ex facto nullitas ipsa offuscari, vel dubia reddi possit ex notatis per Crauett. consil. 151. in fin. & per Vant. ubi supra titu. ultimo qualiter, & quibus modis sententia nulla reparari possit nu. 127. uersiculo insuper, licet enim causa pro ecclesia agente fauorabilis sit, non tamen sic ei fauendum est, ut aliis iniustitia fiat: nec ita de facili pro euersione contractuum pronūtiatur sub colore nullitatis, ubi ecclesia damnum non patitur, ut tradit Dec. consi 564. numero primo, post Soc. consi. 15. numero 31. & numero 55. libri primo: & ut tradit Federicus de Senis cons. 119. nulli dubium est, sub num. 5 ante fin. post uersic. item tutor, si subtilitatibus perniciosis ecclesia uteretur, non inueniret qui cum ea contraheret, & maxime quia solemnitates istæ alias non erant solitæ seruari, ut ex inspectione similium instrumentorum illorum temporum patet, & notum est, & colligi potest, licet nō multum clare ex formulario Florenr. contract. in forma tractat. qui fieri solent a capitu. Monasteriorum post tertium tractatum versi. aduer-

6 te quod licet, quo casu durior est hæc causa nullitatis intentatæ, vt per Vant. d. tit. fin. sub num. 128. uersi. bonum etiam fuerit, & ante eum per Crauett. quem adducit consil. 137. num. 9. versiculo, secundo respondeo.

Quo vero ad bona del castellare stariorū triginta nouem, de quibus nullum apparet concessionis in Emphyteosim instrumentum; si essemus in bonis priuatorum, idem dicendum esset, quod supra conclusum est in bonis di Valle, quia & si non ex-

7 tar instrumentum, tamen cum per dictum spatium annorum triginta continuorum, & ultra tenta fuerint vti emphyteotica, & pro eis uti talibus annuatim pro Canone soluta fuerint staria viginti nouem grani, præsumeretur cōcessionem solemniter in perpetuum præcessisse Bald. consi. 116. numero secundo, libro primo, consi. 24. numer. 1. libro quarto, Alex. d. consi. 79. sub num. 4. versi. ad idem lib. 1. Grat. d. consi. 142. num. 18. libro secundo, & late tradit Ias. dicens esse communem conclusionem in l. 2. nu. 155. uersi. in eadem glos. in fine, & num. 160. uersi. 6. quæro, C. de iur. emphyteot. & in d. l. sciendum sub nu. 17. uers. similiter, & diffuse etiam Balb. de præscript. in prima parte tertiæ partis principalis, quæst. 10. num. 35. & 36. dicens pariter esse communem conclusionem, & habetur etiam per Crauett. de antiquit. temp. in dict. tertia parte, in dicto §. vidimus in genere, nume. quadragesimo uersi. decimo quarto, pręsumitur. Sed quia sumus in bonis Ecclesiæ,

8 contra quam ad præsumendum talem contractum emphyreoticum etiam ad tertiam generationem non sufficit cursus triginta annorum, sed requiruntur ad minus anni quadraginta, cum tanto tempore, & non

minori contra Eccleſiam currat præſcriptio capitu.de quarta extra de præſcript. & §. pro temporalibus,in Authen.de Eccleſiaſtic. tit, ut in puncto tradit Iaſ. in dicta leg. ſecunda, ſub dicto numero 160. poſt dictū uerſiculū, ſexto quæro,quem ſequi uidetur Balb. ſupra relatus, non videtur ſuper hoc inſiſtendum, cum non ſint anni 40.quod iſta bona perue- nerint ad manus iſtorum de Binis, qui nullum titulū in eis oſtendunt. Anno 1593. Fl.

EPITOME.

De Ratione reddenda ab Adminiſtratore, vel negociorum geſtore, et libris eorum exhibendis.

SVMMARIVM.

1. *Adminiſtrator, & negotiorum geſtor tenentur reddere rationem eorum adminiſtrationis.*
2. *Actio adminiſtrationis reddendæ tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè.*
3. *Libri rationum debent exhiberi in reddenda ratione adminiſtrationis, & contra renuentem poteſt in litem iurari per eum, cuius negocium geſtum fuit.*

CONSILIVM LXVII.

Spiritus ſancti gratia illuminet intellectum meum.

IN cauſa vertente corā Reuerend. Domino Priore Eccleſiæ collegiatæ Sancti Laurentij de Florentia iudice delegato,& Cōmiſſario Apoſtolico inter magnificum Doctorē D. Ioānem de Ariguccijs,& Curatorem hæreditatis iacentis quondam Petri etiam de Ariguccijs actores ex vna parte,et Reuerend. D. Durantem, et Clariſſimum D. Chriſtophorum fratres de Carneſecchis Reos conuentos ex altera, Retuli partes dicti D. Iudicis eſſe in condemnando dictos Reos conuentos ad reddendum rationem dictis Actoribus ſocietatis Batilauri initæ de Anno 1525.inter quōdam Dominam Dianoram uxorem olim Ioannis de Ariguccijs tāquam Matrem, et Tutricem olim Andreæ Patris dicti D. Ioannis, & Petri eius, & dicti quondam Ioannis filiorum ex una parte, et quondam Petrum Franciſcum Patrē dictorum Reorum conuentorum ex altera, et alterius ſocietatis initæ de anno 1543. inter dictum quondam Petrum de Ariguccijs ex una parte,& dicto quondam Petrum Franciſcum ex altera, & ad exhibendum libros, de quibus in relatione fit mētio. Quoniam quilibet [1] adminiſtrator, uel geſtor negociorum alterius tenetur reddere rationem de adminiſtratis, & geſtis Bald.conſi. 152.in princip. conſi.418. in 6.dubio, num. 6.lib.3.Roman. conſi.168.in tertio dubio,num. 5.conſi.413. num.2.conſi.414.num.1.Cuman. conſi.88. in prin. Abb.conſi.12.in 6. dubio,num. 5.lib. 1.Corn.conſi.196.nume. 4. lib.3.Soc.conſi. 24.num.37.conſil.46 nu.1. et 2. conſ.73.nu. 1.& 2.libro 1.conſi.213.num.1.2.& 6.libr.2. Dec.conſil.178.in prin.Grat.conſi.23.num. 7.libro primo, & alij congeſti per Plot. de in litem iurand.§.4.num.85. quæ quidem rationis [2] redditio ita dictos Reos conuentos hæredes adminiſtratoris aſtringit,ſicut ipſum adminiſtratorem aſtringebat, ut in puncto dicunt Roman.d.conſi.413.numero ſecundo, & Alciat.conſi.31. in quinto dubio,nume.7. libro quinto,pro ut è conuerſo ad hæredem eius, cuius negocia geſta ſunt, tranſit actio hæc petendi reuiſionem ipſius adminiſtrationis,ut dicit Roman.d.conſi.168. in tertio dubio num.5.† & in qua rationis [3] redditione uenit in primis exhibitio librorum,ſine quibus ea reddi congruè non poteſt,ut ideo iure merito ei, cuius negocium adminiſtratum fuerit,detur iuramentum in litem contra adminiſtrationem ipſos libros non exhibentem, Bart.& Bal.in l.prima, §.officio,ff.de tutelis, & rationibus diſtrahendis. Anch.conſi. 316. ſub num.3.Soc.conſi.159.num.3. & ſequ.& conſ.190.nu.1.& 2.lib.2.Iaſ.conſ.4. ante numerum primum lib.3. Alci. conſ. 31.in quarto dubio,nu. 6.lib.5.Plot.alios referens, & de uera,& communi Doctorum opinione atteſtans d.§.4.ſub dicto num.85.ad fi.& §.5.nu. 26.Anno 1593.Florentiæ.

EPITOME.

Quod lata ſententia ad fauorem Actoris cōtra Reum, poteſt tertius pro ſuo intereſſe comparere ad impediendam executionem, quæ executio nihilominus concedenda eſt ſententiam habenti, præſtita cautione pro indemnitate condemnati a dicta moleſtia tertij.

SVMMARIVM.

1. *Tertius pro ſuo intereſſe poteſt comparere in iudicio,*

cio, & executionem impedire.

2 Duobus eamdem rem a tertio possessore uendicantibus, illa debet relaxari ei, qui primo sententiam habuit, declara ut infra.

3 Praestanda tamen est per ipsum relaxanti idonea cautio de illum indemnem conseruando a dicto tertio nouo comparente, amplia, ut infra.

4 Quod etiam in beneficialibus procedit.

CONSILIVM LXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Cum Moniales Sanctae Christianae de Sancta Cruce pro executione trium sententiarum conformium latarum contra D. Bernardum de Binis pro bonis del Castellare obtinuissēt praeceptum de dictis bonis per dictum de Binis ipsis relaxandis, & ipse oppofuerit de lite sibi super eisdē bonis mota per D. Leonardum, & alios de Marescottis coram Reuerend. Domino Vicario Florentino, petieritque supersederi, donec lis prę dicta decisa fuerit, & hoc idem requisitum fuerit per dictos de Marescottis tanquam tertios in hoc iudicio ad executionem impe-1 diendam comparentes.

Ego uisis actis Causae Retuli Reuerend. D. Priori collegiatae Ecclesiae Sancti Laurentij de Florentia iudici delegato, & Commissario Apostolico partes eius esse in confirmādo dictum praeceptum, sine tamen praeiudicio iurium per dictos de Marescottis praeterisorum, & praestita per dictas Moniales idonea cautione dicto D. Bernardo de Binis de indemnem eum conseruando contra dictos de Marescottis, & occasione dictae litis per ipsos ei in eisdem bonis motae, quae decisio ad literam probatur in l. is a quo fundus 57. ff. 2 de rei uendicat. ubi est tex. clarus, quod quando duo eamdem rem ab eodem possessore uendicant, res illa relaxatur ei, qui primo sententiam habuit, cautione praestita Reo de eum indemnem conseruando ab altero liti-3 gatore, & ita dicunt ibi Bartol. & caeteri scribentes, & optime declarant Canonistae in capitulo uenlens il secundo, extra de Testibus, & praecipue Abb. sub numero sexto, uersiculo quandoque tenentis eisdem terminis, & ibi Apostillator in litera B. in uerbo & nota, & Felyn. sub numero septimo, ad fin. uersiculo, tertia conclusio, & Boer. decis. Burdeg. 79. numero secundo, uersicul. tum regulam 4 praedictam, quod etiam in beneficialibus procedere dixit Abba. in dicto capitulo ueniens, numero septimo, uersiculo, & nota, quod remedium, & sequent. Felyn. & Boer. in locis supra citatis. Anno 1593. Florentiae.

EPITOME.

An Mulier pro Dote alterius pro alio possit intercedere, & promittere, vel se obligare valide sine interuentu Mundualdi, & absque beneficio S. C. Velleiani.

Et an leges, siue statuta prohibentia Mulieres contrahere, vel se obligare sine certa solemnitate, habeant locum in causa Dotis, & quid ubi Mater ex statuto filijs praeiudicare non potest, an ea viuente, an vero post mortem tantum eis competat facultas reuocandi alienata.

SVMMARIVM.

1 Mulier de iure communi potest intercedere, & fideiubere pro aliqua maritanda, siue sit filia, siue extranea non obstante S. C. Velleiano, ibique ratio assignatur.

2 Statuta Florent. & singularis prohibentia, ne Mulieres possint obligari sine certis solemnitatibus, non habent locum in casu Dotis promissae pro sorore.

3 Statutum Florentiae, quod mulier non possit disponere de Dote in totum, uel in parte, in praeiudiciū viri, uel filiorum, aut descendentium ex eis, non procedit in casu Dotis.

4 Priuilegium Dotis est adeo fauorabile, quod per quaecumque uerba a statuto prolata, non intelligitur tali priuilegio derogatum, cum sit clausum in corpore iuris.

5 Statuta prohibentia alienationem bonorum immobilium in forenses, & non suppositos statuentibus, non habent locum in alienatione, quę fieret ex causa Dotis.

6 In dubio semper pro Dote iudicandum est.

7 Mulier obligans se pro Dote sororis una cum consensu viri, non potest tali obligationi contrauenire ipsa, nec eius vir.

8 Filij soluto Matrimonio tantum, habēt ius reuocandi alienata de Dote materna, quando superfunt, & illi succedere uolunt, ubi ex statuto illis non potuit

præiudicari.

9 *Promissio Matris pro Dote sororis ualet ex vi- 2 uente, non obstante, quod ex statuto in filiorum præ iudicium se obligare non poterit, sed post mortē potest infringi a filijs superexistentibus; At si ip- 3 sa superuiuat filijs, promissio remanet in suo robore.*

CONSILIVM LXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIso puncto mihi commisso ad referendum per Magnificum D. Vicarium Anglaris in causa vertente inter Magistrum Marcum magistri Gregorij de Mariscottis agentem ex vna parte, & Magistrum Angelum magistri Matthei, & D. Floram eius vxorem Reos conuentos ex altera.

Retuli pronuntiandum esse pro validitate fideiussionis factæ per dictam D. Floram in solidum cum dicto eius viro pro solutione Dotis D. Lauiniæ ipsius D. Floræ sororis, & vxoris dicti Magistri Marci per scripturam priuatam de more tempore contractæ patentelæ confectam.

Habui enim pro resoluto, quod dicta D. Flora potuerit intercedere pro fratribus in promissione dotis dictæ Lauiniæ communis sororis absque aliquo beneficio S.C. Velleia 1 ni, †quia potest Mulier de iure communi, dū modo sit maior, obligare se, ac res suas pro aliqua maritanda, & pro ea dotem promittere, & valet talis obligatio, & promissio sine pollicitatione, siue pacto nudo, siue stipulatione facta, cessante dicti S.C. Velleiani auxilio, siue talis Mulier sit filia, siue sit extranea, vt in filia est text. in l. si dotare, & in extranea est tex. in l. fin. C. ad Velleian. & tradit Aret. in §. Item si sub numero 15. versiculo, capio nunc primum casum Institut. de excepi. dicens id duplici ratione factum esse: prima fauore Dotis, cum sit causa pia. l. cum his, §. Mulier ff. de condit. indeb. secunda ne si mulier promittens Dotem iuuaretur Velleiano Mulier maritata remaneret sine Dote, & forte à Viro, qui substinere debet onera Matrimonij, repelleretur, ut dicit text. in dicta l. l. fin. idem etiam licet non tam late tenet Tiraquel. in tractat. de priuil. piæ causæ, priuile. 113. & copiose habetur per Nattam consil. 62. num. 14. cum seq.

2 Qua conclusione stante non obstant statuta Anglaris & Florentiæ in contrarium allegata pro D. Flora, nam quantum attinet ad ea, quæ prohibent Mulierem obligari sine certa solemnitate in occurrenti casu omnis̄sa, respondetur illa non prodesse dictæ Mulieri pro D. te sororis se obliganti, quia talia statuta non procedunt in causa Dotis. Salycet. in leg. fin. in princip. in quarto notab. ad finem, C. de iure dotium, Iaso. in leg. prima, in tertio not. numero nono, ff. solut. matrimon. & in l. si constante numero 108. eodem titul. & in l. filius familias §. diu, in prima lectura, numero 64. ff. de lega. primo, Socin. consilio 80. numero vigesimotertio, & sequent. libro quarto, Gozad. consilio 43. numero vndecimo, & sequent. Grat. consilio 82. numero decimotertio, & sequent. libro primo, Calcan. consilio decimotertio, ferè in toto, Bald. Nouel. in tractat. de dote in sexta, parte priuileg. 48. numero primo, Marsil. singul. 442. ad fin. Cotta memor. verbo statutum requirens consensum circa finem, uersiculo, an autem statutum prædictum, vbi dicit, quod ita vidit iudicari, & sententiam in causa appellationis confirmari, Neguś. in tractat. de pignor. & hypothec. in primo membro octauæ parts, in noua fallentia sub numero vigesimotertio, & sequen. dicens hanc esse communem opinionem, & in consulendo, & iudicando sequendam, & in puncto iuris substantialem, quamuis impugnetur ab aliquibus, quorum fundamentis ipse respondet. Gabriel. in titul. de legi. & constitut. conclus. prima numero decimo, vbi refert alios, & de magis communi testatur: quam opinionem late etiam comprobat, & sequitur Roland. de lucro dot. quæstion. 105. in quarto fundamento, numero decimoquarto & seq. & faciunt dicta inferius in uersic. seq. in fin.

3 Non obstat aliud statutum Florentiæ, quod Mulier non possit disponere de Dote in totum, uel in parte in præiudicium viri, vel filiorum, aut descendentium ex eis, quia responderi potest, primo quod non procedit in causa Dotis, Iaso. in terminis in dicto §. Diui in prima lectura, numero 60. & in secunda lectura numero 97. cum enim Dos in hoc sit specialiter priuilegiata a iure per text. in Authen. res quæ, C. commun. de le- 4 gat. & in corpore vnde sumitur, sequitur quod per quæcumque uerba prolata a statuto non intelligitur tali priuilegio derogatum cum sit clausum in corpore iur. ut subdit ibi Iaf. in 1. lectu. nu. 63. in 6. fundamento, & seruiunt iam dicta de statutis requirentibus cer

tam

tam solemnitatem in obligationibus mulierum, vt non procedant in obligatione pro Dote, & magis in terminis uidetur facere, 5 † quod statuta prohibentia alienationem bonorum immobilium in forenses, & non suppositos statuentibus, non habent locum in alienatione, quæ fieret ex causa Dotis, ut in indiuiduo tenent Anton de Butr. consilio 35. numero secundo, Castrens. consilio 286. sub numero secundo, libro secundo, Fely. in capitul Ecclesia Sanctæ Mariæ, sub numero 59. ad finem quartæ declarationis, de consti. Corta memor. in verbo forensis prohibitus per statutum, ubi ad hoc plures adducit authoritates, & dicit ita uidisse obseruari in contingentia facti. Bosſ. in titul. de princip. & priuileg. eius, sub numero 339. ad fin. versiculo, audiui; Carpan. in commentar. ad constitu. domini Mediolani, tit. de pœnis, §. collegiis, numero 54. Plor. inter consi. crim. diuers. primo loco collectorum per Zilet. in patua forma libro primo, consil. 108. nu. 21. uer. septimo dicto consi. quod est in uolumine consilio ipsius Ploti consilio 19. libro primo, Phanuc. in responso super stat. lucens. Rubr. de eo, quod forensibus non sit licit. acquirere bona immobil. in Ciuit. lucens. uel eius districti. libro secundo, capitul. 74. posito in fin. tract. de inuent. nume. vndecimo, versiculo quinto, & ultim. & alii, quos Plotus, & Phanuc. allegant, quæ opinio maximam uidetur habere æquitatē, ne mulier remaneat indotata. & a viro, cui Dos promissa fuit, expellatur, ut dicit tex. in d. l. fi. C ad Vell. & ubi dubia esset, adhuc amplectenda uideretur, cū 6 in ambiguis pro Dote sit iudicādum l. in ambiguis, ff de iur. dot. vt in proposito considerat Ias. in d. §. Diui, in prima lect. sub numero 64. & in secunda lectura sub numero 98. & seruiunt dicta superius in uersi. qua conclusione stante.

Secundo, & forte tutius respōdetur, quod 7 cum promissio sit facta fauore, & contemplatione viri, & filiorum, & ex eis descendentium, ne eis fiat præiudicium, & vir consenserit obligationi per vxorem cum ipso insolidum factæ, neuter ipsorum potest tali obligationi contrauenire, sed uterque debet ei acquiescere Bald. in l. quoties la prima numero quinto, C. de fideicommiss. Dec. consi. 468. numero 29. & filiis, uel descendentibus tantum ius alienata reuocandi competere po8 test, quando soluto Matrimonio superfint, uel succedere uelint. Dec. ubi supra, Soc. consil. 241. sub numero 10. uersicu. tertio probatur lib 2.

Adeo quod obligatio, uel alienatio constā te matrimonio per Mulierem facta valet, ea 9 uiuente, licet quo ad interesse filiorum, uel descendentium stet in suspenso, & pendeat a futuro euentu, quia si Matri superuiuerent, possent alienationem reuocare, quod si ea superuiueret eis, uel aliter casus contingeret faciēs cessare eorum admissionem ad bona materna, alienatio suum effectum sortiretur, prout in terminis statuti tradit Castrens. consilio 442. sub numero tertio, uersiculo, sed non est ita libro primo, & optime faciunt in simili casu notata per Alexan. consilio 189. sub numero septimo, et octauo, libro 2. et per Soc. consi. 123. numer. 4. libro 3. Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

De re communi pluribus pro indicio ab vno sine aliorum consensu vendita; & an Alimenta præstita a Patruo, vel ab Auunculo Neptibus secum commorantibus præsumantur donata, vel data animo repetendi, & an idem sit in Dote, & paraphernalibus dictis Nepotibus datis, aut promissis.

SVMMARIVM.

1 *Frater, qui obligat, aut uendit totam rem, quam habet pro indiuiso communem cum aliis fratribus sibi solum pro sua portione, & non fratribus pro eorum portionibus præiudicat.*

2 *Alimenta a Patruo data, uel ab Auunculo Neptibus egenis, & earum Patre in longinquis partib. commorante, videtur data intuitu caritatis, & affectionis, & non animo repetendi.*

3 *Alimenta præstita ab Auunculo, uel Patruo Neptibus in Domo eius manentibus, & illi seruitia domestica facientibus non repetuntur, sed cum dictis seruitiis compensantur.*

4 *Dos ab Auunculo, aut a Patruo data Neptibus una cum paraphernalibus censentur donata, nisi pactum apponatur, quod danti restituatur.*

Extraneus donans Puellam præsumitur donare, nisi stipulatus sit sibi reddi, & quit dicatur extraneus ibidem.

5 *Etiam si mulier haberet Patrem, uel fratrem, aut alios attinentes.*

CONSILIVM LXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVper controuersia vertete coram D. Vicario Anglaris inter DD Vrsinam, Gētilem, & Phillippā sorores filias quōdam Pauli de Piccininis a Montedoleo ex vna parte, & Christophorū, & fratres quondam Marci, & alios litis consortes de eodem loco ex altera respectu conuentionis dictarum sororum.

Retuli dicto D. Vicario esse pronunti andum ad earum fauorem pro quarta tantum parte petiæ Terræ, de qua contenditur, respectu uero reconuentionis factæ per aduersarios contra dictas Mulieres, retuli eas esse ab soluendas a petitis, & quo ad conuentionem motus fui, quia licet contractus initus inter Marcum Patrem dicti Christophori & fratrum sit validus, & de hoc non sit disputandum, tamen non potuit dictus Marcus obligare totam illam petiā Terræ patrio sermone nuncupatam il Campo d'Antognaccio, Frācisco fratri dictarum sororum actricium pro restitutione pecuniarum mutuatarum, nec al ia pacta circa eius venditionem, non se quuta restitutione intra certum tempus ad

1 fauorem dicti Francisci facere, quia cum in ea quartam tantum partem haberet pro indiuiso cum fratribus, & aliæ tres partes ad ipsos fratres pertinerent, obligatio, & venditionis conuentio valuit tantum in sua portione, & non in partibus ad fratres spectantibus, & sibi ipsi solum præiudicauit, & non alijs, vt in obligatione est tex. ad literam in l. 2. C. commun. diuid. in l. si fratres, C. commun. utriusque iudicii: Et in l. vnica C. si commun. res pignor. data sit, & in uenditione in l. prima, in l. secunda, & in l. penult. & in l. fin. C. de commun. rer. alienat. & vbique notant glo. & scribentes.

2 Quò vero ad reconuentionem motus fui, quia alimenta pręstita per patres reconuenientium Vrsinæ, & Gentili post discessum earū Patris a Patria, & eiusdem mortem in partibus Romę videntur fuisse per eos præstita dictis Puellis earum Neptibus egenis bona aliqua non habentibus, & derelictis ex affectione coniunctionis sanguinis, & intuitu pietatis, & animo donandi, & non repetendi, maxime cum impensa non esset magna, & insopportabilis attētis earum facultatibus, Doctor. in l. Nesennius, & in l. ex duobus §. si. ff. de negot. gestor. & in l. alimenta, & in l. si paterno affectu, C. eodem tit. Alex. consi. 110. numero primo secundo, libro septimo, Corne. consi. 199. numero quarto, libro tertio, Crauet. consi. 86. num. 2. & 3. & in nostris terminis Ancha. loquens in Patruo, & Auunculo alente Nepres, libro secundo, quæst. iur. fa mil. quæst. 52. numero sexto, cum pluribus seq. piçcertim etiam cum illæ retinerentur in eorum domibus, & ipsis Auunculis inseruirent, & seruitia familiaria præstarent, quo ca su alimenta sunt compensanda cum dictis seruitijs, ut tradit Anchar. vbi supra numero 15. post citatos per eum.

Adest præterea cursus lōgi temporis post præstita dicta alimenta cum taciturnitate dictorum Auunculorum, & eorum filiorum, qui multum opitulatur dictæ præsumpta do 4 nationi, argumento l. procula, ff. de probatio. Dos autem per eosdes Auunculos promissa viro dictæ Gentilis, cui eam in Matrimoniū ipsi collocauerunt, & in parte iam soluta una cū bonis paraphernalibus fuit, vt aiunt Corredis, & donamentis alio non appareute donata censetur, quia extraneus dās, uel promittens Dotem pro Muliere videtur ei eam donare, nisi stipulatus, vel pactus fuerit illam sibi reddi, & extraneus dicitur, qui non habet Mulierem in potestatem, ut est text. ad literam in l. unica, §. accedit, C. de rei vxor. act. & ibi hoc notant gloss. Barto. Bald. Ioan. Faber. Salycet. & alij, & late tradit Soci. consi. 291. sub num. 11. verad primam lib. 2. nolens hoc procedere etiam si Mulier haberet Patrem, vel fratrem, aut alios attinentes, quia adhuc uideretur data, vel promissa animo donandi, & non repetendi, & gerēdi negocium Patris, uel fratris, aut mulieris, quod eo magis procedere videtur in occurenti casu, quia Pater iā mortuus erat, & bona non reliquerat, nec viuens aliquam commissionem de filias nubēdo, quod constet, eis dederat, & quia de dicta promissione, & solutione Dotium, & donamentorum confectum fuit instrumentum, vt ex processu patet, & illud non exhibent reconuenientes, quod verisimiliter ostenderēt si eorum intentionem probaret, cætera taciti scientia anterioritatem creditorum ex causa Dotium ad excludendum Actrices a consequutione dictę quartę partis petię Terrę prę narratę pro indiuiso nō fuit probata, & ideo reconuentæ Mulieres meruerunt absolutionem per reg. l. qui accusare, C. de edendo. Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

De alienatione bonorum subiectorum fideicommisso, & quando valeat reuocabiliter, & quando irreuocabiliter, & quando fideicommißarius possit illa vendicare, & quando tantummodo agat ad pretium contra alienantem; & quid si is sit non soluendo, An tunc contra possessorem experiri valeat.

SVMMARIVM.

1. *Bona subiecta fideicommisso possunt alienari conditione pendente reuocabiliter; Nam purificata conditione reuocantur, & alienatio fingitur retrò nulla. & num. 2. vbi declaratur.*
2. *Alienatio bonorum fideicommißo conditionali subiectorum valet irreuocabiliter, quando est facta ab ignorante, & ideo non reuocatur, sed ad pretium agitur contra alienantem purificata conditione.*
3. *Fideicommissarius potest agere contra alienantem rem subiectam fideicommißo ad pretium, & si non sit soluendo, potest recta via agere contra emptorem.*
4. *L. fin § fin. ff. de legat. 2. declaratur in materia alienationis bonorum fideicommisso conditionali subiectorum, pendente conditione, & num. seq.*
5. *Alienans rem, super qua nullus Ius habet sine Domini voluntate, nulliter facit.*
6. *Alienatio bonorum suppositorum fideicommißo conditionali facta ab hærede grauato multum differt ab alienatione facta ab alio non grauato, & nullum ius habente. Nam facta alienatione per grauatum, emptor vsucapere non potest, secus si fiat per alium non grauatum.*
7. *Debita per vnum ex Socijs contracta, sunt illius propria, quando societas non est omnium bonorum, nisi ex causa societatis facta appareant.*
8. *Socius vendens, vel aliter alienans rem communem, non potest, nec intelligitur vendidisse, nisi suam partem.*
   Etiam si sit socius omnium bonorum, ibidem.

CONSILIVM LXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mota coram D. Vicario Anglaris per DD. Felicem, & Elisabeth sorores de Beccis contra D. Ectorē de Fabbronibus pro medietate pro indiuiso petiæ terræ allo Aspino, Retuli dicto D. Vicario eius partes esse in pronuntiando ad fauorem dictarum Actricium iuxta per eas petita. Quoniā licet bona subiecta fideicommisso conditionali pendente conditione possint vendi, & alienari, & sequuta traditione dominium transferatur in acquirentem; tamen postea 1 purificata conditione reuocantur, & dicta alienatio fingitur retro nulla, & est ac si nunquam fuisset facta vt est casus in l. fin. §. sin autem sub conditione. C. comm. de legat. & ibi notant Doctores, Castr. cons. 94. in princ. & cons. 263. col. fin. vers. secunda verò prohibitio lib. 2. Dec. cons. 323. in princ. Negus. in tract. de pignor. & hypothecis in 2. memb. sextæ partis principalis sub numer. 10. ad fin. vers. sed si res legata, Anchar. Regiens. quæst. 3. num. 2. 3. lib. 1. Michael Crass. dicens communem in §. fideicommissum, quæst. 56. nu. 3. versic. item prædicta, & ita etiam sentiunt Crauet. consic. 77. num. e8. & Marzar. in epitom. de fideicommis. in 2. parte, quæst. 46. ante fin. vers. an autem hæres, & vers. seq. & rursus vers. de fideicommissario agente contra hæredem alienantis.

2 Nec obstat si dicatur, quod dicta dispositio procedat, quando alienatio est facta à sciē te scienti bona esse subiecta fideicommisso conditionali, secus autem quando est facta ab ignorante ignoranti, quia tunc valet alienatio irreuocabiliter, nec adueniente conditione retractatur propter bonam fidem vtriusque, sed fideicommissario datur regressus ad pretium contra alienantem, vt est casus expressus, & singularis in l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. & ibi not. Doct. Castr. dict. consil. 94. post princip. sub num. 1. lib. 2. Soc. consil. 75. num. 16. versic. ex quibus, lib. 1. Crauet. d. consil. 77. num. 18. Doct. in dict. §. sin autem sub conditione, vbi præsertim Bart. num. 2. Salyc. sub num. 7. in prima oppositione, Ias. illum legens cum §. sed quia, sub numero 4. in quarta limitatione, & in Authen. res quæ, sub num. 2. & in secunda limitatione, eodem tit. & ibidem Salyc. ante eum, sub numero 2. in 1. quæst. in fin. & plenè Cacher. decis. Pedemont. 73. in princ. Thesaur. ibidem Decis. Pedemont. 151. num. 2. vbi latè, & Crass. in dict. §. fideicommissum, dict. quæstione 56. numero 4. versic. & hoc quidem, qui ita communiter teneri dicit, & sentit Marzar. dict. q. 46. ante fin. versic. de hærede grauato alie-3 nante ignoranter, quo in casu, si alienantes non sunt soluendo, potest fideicommissarius recta via agere contra emptorem, aliàs amitteret pretium, & bona, cum tamen ignorantia alterius sibi non debeat esse nociua, Ias. in dict. Authent. res quæ, num. 2. versic. vltra quos, Castr. consil. 94. numero 1. & seq. lib. 2. Grat. consil. 21. num. 35. versic. secundo dicas,

cas, lib. 3. Roland. consil. 81. num. 16. lib. 2. Crass. dict. quæstio. 56. sub num. 5. versic. sed quæstio quid si grauatus, vbi attestatur ita
4 omnes communiter tenere. Quia respondetur, quod dict. §. fin. loquitur in bonis alienatis per hæredem grauatum ignorantem grauamen, qui etiam si illud sciuisset, alienare potuisset, quia pendente conditione domi nium bonorum est penès ipsum, & alienando illud transferre potest in acquirentem, cum conditio non impleri possit, vt dicunt Doct. in d. §. fin autem sub conditione, per il-
5 lum text. & non procedit in bonis alienatis per alium ius ita faciendi non habentem, quia in alienis rebus sine domini voluntate aliquid disponi lex non patitur, l. finali, in fin. C. de pact. & quod dict. §. fin. intelligatur tantum in terminis, in quibus loquitur, & non extendatur ad alios casus, tradunt in fortioribus terminis Bald. in dict. Authen. res quæ, in primo notab. numero 1. & ibidem Ias. sub numero 2. in secunda limitat. & idem Ias. in dict. §. sed quia, sub num. 4. in secunda limitatione quartæ limitationis, & in l. eius, §. quid si stipulatus, in quarto notab. num. 4. ad fin. versic. ad hoc vltimum, ff. si cert. pet. Castr. consil. 263. ante fin. versic. ad secundũ, lib. 2. Soc. dict. consil. 75. ad fin. num. 17. versic. vltimo respondetur, lib. 1. & quod in istis ter-
6 minis sit differentia inter alienationem factam ab hærede grauato, & factam ab alio non grauato. Patet ex notat. per Castr. in d. §. fin autem sub conditione, circa medium, versic. aduerte tamen, vbi dicit, quod licet alienatione facta per grauatum secundum terminos dict. §. purificata conditione contra fideicommissarium non possit emptor bona vsucapere, vel præscribere longo tempore, tamen secus est facta alienatione per alium non grauatum, quia tunc acquirenti tribuitur titulus habilis ad vsucapiendum, vel præscribendum contra fideicommissarium purificato fideicommisso non agentẽ, & ita dicit se consuluisse, & Castr. sequitur Ias. in dict. Authent. res quæ, num. 2. versic. intellige sanè, & magis in terminis hoc decidit Cacher. d. decis. Pedemont. 73. num. 3. post eumdem Castr. in alijs locis citatis.

Nec aliquid facit, quod bona ista fuerint vendita per Gregorium Patrum ipsarum Actricium tempore, quo cum eis, & earum fratre, ex cuius persona agunt, erat in communione, & pro exsoluendis debitis per eundem factis eadem communione durante.

7 Quia respondetur, quod cum non esset societas vniuersalis omnium bonorum, vt ex deductis in processu clarè apparet, debita per vnum ex socijs contracta sunt illius propria, & non communia, nisi appareant ex causa societatis facta, Bald. consil. 443. post princip. sub num. 1 lib. 3. Crauet. alios citans consil. 159. num. 8. versic. quod debita, vnde valuit tantum venditio pro medietate pro
8 indiuiso ad ipsum vendentem spectante, non autem pro alia medietate ad socios pertinente, & sibi ipsi solum, non autem alijs præiudicauit, vt in venditione est text. in l. 1. in l. 2. in l. penul. & in l fin. C. de comm. rer. alienat. & in obligatione idem dicitur in l. 2. C. communi diuidundo, in l. si fratres, C. commun. vtriusque iud. & in l. vnica, C. si comm. res pignor. dat. sit, quod & data vniuersali omnium bonorum societate procederet, quia & tunc socius non potest alienare plus portione sua in præiudicium socij, l. nemo ex socijs, ff. pro soc. & ibi Bart. & Bald. & in l. si socius, in fin. ff. si cert. pet. & ibi Ias. in 2. notabili, num. 3. Anno 1593. Florentiæ.

E P I T O M E.

Quod Prælatus non possit aliquid facere sine Capitulo in præiudicium Ecclesiæ circa ius quæsitum: & quid in iure quærendo.

S V M M A R I V M.

1 *Res iudicata facit ius inter partes, & pro veritate habetur.*
2 *Prælatus solus sine Capitulo non potest præiudicare Ecclesiæ in Iure quæsito, secus in Iure quærendo.*
3 *Prælatus non potest repudiare hæreditatem sine consensu Capituli, neque potest remittere debita, declara vt ibidem.*
4 *Prælatus non potest transigere sine consensu Capituli, & authoritate Superioris, sed fallit vt ibidem.*

C O N S I L I V M LXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Agentibus Capitaneo Bartholomæo, & Annibale de Franchinis de Pistorio cõtra Priorem, & Fratres Sancti Laurentij dictæ Ciuitatis, vt conficeretur publica scriptura super quadam prætensa transactione, Retuli partes Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Nuntij

tij Apostolici penès Serenissimum Magnũ Ducem Etruriæ Iudicis delegati, & Commiss.j Apostolici esse in pronuntiando ad fauorem Reorum conuentorum, quoniam cum pro Fratribus Sancti Laurentij adsit res iudicata contra dictum de Franchinis, quæ
1 ius facit inter partes, & pro veritate habetur l.res iudicata cum sua materia, ff. de regulis iuris. concordia, quatenus probaretur, quæ tamen non apparet, non subsisteret de Iure, quoniam solus Prælatus sine Capitulo non
2 potest præiudicare Ecclesiæ in Iure iam quæsito, licet secus in quærendo, Federic. de Senis consil.9.ante fin. Felin. in cap. contingit, num.4.& 5.versi.in eadem glos. extra de sent. excommunicat. & alibi passim Doctores. Nec ex quo nihil de suo transfert Ecclesia in alium, licet remittat, quod sibi debetur, inferri potest, quod non requiratur alia solemnitas, sed sufficiat solus Prælatus, prout in repudiatione legati concludit Federic.de Sen.dict.consil.9.in toto, quia quicquid sit de authoritate Superioris, de qua lo-
3 quitur Federic.necessarius est consensus Capituli, vt in repudiatione hæreditatis dicit Bald. in l. pupillorum, sub numero 1. C. de repud. hære.lit. & hanc esse veram opinionem, & ab omnibus tentam, excepto Abbate dicit Felin. in loco citato, & tradit Redoan. in tract. de rebus Eccles. non alienan. quæstio. 2. cap. 12. per totum, & iterum quæstio. 51. cap.4. etiam per totum, & in terminis remissionis debiti, quod Prælatus solus non possit remittere debita Ecclesiæ, nisi quando adest clara exigendi Impotentia, vel quando in debiti exactione maiores sumptus fierent, quam esset vtilitas ipsius debiti post modum exacti, tenet Roman.consil. 50. in 2.dubio, sub numero 3. Redoan.dict. quæst. 2. cap. 11. num. 4. & ad rem facit Doctorum distinctio in materia transactionis cum Ecclesia faciendæ, quod aut per transactionem res, quæ prætenduntur Ecclesiæ, remanent penès alium, & aliàs sine debitis
4 solemnitatibus alienari non poterant, & tūc Prælatus non potest transigere sine consensu Capituli, & authoritate Superioris, etiam si per partes, & non per Ecclesiam possiderentur, quia sicut directè non potest fieri talis alienatio sine debitis solemnitatibus, ita nec indirectè transigendo, aut remanent penès Ecclesiam aliquo dato, vel facto per Prælatum, & tunc Prælatus solus sine Capituli consensu, & Superioris licentia transigere potest, quia reddit conditionem Ecclesiæ meliorem, Bart. in l.nulli, num. 2. ff. de transaction. pulchrè Abb. in cap. contingit, numero 3. extra de transaction. & latè tradit Redoan. in dict. tractat. quæstion. 2. cap. 1. numero 7. & quæstio. 51. capit. 17. numero 1. & 2. Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

Agitur de Concessione Iuris Patronatus Ecclesiæ per Summum Pontificem facta pluribus pro se ipsis, & eorum hæredibus, & Successoribus de ipsorum Familia, quomodo intelligatur, quales esse debeant, illud prætendentes, & quid probandum ab illis sit, illud prætendentibus. An & quando dictum Ius in Compatronos, vel alios titulo particulari transferri possit, & quomodo pro eiusdem Iuris exercitio inter Compatronos conuentio, & pactio iniri possit, & qualis. De priuatione talis Iuris ob delictum, aut propter spretam testatoris voluntatem. Et an & quando ex gratia à Principe obtenta, recuperetur, & de pluribus alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Voces in præsentatione Rectoris ad Ecclesiam Iuris patronatus, qualiter inter plures distributæ censeantur.*
2 *Ius Patronatus Ecclesiæ de sui natura transit ad hæredes, adeo quod qui non est hæres Patroni, ad illud aspirare non potest, quamuis esset de descendentibus Patroni.*
3 *Qui prætendit posse admitti ad Ius Patronatus, tenetur probare omnes illas qualitates, quæ illum habilitare debent iuxta tenorem concessionis.*
4 *In feudo mixto pro se, filijs, & descendentibus, & hæredibus, qui prætendit succedere, tenetur probare, se filium, descendentem, & hæredem.*
5 *Prælegatum Iuris patronatus Ecclesiæ, non valet sine consensu Episcopi factum priuatæ personæ, quid si fiat in Compatronatum, infra num seq.*
6 *Quilibet Compatronus habet Ius insolidum in Iure patronatus, ex quo illud Ius est indiuisibile.*
7 *Conuentio inter Compatronos respectu exercitij Iuris patronatus, tenet de alterius vicibus præsentando ad discordias euitandas, secus quò ad proprietatem transferendam de vno in alium ipsorum Compatronorum.*
8 *Ius Patronatus non potest ab vno alteri Compatrono donari, vel legari sine consensu ordinarij, quicquid sit in simplici remissione, & relaxatione, maxime si forma concessionis alteretur, nisi omnes Compatroni concurrant, & consentiant.*

9 *Concessio Papæ de Iure Patronatus Ecclesiæ simpliciter facta aliquibus pro se, & eorum hæredibus, & successoribus de Familia ipsorum non inducit formam, nec modum præcisè succedendi in iure Patronatus, ita quod ille cui conceditur, potest dictum Ius relinquere illi de Familia, cui mauult.*

10 *Filius viuente Patre non dicitur Compatronus in iure Patronatus, licet post Patrem in eo iure successurus.*

Pater non potest transferre Ius Patronatus in filium Iure particulari, vt puta titulo donationis, aut legati, ibidem.

11 *Donatio iuris Patronatus facta in Compatronum dicitur remissio, & seu relaxatio, quæ ideo valere potest, secus in non Compatronum, vel in eum, qui non est patronus, sed potest succedere in Compatronatum, & supra num. 10.*

12 *Hæres non potest impugnare dispositionem testatoris, nisi in eo in quo dispositio est improbata à iure, etiam si Inuentarium non fecerit.*

13 *Propter homicidium, & Bannum capitale, in quo bona veniunt confiscanda, homicida priuatur iure maioratus, & iure patronatus ex dispositione testatoris, sic mandantis.*

14 *Rebannitus an restitutus intelligatur ad ius patronatus.*

15 *Gratia in præiudicium iuris medio tempore alteri quæsiti non retrotrahitur.*

16 *Restitutus à Banno recuperat ius de futuro, & efficitur capax Iuris postea deferendi tam in feudis, quam in maioratibus, fideicommissis, & similibus.*

17 *Habilitas attenditur tempore delati iuris nulla anterioris inhabilitatis habita ratione.*

18 *Dispositio Testatoris de non admittendo ad successionem in aliquo iure professum in aliqua Religione, vel in Sacris ordinibus constitutum, non trahitur ad eos, qui postquam in dicto iure successerunt, efficiuntur professi, vel Sacerdotes, sed intelligitur de ijs, qui tales sunt tempore delati iuris.*

Verba imperfecti subiunctiui modi rem imperfectam, & non consummatam significant. ibidem.

19 *Multa facta tenent, & tolerantur ex postfacto, quæ ab initio non concederentur, faciliusque ius quæsitum conseruatur, quam quærendum permittatur.*

20 *Decisa per sententiam in rem iudicatam transactam, non sunt in dubium refricanda, præsertim quando à partibus sententia est approbata.*

21 *Semel contraueniendo priuatus, perpetuo efficitur indignus, & ideo apertum est ius illi, qui vocatus est ex dicta conuentione.*

22 *Bannitus à Principe restitutus, non censetur restitutus ad ea, quibus iudicio testatoris ob contrauentionem fuit priuatus propter tale bannum.*

23 *Bannitus restitutus per Principem ad gratiam, & de banno cancellatus recuperat iura amissa in alios immediate translata ex condemnatione absque alio facto, vel titulo inter ipsum, & fiscum.*

24 *Quod procedit quando per viam Iustitiæ quis fuit restitutus, secus autem si per viam simplicis gratiæ tantum, & præsertim quando bona non transierunt in tertium immediatè ex banno.*

25 *Ius iam quæsitum tertio ex banno, & condemnatione alterius à Principe auferri non potest, maximè post factam apprehensionem, & Dominium perfectè quæsitum.*

26 *Bona quæ fisco incorporata fuerunt, si pendente banno à tertio excorporentur, & demum bannitus, sit rebannitus, tunc dicta bona non reuertuntur ad bannitum, etiam si per viam iustitiæ restitutus esset.*

27 *Alienationis cuiuscis prohibitio etiam comprehendit alienationem ob delictum (quæ voluntaria dicitur) & operatur, vt statim dicatur purificatum fideicommissum, sequuta condemnatione ad fauorem vocatorum, non expectata morte delinquentis, nec interim ad ipsum fiscum remanere debent.*

28 *Restitutio solum reintegrare potest Bannitum ad ea, quæ effecta fuerunt fisci ex delicto, reducendo causam ad non causam, secus ad ea, quæ tertio aliunde quæsita sunt, quam à sententia condemnatoria.*

29 *Caducitas semel incursa ob alienationem non remittitur propter redemptionem, & recuperationem rei alienatæ.*

30 *Emphyteota factus incapax Emphyteosis propter ingressum Religionis bonorum incapacis, si ille postea efficiatur Episcopus, vel aliter capax bonorum, non recuperat Emphyteosim iam ad alios deuolutam propter ingressum Religionis.*

31 *Qui semel voluntati defuncti contrauenit, caret omni commodo, quod ex eius dispositione prætendere posset etiam de futuro, nec ad recuperationem talis iuris amissi prodest Principis restitutio.*

32 *Lelij Taurelli Fanensis I.C. Clarissimi, commendatio de doctrina, & integritate.*

CONSILIVM LXXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Nuntio Apostolico penès Serenissimum Magnũ Ducem Etruriæ à sententia lata per admodum Magnificum, & Reuerend. D. Vicarium Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis, Archiepiscopi Florentini, super lite vertente inter Magnificum D. Andream quõdam Thomę olim Andreę de Minerbetus Atto-

rem ex vna parte, & Magnificum, & Reuerend. D. Donatum Archidiaconum Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ, & Magnificum D. Franciscum Equitem Diui Iacobi de Spata fratres, & filios dicti quondã Thomæ olim Andreæ prædicti, ac Magnificum D. Andream Equitem Religionis Domini Nostri Iesu Christi, quondam Rogerij olim dicti Andreæ omnes de Minerbettis reos conuentos ex altera super declaratione Iuris 1 Patronatus, illius exercitij, & præsentandi Rectorem, seu Plebanum ad Ecclesiam Plebaniam, nuncupatam Sancti Ioannis Maioris in agro Muxellano, & pro qua rata, & portione spectet ad dictum D. Andream Actorem, Retuli dicto Illustrissimo, & Reuerendissimo Nuntio eius partes esse in confirmando, & approbando dictam sententiam, per quam fuit declaratum ad dictum Actorem spectare ius præsentandi pro duabus tantum vncijs ex duodecim. Nam cum dictus Andreas agat ex duplici capite, partim scilicet ex persona dicti quondam Andreæ Senioris eius Aui paterni, & partim ex persona Illustrissimi D. Francisci de Minerbettis, Archiepiscopi Turritani eius Patrui magni, & fratris germani dicti Andreæ Senioris, discurrendo vnumquodque caput, clare constabit eum in exercitio dicti Iuris patronatus non posse iure prætendere plures ratas, & portiones, quam per dictam sententiam fuerit consequutus, respectu enim medietatis d. iuris patronatus spectantis ad d. Andream Seniorem, cui, & dicto Archiepiscopo eius fratri illud concessum fuerat à Summo Pontifice pro ipsis, & eorum hæredibus, & successoribus de Familia Minerbettorum, & sic cuilibet eorum pro medietate iuxta Regulam l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus 2 reis. Aduertendum est, quod ius patronatus de sui natura transit ad hæredes, adeo quod qui non est hæres Patroni, ad illud aspirare non potest, etiam si esset filius, vel descendens. Federic. de Sen. consil. 225. in princ. Anchar. consil. 81. etiam in principio, Abb. in Clement. 2. sub num. 6. de Iur. patronat. post gloss. ibi in verbo liberè, ad fin. & in cap. cum seculum, num. 5. extr. eodem tit. Bologner. consil. 23. num. 29. versic. quinimmò potest dici. Quod fortius procedit stante forma concessionum, seu Bullam Pontificalium volentium illud deuenire ad hæredes 3 dictorum fratrum de Familia Minerbettorum, quia volens admitti ad dictum ius, debet probare, se habere qualitates ab ipsis concessionibus requisitas, quæ cum de illis personis dicant, de alijs prohibere censentur, alias tamquam non comprehensus in dictis Bullis ad contenta in eis admitti non debet, vt in puncto tradit Anchar. dict. consil. 81. in princip. & optime seruit Clar. in §. feudum, quæst. 9. num. 4. versic. quandoque & tertio, vbi ex mente aliorum, quos adducit, con- 4 cludit, quod quando feudum est mixtum, scilicet pro se, filijs, & descendentibus, & hæredibus, qui vult in eo succedere, debet esse, & filius, vel descendens, & hæres, aliàs repellitur ex magis communi, veriori, & in practica obseruata opinione, quò fit, vt Andreas non possit admitti in aliqua parte, vel rata dictæ medietatis spectantis ad dictum Andreã Seniorẽ, cum nõ ostẽdat se esse in aliqua portione eius hæredem, prout verè non est, & apparet ex pluribus per Reos conuentos deductis, & ipse id non inficiatur, licet in petitione dicat se hæredem, & ex sex vncijs ad illum pertinentibus tres spectare ad ipsum, & fratres, & alias tres ad dictum Equitem Andream patruelem, & sic se ius habere in vna vncia, non parumque miratus fuit, quod libellus sibi lectus ad præsentiam quamplurium fide dignorum virorum, ita fuerit conceptus, cum non fuerit, nec sit, nec esse velit hæres dicti eius Aui paterni, immò aliàs egerit contra eius hæreditatem, & iura contra eamdem habeat, nec in hoc vlterius immorandum censeo.

Respectu autem alterius medietatis spectantis ad Reuerendissimum Archiepiscopum Turritanum eius Patruum magnum, quoniam dictus Actor agit ex prælegato iuris patronatus sibi facto in testamento dicti D. Archiepiscopi, tanquam primogenito, & vocato ad ius primogenij constitutum in donatione per dictum testamentum confirma- 5 ta, videtur in primis quod dictum prælegatum Iuris patronatus non valeat, tanquam factum absque consensu Episcopi: quia vera est, & nota conclusio, quod Iuris patronatus titulo particulari donationis, vel legati relinqui non potest sine expresso ordinarij consensu priuatæ personæ, cap. quod autem, cap. illud, cap. nullus, & vbique glos. & Doct. extr. de Iure patronat. Abb. in cap. cum seculum, ad fin. num. 6. eodem tit. dicens ita communiter teneri, & reprobari dictum Federic. de Sen. consil. 225. sub num. 2. aliter tenentis, contra quem etiam tenet ibi Grifol. in responsione ad dictum Consil. quam opinionem contra Federic. approbant etiam Calder. consil. 6. eod. tit. de iur. patron. & Roch. in tractat. de iure patronat. in verbo pro eo, num. 6. & Beto. in d. cap. illud, num. 6.

Nec dicatur dictam Conclusionem non procedere, quando ius patronatus transfertur in Compatronum, quia tunc non est necessarius consensus Episcopi, cum non sit propriè donatio, sed potius proprij iuris relaxatio,

ratio, ex quo quilibet Patronus habet ius insolidum secundum glos. in capit. primo, extr. de iure pat. quam communiter approbari dicit Abb. ibi numero septimo, prout tenet gl. in capitulo ex insinuatione, eodem tit. quam ibi approbat Anto. de Butr. vt refert Abb. numero quarto, qui licet numero quinto, dicat Io. Andr. velle contrarium, & eius dictum esse verius, tamen fatetur dictum glo. & Antonii esse æquius, & illud approbant Castr. consil. 333. sub num. 3. libr. primo, Ias. in l. voluntas numero octauo, C. de fideicommiss. Fely. in capitulo, quæ in ecclesiarum. colum. antepenult. sub num. 89. post versic. octaua declaratio extr. de constitu. vbi ad idem allegat gloss. in clement. secunda, eod. tit. & in capit. nemini, 16. quæst. septima, & nouissime Corbolus in trac. de causis, ex quibus Emphyteota priuatur, suo priuatur, tit. de cau. priuationis ob alienat. limi. 6. num. 3. versic. tertio suadetur, quia immo magis communis opinio videtur esse in contrarium, ut testatur Rochus in dicto verbo pro eo, numero quinto, versicul. amplia nunc, & in verbo ipse, vel 15. numero 29. quam opinionē tenet Paulus de Cittad. in eod. tract. part. 9. quæst. secunda, & sequitur Rot. Roman. deci. 407. numero quarto, par. prima in nouissimis, licet enim respectu exercitij fieri possit cōuentio inter compatronos alternis vicibus præsentandos ad discordias

7 euitandas Clemen. plures de iur. patro. Abb. in dicto capitulo primo numero 6. extr. eod. tit. tamen in proprietate transferenda de vno in alterum, necessarius est ordinarij cōsensus, vt tradit Rochus in dicto verbo ipse, vel is

8 numero 29. in fin. quod clarius procedit in casu, de quo agitur, cum tractetur de translatione iurispatronatus non per viam simplicis remissionis, & relaxationis, sed per modum donationis, seu legati, & mutetur forma concessionis Pontificalis pro hæredibus, & successoribus dictorum fratrum de familia Minerbetrorum, in qua re etiam de compatronorum præiudicio tractari videtur, quibus non consentientibus fortè etiam ordinario annuente id fieri non potuisset, Rochus in dicto verbo pro eo, quæst. 15. Lambert. de iur. patronat. libro primo, parte secunda quęstio. 2. artic. 6. num. 5. Paris. consi. 48. nu. 9. & seq. libro 4. Crauet. consi. 63. numero quinto, Ludouic. conclus. 43. colum. nona versiculo, fallit primo

9 Et quando prima opinio admittenda esset, ea tamen non posset adaptari præsenti casui, quia non sumus in legato facto Compatrono, nec etiam futuro successori necessario, quia Bulla summi Pontificis non dat formam, aut modum succedendi in iurepatronatus, sed illud simpliciter concedit prædictis duobus fratribus, & eorum hæredibus, & successoribus de familia Minerbettorum, adeo quod D. Archiepiscopus poterat dictum ius relinquere alteri, quam dicto Andreæ Iuniori, & de eo disponere in alios, quos voluisset de familia Minerbettorum, vt de se patet: immo, & quando futurus fuisset Compatronus vna cum fratribus ex concessione Pontificis, non tamen poterat dici Compatronus ex nota per Calder. consi. 19. in fin. de iure patro.

10 & per Roch. in d. tractatu in verbo competens quæst. 70. numero 19. dicentes, quod filius nō dicitur compatronus viuente Patre, licet sit successurus in iure patronatus, vt etiam tenet Lambert. in eo. tract. libro primo parte secunda, articul. quinto numero 12. ex qua ratione nō potest ius patronatus per Patrem trāsferri in filium titulo particulari donationis, vel legati, Lambert. dicto libro primo, part. secunda, quæst. secunda artic. 6. ver. quid modo si Pater, cessat enim ratio, propter quam substinetur translatio in Compa-

11 tronum, quæ est, quod cum Iuspatronatus sit insolidum penes omnes Patronos, vt supra est dictum, donatio dicitur potius remissio, seu relaxatio, quam datio, Lamber. dicto libro primo, parte secunda, quæst. prima art. 12. quę ratio cessat in futuro successore, quia cum tempore actus ad eius fauorem facti, non sit iuspatronatus penes ipsum, nulla eius iuris remissio, aut relaxatio fieri dicitur, sed potius vera donatio, quæ Episcopi consensu indiget.

Et si dicatur, quod Domini Archidiaconus, & eques Franciscus fratres dicti Actoris

12 & cohæredes dicti D. Archiepiscopi non possunt impugnare dictum prælegatum contra ueniēdo testatoris dispositioni per regulam l. cum a Matre, C. de rei uendicat. & l. ex qua persona ff. de reg. iur. cum vbique notat. per Doctores.

Respondetur quod cum prælegatum sit a iure improbatum, possunt illud impugnare Aretin. consilio 123. numero 7. Afflict. decis. 240. numero octauo, Grammat. decis. 93. numero octauo, & sequent. Crauet. consi. 200. num. 5. & alij adducti per Gabr. tit. de regul. iur. conclus. 11. num. 31. & latius per Pinel. in l. 1. in tertia parte, limit. 10. num. 83. C. de bo. mater. etiam si simpliciter, & sine inuentario hæreditatem acceptauerint, vt diffuse ostendit Phanuc. in tract. de inuent. parte 7. num. 157. vbi exactè, & cum distinctione plurium casuum in antecedentibus, & subsequentib. numeris rem hanc pertractat.

Sed et quando prælegatum effectum sortiri deberet, vel quia valeret, vel quia impugnari non posset, & si neutrum admittendū videretur, adhuc tamen Actor excludendus

esset

esset a consequutione illius, quia cum homicidium commiserit, & ob id Bānitus fuerit, & in pœnam vitæ, & Confiscationis omnium bonorum condemnatus, priuatus remansit maioratu, & dicto iure patronatus sibi relicto ex clara dispositione dicti Archiepiscopi in donatione, & testamento expressa, qui talem legem apponere potuit, & quæ seruanda est vti a iure non improbata, iuxta notata in l. 1. & 2. ff. de his, quæ pœn. nomin. & in l. unica, C. eodem tit. & in terminis maioratus per Ludouicum de Molin. in tract. de hyspan. primogeni. libro secundo, capitulo duodecimo, ferè in toto, & maximè nu. 32. & seq. uersic. illud autem prætermittendum non erit.

14 Nec restitutio, & Banni cancellatio a Principe obtenta uidetur posse sibi prodesse, quia cum ex dispositione eadem Archiepiscopi ob id homicidium fuerit priuatus iure primogenij, & Patronatus, & illud sequuto banno cum publicatione bonorum illico translatum fuerit in D. Donatum secundo 15 genitum, nō potuit gratia retrotrahi in præiudicium iuris medio tempore quæsiti dicto Domino Donato, vt ex communi Doctorum sententia tradit Clar. in pract. Criminal. quæst. 59. numero 8. versic. sed quæro, & in terminis primogenituræ Molin. de hyspanor. primogen. libro tertio, capitulo secundo numero 14. circa principium, uersic. quæ quæstio, & semper intelligitur facta sine præiudicio Tertij, Marsi. de bannit. in uerbo restitutorum numero primo, Clar. dicta questio. 59. numero sexto, uersicu. item quæro, & latissime Brunorus a Sole quæst. 19. fere per totam.

16 Et si dicatur, quod saltem restitutus recuperat ius de futuro, & efficitur capax iuris postea differendi, ut in priuato feudo propter delictum aperto Agnatis ad gratiam restituto, concludit Floria. in l. loci corpus, §. si cui omnino in fi. uersiculo, nota etiam, ff. si seruitus uēdicet. dicens ita tenuisse Iacob. de Bellouisu, sequitur Marsi. in dicto uerbo Restitutorum numero secundo, dicitur enim renasci, ut dicit Florianus per text. in l. & si fortè, quam legit cum d. §. si cui omnino, vbi ius competens alicui, & ex aliquo impedimento deficiens, eo cessante renascitur, unde etiam recuperat ius fideicommissi secundum Marsil. in d. loco num. 14. post Docto. in l. ex facto §. Iulius longius ff. de vulgari, & propterea quod cum postea D. Donatus ceciderit ab eodem iure primogenij, & patronatus propter assumptionem ordinis Sacerdotalis ex eadem dispositione Domini Archiepiscopi, D. Andreas actor tunc restitutus potuit reponi in eidē ius iam amissum, & tanquam primogenitus præferri Equiti Francisco tertio genito, quia sufficit habilitas tempore delati iuris, nulla anterioris inhabilitatis habita ratione, ut in puncto latè & eleganter ostendit Molin. d. libr. 3. capitu. 2. sub num. 14. & pluribus sequentibus, uers. dubium autem.

Respondetur, quod dictus D. Donatus non cecidit a maioratu, & iure patronatus acquisito per priuationem Actoris, quia uerba donationis, ad quam se refert D. Archiepiscopus in relicto iurispatronatus, non recipiunt hunc sensum, & si enim dicunt non esse admittendum ad successionem eum, 18 qui in aliqua Religione professus esset, uel in sacris ordinibus constitutus reperiretur, non tamen priuant eum, qui iam successisset, & postea Religiosus, vel sacerdos effectus fuisset: nec priuatio ibi præsupponit admissionem, sed potius denotat exclusionē admittendi, quod patet ex significatione verborum in dicta particula positorum, in quibus in primis declaratur non comprehēdi in dispositione illos primogenitos, qui essent iam dictæ qualitatis, & postea subijciuntur infrascripta uerba, uidelicet quos quidem sacerdotes, & professos, & primogenitos prædictos, qui secundum formam, & ordinem præsentis instrumenti succedere deberent in huiusmodi donatione, et bonis prædictis donatis, seu eorum usufructu, penitus priuauit, & priuatos esse uoluit, ex quibus ponderando, quod priuatio adiungitur illis, qui succedere deberent, & sic per uerba præteriti imperfecti subiunctiui modi, quæ rem imperfectam, & non consummatam significant, cla. e resultat, quod non admissi iam, sed admittendi tantum excluduntur, 19 seu priuantur, quod a ratione non est alienū sed iuri conforme, cum multa ex post facto tolerentur, quæ a principio non concederentur, & facilius ius quæsitum conseruetur, quam quærendum permittatur per regulam legis Patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni. iur. cum sua materia, quod tanto magis dicendum est, cum de hoc exter sententia lata inter partes per Reuerendum Dominum Horatium Birindellium in iudicatum transacta, per quam declaratur maioratum spectare ad dictum D. Donatum, & successiue ad alios per D. Archiepiscopum nominatos, excluso dicto Andrea, ut propterea cum res iudicata pro ueritate habeatur, & ius faciat inter partes, non sit vlterius de hoc disputandum l. res iudicata, ff. de regul. iur. cum sua materia, nec debet nunc in dubium refricari, quod iam 20 per sententiam terminatum fuit l. caussas, vel lites, C. de transaction. & fortius

eum lata dicatur de consensu partium, quæ de per se vim rei iudicatæ habere dicitur l. si conuenerit, ff de re iudic. & ibi Castrens. & alij Felyn. in capitulo, licet heli de simonijs, & maiorem vim habere dicitur, quia senten tię approbatæ nihil opponi potest, l. ad solutionem, & ibi Bald. & alij, C. de re iudi.

Præterea admissa citra præiudicium veritatis priuatione D. Donati, dicitur, quod ius primogenij, & patronatus deuolueretur ad Equitem Franciscum tertiogenitum sequētem in gradu, & nō ad dictum D. Andream Actorem, qui ob contrauentionem dispositioni D. Archiepiscopi fuit priuatus, & remāsit indignus omni commodo etiam futuro, 21 & alias deuoluendo, nec aliquid operatur restitutio in hoc, quia semel contraueniens, perpetuo efficitur indignus, Curt. senior consilio 63. numero 20. versiculo vltimo, Alex. consilio 138. numero 14. libro primo, Paris. consilio 91. numero 64. libro secundo, Mattheus Felic. inter consil. Castr. consil. 259. colum. fin libro primo, Alciat. consi. 141. numero 7. libro quinto, Decian. consi. 39. num. 3. & sequent. libro 2. Roland. consi. 70. num. 70. libro tertio, & cum aduersus spretum te- 22 statoris præceptum nulla concedatur restitutio, utique a Principe concessa ad illud non extenditur, Castr. d. consi. 259. numero octauo, libro primo Paris. consi. 19. numero 83. & 147. libro secundo, quia intelliguntur concessa pro ut de iure, Decian. consil. 43. in fi. Crauett. consi. 45. num. 5.

23 Nec prædictis obstat, quod cū dictus Andreas Actor fuerit restitutus, & cancellatus a Banno, debeat admitti ad amissa, & translata in dictum D. Donatum, cum ea in illum transierint immediate ex condonatione absque alio facto, vel titulo, inter fiscum, & ipsū ex communi opinione Doctorum, de qua attestatur Rolandus a Valle consi. 45. numer. 25. & 32. libro quarto, & Peregrinus in tractatu de iur. & priuilegijs fisci, libr. 5. tit. ultimo, numero 13. versicul. limita 3. in quibus locis alios referunt, Oddus in tractatu de restit. in integrum, parte secunda quæstio. 99. articu. 10. in toto, vbi pluries meminit de dicto consilio Roland. & maxime numer. 94. in terminis nostris ob bona medio tempore a substituto ex testatoris dispositione accepta.

24 Quoniam respondetur, quod sententia banni non fuit causa immediata acquisitionis d. cti D. Donati: sed dispositio D. Archiepiscopi, & prohibitio alienationis adiecta in donatione, & confirmata in testamento, quia ex delicto, & Banno D. Andreæ nihil consequutus fuisset D. Donatus, si ad ius primogenij, & patronatus non fuisset uocatus, & propterea ad bona hoc modo quæsita tertio, non debet restitutus admitti, quando nō per viam iustitiæ, sed ex gratia tantum, ut in proposito nostro, restitutus fuit. Boss. in pra. criminal. titu. de remedijs ex sola clementia Principis numero primo, cum sequen. Alba consi. 17. num. 22. Decian. consi. 86. numer. 44. cum sequentibus libro tertio, & in puncto de bonis peruentis ad tertium vigore fideicommissi. Natta consi. 470. numero 21. Bursatt. consi. 187. numero 12. cum sequen. & Ioan. Petrus Surdus consi. 203. nu me. 11. & 39. Menoch. consi. 186. in secundo dubio. Peregrinus in loco citato, sub num. 54. vers. sublimita secundo, & in terminis primogenituræ Molin. dicto libro 3. capitu. 2. numero 14. in princip. dicens esse communem opinionem, Plot. de in litem iurando, §. primo numero 5.

25 Respondetur etiam, quod in bonis quæsitis immediatè ex ipso Banno, & condemnatione non operatur restitutio post factam apprehensionem, ut in casu præsenti, quia tunc perfectè est quæsitum dominium tertio, quod sibi a Principe auferri non potest, Natta d. consi. 470. num. 22 & consi. sequēn nu. 10. Brunor. a Sole, quæst. 19. numer. 51. Menoch. de præsumpt. libro quinto præsumpt. 46. num. 9. Surd. dicto consi. 203. num. 37. & 40. cum pluribus seq. quod est plenissimum consilium in ista materia.

Quod & in iure simpliciter adito, vel agnito procedere uoluit Molin. in d. tractat. lib. secundo, capitulo septimo, numero 28. & Menoch. d. præsumpt. 46. num. 9. & Peregr. d. lib. 5. tit. vltimo, numero 37. & 38. uersicu. quid autem iuris sit.

Quæ eo magis uidentur procedere stante sententia excorporationis ad fauorem dicti D. Donati, & contra fiscum, qui bona incor- 26 porauerat, nam quando quis per sententiam auocauit bona a fisco, tunc annullata sententia Banni, non intelliguntur sublatæ aliæ sententiæ subsequutæ, ut est sententia relaxationis bonorum ad fauorem Tertij lata, ita tradit Plot. de in litem iurando §. primo, sub numer. 5. circa medium uer. sed ad gesta, vbi loquitur etiam in restituto per viam Iustitiæ, & latius Surd. d. consi. 203. nu. 13. & sequ. & nu. 39. & adhuc clarius procedunt, ex quo ius primogenij, & patronatus ipso iure dicitur spectasse ad D. Donatum statim sequuto delicto D. Andreæ, & condemnatione cum publicatione bonorum non solum ex priuatione illi indicta, sed etiam expressa pro- 27 hibitione cuiusuis alienationis, quæ comprehendit etiam condemnationem, & confiscationem ex delicto, Barto. & alij in l. Imperator, ff. de fideicommissar. liberta. Iaso. Rip.

Rip.& alij in l.filius familias,§. Diui,ff.de leg. primo.Clar.in pract.crimin.quæst.78.nu.30. vers.item quarto, Petr.de fideicomm.quę.8. num.110.& sequen.Burſat.conſi.187.num. 14.& operatur,vt statim dicatur purificatum fideicommiſſum ad fauorem vocati non expectata morte delinquentis, ita vt interim apud fiscum ea remanere non debeant, quicquid sit fideicommiſſo,abſque expreſſa prohibitione,vt declarant Glos.& Caſt.in l.cum pater, §.libertus, ff.de leg.3. Doct.in d.§.Diui,Salyc.in authen.ei qui,num.45.verſic.aut statim voluit alteri restitui,C.de bonis authoritate iudic.poſſid. Rota conſil.23.num.13.lib. 5. Clar.d.quæſt.78.num.10. dicens communem,Beccius conſil.97.num.6. Rolan.conſil. 98.num. 14.lib.2.Bota conſi.39.maxime nume.21.& ſeq. Petra in d.tract.quęſt.6.nu.30. Molin.de Hiſpan.Primogen.lib.1.ca.12.ſub nume.35. vers.ſi autem maioratus,ad fin. & latius lib.2.cap.12. num.56. verſ.ſimiliter etiam ſolet dubitari, & late Oddus conſil.53. num.9.& ſequen.lib.1. atteſtans de communi,Gomez.ſuper legib.Taur.lege 40. nu.fin. verſ.quod tamen ſingulariter limita, Gab.titul.de malefic.concluſio.vigeſimaquarta,numer.primo,decimotertio,& decimoquarto, vt propterea dictum ius D. Donatus dicatur 28 acquiſiuiſſe iure ſuo, & cauſam a fiſco non habuiſſe, quo fit, vt a Principe reſtitutus dictum ius recuperare non poſſit, quia reſtitutio bene poteſt reintegrare bannitum ad ea, quæ ex ſententia amiſit cauſam reducendo ad non cauſam,ſed non ad illa, quæ aliunde, quam ex condemnatoria ſententia, tertio ſunt quæſita per dicta ſuperius. Quibus con-29 uenit, † quod dicitur in caducitate ſemel incurſa ob alienationem, quæ non remittitur ob redemptionem,& recuperationem, Iaſon in l.fina.numero 135. C. de iure emphyteot. Corbolus in tractat.de cauſis,ex quibus emphyteot.iur.ſuo priuatur,titul.de cauſ.priuation.ob alienatio. ampliatio. vigeſimanona, numero primo, & ſequen. vbi refert plures de communi atteſtantes; & facit idem Corbolus eodem tractat.titul.de cauſ. priuat. ob mortem ciuilem,numero tertio, verſ. quod 30 adeo, vbi concludit, quod emphyteota factus incapax ex emphyteoſis propter ingreſſum Religionis incapacis bonorum, ſi poſtea effi ciatur Epiſcopus,vel aliter capax bonorum, non recuperat emphyteoſim ad alios cōprehenſos,vel ad Dominum deuolutam per talem ingreſſum Religionis, ſecundum dicta per ipſum, numero primo, & ſecundo, quæ nullam videntur recipere dubitationem cum vltra contrauentionem ſupradictam ex delicto prouenientem, aliter etiam contrauenerit diſpoſitioni D.Archiepiſcopi, alienando prædium nuncupatum Monte Fraſcoli, propter quam priuatus extitit dicto iure primogenij,& patronatus iuxta tenorem donationis inter viuos factæ, & in teſtamento confirmatæ, vt declarant Domini huius Rotæ Florentinæ in eorum motiuis editis pro iuſtificanda ſententia contra dictum Domi-31 num Andream, & cauſam ab eo latentem prolatam. Nam vt ſupra dictum eſt, qui ſemel contrauenit voluntati defuncti, caret omni commodo, quod ex eius diſpoſitione prætendere poteſt etiam de futuro, nec reſtitutio à Principe facta aliquid operatur, quia dicitur Ius conceſſum à diſponente ſub illa conditione, ſi non alienetur, qua ſequuta reſoluitur conceſſio, vt conſiderant Doctores ſupra allegati,& præſertim Burſat.dicto conſilio 187. in qua re diutius non eſt commorandum.

Sed quoniam ſublato robore prælegati, vel quia non valuerit, vel quia defecerit, remanet Dominus Andreas Actor hæres D.Archiepiſcopi, vna cum dictis Domino Donato,& equite Franciſco æqualiter. & ſic quilibet eorum pro tertia parte, duæ vnciæ ex ſex pertinentibus ad dictum Dominum Archiepiſcopum ſpectant ad ipſum Dominum Andream, propterea confirmanda fuit ſententia Domini Iudicis primi, maximè cum hoc ſit conforme tranſactioni initæ de anno 1574. inter ipſos fratres ex vna parte, licet ipſo D. Andrea abſente, & D. Bernardettum Epiſcopum Aretinum, & Equitem Andream ex altera cum beneplacito Sereniſſimi Magni Ducis,& ex Voto 32 Clariſſimi Iuriſconſulti D. Lælij Taurelij, cuius doctrinæ, & integritati multum ſemper deferendum cenſui. Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

An per Diuiſionem factam ab Arbitris per laudum inter partes dicatur renunciatum fideicommiſſo, In quo articulo, adeò plenè omnia conſideranda minutim diſcutiantur, vt nullus amplius dubitandi, locus relinquatur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in Diuiſione, uel laudo inter fratres ad habendum,tenendū,& poſſidendū,utendū, & fruendum,alienandum,& quicquid placuerit perpetuo faciendum*

faciendum sine aliqua contradictione.

An importet renunciationem fideicommissi, & infra.

1. *Renunciatum censetur esse fideicommisso per diuisionem sequutam, data scientia fideicommissi.*
2. *Incompatibile esse videtur, quod fideicommissum detur, & facultas alienandi irreuocabiliter competat.*
4. *Per laudum diuisorium quibuscumque clausulis munitum non intelligitur remissum ius, seu spes fideicommissi de futuro, præsertim si in laudo nulla sit facta mentio fideicommissi.*
5. *Sententia, seu laudum ad ignorata non extenditur, quamuis compromissum factum fuerit, nedum circa lites præsentes, sed etiam futuras.*
6. *Laudum diuisorium quando comprehendere valeat etiam bona fideicommisso subiecta, & ipsius fideicommissi renunciationem operari, ubi exemplificatur.*
7. *Laudum in quo continetur id, quod continere non poterat, si fuerit emologatum, & ratificatum, si non valet in uim laudi, tamen ualet in uim pacti.*
8. *Ratificatio omnium, quæ in laudo continentur, non operatur circa ea, de quibus in Compromisso dictũ non fuit, secus si ratificans sciens fuerit, quod laudum plus comprehendat, quam fuerit in Compromisso deductum, quia tunc illud approbare videretur.*
9. *Ratificatio circa ignorata, & inualida non operatur effectũ suum, secus data scientia inualiditatis ante ratificationem.*
10. *Ratificatio dicitur personalis, & non nocet filijs, & descendentibus uocatis in fideicommisso, nisi Pater renunciauerit pro se, & filijs suis, & descendentibus quamuis illi essent hæredes renunciantis, & num. seq.*
11. *Iuri de futuro filio competenti ex propria ipsius persona, ut in fideicommisso de futuro, Pater præiudicare non potest renunciando, uel aliter illud ius alienando etiam quod filius illius esset hæres.*
12. *Pater renunciando fideicommisso post eum in personam filiorum peruenturo, non potest nocere filijs, sed intelligitur renunciasse tantummodo iuri suo, & non filiorum.*
13. *Heres obligatus censetur ex facto defuncti ad id, quod defunctus expresse se obligauit, & non vltra.*

Nam ex persona heredis non augetur, neque diminuitur defuncti obligatio.

14. *Cum quis uti heres prohibetur venire cõtra factum defuncti, tamen ad hoc non prohibetur uenire ex propria persona.*

CONSILIVM LXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

QVoniam in causa vertente coram Excellentiss. D. Iudice primarũ Instantiarum Quarteriorum Sancti Ioannis & Sanctæ Mariæ Nouellæ Ciuitatis Florentię inter D. Leonem de Venturis Agentem ex vna parte, & Dominam Alexandram vxorem quondam D. Bernardi de Venturis Reã conuentam ex altera, disputandum solummodo videtur, an per diuisionem factam ab Arbitris per laudum inter Iacobum, Ioannem Franciscum, & Aloysium filios quondam dicti Francisci de Venturis dicatur renunciatum cuidam fideicommisso particulari per dictum eorum Patrem facto in suo testamento de Anno 1452.

Idcirco in hoc tantum insistam, omittendo alias difficultates per me decisas veluti claras, & nulla, ni fallor, iurium allegatione pro earum iustificatione indigentes.

Videtur itaque dicto fideicommisso renunciatum per dictam Diuisionem, in qua [1] dicta bona in partem assignata fuerunt dicto Ioanni Francisco, & alia libera dictis eius fratribus cum infrascripta Clausula, ad habendum, tenendum, & possidendum, vtendum, & fruendum, & alienandum, & quicquid Ioanni Francisco, & eius hęredibus, & successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, sine aliqua contradictione, vel exceptione, per quę verba pręgnantia dubitandum [2] non videtur, quin data scientia fideicommissi, quę pręsupponitur, renunciatum illi censeatur, cum hic nedum sit data facultas dicto Ioanni Francisco, & eius hęredibus faciendi de sua portione quid vellent, quod ad fideicommissi remissionem sufficere voluerunt, Angel. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, in quinta quęstio. Bartol. ff. de verbor. obligat. & ibi Crott. numero 133. Alexand. consil. 62. numero quarto lib. 7. & alii allegati per Gabr. tit. de fideicomm. conclusio. prima limitat. tertia, numero. 29. & concludendo in eodẽ casu tenuerunt Crauett. consilio 638. libro quinto, Roland. consilio trigesimoquarto numero 77. & sequen.

libro

libro quarto, Cephal. consilio 253. numero septimo, & sequent. libro secundo, Menoch. consilio 87. numero 15. & sequent. libro primo, sed etiam expresse concessa fuerit facultas alienãdi, quo casu magis de plano admittunt hoc scribentes, cum non possint stare ista simul, quod fideicommissum duret, &
3 competat facultas alienandi irreuocabiliter Barto. & cæteri Doctores communiter in dicto §. duo fratres, Alexand. consilio 189. nu. decimo libro secundo, consilio octauo numero 7. & 8. lib. 5. Dec. consi. 11. sub numero septimo, Grat. consi. 17. colum. prima nume. 11. & colum. penult. numero 49. & latius cõsil. 60. column. prima secunda numero octauo libro primo, dicens esse communem Soc. reg. 38. in quinta fallentia; & alij allegati per Gabr. dicta conclus. prima limitat. quarta numero 30. & præter eos Bald. consi. 89. num. 9. libro primo, Corn. consi. 144. colum. fi. sub numero 12. libro tertio, Soci. consilio 43. numero primo, libro quarto, late Crauett. consilio 24. numero octauo, & sequent. asserens esse veram, & communem, Marz. de fideicomm. quæstio. 59. dicens pariter esse communem, & Romæ, & Florentiæ iudicando sequutam a Rota, & Cacher. dec. pedemon. 112. numero 17. attestans de crebriori, Menoch. dicto consilio 87. numero 29. Odd. cõsilio 49. numero secundo, libro primo, Turzet. consilio 65. numer. secundo, consilio 77. in secundo dubio, numero 24. consil. 81. numer. quinto, ad fi. libro primo, & plures alii per ipsos allegati, quam opinionem in laudo diuisorio tenent punctualiter Cur. senior cõsilio 63. in quarto dubio, Beroius consi. 130. numero 39. & 40. libro secundo, Gozad. consil. 98. numero 16. & seq. Cellus Hugo consilio 22. sub numero primo, Rimin. iunior consilio 748. numero 20. & sequent. libro septimo, Honded. consilio trigesimotertio, per totum libro primo, qui omnes eam ex pluribus firmat.

Quibus tamen non obstantibus contrariam opinionem veriorem esse existimaui, et secundum eam iudicandum esse retuli dicto D. Iudic. Mihi etenim uisum est, quod opinio affirmatiua, dato, quod sit magis communis, procedere non possit in præsenti casu, in quo dictæ Clausulæ non possunt aliquo modo operari remissionem fideicommissi, cum sint appositę in laudo lato per Arbitros quibus nulla per partes data fuit facultas nedum remittẽdi fideicommissum, sed nec laudandi super aliquo iure de futuro, vt patet ex compromisso, a quo omnis eorum potestas
4 dependet, vnde succedit clara Doctorum cõclusio, quod per huiusmodi laudum diuisorium quibuscumque clausulis munitum nõ intelligatur remissum ius, seu spes fideicommissi de futuro, vt in terminis terminantibus tenent Bal. consilio 84. numero primo libro primo consilio 191. numero tertio libro secundo; & in capitulo primo tit. Imperator Lothar. colum. secunda, Cuman. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. oblig. & consilio 41. in secundo dubio in princip. numero tertio, & in fine sub numero quarto, & latius in tertio dubio numero quinto, Rom. consilio 403. in primo dubio, & latius in secundo dubio, Alexand. consi. 208. numero quinto libro sexto Soc. consi. 251. nu. 18. & sequen. libro secundo, Ruin. consilio 130. numero 15. libro tertio, Dec. consi. 86. sub numero quarto versiculo, & confirmatur hæc, Gozad. consilio 36. numero 13. Alba consilio 29. nume. 16. Ripa in l. qui Romę, §. duo fratres, numero 80. ff. de verbor. obliga. Angusol. consilio secundo numero 30. libro tertio. Rolan. consilio 34. numero 76. libro quarto, Crescen. decis. Rotę Romanæ 273. incipiente diuisio, in in titu. de fideicommiss. attestans de communi, pro vt refert Turrett. consilio 77. numero 27. libro primo, vbi, & ipse hãc partem sequitur, Odd. consilio 49. numero octauo, & 14. libro primo affirmans intrepide dici debere, quod hęc est verissima sententia, & communis, & quod melius est, quod non habet contradictorem, quem ipse reperire potuerit in libris, quos habet, licet verè non desint cõtra dictores, quos supra in indiuiduo retuli, quod Odd. numero nono, ea ratione confirmat, quia scilicet sententia nunquam continet, vel continere potest, nisi negocia præterita, futura autem minime, & maxime quando Arbitri in visis, quæ præcedunt laudum, nullam de testamento, & fideicommisso mentionem faciunt, vt in hoc casu, non enim est possibile, quod cogitauerint remittere inter illos fratres iura alicuius futuri fideicommissi, si illa ignorabant, & hoc luce ipsa clarius esse dicit Odd. ibi, & maxime vbi non probatur scientia ipsorum Arbitrorum de futuro iure fideicommissi, de qua in proposito nostro non apparet, vt dicit Oddus dicto consilio 49. numero 15. per tradita communiter in dicto §. duo fratres, & in puncto hoc voluit Roman. dicto consilio 403. in secundo, du-
5 bio, numero septimo, versiculo quarto, quia, quod procedere videretur etiam si in Compromisso appareret, partes voluisse compromittere, nedum lites, & differentias præsentes, sed etiam futuras, vt dictum esset expresse, quod compromittebant de litibus ortis, & quæ in futurum oriri possent, quod tamen in præsenti casu factum non fuit, vt in puncto probat pluribus rationibus Odd. d. consi. 49. num. 12. 13. post Soc.

M 3 dicto

dicto consilio 251. numero decimooctauo, & Gozadin. dicto consilio 36.nume.13.vltra quos idem tenuit Bald. dicto consi. 191.sub num.3.lib.2.

Et quando opinio affirmatiua locum habere posset etiam in laudo diuisorio,ea procederet quando per Arbitros specialiter, & ex intentione in instrumento laudi fuissent appositæ dictæ Clausulæ, puta si Arbitri dixissent,idem dicimus, & laudamus, quod dicti 6 fratres possint in posterum de dictis bonis, vt supra diuisis facere quicquid ipsis, uel eorum hæredibus, & successoribus placuerit, secus autem quando ex stilo, & consuetudine Notariorum in Clausulis generalibus, & accessorijs, & executiuis tanquam consuetæ appositæ reperiuntur, ut in præsenti casu,ita post plures quos adducit,tenet Odd.d.consi. 49. numer.17.18.quod etiam videtur esse de mente Decij consi.495.sub num. 18. versic. & quia istæ Clausulæ, quod Odd. numer.21. vult procedere etiam, si dictum esset sine cõ tradictione aliorum fratrum, vel suorũ hæredum,& successorum ex eisdem rationibus,et per authoritates, quas allegat, vt propterea non noceant,verba illa laudi,sine aliqua con tradictione,vel exceptione, quæ sunt minus prægnantia,& fortia. Dec.consi.86. nume.2. versic.sed tamen,& consi. 495.nume. 17.18. Roland.consi.34.num.75.libro quarto,quæ Conclusio de plano videtur admittenda, ex quo illæmet Clausulæ ad litteram reperiuntur appositæ in laudo prædicto in capite portionis primæ assignatæ Iacobo, cui obuenerunt bona libera, & nullo fideicommissi onere grauata,quæ ideo, cum nihil quo ad eum operentur,facile demonstrant. quod non ex mente Arbitrorum,sed ex stilo Notariorum appositæ fuerunt,præsertim cum in formulario Florentino in similibus diuisionibus ad verbum descriptæ inueniantur, quod apud me multum vrget, cum alioquin in omni casu renunciatum intelligeretur quibuscumq; fideicommissis de futuro per diuisiones grauatorum,in quib. dictæ Clausulæ iuxta normam formularii solent apponi.

Nec obstat,si dicatur,quod licet in Compromisso non adsit facultas data Arbitris, 7 quæ posset comprehendere hunc casum, tamen quod per eos factum est, retractari non potest,cum laudum fuerit acceptatum,& ratificatum per dictos fratres, quo casu si non valeret laudum, tamen substinetur in uim pacti, & obseruandum est l. 2. C. commun. vtriusque iudic. cum ibi notatis.

Quoniam respondetur, quod dicta ratificatio operatur tantum circa ea, quæ in com-8 promisso continebantur,& nõ circa alia,vnde cũ in compromisso non ageretur de hoc, ratificatio ad illud referri non potest,ita in in diuiduo respondent Soc.dicto consi.251.numero 21.Alba dicto consi.29 num.16.Turrett.dicto consi.77.num.34.& Odd.d.consi. 49.nume.decimo. Dicitur etiam quod illud potest esse uerum, quando ratificans habuisset notitiam illius nullitatis,& ea non obstante expresse laudum approbasset, Gabr.tit.de sent.conclus.secunda in 7.limitat. nume.34. per tex.in l.post diuisionem,C.de iur.& fact. ignorant.& in puncto tradit Turrett. d.consil.77. numero trigesimoquinto post plures, quos allegat.

Et adductis per Gabr.& Turret.addo ego Cinum in dicta leg.secunda, circa fin. uersicul.non obstat hæc lex,Anchar. in capi.u. significasti num.13.extr. de foro competenti, Fulgos.consi.180.colum.2. ante numerum primum post uersic.cum itaque. Afflict.decis. 117.numero tertio,Ruin.consi.62. num. 27.& 28.& consi.135.sub numero secundo & tertio libro quinto Flor.consil. 17.nu. 16. & seq. versi præterea ista confirmatio, Abb. consi.18.sub nu.7.libro secundo, & Pomar. in addition. ad Bart.in d.l.secunda, vnde non data scientia talis inualiditatis,nihil nocet ra 9 tificatio,l.Mater decedens,de inoffi. testam. l.nec ignorans,C.de donat.cum simil.Corn. consilio 165.num.45.libro secundo, & Turret.loco citato.

10 Postremo dicitur, quod & si omnia prædicta cessarent, & fideicommisso renũciatum diceretur, non tamen dicta renunciatio noceret filijs, & descendentibus, & per consequens agenti,sed solum ipsis renunciantibus præiudicasse diceretur, cum in renunciatione dictum non sit pro se,& filijs, & descendẽtibus, sine quibus uerbis renunciatio dicitur esse personalis,& non extenditur ad ius fideicommissi de futuro in præiudicium filiorũ, & descendentium ad illud vocatorum, ut in terminis istis dicunt Barto.consi 71. sub nu. 6.in fin.& nume.septimo,libro primo,quem sequitur Ias.in d.§.duo fratres, num.73.uers. limita,ubi etiam Ripa num.101.Bald.consi. 89.numero decimo libro primo, Ruin.consi. 138.numero decimo,libro secundo, Grat.cõsilio 22.numero 22.libro primo, Alba consi. 74.numero primo,& sequent. Alciat.consil. 141. numero quinto libro quinto, consilio 102.numero decimo,in fin. libro 9. Celsus-Vgo consil.120.num.95.Cephal. consi.371. numero 32.& sequent. libro tertio, Natta cõsilio 270.num.12. Angussol.dicto consilio secundo numero & sequen.libro tertio,& consilio 18. ferè in toto libro septimo, Turrett.dicto consilio 77. numero 32. & consilio 81. numero nonodecimo,libro 1. Odd. d. consi. 49.numero 20 & optime seruit Bal. in l.qui

se

se Patris, num. 32. versiculo, aut renunciat; & promittit, C. vnde liberi, quem sequitur Castr. in l. item Iulianus, §. si quis numero quarto ff. de legat. primo, quod procedit etiam si

11 dicti filij, & descendentes essent hæredes renunciantium, cum ad ius hoc veniant ex propria eorum persona, & non ex iure eius, cuius sunt hæredes, & volunt Bart. Ias. Ruin. Alba, & Anguissol. supra citati, & si enim renuncians promittens de facto suo tantum, obliget & heredem suum, tamen quando de functus, & hæres, seu Pater, & filius habent singuli ius separatum ad rem, quia quilibet eorum ex propria persona vocatur ad eam, si Pater renunciat pro se, filius admittitur ex propria persona, etiam quod sit hæres Patris,

12 quia Pater censetur renunciasse iuri suo tantum, & non iuri filiorum, adeo quod filius non censetur uenire contra factum, vel contra volūtatem Patris, quem repræsentat, pro ut veniret quando ius in persona Patris, seu defuncti tantum consisteret, quia non posset hæres contrauenire, cum non habeat ius ex propria persona, & quando quis se obligat, licet censeatur etiam obligare hæredem suum, intelligitur tamen obligare eum ad id tantum, ad quod ipse promisit, & non aliud, quia ex persona hæredis non augetur, uel minuitur obligatio, vt eleganter declarat Alba dicto consilio 74. numero tertio, quarto: qui nimo, & quando expresse diuidentes obligassent etiam hæredes, & successores, hoc tamē non noceret, quin ijdem possent admitti ad

14 fideicommissum ex persona propria. Odd. d. consi. 49. numero 22. versiculo, & quod magis est, præsertim quando in clausulis accessorijs, & nō principaliter, & in capitulo dispositiuo quis obligasset hæredes, & successores suos, ut per Albam dicto consilio 74. sub numero quarto, versic. & hoc procedat. Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

De probatione iuris patronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, vel multiplicatis præsentationibus, aut consensu ad illas, vel aliter, & quomodo ad hæredes transeat, & quid præstandum sit ad illud prætendentem, & de plurib. alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Titulus iurispatronatus debet esse ex fundatione, uel dotatione, & probandus est per authenticū documentum, vel ex multiplicatis præsentationib. per cursum antiquissimi temporis excedentem hominum memoriam. & nu. 4.*

2 *Paria sunt non constare de iurepatronatus, uel minus sufficienter constare.*

3 *Assertioni Papæ an standum sit circa assertionem factam in Bulla, quod beneficium sit iurispatronatus laicorum saltem præsumptiue ad effectū transferendi onus probandi contrarium in Aduersariū remissiuè.*

4 *Beneficium, quod collatum fuerit a Papa tanquam iuris patronatus laicorum, non sufficit ad probationem patronatus, nisi appareat, quod sit ex fundatione, uel dotatione, aut aliter secundum formam Sacri Concilij Tridentini, & supra num. primo.*

5 *Error Authoris non probatus allegari non potest contra confessionem in instrumento factam.*

6 *Præsentatio etiam admissa ab ordinario non suffragatur præsentato, quando præsentans in præsentatione enuntiauit, rem aliter se habere, quam se haberet.*

7 *Consensus præstitus per Patronos an æquiparetur præsentationi, & ex eo acquiratur quasi possessio præsentandi.*

8 *Qui ex iure in ipsum ab altero translato vult admitti ad præsentandum tanquam Patronus, ostendere debet se esse talem, in quem illud ius transferri potuit, & quod demum trāslatum fuit, ut quia ab eo descendat, & eius hæres sit, cui ius pro se, & & descendentibus, & hæredibus competebat.*

9 *Viuere quis præsumitur usque ad Centum annos.*

Iuspatronatus hæreditarium prætendens tenetur probare, se esse hæredem. ibidem.

10 *Inter plures compatronos electus ab uno tantum, an possit obtinere, quasi quod alijs non eligentibus, cuilibet insolidū uideatur competere, veluti ius indiuisibile.*

11 *Voluntas testatoris in iure patronatus ad vnguem seruanda circa vota patronorum concurrere debētium ad præsentationes faciendas.*

12 *Iuspatronatus non probatur ex unico præsentandi actu, sed requiruntur plures præsentationes continuatæ, & per tempus, quod memoriam hominū excedat.*

13 *Notula beneficiorum ecclesiasticorum retenta in Archiuio, aut alio loco publico, an probet beneficium esse iurispatronatus, uel liberę collationis, & sic esse eiusdem qualitatis, de qua in notula legitur.*

CON-

CONSILIVM LXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis in tertia instantia vertente coram Reuerendo D. Priore ecclesiæ collegiatæ Santi Laurētij de Florentia iudice delegato, & Commissario Apostolico inter Reuerend. D. Ludouicum de Naris appellantem ex vna parte, & Reuerend. D. Vincentium de Villanis appellatum ex altera.

Retuli partes dicti D. Prioris esse in pronūtiando ad fauorem dicti D. Ludouici de Naris contra dictum D. Vincentium de Villanis, reuocando sententiam secundi iudicis, et approbando diffinitionem a iudice primæ instantiæ factam.

Quoniam cum habeamus expressam dispositionem Concilij Trident. capitul. 9. sess. 25. de Reformatione, quod titulus iurispatronatus debeat esse ex fundatione, vel dotatione, & probandus sit ex Authentico documēto, vel ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, excedentē hominum memoriam, vel alijs modis a iure statutis, alias beneficia tanquam libera ab ordinariis cōferantur, & prouisiones huiusmodi plenum consequantur effectū: & pro parte D. Vincentij, præsentati legitime, non doceatur de iurepatronatus illum præsentantiū sequitur, vt D. Ludouicus ab ordinario prouisus, sit admittendus ad Cappellaniam Santi Ioannis Baptistæ decollati sitam in Plebe Sanctæ Mariæ de Filettulo, de qua contenditur. Quod autem sufficienter non constet de iurepatronatus in dicta capellania, patet, quia præsentatio facta de dicto D. Vincentio non potest substineri respectu D. Dominicæ vxoris quondam Bartholomæi de Foresijs tanquam hæredis olim Benedictæ eius, & dicti quondam Bartholomæi filiæ, vt fatentur ambo iudices, qui primo iudicarunt.

Nec in hoc aliqua cadit probabilis dubitatio.

Respectu autem personæ D. Gentilis præsentantis vti Neptis, & hæredis in solidum quondam Presbyteri Alexij olim Thomę de Saluatis, visum est mihi pariter substineri nō posse præsentationem de dicto D. Vincentio factam, quia non probatur legitime, quod dicta Capellania sit de iurepatronatus laicorū ex assertione facta in Bullis, seu prouisionibus per summos Pōtifices de ea factis de Anno 1515. & 1534. & 1544. ad fauorem respectiue Dominorū Nicolai, Simonis, & Francisci, omnium de Tanis, cum nunc principaliter de hoc agatur, siue agamus de proprietate, siue de quasi possessione ipsius iurispatronatus, vt in indiuiduo tradit Dec. consi. 149. in secundo dubio, sub numero quarto, ad finem, uersiculo secundo in prædictis uerbis, Et licet alta sit, & profunda quęstio, an Assertioni Papæ in hoc stari debeat, saltē præsumptiue ad effectum transferendi onus probandi contrarium in Aduersarium, & multi teneant opinionem affirmatiuam, alij autem negatiuam, & non desint qui vnam, & alterā communem, & magis communem attestētur, ut patet ex congestis per Gabr. tit. de probat. conclus. secunda in secundo casu, numero 49. & 50.

Nihilominus in proposito nostro non opus est de hoc discutere, quia ex Bulla Pontificis, in qua Papa conferendo beneficiū narrat illud esse de iurepatronatus laicorum, & illi pro illa vice derogat, non potest inferri ad probationem, quod tale beneficium sit iuris patronatus ex fundatione, vel dotatione, prout requiritur ex Concilio Tridētino, quia est simplex narratiua, & de facto alieno, nec dicit, quod esset de iure patronatus ex fundatione, uel dotatione, & potius præsumitur non esse, quia Papa non solet in totum derogare tali Patronatui, ita formaliter tradit Rota Romana decis. 169. in fin. numero quinto libro secundo, in tertia, parte in nouissimis diuersorum.

Et quando etiam ex dictis Bullis probaretur de iure patronatus dictæ Capellaniæ, nō tamen hoc suffragaretur præsentato, quia in prima, & vltima non exprimitur, unde & a quo deriuet huiusmodi Patronatus, & penes quos resideat: simpliciter enim dicunt, quod est de iure patronatus laicorum, & illi pro illa vice tantū derogant, & media Anni 1534. dicit, quod est de iurepatronatus laicorum, & quod accessit consensus Patronorum mediante persona Domini Laurentij de Luchinis Procuratoris legitime constituti, & a tergo notatum reperitur, quod Presbyter Alexius olim Thomasi Alexij Pratensis & Bettus olim Bartoli Foresij de Filettulo vti Patroni dictæ Capellaniæ, dictæ prouisioni, & litterarum expeditioni consentiunt in forma probāti, & dicti Presbyter Alexius, & Pettus tanquam Patroni dictæ Capellaniæ, quilibet pro medietate ex fundatione, & dotatione facta per Bartolum de Foresijs de Filettulo per testamentum manu publici Notarij confectum,

ctum,constituunt Procuratorem dictum D. Laurentium de Luschinis ad cōsentiendum prouisioni ad fauorem dicti D. Simonis de Tanis faciendæ, vnde cum nunc dicta D. Gētilis vti Neptis,& hæres dicti Presbyteri Alexij velit suam præsentationem comprobare ex fundatione,& dotatione,ptoueniente non a dicto Bartolo Foresij,sed a Petro Schermano,& sic a diuerso capite,& fonte,non potest eidem prodesse dictus consensus Presbyteri Alexij,qui ius illud meritus fuit a Bartolo Foresij,& non a Petro Schermano,ex cuius persona in præsenti iudicio ius omne deriuare intendit dicta D.Gentilis l.Papinianus exuli,
5 ff.de minoribus. Nec Authoris error nō probatus allegari potest contra confessionem in instrumento factam,Doctor.in l. error,C.de iur. & fact. ignorant. & optime seruit Rota Roman.decis.792.sub numero quinto, versiculo,prima fuit in prima parte in nouissimis
6 diuersorum ,vbi quod non suffragatur præsentatio etiam admissa ab ordinario,quando præsentans in præsentatione enunciauit rem aliter,quam se haberet,vel circa personas succedentes in iure Patronatus,vel circa dispositionem,& ordinationem testatoris.

Et quando etiam esset admittendū,quod dicti Presbyter Alexius, & Bettus errauerint in dictis constitutionibus Procuratoris,& expresserint nomen Bartoli,volentes exprimere nomen dicti Schermani , qui Altare, seu Cappellaniam fundasse, & dotasse dicitur,& scriptura illa informis testamenti dicti Petri Schermani concurrentibus adminiculis diceretut fidem facere, tamen adhuc non videretur sufficienter constare de iure dictæ D.Gētilis ex persona dicti Presbyteri Alexij pro
7 quasi possessione præsentandi sumpta ex dicto consensu præstito Pontificis prouisioni ex notat.in terminis per Dec.consil. 149.sub numero quarto uersiculo,prætetea dato,quē sequitur Lambert. de iut. patronat.libro secundo,parte prima quæstio. tertia atticul. 10. numero tertio; Et quando hoc non obstaret ex dictis per Crescent.decis. 11.tit. de iur. patronat. vbi post plures per eum adductos reprobando Dec. vult consensum Patronorum haberi pro præsentatione, & ex eo acquiri quasi possessionem præsentandi, nisi alius appareat possessor,adhuc videretur eadē
8 D.Gentilis exclusa ex alijs. Primo quia cum inter Patronos nominatus reperiatur Antonius olim Alexij,& prætendatur ex dicto testamento ius hoc patronatus hæreditarium esse, necessario ad obtinendum erat probandum , quod a dicto Antonio nominato in dicta scriptura Testamenti descenderit dictus Presbyter de Saluatis,& quod esset protanus paternus ipsius Presbyteri Alexij, ostendendo gradatim successiuam descendētiam, & adirionem hæreditatis,adeo quod clarè appareret dictum ius transiuise in dictum Presbyterum Alexium vti descendentem,& hæredem ex notat.per Anchar. consil.81.& per Dec.consi. 149. vtrumque post principium.

Secundo quia,& si cōstaret, quod dictum ius resedisset in personam Presbyteri Alexij, non posset obtinere D. Gentilis tanquam illius hæres,& Neptis ex Tita sorore, quoniā constat ex proprijs testibus præsentati nempe ex secūdo, quod dictus Presbyter Alexius habuit fratrem nomine Hieronymum, & aliam sororem Dominicam nuncupatam , & ex tertio, quod idem Presbyter Alexius habuit duas sorores , vnam Matrem D. Gentilis, & alteram quæ Romæ commorabatur , & post obitum dicti Presbyteri Alexij accessit Pratum, & postea redijt Romā , & quod
9 vt credit , habuit alios fratres dictus Presbyter Alexius, adeo quod si extant fratres dicti Presbyteri Alexij , de quorum morte nō cōstat,& adhuc viuere præsumuntur nondū lapsis Centū Annis, iuxta l.fi. cum ibi notat. C.de sacrosanct. eccles. ad D. Gentilem non spectat hæreditas Presbyteri Alexii ex statutaria dispositione , & per consequens nec dictum ius patronatus hæreditarium,vnde D. Gentilis non exclusis prius vocatis non potuit ad dictam hæreditatem admitti,l.quam diu la prima,& l.quam diu 68. la tertia, ff.de acquir.hæredit.& quando etiam dicti fratres essent , vel præsumerentur mortui ,cum alia soror dicto Presbytero super vixerit, hæreditas non insolidum spectaret ad D.Gentilem,
10 sed tantum pro medietate, nec iure patronatus vti posset insolidum aliis Compatronis non eligentibus,quasi quod cuilibet ex hæredibus insolidum competat,capitu. primo,de iur.patronat.& ibi Docto. & præcipue Abb. numero septimo,attestans de communi , eo quia est ius indiuisibile , etiam quando sunt hęredes pro inęquabilibus partibus, quia fun
11 dator aliter prouidet , volens , quod tres debeant concurrere ad electionem,& vno deficiente alius eligatur,cuius voluntas obseruāda est,vt in his terminis est tex.in capit.fin.§. fin.in fine de testamen.in sexto, quo fit,ut ex persona dicti Presbyteri Alexij pręsentatio per D.Gentilem facta de Domino Vincētio minime iustificari videatur : & tanto magis cum ius hoc patronatus videatur potius spectare ad Foresios tātum , si credimus eisdem Testibus pro ipso pręsentato examinatis , & in specie primo dicēti, quod Capellania erat illorum de Foresijs,& ad eos spectabat iuspatronatus , & quinto asserenti expresse quod Patronatus erat illorum de Foresijs tantum.

Postre-

Postremo quia in omnem euentum, in quem cōsensus per Presbyterum Alexium præstitus, induceret quasi possessionem iuris præsentandi, & tale ius translatum esset in 12 D. Gentilem, cum tamen vnius tantum præsentationis actus interuenerit, is ad sufficientem patronatus probationem non sufficeret, quia quando probatio hęc ex præsentationibus efficitur, non vnica tantum præsentatio satis est, sed plures requiruntur, & continuatę per antiquissimum temporis cursum, qui hominũ memoriam excedat ex clara dispositione, dicti Consilij Tridentini de Reformatione, sessione 25. capit. 9. & hoc videtur solidissimum fundamentum ad impediendã victoriam præsentati, qui nihil vrgens deducit ad probandum Patronatum præter dictũ consensum præstitum prouisioni Pontificię per dictum Presbyterum Alexium, & per alium tãquam Patronos. Esto enim, quod ex tali actu inferri possit ad quasi possessionem iuris præsentandi, cum tamẽ non adsint multiplicatę præsentationes, vt requirit Conciliũ Tridentinum, imperfecta redditur probatio, & minime sufficiens, in quo vlterius elaborandum non videtur, cum habeamus casum legis l. Ancillę cũ gl. C. de furt. Et his accedit, quod in notula beneficiorũ Ecclesiasticorũ 13 Diocesis Florẽtinæ reteta in officio Magnificorũ DD. Capitaneorũ Partis apparet descripta dicta Cappellania inter beneficia libera, nõ aũt inter ea, quæ sunt iurispatronatus, quę pariter notata sunt in dicto officio, quod nõ parum videtur facere contra præsentatum ad probandum, quod sit liberę collationis, & non iurispatronatus iuxta notat. per Bart. in l. Titię testatores numero secundo, ff. de leg. primo, & in l. fin. numero primo, & secundo, C. de reb. credit. Anno 1594. Florent.

EPITOME.

De emphyteota non soluente Canonem intra tempus conuentum, & qualiter facto deposito valeat euitare caducitatem, & quid si Depositum fiat pro parte tantum, et non pro toto debito.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in inuestitura appositum, quod Emphyteotis priuatorum in solutione Canonis cessantib. per Biennium etiam interpollatum, cadant ab eorum iuribus, valet.*

Etiam quod alias caducitati non esset locus, nisi cessatio esset per biennium integrum. ibidem.

2 *Tempus, per quod emphyteota non soluens Canonẽ cadat a iure suo, oportet quod sit continuum, & non interpollatum.*

3 *Depositum Canonis habetur pro solutione, nedum quo ad euitandam caducitatem, sed etiam quo ad parandam liberationem, interrumpitque praescriptionem inchoatam per non solutionem primi Anni.*

4 *Depositum Canonis debet esse factum de toto debito, et non sufficit, si pro parte tantum fiat, alioquin etiam in parte deposita Vsura currant totius debiti, & in Canone sat est deficere nummum, ut caducitati locus sit. & infra num. 7.*

5 *Emphyteota, qui pro primo anno nõ soluit, & vult soluere pro secundo, ne incurrat caducitatem ob biennium elapsum iuxta pactum in inuestitura appositum, id facere potest.*

6 *Depositum Canonis si non sit factum pro tota summa ex diuersis, & separatis debitis, tamen valet quo ad illud debitum, ad quod quantitas deposita ascendit.*

Canon singulo anno debitus dicitur debitum separatum unius anni ab altero, & tot sunt debita separata, quot anni sunt, secus si pro pluribus annis semel in una vice tantum Canon est soluendus. ibidem.

7 *Canonis oblatio, & depositum ad tollendam caducitatem debet fieri singulis annis, uel singulo biennio, uel triennio pro toto ipso biennio uel triennio.*

8 *Modicum non est habendum in consideratione, & est excusabile, si Emphyteota inaduertenter, uel propter impossibilitatem omisit soluere, uel deponere aliquid modicum deficiens integra summa debitæ.*

9 *Reseruatio iuris modici dicitur esse præiudicij, quia si quod est, reseruat, si nullum adest ius, nihil operatur.*

CONSILIVM LXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Super processu fabricato inter Magnificum D. Cosmum de Pittis Curatorem substitutũ hæreditatis iacẽtis quõdã Magnifici D. Philippi de Antinoribus appellantem ex una parte, & D. Amadeum de Pampalonibus, nominibus quibus in actis appellatum ex altera, occasione requisitionis factæ per D. Camillum de Pittis Curatorem principalem dictæ hæreditatis iacentis contra dictum D. Amadeum de infra octo dies di-

dimittendo, & relaxando damna in dictis bonis illata, & petitionis exinde factæ per dictum Amadeum, quod dicta requisitio ipsum non afficeret, Iuri, & æquitati consonam esse existimaui sententiam D. Iudicis Quarteriorum Sancti Ioannis, & sanctę Mariæ Nouellæ Ciuitatis Florentiæ, qui pronuntiauit ad fauorem dicti D. Amadei Actoris, & ita iudicatum esse retuli Excellentissimo D. Iudici primarum appellationum dictæ Ciuitatis, quoniam cum dicta requisitio facta esset ex causa debiti Canonis non soluti, & ex calculis, & computis per partes, & earum procuratores coram me factis difficultas restricta fuerit ad annos 1591. & 1592. Visum est mihi, quod pro dictis duobus annis dicti de Pampalonibus non ceciderint ab eorum Iuribus, ob non factas Canonis solutiones. Et si enim valuerit pactũ in Instrumento concessionis in Emphyteosim factum, quod Emphyteotis in solutione Canonis cessantibus per biennium etiam interpollatum caderent ab eorum Iuribus iuxta l. secundam in princ. C. de Iur. Emphyteot. cum ibi notat. & tradit. Socin. cõs. 118. in princip. lib. 4. & ipso Canone per dictum tempus non soluto, Emphyteota non soluens cadat ab omni Iure suo, dict. leg. 2. post princ. Authen. qui rem C. de sacrosanct. Eccles. cap. potuit extra de locat. etiã quod alias tanquam Emphyteotæ priuatorum non caderent, nisi cessatio esset per triẽnium integrum d. l. 2. post princ. C. de Iur. Emphyteot. Clar. in §. Emphyteosis, quęst. 8. in princ. Corbol. de causa priuationis ob non solutum Canonem, etiam in princ. & alij per eos allegati, & debeat esse continuũ & non interpollatum, quia aliàs interrupta esset præscriptio per solutionem medij temporis, Salic. in d. l. 2. num. 1. & 6. Soc. dict. cons. 118. num. 6. & plur. seq. maximè nu. 9. lib. 4. Corbol. alios adducens in loco supracitato in 3. quæst. num. 1. & seq. tamen cum pro dictis duobus annis fuerit per dictos de Pampalonibus facta oblatio, & depositio Canonis debiti, & quidem integraliter pro anno 1592. licet fortè secus pro anno 1591. nulla uidetur commissa caducitas, quia depositum habetur loco solutionis, nedum quo ad euitandam caducitatem, sed etiam quo ad parandam plenariam liberationem, Salic. in dict. l. 2. in final. verbis, sub num. 37. & Ias. sub num. 182. post gloss. ibi in verbo, & secundum legem, Soc. d. cons. 118. in fin. num. 10. lib. 4. Clar. d. quæst. 8. num. 10. vers. pone, quod Emphyteota, & Corb. vbi supra limitat. 37. num. 1. & seq. & interrũpit pręscriptionem inchoatam per non solutionem primi anni, per ea, quæ dixit Corb. in dict. quæst. 3. post alios supra citatos.

Nec obstat si dicatur, quod depositum debet esse integrum & de toto debito, & de parte tantum non prodest. l. obsignatione C. de solut. & ibi gloss. & scribentes Bald. in l. acceptam C. de vsur. in 6. oppositione num. 19. & 20. etiam in ipsa parte deposita, propter quam non desinunt currere usuræ totius debiti l. tutor 41. §. Lucius Titius, ff. de usur. & in puncto habetur per Corb. d. limitatione 37. sub num. 10. post vers. item non excusaretur, vbi tenet, quod si fieret depositum Canonis in minori summa, quã deberetur, non defenderet Emphyteotam à caducitate, etiam si vnus tantum nummus deesset per decis. Caputaquens. 182. in prima parte, quia respondetur quod pro anno 1592. depositum est integrum, & de tota summa, & satis est ad effugiendam caducitatem secũdum pactionem initam, quod Emphyteota non remanserit debitor de Canone integro duorum annorum nec est inconueniens, quod debitor omisso primo anno velit pro secundo soluere, vt pœnã caducitatis euitet, vt patet ex allegatis per Corbolum in dict. q. 3. & ante eum per Bald. in d. Auth. qui rem, nu. 2. vers. sed pone, & per Soc. d. cons. 118. num. 4. 6. & seq. & maximè cum in pactione etiam de solutionibus interpollatis fuerit actum: nec in cõtrarium adducta repugnant, quia procedunt, quando vnicum tantum esset debitum, & ita loquitur Caputaquen. non autem procedunt, quando sunt plura debita, vt in casu nostro, cum vnoquoque anno separatim debeatur Canon, & non singulis duobus annis simul quod & si dubitabile sit per dicta in terminis per Corbol. eadem limitat. 37. num. 12. vers. item sciendum, post Ruin. cons. 167. num. 11. lib. 1. eo tamen libentius admittendum est, quia quod deest in deposito Canonis anni 1591. est quid modicum, & non propter contumaciam, uel contemptũ omissum, quo casu excusatur Emphyteota à caducitate Clar. d. quæst. 8. sub num. 4. vers. hoc autem de plano in fin. & indubitanter, quia non dolo, sed errore simplex, & pauper rusticus omisit totum deponere, credens pro eo, quod deerat, prius satisfecisse, de quo nec desunt in processu argumenta licet ad probationem perfectam non sufficientia, ex quo caducitas euitatur, secũdum Ias. in d. l. 2. quæst. 16. sub num. 55. vers. limita tamen, quem sequitur Corbol. vbi supra in 5. ampliat. num. 27. versic. declaratur tertio, vbi alios ad idem allegat, quibus addo Caputaquens. decis. 180. num. 4. lib. 1. & eo magis cum per sententiam D. Iudicis

eis à quo, Ius hoc caducitatis nõ sit penitus sublatum: sed solummodo reiectum per modum exequutiuum, quo Curator hæreditatis iacentis utebatur, illud eidem experiendum reseruando via iuris ordinaria, adeo 9 quod de modico agitur prçiudicio dicti Curatoris, qui Iudicio ordinario Ius suum, si quod habet, poterit experiri iuxta notata per pract. Papiens. in form. sententiæ diffinitiuę in gloss. absoluimus ab expensis, num. 2. & 3. per Soc. consil. 91. num. 5. & seq. lib. 4. per Crau. consil. 15. num. 2. cum sequ. consil. 29. num. 8. consil. 33. num. 17. & seq. consil. 70. num. 6. & consil. 144. num. 5.

Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

De Emptore, qui de facto, & non via Iuris fuit spoliatus, vel via Iuris ob eius contumaciam expulsus, quod non possit agere de euictione contra Venditorem, aut eius hæredem, & quantum noceat contumacia.

SVMMARVM.

1 *Emptor spoliatus de facto, & non via Iuris, non potest aduersus venditorem, aut eius hæredem agere de euictione, sed alijs remedijs indemnitati suæ prospicere potest.*

2 *Expulsus à Iudice culpa sua, & ob contumaciam non potest de euictione agere, quamuis molestiam notificauerit.*

3 *Contumax non potest agere de euictione, quia magis videtur uictus ob contumaciam suam, quam quod malam causam haberet, num. 7.*

4 *Emptor agere potest de Euictione contra venditorem, quando litem defendit, & liti assistit, licet tempore sententiæ absens fuerit, intellige vt ibidem.*

5 *Emptor molestatus in Iudicio, & ità uictus propter eius contumaciam, ut appellatio non sit admittenda, contra uenditorem de euictione agere non potest.*

6 *Negligentia hæredis uenditoris in non defendendo Emptorem à lite, non tollit culpam Emptoris in se pariter non defendendo, & non operatur, quod Emptor negligens, & contumax agere possit aduersus eum de Euictione.*

7 *Emptor, qui ob eius contumaciam rem perdidit, etiam quod comparendo illam defendere nequiuisset, tamen quia comparere tenebatur, non agit de Euictione.*

8 *Contrarium tamen uerius est, quia si in causa non esset defensibilis, & Emptor iniustam fouebat causam, habet regressum de euictione.*

CONSILIVM LXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

CVm alias Presbyter Iulianus Raspantis vendidisset quandam petiã terræ Antonio Sebastiani Ferriani emẽti pro se, & fratribus: & Venditore mortuo à Presbytero Dino de Galeottis accepta fuisset possessio dictæ petiæ terræ de facto, & per dictum Antonium ageretur pro euictione contra Sanctem fratrem dicti Presbyteri Iuliani vti eius hæredem, consultus à Domino Vicario Florentiolæ de modo in dicta causa sententiandi, Retuli eius partes esse in absoluẽdo dictum Sanctem à petitis per dictum Antonium, 1 reseruando eidem Ius aliàs melius agendi, ex quo non via Iuris, sed facti Emptor fuerat spoliatus possessione rei, & non poterat agere de euictione, prout fecerat, sed aliter prouidere debebat eius indemnitati, & consulere peritiores de modo tenendo, ut regressus posset habere contra venditoris hæredẽ, vt patet ex allegatis in meo Cõsilio LVIII. ad quæ me remitto nunc.

Iacobus Ferriani frater dicti Antonij, suo, & nomine dicti Antonij, & aliorum fratrũ denuo egit de euictione contra filios Sebastiani, & Sanctis fratrum dicti Presbyteri Iuliani uenditoris tãquam mediatos hæredes eiusdem Presbyteri Iuliani, producẽdo acta in Curia Archiepiscopali Florẽtina post sententiam per dictum D. Vicarium latam secundum dictum meum Consilium decisiuum, in quibus constat dictum Presbyterum Dinum obtinuisse contra dictum Iacobum, & fratres prçceptum de dimittendo dictam petiam Terræ, & illud pluries citatis dictis fratribus, & illis non comparentibus, & accusata eorum contumacia, confirmari fecisse, & tandem notificata dictæ confirmationis sententia, & dictis fratribus adhuc nõ comparentibus, & eorumdem contumacia accusata petijsse, & obtinuisse immissionẽ in tenutam, & possessionẽ dictæ petiæ Terræ, & mandatum expulsiuum contra dictos fratres, qui nihil penitus vnquam dixerunt, nec opposuerunt petitis per dictum Presbyrum Dinum, sed semel tantum comparuerunt, intimando, & notificando dictum præceptum eis factum dictis hæredibus dicti Presbyteri Iuliani, & Ioãnis Baptistę de Tir-

li

fideiussoris, quibus ita stantibus iterum requisitus à dicto, D. Vicario, ut dicerem, quæ sint eius partes in hoc nouo Iudicio pronunciandi, Retuli dictos filios Sebastiani, & Sanctis Reos conuentos esse absoluendos à petitis per dictum Iacobum dicto nomine, quoniam cum dictus Iacobus, & fratres emptores molestati per Presbyterum Dinunt in Curia Archiepiscopali non se opposuerint eius petitioni, causam non instruxerint, & eius defensionem non absumpserint, nec unquam comparuerint, sed semper Contumaces fuerint, & in eorum contumacia processum fuerit ad confirmationem præcepti, & ad immissionem in tenutam, & possessionem, absque eo, quod aliter de Iure dicti Presbyteri Dini constaret, non possunt agere de Euictione, etiam quod dictam molestiam denunciauerint, vt sunt text. clari in leg. si ideo in princip. ff. de euiction. in leg. emptor fundi, versic. sed & si Iudicio, C. eod. titul. in leg. 1. in fin. C. de peric. & comod. rei venditæ, & in capitul. final. extra de emptio. & vendition. magis enim propter contumaciam victi videntur, quam quòd malam causam haberent, vt dicit text. in d. leg. si ideo, & notat glos. in dict. leg. emptor, & in d. cap. fin. & ita hanc quæstionem decidunt in terminis nostris Bartol. in leg. si superatus post princip. versicul. istud autem, ff. de pignor. Bald. in dict. leg. si ideo, in lectura antiqua in primo, & in secundo intellectu, Corn. consilio 325. columna secunda sub numero primo, versiculo ad propositum applicando libro primo, Dec. consilio 74. sub numero primo, versiculo secundo principaliter facit, Capic. decis. 106. numero quarto, versiculo contra Diomedem, Couar. libro tertio, variarum resolut. capitulo decimoseptimo, in nona illatione, Caballin. in tract. de euictio. §. quinto, numero quinto versiculo secundus est, & alij per eos allegati, & ita intelligenda sunt Iura supra adducta, quæ volunt emptorem, qui fuit Contumax tempore latæ sententiæ, non agere de euictione, etiam si litem denunciauerit, non autem simpliciter, & absolutè, quando emptor causæ astitit, eam discussit, & defendit, & tempore tantum sententiæ absens, & contumax fuit, quia tunc actionem euictionis habet, ex quo etiam si præsens fuisset, eius præsentia nihil profuisset, vt optimè declarat Bartol. in dict. leg. si superatus, d. uersic. istud autem, quem sequuntur Felin. in capitulo cum Bertoldus numero vigesimotertio, versiculo limita tertio extr. de sentent. & re iudic. Couar. in d. nona illatione post princip. & Caballin. sub dicto numero quinto, versiculo intellige sano modo, & ita etiam sentit Bald. in d. leg. si ideo, in lectura antiqua in tertio intellectu, vbi etiam glos. idem apertè tenuit in glossa prima, post princip. & volunt alij adducti per Couar. & Caballin. in locis citatis, nisi emptor victus ita fuisset verus Contumax, vt propter eius contumaciam appellatio admittenda non esset secundum terminos Clement. vnicæ de dol. & contumac. cum ibi notat. per glos. & Doctor. vt dicit Felin. in dicto capitulo cum Bertoldus sub dicto nume. vigesimotertio ad finem, & latius sub numero vigesimoquarto, in quarta limitatio. in fin. versiculo restringitur subtiliter, quem sequitur Couar. in loco supracitato, & ante eos voluit Bald. in d. leg. si ideo in lectura antiqua, in tertio intellectu, & sentit Capic. d. decis. 106. sub numero quarto, dum citat ipsum Bald. ad hoc, quod illa lex loquatur in vero contumace: Nec refert, quod etiam hæredes dicti venditoris fuerint contumaces & defensionem causæ non absumpserint, quia dictæ eorum culpæ præponderat culpa Emptorum, quibus mota est lis, & in quorum persona fundatum est Iudicium, vt in Indiuiduo dicunt Corn. & Dec. supra relati, & est de mente aliorum omnium, qui volunt nō sufficere Emptorem denunciasse, si passus sit causam eo contumace liquidari, & expediri; quæ Conclusio in tantum est vera, vt dixerit glos. in dict. leg. si ideo ff. de euictio. quod etiam si certum sit, quod Emptor contumax perdidisset causam, etiam si comparuisset, & causam defendisset, non haberet actionem de euictione, quod dictum sequi videtur Dec. d. consilio septuagesimoquarto, columna final. sub numero quinto, versicul. plus voluit, quod tamen non admittunt Doctores, quia si certum est, quod si causa defensa fuisset, sententia ferri debuisset contra Emptorem, quia malam fouebat causam, datur actio de euictione, vt volunt Bald. in dict. leg. si ideò in lectura antiqua, in tertio intellectu, Dec. dicto consilio septuagesimoquarto, post princip. versiculo confirmatur ista Conclusio Capic. d. decis. 106. sub numero quarto, latè Couar libro tertio variarum resolut. capitulo decimoseptimo, sub nume. 6. versicul. sexto quamuis, & Caballin. dict. §. quinto sub numero quinto, ad fin. uersiculo subdens ex intentione, Felin. in dicto capitulo cum Bertoldus, numero vigesimoquarto, limitatione quarta, & alij, qui consultò omittuntur, ex quibus non

N parum

faciendum sine aliqua contradictione.

An importet renunciationem fideicommissi, & infra.

1 *Renunciatum censetur esse fideicommisso per diuisionem sequutam, data scientia fideicommissi.*

2 *Incompatibile esse videtur, quod fideicommissum detur, & facultas alienandi irreuocabiliter competat.*

4 *Per laudum diuisorium quibuscumque clausulis munitum non intelligitur remissum ius, seu spes fideicommissi de futuro, præsertim si in laudo nulla sit facta mentio fideicommissi.*

5 *Sententia, seu laudum ad ignorata non extenditur, quamuis compromissum factum fuerit, nedum circa lites præsentes, sed etiam futuras.*

6 *Laudum diuisorium quando comprehendere valeat etiam bona fideicommisso subiecta, & ipsius fideicommissi renunciationem operari, ubi exemplificatur.*

7 *Laudum in quo continetur id, quod continere non poterat, si fuerit emologatum, & ratificatum, si non valet in uim laudi, tamen ualet in uim pacti.*

8 *Ratificatio omnium, quæ in laudo continentur, non operatur circa ea, de quibus in Compromisso dictũ non fuit, secus si ratificans sciens fuerit, quod laudum plus comprehendat, quam fuerit in Compromisso deductum, quia tunc illud approbare videtur.*

9 *Ratificatio circa ignorata, & inualida non operatur effectũ suum, secus data scientia inualiditatis ante ratificationem.*

10 *Ratificatio dicitur personalis, & non nocet filijs, & descendentibus uocatis in fideicommisso, nisi Pater renunciauerit pro se, & filijs suis, & descendentibus quamuis illi essent hæredes renunciantis, & num. seq.*

11 *Iuri de futuro filio competenti ex propria ipsius persona, ut in fideicommisso de futuro, Pater præiudicare non potest renunciando, uel aliter illud ius alienando etiam quod filius illius esset hæres.*

12 *Pater renunciando fideicommisso post eum in personam filiorum peruenturo, non potest nocere filijs, sed intelligitur renunciasse tantummodo iuri suo, & non filiorum.*

13 *Heres obligatus censetur ex facto defuncti ad id, quod defunctus expresse se obligauit, & non vltra.*

Nam ex persona heredis non augetur, neque diminuitur defuncti obligatio.

14 *Cum quis uti heres prohibetur venire cõtra factum defuncti, tamen ad hoc non prohibetur uenire ex propria persona.*

CONSILIVM LXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

QVoniam in causa vertente coram Excellentiss. D. Iudice primarũ Instantiarum Quarteriorum Sancti Ioannis & Sanctæ Mariæ Nouellæ Ciuitatis Florentiæ inter D. Leonem de Venturis Agentem ex vna parte, & Dominam Alexandram vxorem quondam D. Bernardi de Venturis Reã conuentam ex altera, disputandum solummodo videtur, an per diuisionem factam ab Arbitris per laudum inter Iacobum, Ioannem Franciscum, & Aloysium filios quondam dicti Francisci de Venturis dicatur renunciatum cuidam fideicommisso particulari per dictum eorum Patrem facto in suo testamento de Anno 1452.

Idcirco in hoc tantum insistam, omittendo alias difficultates per me decisas veluti claras, & nulla, ni fallor, iurium allegatione pro earum iustificatione indigentes.

Videtur itaque dicto fideicommisso renunciatum per dictam Diuisionem, in qua 1 dicta bona in partem assignata fuerunt dicto Ioanni Francisco, & alia libera dictis eius fratribus cum infrascripta Clausula, ad habendum, tenendum, & possidendum, vtendum, & fruendum, & alienandum, & quicquid Ioanni Francisco, & eius heredibus, & successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, sine aliqua contradictione, vel exceptione, per quæ verba pregnantia dubi- 2 tandum non videtur, quin data scientia fideicommissi, quę presupponitur, renunciatum illi censeatur, cum hic nedum sit data facultas dicto Ioanni Francisco, & eius heredibus faciendi de sua portione quid vellent, quod ad fideicommissi remissionem sufficere voluerunt, Angel. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, in quinta questio. Bartol. ff. de verbor. obligat. & ibi Crott. numero 133. Alexand. consil. 62. numero quarto lib. 7. & alii allegati per Gabr. tit. de fideicomm. conclusio. prima limitat. tertia, numero 29. & concludendo in eodẽ casu tenuerunt Crauett. consilio 638. libro quinto, Roland. consilio trigesimoquarto numero 77. & sequen.

libro quarto, Cephal. consilio 253. numero septimo,& sequent.libro secundo, Menoch. consilio 87.numero 15.& sequent.libro primo,sed etiam expresse concessa fuerit facultas alienãdi,quo casu magis de plano admittunt hoc scribentes, cum non possint stare ista simul, quod fideicommissum duret, &
3 competat facultas alienandi irreuocabiliter Barto.& cæteri Doctores communiter in di cto §. duo fratres, Alexand.consilio 189. nu. decimo libro secundo, consilio octauo numero 7.& 8.lib.5.Dec.consi.11. sub numero septimo,Grat.consi.17.colum.prima nume. 11.& colum.penult.numero 49.& latius cõsil.60. column.prima secunda numero octauo libro primo,dicens esse communem Soc. reg.38.in quinta fallentia; & alij allegati per Gabr.dicta conclus.prima limitat.quarta numero 30.& præter eos Bald.consi. 89. num. 9.libro primo,Corn.consi.144.colum.fi.sub numero 12.libro tertio,Soci.consilio 43.numero primo,libro quarto,late Crauett. consilio 24.numero octauo,& sequent. asserens esse veram,& communem, Marz. de fideicomm.quæstio. 59. dicens pariter esse communem, & Romæ, & Florentiæ iudicando sequutam a Rota,& Cacher. dec.pedemon. 112.numero 17. attestans de crebriori, Menoch.dicto consilio 87. numero 29. Odd.cõsilio 49.numero secundo,libro primo, Turzet.consilio 65.numer. secundo,consilio 77. in secundo dubio,numero 24.consil. 81. numer. quinto,ad fi.libro primo, & plures alij per ipsos allegati, quam opinionem in laudo diuisorio tenent punctualiter Cur.senior cõsilio 63.in quarto dubio,Beroius consi. 130. numero 39.& 40.libro secundo, Gozad.consil.98.numero 16.&seq. Celsus Hugo consilio 22.sub numero primo, Rimin.iunior consilio 748.numero 20. & sequent. libro septimo, Honded.consilio trigesimotertio,per totum libro primo, qui omnes eam ex pluribus firmat.

Quibus tamen non obstantibus contrariam opinionem veriorem esse existimaui,et secundum eam iudicandum esse retuli dicto D.Iudic.Mihi etenim uisum est, quod opinio affirmatiua,dato, quod sit magis communis,procedere non possit in præsenti casu, in quo dictæ Clausulæ non possunt aliquo modo operari remissionem fideicommissi, cum sint appositę in laudo lato per Arbitros quibus nulla per partes data fuir facultas nedum remittẽdi fideicommissum,sed nec laudandi super aliquo iure de futuro, vt patet ex compromisso, a quo omnis eorum potestas
4 dependet,vnde succedit clara Doctorum cõclusio, quod per huiusmodi laudum diuisorium quibuscumque clausulis munitum nõ intelligatur remissum ius, seu spes fideicommissi de futuro, vt in terminis terminantibus tenent Bal.consilio 84. numero primo libro primo consilio 191. numero tertio libro secundo; & in capitulo primo tit. Imperator Lothar.colum.secunda, Cuman.in l.qui Romæ,§.duo fratres,ff.de verbor. oblig. & consilio 41.in secundo dubio in princip.numero tertio,& in fine sub numero quarto,& latius in tertio dubio numero quinto, Rom.consilio 403.in primo dubio,& latius in secundo dubio, Alexand.consi.208.numero quinto libro sexto Soc.consi.251.nu. 18.& sequen.libro secundo,Ruin.consilio 130.numero 15. libro tertio,Dec.consi.86. sub numero quarto versiculo,& confirmatur hæc,Gozad.consilio 36.numero 13. Alba consilio 29.nume. 16.Ripa in l.qui Romę,§.duo fratres, numero 80.ff.de verbor.obliga. Angusol. consilio secundo numero 30.libro tertio. Rolan. consilio 34.numero 76.libro quarto, Crescen.decis.Rotę Romanæ 273.incipiente diuisio,in in titu.de fideicommiss. attestans de communi,pro vt refert Turrett.consilio 77.numero 27.libro primo, vbi, & ipse hãc partem sequitur, Odd.consilio 49.numero octauo, & 14. libro primo affirmans intrepide dici debere, quod hęc est verissima sententia,& communis,& quod melius est,quod non habet contradictorem, quem ipse reperire potuerit in libris,quos habet, licet verè non desint cõtra dictores,quos supra in indiuiduo retuli,quod Odd.numero nono, ea ratione confirmat, quia scilicet sententia nunquam continet, vel continere potest,nisi negocia præterita, futura autem minime, & maxime quando Arbitri in visis,quæ præcedunt laudum, nullam de testamento, & fideicommisso mentionem faciunt,vt in hoc casu, non enim est possibile, quod cogitauerint remittere inter illos fratres iura alicuius futuri fideicommissi,si illa ignorabant,& hoc luce ipsa clarius est se dicit Odd.ibi,& maxime vbi non probatur scientia ipsorum Arbitrorum de futuro iure fideicommissi, de qua in proposito nostro non apparet, vt dicit Oddus dicto consilio 49.numero 15. per tradita communiter in dicto §.duo fratres, & in puncto hoc voluit Roman.dicto consilio 403.in secundo, du-
5 bio, numero septimo, versiculo quarto, quia, quod procedere videretur etiam si in Compromisso appareret, partes voluisse compromittere,nedum lites, & differentias præsentes, sed etiam futuras, vt dictum esset expresse, quod compromittebant de litibus ortis, & quæ in futurum oriri possent, quod tamen in præsenti casu factum non fuit, vt in puncto probat pluribus rationibus Odd.d.consi.49.num.12.13.post Soc.

dicto consilio 251. numero decimooctauo, & Gozadin. dicto consilio 36. nume. 13. vltra quos idem tenuit Bald. dicto consi. 191. sub num. 3. lib. 2.

Et quando opinio affirmatiua locum habere posset etiam in laudo diuisorio, ea procederet quando per Arbitros specialiter, & ex intentione in instrumento laudi fuissent appositæ dictæ Clausulæ, puta si Arbitri dixissent, idem dicimus, & laudamus, quod dicti fratres possint in posterum de dictis bonis, vt supra diuisis facere quicquid ipsis, uel eorum hæredibus, & successoribus placuerit; secus autem quando ex stilo, & consuetudine Notariorum in Clausulis generalibus, & accessorijs, & executiuis tanquam consuetæ appositæ repetiuntur, ut in præsenti casu, ita post plures quos adducit, tenet Odd. d. consi. 49. numer. 17. 18. quod etiam videtur esse de mente Decij consi. 495. sub num. 18. versic. & quia istæ Clausulæ, quod Odd. numer. 21. vult procedere etiam, si dictum esset sine cõtradictione aliorum fratrum, vel suorũ hæredum, & successorum ex eisdem rationibus, et per authoritates, quas allegat, vt propterea non noceant, verba illa laudi, sine aliqua contradictione, vel exceptione, quæ sunt minus prægnantia, & fortia. Dec. consi. 86. nume. 2. versic. sed tamen, & consi. 495. nume. 17. 18. Roland. consi. 34. num. 75. libro quarto, quæ Conclusio de plano videtur admittenda, ex quo illæmet Clausulæ ad litteram reperiuntur appositæ in laudo prædicto in capite portionis primæ assignatæ Iacobo, cui obuenerunt bona libera, & nullo fideicommissi onere grauata, quæ ideo, cum nihil quo ad eum operentur, facile demonstrant, quod non ex mente Arbitrorum, sed ex stilo Notariorum appositæ fuerunt, præsertim cum in formulario Florentino in similibus diuisionibus ad verbum descriptæ inueniantur, quod apud me multum vrget, cum alioquin in omni casu renunciatum intelligeretur quibuscumq; fideicommissis de futuro per diuisiones grauatorum, in quib. dictæ Clausulæ iuxta normam formularii solent apponi.

6

Nec obstat, si dicatur, quod licet in Compromisso non adsit facultas data Arbitris, quæ posset comprehendere hunc casum, tamen quod per eos factum est, retractari non potest, cum laudum fuerit acceptatum, & ratificatum per dictos fratres, quo casu si non valeret laudum, tamen substinetur in uim pacti, & obseruandum est l. 2. C. commun. vtriusque iudic. cum ibi notatis.

7

Quoniam respondetur, quod dicta ratificatio operatur tantum circa ea, quæ in compromisso continebantur, & nõ circa alia, vnde cũ in compromisso non ageretur de hoc, ratificatio ad illud referri non potest, ita in individuo respondent Soc. dicto consi. 251. numero 21. Alba dicto consi. 29 num. 16. Turrett. dicto consi. 77. num. 34. & Odd. d. consi. 49. nume. decimo. Dicitur etiam quod illud potest esse uerum, quando ratificans habuisset notitiam illius nullitatis, & ea non obstante expresse laudum approbasset, Gabr. tit. de sent. conclus. secunda in 7. limitat. nume. 34. per tex. in l. post diuisionem, C. de iur. & fact. ignorant. & in puncto tradit Turrett. d. consil. 77. numero trigesimoquinto post plures, quos allegat.

8

Et adductis per Gabr. & Turret. addo ego Cinum in dicta leg. secunda, circa fin. uersicul. non obstat hæc lex, Anchar. in capitu. significasti num. 13. extr. de foro competenti, Fulgos. consi. 180. colum. 2. ante numerum primum post uersic. cum itaque. Afflict. decis. 117. numero tertio, Ruin. consi. 62. num. 27. & 28. & consi. 135. sub numero secundo & tertio libro quinto Flor. consil. 17. nu. 16. & seq. versi præterea ista confirmatio, Abb. consi. 18. sub nu. 7. libro secundo, & Pomat. in addition. ad Bart. in d. l. secunda, vnde non data scientia talis inualiditatis, nihil noceret ratificatio, l. Mater decedens, de inoffi. testam. l. nec ignorans, C. de donat. cum simil. Corn. consilio 165. num. 45. libro secundo, & Turret. loco citato.

9

10 Postremo dicitur, quod & si omnia prædicta cessarent, & fideicommisso renũciatum diceretur, non tamen dicta renunciatio noceret filijs, & descendentibus, & per consequens agenti, sed solum ipsis renunciantibus præiudicasse diceretur, cum in renunciatione dictum non sit pro se, & filijs, & descendẽtibus, sine quibus uerbis renunciatio dicitur esse personalis, & non extenditur ad ius fideicommissi de futuro in præiudicium filiorũ, & descendentium ad illud vocatorum, ut in terminis istis dicunt Barto. consi. 72. sub nu. 6. in fin. & nume. septimo, libro primo, quem sequitur Ias. in d. §. duo fratres, num. 73. uers. limita, ubi etiam Ripa num. 101. Bald. consi. 89. numero decimo libro primo, Ruin. consi. 138. numero decimo, libro secundo, Grat. cõsilio 22. numero 22. libro primo, Alba consi. 74. numero primo, & sequent. Alciat. consil. 141. numero quinto libro quinto, consilio 102. numero decimo, in fin. libro 9. Cellus. Vgo consil. 120. num. 95. Cephal. consi. 371. numero 32. & sequent. libro tertio, Natta cõsilio 270. num. 12. Angussol. dicto consilio secundo numero & sequen. libro tertio, & consilio 18. ferè in toto libro septimo, Turrett. dicto consilio 77. numero 32. & consilio 81. numero nonodecimo, libro 1. Odd. d. consi. 49. numero 20. & optime sensit Bal. in l. qui

se

se Patris, num. 32. versiculo, aut renunciat, & promittit, C. vnde liberi, quem sequitur Castr. in l. item Iulianus, §. si quis numero quarto ff. de legat. primo, quod procedit etiam si 11 dicti filij, & descendentes essent hæredes renunciantium, cum ad ius hoc veniant ex propria eorum persona, & non ex iure eius, cuius sunt hæredes, & volunt Bart. Iaf. Ruin. Alba, & Anguiss. supra citati, & si enim renuncians promittens de facto suo tantum, obliget & hæredem suum, tamen quando de functus, & hæres, seu Pater, & filius habent singuli ius separatum ad rem, quia quilibet eorum ex propria persona vocatur ad eam, si Pater renunciat pro se, filius admittitur ex propria persona, etiam quod sit hæres Patris, 12 quia Pater censetur renunciasse iuri suo tantum, & non iuri filiorum, adeo quod filius non censetur uenire contra factum, vel contra volũtatem Patris, quem repræsentat, pro ut veniret quando ius in persona Patris, seu defuncti tantum consisteret, quia non posset hæres contrauenire, cum non habeat ius ex propria persona, & quando quis se obligat, licet censeatur etiam obligare hæredem suum, intelligitur tamen obligare eum ad id tantum, ad quod ipse promisit, & non aliud, quia ex persona hæredis non augetur, uel minuitur obligatio, vt eleganter declarat Alba dicto consilio 74. numero tertio, quarto, qui nimo, & quando expresse diuidentes obligassent etiam hæredes, & successores, hoc tamẽ non noceret, quin ijdem possent admitti ad 14 fideicommissum ex persona propria. Odd. d. consi. 49. numero 22. versiculo, & quod magis est, præsertim quando in clausulis accessorijs, & nõ principaliter, & in capitulo dispositiuo quis obligasset hæredes, & successores suos, ut per Albam dicto consilio 74. sub numero quarto, versic. & hoc procedat. Anno 1593. Florentiæ.

EPITOME.

De probatione iuris patronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, vel multiplicatis præsentationibus, aut consensu ad illas, vel aliter, & quomodo ad hæredes transeat, & quid præstandum sit ad illud prætendentem, & de plurib. alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Titulus iurispatronatus debet esse ex fundatione, uel dotatione, & probandus est per authenticũ documentum, vel ex multiplicatis præsentationib. per cursum antiquissimi temporis excedentem hominum memoriam. & nu 4.*

2 *Paria sunt non constare de iurepatronatus, uel minus sufficienter constare.*

3 *Assertioni Papæ an standum sit circa assertionem factam in Bulla, quod beneficium sit iurispatronatus laicorum saltem præsumptiue ad effectũ transferendi onus probandi contrarium in Aduersariũ remissiuè.*

4 *Beneficium, quod collatum fuerit a Papa tanquam iuris patronatus laicorum, non sufficit ad probationem patronatus, nisi appareat, quod sit ex fundatione, uel dotatione, aut aliter secundum formam Sacri Concilij Tridentini, & supra num. primo.*

5 *Error Authoris non probatus allegari non potest contra confessionem in instrumento factam.*

6 *Præsentatio etiam admissa ab ordinario non suffragatur præsentato, quando præsentans in præsentatione enuntiauit, rem aliter se habere, quam se haberet.*

7 *Consensus præstitus per Patronos an æquiparetur præsentationi, & ex eo acquiratur quasi possessio præsentandi.*

8 *Qui ex iure in ipsum ab altero translato vult admitti ad præsentandum tanquam Patronus, ostendere debet se esse talem, in quem illud ius transferri potuit, & quod demum trãslatum fuit, ut quia ab eo descendat, & eius hæres sit, cui ius pro se, & & descendentibus, & hæredibus competebat.*

9 *Viuere quis præsumitur usque ad Centum annos.*

Iuspatronatus hæreditarium prætendens, tenetur probare, se esse hæredem. ibidem.

10 *Inter plures compatronos electus ab uno tantum, an possit obtinere, quasi quod alijs non eligentibus, cuilibet insolidũ uideatur competere, veluti ius indiuisibile.*

11 *Voluntas testatoris in iure patronatus ad unguem seruanda circa vota patronorum concurrere debẽtium ad præsentationes faciendas.*

12 *Iuspatronatus non probatur ex unico præsentandi actu, sed requiruntur plures præsentationes continuatæ, & per tempus, quod memoriam hominũ excedat.*

13 *Notula beneficiorum ecclesiasticorum retenta in Archiuio, aut alio loco publico, an probet beneficium esse iurispatronatus, uel liberæ collationis, & sit esse eiusdem qualitatis, de qua in notula legitur.*

CON-

CONSILIVM LXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis in tertia instantia verten te coram Reuerendo D. Priore ecclesiæ collegiatæ Santi Laurētij de Florentia iudice delegato, & Commissario Apostolico inter Reuerend. D. Ludouicum de Natis appellantem ex vna parte, & Reuerend. D. Vincentium de Villanis appel latum ex altera.

Retuli partes dicti D. Prioris esse in pronū tiando ad fauorem dicti D. Ludouici de Natis contra dictum D. Vincentium de Villanis,reuocando sententiam sęcundi iudicis, et approbando diffinitionem a iudice primæ in stantiæ factam.

1 Quoniam cum habeamus expressam dispositionem Concilij Trident.capitul. 9. sess. 25. de Reformatione, quod titulus iurispatronatus debeat esse ex fundatione, vel dotatione, & probandus sit ex Authentico documē to, vel ex multiplicatis pręsentationibus per antiquissimum temporis cursum, excedentē hominum memoriam, vel alijs modis a iure statutis, alias beneficia tanquam libera ab or dinariis cōferantur, & prouisiones huiusmodi plenum consequantur effectū: & pro parte D. Vincentij, præsentati legitime, non doceatur de iurepatronatus illum præsentantiū sequitur, vt D. Ludouicus ab ordinario prouisus, sit admittendus ad Cappellaniam Santi Ioannis Baptistæ decollati sitam in Plebe Sanctæ Mariæ de Filettulo, de qua contendi-

2 tur. Quod autem sufficienter non constet de iurepatronatus in dicta capellania, patet, quia præsentatio facta de dicto D. Vincentio non potest sustineri respectu D. Dominicæ vxoris quondam Bartholomæi de Foresijs tanquam hæredis olim Benedictæ eius, & dicti quondam Bartholomæi filiæ, vt fatentur am bo iudices, qui primo iudicarunt.

Nec in hoc aliqua cadit probabilis dubitatio.

Respectu autem personæ D. Gentilis præ sentantis vti Neptis, & hæredis in solidum quondam Presbyteri Alexij olim Thomę de Saluatis, visum est mihi pariter sustineri nō posse præsentationem de dicto D. Vincentio factam, quia non probatur legitime, quod dicta Capellania sit de iurepatronatus laicorū ex assertione facta in Bullis, seu prouisioni bus per summos Pōtifices de ea factis de Anno 1515. & 1534. & 1544. ad fauorem respectiue Dominorū Nicolai, Simonis, & Francisci, omnium de Tanis, cum nunc principaliter de hoc agatur, siue agamus de proprietate, siue de quasi possessione ipsius iurispatronatus, vt in indiuiduo tradit Dec. consi. 149. in secundo dubio, sub numero quarto, ad finem, uersiculo secundo in prædictis uerbis,

3 Et licet alta sit, & profunda quęstio, an Assertioni Papæ in hoc stari debeat, saltē præsumptiue ad effectum transferendi onus probandi contrarium in Aduersarium, & multi teneant opinionem affirmatiuam, alij autem negatiuam, & non desint qui vnam, & alterā communem, & magis communem attestētur, ut pater ex congestis per Gabr. tit. de probat. conclus. secunda in secundo casu, numero 49. & 50.

Nihilominus in proposito nostro non opus est de hoc discutere, quia ex Bulla Pontificis, in qua Papa conferendo beneficiū narrat illud esse de iurepatronatus laicorum, & illi pro illa vice derogat, non potest inferri ad

4 probationem, quod tale beneficium sit iuris patronatus ex fundatione, vel dotatione, prout requiritur ex Concilio Tridētino, quia est simplex narratiua, & de facto alieno, nec dicit, quod esset de iure patronatus ex fundatione, uel dotatione, & potius præsumitur non esse, quia Papa non solet in totum derogare tali Patronatui, ita formaliter tradit Rota Romana decis. 169. in fin. numero quinto libro secundo, in tertia, parte in nouissimis di uersorum.

Et quando etiam ex dictis Bullis probaretur de iure patronatus dictæ Capellaniæ, nō tamen hoc suffragaretur præsentato, quia in prima, & vltima non exprimitur, unde & a quo deriuet huiusmodi Patronatus, & penes quos resideat: simpliciter enim dicunt, quod est de iure patronatus laicorum, & illi pro illa vice tantū derogant, & media Anni 1534. dicit, quod est de iurepatronatus laicorum, & quod accessit consensus Patronorum mediante persona Domini Laurentij de Luchinis Procuratoris legitime constituti, & a ter go notatum reperitur, quod Presbyter Alexius olim Thomasi Alexij Pratensis & Bettus olim Bartoli Foresij de Filettulo vti Patroni dictæ Capellaniæ, dictæ prouisioni, & litterarum expeditioni consentiunt in forma probati, & dicti Presbyter Alexius, & Pettus tanquam Patroni dictæ Capellaniæ, quilibet pro medietate ex fundatione, & dotatione facta per Bartolum de Foresijs de Filettulo per testamentum manu publici Notarij confectum,

ctum, constituunt Procuratorem dictum D. Laurentium de Luschinis ad cõsentiendum prouisioni ad fauorem dicti D. Simonis de Tanis faciendæ, vnde cum nunc dicta D. Gẽtilis vti Neptis, & hæres dicti Presbyteri Alexij velit suam præsentationem comprobare ex fundatione, & dotatione, proueniente non a dicto Bartolo Foresij, sed a Petro Scherma no, & sic a diuerso capite, & fonte, non potest eidem prodesse dictus consensus Presbyteri Alexij, qui ius illud meritus fuit a Bartolo Foresij, & non a Petro Schermano, ex cuius persona in præsenti iudicio ius omne deriuare intendit dicta D. Gentilis l. Papinianus exuli, 5 ff. de minoribus. Nec Authoris error nõ probatus allegari potest contra confessionem in instrumento factam, Doctor. in l. error, C. de iur. & fact. ignorant. & optime seruit Rota Roman. decis. 792. sub numero quinto, versiculo, prima fuit in prima parte in nouissimis 6 diuersorum, vbi quod non suffragatur præsentatio etiam admissa ab ordinario, quando præsentans in præsentatione enunciauit rem aliter, quam se haberet, vel circa personas succedentes in iure Patronatus, vel circa dispositionem, & ordinationem testatoris.

Et quando etiam esset admittendũ, quod dicti Presbyter Alexius, & Bettus errauerint in dictis constitutionibus Procuratoris, & ex presserint nomen Bartoli, volentes exprimere nomen dicti Schermani, qui Altare, seu Cappellaniam fundasse, & dotasse dicitur, & scriptura illa informis testamenti dicti Petri Schermani concurrentibus adminiculis diceretur fidem facere, tamen adhuc non videretur sufficienter constare de iure dictæ D. Gẽtilis ex persona dicti Presbyteri Alexij pro 7 quasi possessione præsentandi sumpta ex dicto consensu præstito Pontificis prouisioni ex notat. in terminis per Dec. consil. 149. sub numero quarto uersiculo, preterea dato, quẽ sequitur Lambert. de iur. patronat. libro secundo, parte prima quæstio. tertia articul. 10. numero tertio; Et quando hoc non obstaret ex dictis per Crescent. decis. 11. tit. de iur. patronat. vbi post plures per eum adductos reprobando Dec. vult consensum Patronorum haberi pro præsentatione, & ex eo acquiri quasi possessionem præsentandi, nisi alius appareat possessor, adhuc videretur eadẽ 8 D. Gentilis exclusa ex alijs. Primo quia cum inter Patronos nominatus reperiatur Antonius olim Alexij, & prætendatur ex dicto testamento ius hoc patronatus hæreditarium esse, necessario ad obtinendum erat probandum, quod a dicto Antonio nominato in dicta scriptura Testamenti descenderit dictus Presbyter de Saluatis, & quod esset proauus paternus ipsius Presbyteri Alexij, ostendendo gradatim successiuam descendẽtiam, & aditionem hæreditatis, adeo quod clarè appareret dictum ius transiuisse in dictum Presbyterum Alexium vti descendentem, & hæredem ex notat. per Anchar. consil. 81. & per Dec. consi. 149. vtrumque post principium.

Secundo quia, & si cõstaret, quod dictum ius resedisset in personam Presbyteri Alexij, non posset obtinere D. Gentilis tanquam illius hæres, & Neptis ex Tita sorore, quoniã constat ex proprijs testibus præsentati nempe ex secũdo, quod dictus Presbyter Alexius habuit fratrem nomine Hieronymum, & aliam sororem Dominicam nuncupatam, & ex tertio, quod idem Presbyter Alexius habuit duas sorores, vnam Matrem D. Gentilis, & alteram quæ Romæ commorabatur, & post obitum dicti Presbyteri Alexij accessit Pratum, & postea redijt Romã, & quod 9 vt credit, habuit alios fratres dictus Presbyter Alexius, adeo quod si extant fratres dicti Presbyteri Alexij, de quorum morte nõ cõstat, & adhuc viuere præsumuntur nondũ lapsis Centũ Annis, iuxta l. fi. cum ibi notat. C. de sacrosanct. eccles. ad D. Gentilem non spectat hæreditas Presbyteri Alexij ex statutaria dispositione, & per consequens nec dictum ius patronatus hæreditarium, vnde D. Gentilis non exclusis prius vocatis non potuit ad dictam hæreditatem admitti, l. quam diu la prima, & l. quam diu 68. la tertia, ff. de acquir. hæredit. & quando etiam dicti fratres essent, vel præsumerentur mortui, cum alia soror dicto Presbytero super vixerit, hæreditas non insolidum spectaret ad D. Gentilem, 10 sed tantum pro medietate, nec iure patronatus vti posset insolidum aliis Compatronis non eligentibus, quasi quod cuilibet ex hæredibus insolidum competat, capitu. primo, de iur. patronat. & ibi Docto. & præcipue Abb. numero septimo, attestans de communi, eo quia est ius indiuisibile, etiam quando sunt hęredes pro inęquabilibus partibus, quia fun 11 dator aliter prouidet, volens, quod tres debeant concurrere ad electionem, & vno deficiente alius eligatur, cuius voluntas obseruãda est, vt in his terminis est tex. in capit. fin. §. fin. in fine de testamen. in sexto, quo fit, ut ex persona dicti Presbyteri Alexij pręsentatio per D. Gentilem facta de Domino Vincẽtio minime iustificari videatur; & tanto magis cum ius hoc patronatus videatur potius spectare ad Foresios tãtum, si credimus eisdem Testibus pro ipso pręsentato examinatis, & in specie primo dicẽti, quod Capellania erat illorum de Foresijs, & ad eos spectabat iuspatronatus, & quinto asserenti expresse quod Patronatus erat illorum de Foresijs tantum.

Postre-

Postremo quia in omnem euentum, in quem cōsensus per Presbyterum Alexium præstitus induceret quasi possessionem iuris præsentandi, & tale ius translatum esset in 12 D. Gentilem, cum tamen vnius tantum præsentationis actus interuenerit, is ad sufficientem patronatus probationem non sufficeret, quia quando probatio hęc ex pręsentationibus efficitur, non vnica tantum pręsentatio satis est, sed plures requiruntur, & continuatę per antiquissimum temporis cursum, qui hominū memoriam excedat ex clara dispositione, dicti Consilij Tridentini de Reformatione, sessione 25. capit. 9. & hoc videtur solidissimum fundamentum ad impediendā victoriam pręsentati, qui nihil vrgens deducit ad probandum Patronatum pręter dictū consensum pręstitum prouisioni Pontificię per dictum Presbyterum Alexium, & per alium tāquam Patronos. Esto enim, quod ex tali actu inferri possit ad quasi possessionem iuris pręsentandi, cum tamē non adsint multiplicatę pręsentationes, vt requirit Conciliū Tridentinum, imperfecta redditur probatio, & minime sufficiens, in quo vlterius elaborandum non videtur, cum habeamus casum legis l. Ancillę cū gl. C. de furt. Et his accedit, quod in notula beneficiorū Ecclesiasticorū 13 Diocesis Florētinæ repēta in officio Magnificorū DD. Capitaneorū Partis apparet descripta dicta Cappellania inter beneficia libera, nō aūt inter ea, quæ sunt iurispatronatus, quę pariter notata sunt in dicto officio, quod nō parum videtur facere contra præsentatum ad probandum, quod sit liberę collationis, & non iurispatronatus iuxta notar. per Bart. in l. Titię testatores numero secundo, ff. de leg. primo, & in l. fin. numero primo, & secundo, C. de reb. credit. Anno 1594. Florent.

EPITOME.

De emphyteota non soluente Canonem intra tempus conuentum, & qualiter facto deposito valeat euitare caducitatem, & quid si Depositum fiat pro parte tantum, et non pro toto debito.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in inuestitura appositum, quod Emphyteotis priuatorum in solutione Canonis cessantib. per Biennium etiam interpollatum, cadant ab eorum iuribus, valet.*

Etiam quod alias caducitati non esset locus, nisi cessatio esset per biennium integrum. ibidem.

2 *Tempus, per quod emphyteota non soluens Canonē cadat a iure suo, oportet quod sit continuum, & non interpollatum.*

3 *Depositum Canonis habetur pro solutione, nedum quo ad euitandam caducitatem, sed etiam quo ad parandam liberationem, interrumpitque præscriptionem inchoatam per non solutionem primi Anni.*

4 *Depositum Canonis debet esse factum de toto debito, et non sufficit, si pro parte tantum fiat, alioquin etiam in parte deposita Vsuræ currant totius debiti, & in Canone sat est deficere nummum, ut caducitati locus sit. & infra num. 7.*

5 *Emphyteota, qui pro primo anno nō soluit, & vult soluere pro secundo, ne incurrat caducitatem ob biennium elapsum iuxta pactum in inuestitura appositum, id facere potest.*

6 *Depositum Canonis si non sit factum pro tota summa ex diuersis, & separatis debitis, tamen valet quo ad illud debitum, ad quod quantitas deposita ascendit.*

Canon singulo anno debitus dicitur debitum separatum unius anni ab altero, & tot sunt debita separata, quot anni sunt, secus si pro pluribus annis semel in una vice tantum Canon est soluendus. ibidem.

7 *Canonis oblatio, & depositum ad tollendam caducitatem debet fieri singulis annis, uel singulo biennio, uel triennio pro toto ipso biennio uel triennio.*

8 *Modicum non est habendum in consideratione, & est excusabile, si Emphyteota inaduertenter, uel propter impossibilitatem omisit soluere, uel deponere aliquid modicum deficiens integræ summæ debitæ.*

9 *Reseruatio iuris modici dicitur esse præiudicij, quia si quod est, reseruat, si nullum adest ius, nihil operatur.*

CONSILIVM LXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Super processu fabricato inter Magnificum D. Cosmum de Pittis Curatorem substitutū hæreditatis iacētis quōdā Magnifici D. Philippi de Antinoribus appellantem ex una parte, & D. Amadeum de Pampalonibus, nominibus quibus in actis appellatum ex altera, occasione requisitionis factæ per D. Camillum de Pittis Curatorem principalem dictæ hæreditatis iacentis contra dictum D. Amadeum de infra octo dies di-

dimittendo, & relaxando damna in dictis bonis illata, & petitionis exinde factæ per dictum Amadeum, quod dicta requisitio ipsum non afficeret, Iuri, & æquitati consonam esse existimaui sententiam D. Iudicis Quarteriorum Sancti Ioannis, & sanctę Mariæ Nouellæ Ciuitatis Florentiæ, qui pronuntiauit ad fauorem dicti D. Amadei Actoris, & ita iudicatum esse retuli Excellentissimo D. Iudici primarum appellationum dictæ Ciuitatis, quoniam cum dicta requisitio facta esset ex causa debiti Canonis non soluti, & ex calculis, & computis per partes, & earum procuratores coram me factis difficultas restricta fuerit ad annos 1591. & 1592. Visum est mihi, quod pro dictis duobus annis dicti de Pampalonibus non ceciderint ab eorum Iuribus, ob non factas Canonis solutiones. Et si enim valuerit pactũ in Instrumento concessionis in Emphyteosim factum, quod Emphyteotis in solutione Canonis cessantibus per biennium etiam interpollatum caderent ab eorum Iuribus iuxta l. secundam in princ. C. de Iur. Emphyteot. cum ibi notat. & tradit. Socin. cõs. 118. in princip. lib. 4. & ipso Canone per dictum tempus non soluto, Emphyteota non soluens cadat ab omni Iure suo, dict. leg. 2. post princ. Authen. qui rem C. de sacrosanct. Eccles. cap. potuit extra de locat. etiã quod alias tanquam Emphyteotæ priuatorum non caderent, nisi cessatio esset per triennium integrum d. l. 2. post princ. C. de Iur. Emphyteot. Clar. in §. Emphyteosis, quæst. 8. in princ. Corbol. de causa priuationis ob non solutum Canonem, etiam in princ. & alij per eos allegati, & debeat esse continuũ & non interpollatum, quia aliàs interrupta esset præscriptio per solutionem medij temporis, Salic in d. l. 2. num. 1. & 6. Soc. dict. cons. 118. num. 6. & plur. seq. maximè nu. 9. lib. 4. Corbol. alios adducens in loco supracitato in 3. quæst. num. 1. & seq. tamen cum pro dictis duobus annis fuerit per dictos de Pampalonibus facta oblatio, & depositio Canonis debiti, & quidem integraliter pro anno 1592. licet fortè secus pro anno 1591. nulla uidetur commissa caducitas, quia depositum habetur loco solutionis, nedum quo ad euitandam caducitatem, sed etiam quo ad parandam plenariam liberationem, Salic. in dict. l. 2. in final. verbis, sub num. 37. & Iaf. sub num. 182. post gloss. ibi in verbo, & secundum legem, Soc. d. cons. 118. in fin. num. 10. lib. 4. Clar. d. quæst. 8. num. 10. vers. pone, quod Emphyteota, & Corb. vbi supra limitat. 37. num. 1. & seq. & interrũpit præscriptionem inchoatam per non solutionem primi anni, per ea, quæ dixit Corb. in dict. quæst. 3. post alios supra citatos.

Nec obstat si dicatur, quod depositum debet esse integrum & de toto debito, & de parte tantum non prodest. l. obsignatione C. de solut. & ibi gloss. & scribentes Bald. in l. acceptam C. de vsur. in 6. oppositione num. 19. & 20. etiam in ipsa parte deposita, propter quam non desinunt currere usuræ totius debiti l. tutor 41. §. Lucius Titius, ff. de usur. & in puncto habetur per Corb. d. limitatione 37. sub num. 10. post vers. item non excusaretur, vbi tenet, quod si fieret depositum Canonis in minori summa, quã deberetur, non defenderet Emphyteotam à caducitate, etiam si vnus tantum nummus deesset per decis. Caputaquens. 182. in prima parte, quia respondetur quod pro anno 1592. depositum est integrum, & de tota summa, & satis est ad effugiendam caducitatem secũdum pactionem initam, quod Emphyteota non remanserit debitor de Canone integro duorum annorum nec est inconueniens, quod debitor omisso primo anno velit pro secundo soluere, vt pœnã caducitatis euitet, vt patet ex allegatis per Corbolum in dict. q. 3. & ante eum per Bald. in d. Auth. qui rem, nu. 2. vers. sed pone, & per Soc. d. cons. 118. num. 4. 6. & seq. & maximè cum in pactione etiam de solutionibus interpollatis fuerit actum: nec in cõtrarium adducta repugnant, quia procedunt, quando vnicum tantum esset debitum, & ita loquitur Caputaquen. non autem procedunt, quando sunt plura debita, vt in casu nostro, cum vnoquoque anno separatim debeatur Canon, & non singulis duobus annis simul quod & si dubitabile sit per dicta in terminis per Corbol. eadem limitat. 37. num. 12. vers. item sciendum, post Ruin. cons. 167. num. 11. lib. 1. eo tamen libentius admittendum est, quia quod deest in deposito Canonis anni 1591. est quid modicum, & non propter contumaciam, uel contemptũ omissum, quo casu excusatur Emphyteota à caducitate Clar. d. quæst. 8. sub num. 4. vers. hoc autem de plano in fin. & indubitanter, quia non dolo, sed errore simplex, & pauper rusticus omisit totum deponere, credens pro eo, quod deerat, prius satis fecisse, de quo nec desunt in processu argumenta licet ad probationem perfectam non sufficientia, ex quo caducitas euitatur, secũdum Iaf. in d. l. 2. quæst. 16. sub num. 55. vers. limita tamen, quem sequitur Corbol. vbi supra in 5. ampliat. num. 27. versic. declaratur tertio, vbi alios ad idem allegat, quibus addo Caputaquens. decis. 180. num. 4. lib. 1. & eo magis cum per sententiam D. Iudi-

cis

eis à quo, Ius hoc caducitatis nō sit penitus sublatum: sed solummodo reiectum per modum exequutiuum, quo Curator hæreditatis iacentis utebatur, illud eidem experiendum reseruando via iuris ordinaria, adeo quod de modico agitur preiudicio dicti Curatoris, qui Iudicio ordinario Ius suum, si quod habet, poterit experiri iuxta notata per pract. Papiens. in form. sententiæ diffinitiuę in gloss. absoluimus ab expensis, num. 2. & 3. per Soc. consil. 91. num. 5. & seq. lib. 4. per Crau. consil. 15. num. 2. cum sequ. consil. 29. num. 8. consil. 33. num. 17. & seq. consil. 70. num. 6. & consil. 144. num. 5.

Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

De Emptore, qui de facto, & non via Iuris fuit spoliatus, vel via Iuris ob eius contumaciam expulsus, quod non possit agere de euictione contra Venditorem, aut eius hæredem, & quantum noceat contumacia.

SVMMARVM.

1. *Emptor spoliatus de facto, & non via Iuris, non potest aduersus venditorem, aut eius hæredem agere de euictione, sed alijs remedijs indemnitati suæ prospicere potest.*
2. *Expulsus à Iudice culpa sua, & ob contumaciam non potest de euictione agere, quamuis molestiam notificauerit.*
3. *Contumax non potest agere de euictione, quia magis videtur uictus ob contumaciam suam, quam quod malam causam haberet, num. 7.*
4. *Emptor agere potest de Euictione contra venditorem, quando litem defendit, & liti assistit, licet tempore sententiæ absens fuerit, intellige vt ibidem.*
5. *Emptor molestatus in Iudicio, & ita uictus propter eius contumaciam, ut appellatio non sit admittenda, contra uenditorem de euictione agere non potest.*
6. *Negligentia hæredis uenditoris in non defendendo Emptorem à lite, non tollit culpam Emptoris in se pariter non defendendo, & non operatur, quod Emptor negligens, & contumax agere possit aduersus eum de Euictione.*
7. *Emptor, qui ob eius contumaciam rem perdidit, etiam quod comparendo illam defendere nequiuisset, tamen quia comparere tenebatur, non agit de Euictione.*
8. *Contrarium tamen uerius est, quia si in causa non esset defensibilis, & Emptor iniustam fouebat causam, habet regressum de euictione.*

CONSILIVM LXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

CVm alias Presbyter Iulianus Raspantis vendidisset quandam petiā terræ Antonio Sebastiani Ferriani emēti pro se, & fratribus & Venditore mortuo à Presbytero Dino de Galeottis accepta fuisset possessio dictæ petiæ terræ de facto, & per dictum Antonium ageretur pro euictione contra Sanctem fratrem dicti Presbyteri Iuliani vti eius hæredem, consultus à Domino Vicario Florentiolæ de modo in dicta causa sententiandi. Retuli eius partes esse in absoluēdo dictum Sanctem à petitis per dictum Antonium, 1 reseruando eidem Ius alias melius agendi, ex quo non via Iuris, sed facti Emptor fuerat spoliatus possessione rei, & non poterat agere de euictione, prout fecerat, sed aliter prouidere debebat eius indemnitati, & consulere peritiores de modo tenendo, ut regressus posset habere contra venditoris hæredē, vt patet ex allegatis in meo Cōsilio LVIII. ad quæ me remitto nunc.

Iacobus Ferriani frater dicti Antonij, suo, & nomine dicti Antonij, & aliorum fratrū denuo egit de euictione contra filios Sebastiani, & Sanctis fratrum dicti Presbyteri Iuliani uenditoris tāquam mediatos hæredes eiusdem Presbyteri Iuliani, producēdo acta in Curia Archiepiscopali Florētina post sententiam per dictum D. Vicarium latam secundum dictum meum Consilium decisiuum, in quibus constat dictum Presbyterum Dinum obtinuisse contra dictum Iacobum, & fratres preceptum de dimittendo dictam petiam Terræ, & illud pluties citatis dictis fratribus; & illis non comparentibus, & accusata eorum contumacia, confirmari fecisse, & tandem notificata dictæ confirmationis sententia, & dictis fratribus adhuc nō comparentibus, & eorumdem contumacia accusata petijsse, & obtinuisse immissionē in tenutam, & possessionē dictæ petiæ Terræ, & mandatum expulsiuum contra dictos fratres, qui nihil penitus vnquam dixerunt, nec opposuerunt petitis per dictum Presbyrum Dinum, sed semel tantum comparuerunt, intimando, & notificando dictum præceptum eis factum dictis hæredibus dicti Presbyteri Iuliani, & Ioānis Baptistę de Tir-

li

lifideiussoris, quibus ita stantibus iterum requisitus à dicto D. Vicario, ut dicerem, quæ sint eius partes in hoc nouo Iudicio pronunciandi, Retuli dictos filios Sebastiani, & Sanctis Reos conuentos esse ab-2 soluendos à petitis per dictum Iacobum dicto nomine, quoniam cum dictus Iacobus, & fratres emptores molestati per Presbyterum Dinum in Curia Archiepiscopali non se opposuerint eius petitioni, causam non instruxerint, & eius defensionem non absumpserint, nec unquam comparuerint, sed semper Contumaces fuerint, & in eorum contumacia processum fuerit ad confirmationem præcepti, & ad immissionem in tenutam, & possessionem, absque eo, quod aliter de Iure dicti Presbyteri Dini constaret, non possunt agere de Euictione, etiam quod dictam molestiam denunciauerint, vt sunt text. clari in leg. si ideo in princip. ff. de euiction. in leg. emptor fundi, versic. sed & si Iudicio, C. eod. titul. in leg. 1. in fin. C. de peric. & comod. rei venditæ, & in capitul. final. extra de emptio. &
3 vendition. magis enim propter contumaciam victi videntur, quam quod malam causam haberent, vt dicit text. in d. leg. si ideo, & notat glos. in dict. leg. emptor, & in d. cap. fin. & ita hanc quæstionem decidunt in terminis nostris Bartol. in leg. si superatus post princip. versicul. istud autem, ff. de pignor. Bald. in dict. leg. si ideo, in lectura antiqua in primo, & in secundo intellectu, Corn. consilio 325. columna secunda sub numero primo, versiculo ad propositum applicando libro primo, Dec. consilio 74. sub numero primo, versiculo secundo principaliter facit, Capic. decis. 106. numero quarto, versiculo contra Diomedem, Couar. libro tertio, variarum resolut. capitulo decimoseptimo, in nona illatione, Ca-4 ballin. in tract. de euictio. §. quinto, numero quinto versiculo secundus est, & alij per eos allegati, & ita intelligenda sunt Iura supra adducta, quæ volunt emptorem, qui fuit Contumax tempore latæ sententiæ, non agere de euictione, etiam si litem denunciauerit, non autem simpliciter, & absolutè, quando emptor causæ astitit, eam discussit, & defendit, & tempore tantum sententiæ absens, & contumax fuit, quia tunc actionem euictionis habet, ex quo etiam si præsens fuisset, eius præsentia nihil profuisset, vt optimè declarat Bartol. in dict. leg. si superatus, d. uersic. istud autem, quem sequuntur Felin. in capitulo cum Bertoldus numero vigesimotertio, versiculo limita tertio extr. de sentent. & re iudic. Couar. in d. nona illatione post princip. & Caballin. sub dicto numero quinto, versiculo intellige sano modo, & ita etiam sentit Bald. in d. leg. si ideo, in lectura antiqua in tertio intellectu, vbi etiam glos. idem apertè tenuit in glossa prima, post princip. & voluntalij
5 adducti per Couar. & Caballin. in locis citatis, nisi emptor victus ita fuisset verus Contumax, vt propter eius contumaciam appellatio admittenda non esset secundum terminos Clement. vnicæ de dol. & contumac. cum ibi notat. per glos. & Doctor. vt dicit Felin. in dicto capitulo cum Bertoldus sub dicto nume. vigesimotertio ad finem, & latius sub numero vigesimoquarto, in quarta limitatio. in fin. versiculo restringitur subtiliter, quem sequitur Couar. in loco supracitato, & ante eos voluit Bald. in d. leg. si ideo in lectura antiqua, in tertio intellectu, & sentit Capic. d. decis. 106. sub numero quarto, dum citat ipsum Bald. ad hoc, quod illa lex loquatur in vero contu-6 macе: Nec refert, quod etiam hæredes dicti venditoris fuerint contumaces & defensionem causæ non absumpserint, quia dictę eorum culpę præponderat culpa Emptorum, quibus mota est lis, & in quorum persona fundatum est Iudicium, vt in Indiuiduo dicunt Corn. & Dec. supra relati, & est de mente aliorum omnium, qui volunt nō sufficere Emptorem denunciasse, si passus
7 sit causam eo contumace liquidari, & expediri; quæ Conclusio in tantum est vera, vt dixerit glos. in dict. leg. si ideo ff. de euictio. quod etiam si certum sit, quod Emptor contumax perdidisset causam, etiam si comparuisset, & causam defendisset, non haberet actionem de euictione, quod dictum sequi videtur Dec. d. consilio septuagesimoquarto, columna final. sub numero quinto, versicul. plus voluit, quod tamen non admittunt Doctores, quia si certum
8 est, quod si causa defensa fuisset, sententia ferri debuisset contra Emptorem, quia malam fouebat causam, datur actio de euictione, vt volunt Bald. in dict. leg. si ideò in lectura antiqua, in tertio intellectu, Dec. dicto consilio septuagesimoquarto, post princip. versiculo confirmatur ista Conclusio Capic. d. decis. 106. sub numero quarto, latè Couar libro tertio variarum resolut. capitulo decimoseptimo, sub nume. 6. versicul. sexto quamuis, & Caballin. dict. §. quinto sub numero quinto, ad fin. uersiculo subdens ex intentione, Felin. in dicto capitulo cum Bertoldus, numero uigesimoquarto, limitatione quarta, & alij, qui consultò omittuntur, ex quibus non

N parum

parum miror, quod peritus, qui aditus fuit a dictis Iacobo, & fratribus, vt eos instrueret de modo tenendo ad consequendam euictionis actionem, permiserit eos ita contumaces esse in Causa praecepti eis facti, & aliorum inde sequutorum, & mox in iudicio euictionis moto non probauerit de bono iure Presbyteri Dini, & quod causa praecepti iustè defendi non poterat, nec in ea comparendo aliquid profuisset, cum alias obtinere non possint per supra allegata. Anno 1594. Florentiç.

E P I T O M E.

Agitur de legato bismille Ducatorum vltra Dotes competentes facto per Testatorem cuilibet ex fœminis descendentium suorum Masculorum in euentum, in quem hæreditas ex fideicommisso per eum inducto extincta linea dictorum descendentium masculorum perueniret in transuersales Masculos de eius familia.

Et an hæreditate prædicta peruenta in dictos transuersales, fœmina præfatorum descendentium masculorum Testatoris iam nupta, & cum dote non vulgari à fratre habita Testatoris pronepote petere possint à dictis fideicommissarijs transuersalibus, & ducatos bismille pro qualibet, & vlterius Dotes competentes, in qua re singula legati verba subtiliter ponderantur, & multi articuli iuris deciduntur.

S V M M A R I V M.

1 *In interpretanda testatoris voluntate plerumque ob nimiam subtilitatem fallimur.*

2 *Verba a testatore vulgari sermone prolata sunt in Latinum sermonem transferenda, & è contra.*

3 *Testator disponendo, quod in aliquo casu fœminæ vltra Dotes competentes, habeant certam pecuniarum quantitatem, dicitur etiam ipsas Dotes eo in casu legasse, quia illa Dictio (vltra) habet uim inclusiuam, & inductiuam legati in Dote, non secus ac si dixißet lego Dotes competentes, & vltra talem summam. & num. 6.*

4 *Dotis legatum factum Neptibus ex filio debetur, quamuis iam maritatę fuerint.*

5 *Dotis legatum factum in subsidium an debeatur si legatoria iam nupsit, & dotem competentem aliunde haberet, & in longe maiori summa, quam sit legatum.*

6 *Dictio (vltra) licet vim inclusiuam habeat, tamen id non est per modum dispositionis, sed per modũ cumulationis, maxime quando respicit id, quod vel ex iuris communis, vel hominis dispositione debetur.*

7 *Et illud quod tunc fuit ultra legatum, non debet imputari in eo, quod prius erat debitum, sed utrũque cumulatiuè debetur, non ex ui ipsius Dictionis, sed uirtute praecedentis obligationis, vel dispositionis.*

8 *Dictio (vltra) comprehendit, repetit, & includit non solum substantiam, sed etiam qualitatem, & conditionem praecedentis legati eidem personę facti.*

9 *Dictio (vltra) importat cumulationem, nedum in diuersis, distinctis, & separatis capitulis in eadẽ dispositione contentis, verum etiam in diuersis etiam quod sequens capitulum orationem perfectam habeat, & per se stantem.*

10 *Repetitio capituli praecedentis, & sequentis facta intelligitur, quando est posita dictio repetitiua, item, vel amplius, aut similis, etiam quod sit oratio perfecta, licet secus si Copula, &, tantummodo posita sit.*

11 *Dictio in praecedẽti, capitulo censetur repetita in sequenti continuato de eadem re loquente, & reputatur unum tantum capitulum connexum uti vnum factum continens cum omnibus suis qualitatibus, & circunstantijs.*

Capitulorum connexitatem non impedit augumentum, nec inducit reparationem. ibidem.

12 *Verbum vulgare (Questo) connexitatem facit ad praecedentia, quia Latinè importat (hoc) quæ dictio rem ante oculos positam demonstrat.*

13 *Declaratio supponit terminos rei declaratæ, nec immutat sensum declarante, sed ad ipsum declaratum trahitur, & in ipso continetur, & vnico contextu emanasse fingitur.*

14 *Onus dotandi Neptes ex filio non pertinet ad Proauum, sed ad earum Patrem, nisi in subsidium, quando ex bonis paternis, vel Auitis dotari non possunt.*

15 *Dotationem in subsidium super bonis fideicommisso subiectis, præsumitur testatorem fieri voluisse, quando dotanda aliunde Dotem saltem congruẽtem*

tem habere non potest, cum non præsumatur voluisse diminui fideicommissum, nisi ex causa necessitatis.

16 *Dos competens legata debetur si competat, & non aliter, quia verbum competens est participium habens tacitam conditionem, si competat.*

17 *Dotata competenter non consequitur legatum sibi factum, vt competenter dotetur.*

18 *Species, aut quantitas in eadem scriptura pluries legata non censetur duplicata, vt pluries debeatur, sed tantum repetita, maxime in Dote.*

19 *Dos de sui natura non est regulariter reiterabilis.*

20 *Dotis causa eadem semper expressa etiam in diuersis scripturis non inducit duplicationem, sed repetitionem tantum.*

21 *Voluntas testatoris circa legata est taliter interpretanda, quod dispositio fideicommissaria non euanescat, & valde minuatur, & numero sequent.*

22 *Dos vt competens dicatur, habenda est ratio numeri filiarum, qualitatis personarum, locorum, et temporum, & quantitatis patrimonij.*

Testator, qui in subsidium Neptes omnes ex filio mandauit competenter dotari, id fecisse intelligitur eo tantum casu, quo aliunde non haberent Dotem, vel minus congruentem haberent, Ne alias fideicommissum valde vinculatum extenuaretur, cum multa nasci possent Neptes ibidem, & supra num. 20. & 21.

23 *Dos quandoque constituitur ex necessitate, & quandoque ex mera voluntate, & interest mulieris gratiosam habere Dotem vltra necessariam, vt facilius nubere valeat viro ditiori, & nobiliori.*

24 *Mulieres duplicem habere Dotem non est indecens, vnam scilicet ab eo, qui tenetur dotare, alteram a Proauo paterno in recompensationem earum exclusionis ob masculos transuersales, & ob iniuriam eis hac de causa factam. declara nume. 27. 28. 29. & seq.*

25 *Dos voluntaria Mulieri iam nuptæ ex bonis fideicommisso subiectis, & vinculatis non potest dari, nec augeri.*

26 *Testator legando Dotes competentes fœminis ex descendentibus suis in subsidium de bonis fideicommissi, ad quod transuersales uocauit, non est inconueniens, quod voluerit illas habere dictas Dotes, etiam quod aliunde sint dotata. & numero 28.*

27 *Dos Patris necessaria dicitur, alia Aui, vel alterius ascendentis voluntaria, & gratiosa, quando dictus ascendens non cogitur in subsidium dotare.*

Mulierem duplicem habere dotem non inconuenit ibid.

28 *Mulierem Dotem paternam habentem congruentem non posse habere etiam dotem in subsidium a Proauo legatam de bonis fideicommisso subiectis, nisi expresse constet de mente testatoris in contrarium, vel nisi dos ei legata fuerit simpliciter, & non habita ratione competentiæ, & subsidij, & supra numero decimosexto, 17. 18. & sequen.*

29 *Dotis competentis legatum ab Auo, vel Proauo, factum in subsidium Neptibus, vel Proneptib. ex filio, & descendentibus computatur filio in legitimam, & Trebellianicam, & cum eo compensatur Dos habita a Patre, nec utrumque debetur, & si Pater ob inopiam nequiuerit dotare, & deinde facultates, & bona acquisiuerit, in quibus ualeat competenter filiam dotare, tunc hæreditas Auita exoneratur a solutione prædicti legati Dotis.*

30 *Legatum pro Dote an, & quãdo iam dotatæ debeatur. Compensatio fit de quantitate ad quantitatem, secus de quantitate ad speciem. ibidem.*

31 *Recompensationis ratio non habetur ad commodum Mulierum a testatore exclusarum, quando sunt a statuto exclusæ.*

32 *Relatio fit ad magis proxima, & non ad remota, & num. 39.*

33 *Dicta in oratione antecedenti, quando repetita censeantur in sequenti.*

34 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea æque, & pariter terminare. Vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri. ibidem, declara sub numero 38. ubi latè.*

35 *Testator legando Dotes filiabus in casu Nuptiarum, & postea uocans eas post filios Masculos ad partem bonorum vltra Dotes, adueniente casu ad successionem, & ad dotem pariter admittuntur per dictionem ultra, & per alias rationes, de quibus ibidem, & declara ut infra numero trigesimoseptimo, & 38. ubi late.*

36 *Legatum Dotis si primo loco sit factum sub conditione Nuptiarum, & postea fiat secundum legatum Dotis purè, ac simpliciter, an eadem conditio in hoc secundo legato repetita censeatur, et n. 37 & sequen. ubi diffuse de repetitione agitur.*

37 *Socin. consi. 92. lib. 1. declaratur.*

38 *Ex diuersis non bene infertur.*

39 *Relatio qualiter fieri intelligatur ad magis proxima, & num. 30.*

Mens testatoris est Regina eius dispositionis, & ipsa totum facit, & magis attendi debet, quam verba. ibid.

40 *Testator illud uoluisse præsumitur de quo si interrogatus fuisset, vtique uerisimiliter sic uelle respondisset.*

41 *Dos sine Matrimonio esse non potest, licet Matrimonium sine Dote esse possit.*

42 *Bona fideicõmisso subiecta alienari possunt pro constituenda Dote iã nuptæ sine Dote, uel pro pro augenda Dote non congrua, quando illi, qui dotare tenentur, non habent unde hoc facere possint.*

43 *Intellectus. §. hæc igitur omnia in Authen. de restitut. & ea, quæ parit in 11. mense.*

N 2 44 Suc-

ita Dom. Iudici, & Auditori retuli.

1 Ad sic sentiendum motus sum, quoniam licet defecerit linea Masculina descendentium à dicto D. Federico testatore, ut purificatum fuerit fideicommissum in personam dictorum Dominorum Reorum con uentorum: & testator in hoc casu uideatur legasse Dominis Actricibus Dotes competentes per verba recitati versiculi, questo dichiarato che in euento, nel quale l'heredità del detto testatore si deferisse à detti Nipoti di Fratello, ò loro descendenti maschi, in tal caso le figliuole di detto Ruberto Nipote de figliuoli, oltre alle Dote competenti debbino conseguire per ciaschuna di loro fiorini Duemila di lire 7. per fiorino, maritandosi ò sendo maritate carnalmente; Ex quibus verbis duo ad fauorem dictarum Actricum inferuntur, Vnum quod cuilibet earum censeatur factum legatum bismille Florenorum, de quo nunc non agitur: Alterum quod intelligatur factum legatum Dotium competentium, quia illa verba, oltre alle dote competenti, latinè sonant, vltra,

2 quia tanquam vulgaria in latinum sermonem sunt transferenda prout, & latinus sermo in vulgaria uerba transferendus est secũdum Bald. in l. de quibus numer. 118. uersi. & nota, & quod vbi sermo, ff. de legibus, & in cap. primo circa fin. uersic. & fertur Ioannem Papam de duobus fratribus à Cap. in. uestitis, sequitur Cantioncula consil. 23. nu. 30. & proinde habent vim inclusiuam, &

3 inductiuam legati in dote, non secus ac si dixisset testator, lego Dotes competentes, & vltra eas Florenos bismille, l. scio, §. uxori, ff. de annuis legat. & ibi Doctores, Bartol. in leg. qui ita, numer. 2. & in fin. ff. de dote prælegata per illum tex. & alia Iura, Bald. in leg. si ultra post princ. uersi. & dicit But. C. de fideiuss. Ias. in leg. diuortio, §. quod in anno, numero. 9. ff. solut. matrimon. Dec. attestans de communi in leg. actione, numer. 9. C. de transact. Soc. consil. 92. sub numer. 8. ad fin. uersic. sed postremo libr.

4 primo, Osasc. decis. pedemont. 52. nume. 1. & alibi sepe Doct. Nec dictis Actricibus noceat, quod tempore purificati dicti legati reperiantur nuptæ, & dotem competentem à fratre fuerint consequutæ, cum per hoc non excludantur, ex quo causa ipsius legati non dicitur extincta, sed potius ad impleta, ut tradunt Doctores in leg. filia legatorum. C. de leg. ubi Ias. sub n. 3. dicit communem, & diffusè ponit Tiraq. alios adducens in tract. cessante causa cessat effectus, limit. 18. per totam, & absque dubio propter illa uerba maritandosi, ò sendo maritate, quæ clarè ostendunt esse locum legato non dum ante, sed etiam post contractum Matrimonium.

5 Attamen aduertendum est, quod cum dictæ Actrices iam competenter dotatæ fuerint à fratre, & is bona libera, & facultatem eas dotandi de proprio etiam in longe maiori quantitate, quam fecerit, haberet; non videtur, quod sit locus petitioni legati aliarum Dotium competentium super bonis fideicommisso suppositis, cum testator illius diminutionem concesserit pro dotandis istis, & alijs fœminis tam descendentibus à dicto Ruberto eius Nepote ex filio, quam ab ipsis Nepotibus ex fratre in subsidium tantum, & ubi non supersint alia bona spectantia ad masculos uocatos ad dictũ fideicommissum, ut patet ex præcedenti uersiculo, questo dichiarato, che non ostante, uidetur enim, quod illa verba oltre alle Dote competenti, posita in illo uersiculo; questo dichiarato il secondo, intelligantur de dotibus competentibus in subsidium, prout in præcedenti vers. questo dichiarato il primo dictum fuerat, quia licet dictio vl-

6 tra habeat vim inclusiuam, vt tradunt Bart. & alij supracitati Doctores, id tamen non est per modum dispositionis, sed per modũ cumulationis: & si enim quando respicit id, quod prius nullo modo, neque ex Iuris communis, neque ex hominis dispositione debeatur, vt aliquid uerba operentur, includat & disponat, tamen quando respicit id, quod aliàs aliquo modo, uel ex Iuris communis, uel ex hominis dispositione debeatur, includit non dispositiuè, sed cumulatiuè

7 tantum: & censetur apposita ad demonstrandum, quod illud quod fuit ultra legatum, imputari non debeat in eo, quod prius erat debitum, sed utrumque cumulatiuè debeatur, nec de per se tunc aliquid operatur, cum sit enunciatiua, & demonstratiua, & res debita peti possit non ex ui ipsius dictionis ultra, sed uirtute præcedentis obligationis, uel dispositionis, ita in terminis Bartol. & sequaces dicit l ec. in dict. l. actione, numer. nono ad fin. C. de transact. quem sequun ur Cephal. consil. 156. numero 20. & consil. 157. numer. 18. libr. secundo & Bertaz. consil 59. numero 8. libr. primo in ciuilibus, adeo quod cum in præsenti casu dictio ultra respiciat dotes competentes, quas antea testator in præcedenti versicul. legauerat eisdem Actricibus filiabus Ruberti Nepotis ex filio, uti non inclusiua per modum dispositionis, sed per modum cumulationis tantum, non videtur inducere nouum legatum in alijs dotibus;

competentibus, sed solummodo demonstrare, quod legatum duorum millium Florenorum non computaretur in dictis dotibus alias legatis, sed deberetur vltra illos, & sic quod ambo cumulatiue deberētur, & eo magis, quia dato etiam, quod dicta dictio, vltra, indistinctè, ac dispositiuè includeret, adhuc

8 tamen casum subsidij comprehēderet, quia includit, & repetit non solum substantiam, sed etiam qualitatem, & conditionem praecedentis legati eisdem personis facti, vt in propriis terminis dictae dictionis, vltra, tradunt Calder. consi. 7. in tit. de testamen. in prin. & in fin. Fulgos. consi. 40. colum. 2. versic. nam conditio illa, Castr. consi. 88. num. 1. lib. primo, Dec. consi. 190. num 7. Cephal. d. consi. 156. num. 18. & dicto consi. 157. num. 14. & 15. Ofasc. d. decis. pedemont. 52. nu. 15. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 6. nu. 12. & sequent. Paris. consi. 2. num. 66. consi. 109. num. 48. & 49. lib. 3. Guglielm. de bene dict. in cap. Raynutius in verbo Alterochae filiae vltra dotem numer. quarto, & quinto, extra de testamen. Soc. iun. consi. 60. nume. 42. libro quarto, Aret. consi. 157. numero 7. versi. de dictione implicatiua, & idem est in dictione, amplius, Barto. in l. si tibi purè, ff. de leg. 3. gloss. Barto. Angel. Castr. & alij in l. si seruus legatus, §. si ita scriptum ff. de leg. primo Ias. in l. legata inutiliter in princ. ff. eod. tit. Alciat. in l. verbum amplius, ff. de uerbo. significat. aiens ita communiter teneri, Cal. det. d. consi. 7. & Castr. d. consi. 88. vterque in prin. Aret. d. consi. 157. sub dicto numero 7. Soc. iun. dicto consi. 60. numero 42. libro 4. & Natta consi. 476. numero nono, cui dictam dictionē vltra aequiparari dicunt, Caldet. Castren. Aret. Soc. iun. & Narta supra ci

9 tati, quod nedum procedit in diuersis Capitulis eiusdem dispositionis distinctis, & separatis, ac perfectam orationem habentibus, vt per Calder. d. consi. 7. in toto, & per Castr. d. consi. 88. sub nu. secundo versic. secūdo facit, & est tex. apertus in l. si sibi purè, ff. de l. 3 sed ēt in diuersis, et prorsus separatis, et distinctis dispositionibus, pro ut loquuntur Dec. d. cō sil. 190. numero septimo, & sequen. Cephal. d. consi. 156. num. 19. & Ofasc. d. decis. 52. numero 15. & est tex. clarus in l. Aurelius, §. testamento, il secundo, ff. de libertatio. legat. & in l. cum seruus post princ. ff. de condit. institut. & in l. Auia ff. de condit. & demonstrat. & propterea cessant, quae dicebantur pro parte Actricum de dicta repetitione non faciēda ob diuersitatem Capitulorum, & casuū per l. in repetendis, ff. de leg. 3. & l. Seiae, §. Caio, ff. de fund. instruct. & instrum. legat. cum vbique notatis per scribentes, & in aliis locis

10 vulgaribus, quia possent procedere, quando adesset copula solum, non autem vbi est posita dictio de sui natura inclusiua, & repetitiua, vt in puncto respōdit Castren. d. consi. 88. sub numero secundo, uersicul. sed facit, libro primo, ex mente Barto. in eodem §. Caio, post princip. & colligitur ex Calder. dicto consilio septimo, circa fin. quod praesertim aduertendum est, cum testator in d. versicu. non ponat nouum casum, sed potius declaret praecedentes iam positos, & continuādo, & non mutando Thema propositum, addat

11 solum legatum bismille Florenorum ad fauorem filiarum Ruberti ex filio Nepotis, quo casu vnum tantum capitulum connexum dicitur, vti vnum factum cum omnib. suis qualitatibus, & circunstantijs continens vt post Bart. in l. Aurelius §. idem quaesijt in fin. numero tertio, ff. de libe. lega. & alios tradit Menoch. de arbitr. iudic. libro secundo, cent. 1. casu 95. num. 14. & sequent. nec additamentum, seu augumentum separationem capitulorum inducere potest, sed potius vnitatem, seu connexitatem, arguit. ca. accessorium, de reg. iur. in sexto, & l. cum principalis, ff. eodem titu. & hoc medio vtitur in terminis Fulgos. d. consi. 40. colum. 3. versicul. mouet & etiam, & post eum Cephal. d. consil. 156. num. 25. versi. 7.

12 Quam connexitatem aperte demonstrat illud verbum, questo, quod latine importat hoc, quę dictio rem ante oculos positam demonstrat l. nemo dubitat, ff. de haered. instit. vbi est bonus tex. & notant omnes in leg. prima, ff. de oper. nou. nunci. & Socin. in leg. prima, numero 33. ff. de acquiren. possess. & clarius subsequens verbum, dichiarato, quod in Latinum conuersum sonat

13 declarato, quia declaratio supponit terminos rei declaratae, nec immutat sensum declarati, sed ad ipsum declaratum trahitur, & in ipso continetur, cum eoque vnico contextu emanasse fingitur; ut habetur ex traditis per Doctores in l. haeredes palam, §. si quid post, ff. de haeredib. instit. Ias. consi. 56. num. 27. libro 3. Dec. consi. 423. numero 20. Ruin. consi. 225. numero sexto, libro primo, Paris. consi. 65. numero quinto, & 6. libro primo, Beroi. consi. 121. num. 9. lib. 2. Decian. consil. 7. num. 100. & consi. 8. num. 211. libro primo, Tiraq. de retract. lignag. §. primo gloss. 18. num. 72. & alij per eos adducti, quod etiā suadetur ex eo, quod uersiculus ille incipit per ablatiuum absolutum, videlicet questo dichiarato, qui casus nō conuenit principio nouae orationis, aut dispositionis, quae praecedenti annexa non sit, nec attentis grammaticalibus regulis phrasis haec aliter, quam dictum sit, admitti, aut intelligi potest.

Quae interpretatio confirmatur ex eo, quod

quod cum onus dotandi Actrices, non spectaret ad ipsum testatore m earum Proauũ, 14 sed ad ipsarum Patrem, ex cuius bonis, & hęreditate dotem consequi debebant. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & l. fin. C. de dot. promiss. & Auus, & Proauus, aut alius ascendēs in subsidium tantum teneatur dotare descēdentes fœminas, quando scilicet ex bonis paternis dotari non possunt, vt per Doct. in l. prima, ff. solut. matrimo. vbi Alexan. num. 19. Ias. num. 26. & Ripa numero 74. Dec. cõsilio 81. in prima quæstio. sexti dubij, nume. quinto, Aret. consi. 17. in quarto dubio numero 13. & seq. Cotta memor. verbo Auus, 15 & alij qui consulto omittuntur, non præsumitur, quod ad subuertendum, & diminuendũ fideicommissum magno studio elaboratum, & pro conseruatione familiæ de Riccijs conditum, eas de proprio voluerit dotare eo casu, quo aliunde possent dotem consequi: sed potius præsumitur id in subsidium tantum fecisse secundum terminos Authen. res quæ, C. commun. de l. vt se conformaret cum iure communi, iuxta notata in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. vt in puncto tradit Marzar. de fideicommiss. quæst. 48. ad fin. versic. an autem dispositio, & in consi. primo, circa fin. versic. quo ad detractiones, post Castr. consi. 64. nume. quarto, libro secundo, Rubeum Alexandrinum consil. 124. numero quarto, & quinto, & Cephal. consi. 105. num. 19. & sequent. quibus additur Beroi. consi. 116. numero 14. & seq. 16 li. secundo. Et magis absque scrupulo, quia non simpliciter legauit dotes, sed addidit verbum competentes, quod est participium habens tacitam conditionem, si competant, Bald. in l. quidam eulogio, sub numero. 22. versic. solutio, & hic aduerte, C. de iur. deliber. Corne. consi. 167. numero quarto, libro quinto, Paris. consil. 21. numero 33. libro 3. Soc. iun. consilio 30. numero sexto, libro quarto, Riminald. iun. consi. 639. numer. 44. cum sequent. libro sexto, quæ conditio cum defecerit, merito non est locus consequutioni ipsius legati.

Defecit autem dicta conditio, tum quia Proauus dotare nõ tenebatur, vt dictum est, 17 tum quia iam dotatæ competenter erant a fratre, & alia Dote non indigebant argumẽto. l. Titia cum testamento 35. §. qui in vita in fin. ff. de leg. tertio, & not. per gloss. in l. si cum dotem, §. si Pater in gloss. magna post princip. ff. solu. matrimo. & facit tex. in l. Lucius Titius 22. ff. de legat. 3. tum etiam quia de iure cum simus in vna tantum dispositione, eædem dotes supra legatæ repetitæ, & nõ duplicatę censentur, quia nedum quando le 18 gatur species, sed etiam quantitas in eadem scriptura pluries, non censetur duplicatum, sed repetitum tãtum legatum, quicquid sit in separatis scripturis, vt est text. apertus in l. plane, la prima, §. si eadem, ff. de leg. primo, gloss. in l. quinquaginta, ff. de probat. vbi Floria. numero quinto, Barto & alij scribentes in l. triticum, ff. de verbor. obligat. Abb. consilio quarto numero octauo, libro secundo, & eo magis hoc procedit in Dote, quę de 19 sui natura non est reiterabilis, l. Lucius la secunda §. impuberem, ff. de leg. secunda, & l. secunda, ff. de dot. prælegat. Alciat. in dicta l. triticum, num. 19 Menoch. de arbit. iud. lib. 20 secundo, casu 213. numero septimo, & octauo, & pręsertim cum semper sit expressa eadem causa dotis, quo casu etiam diuersitas scripturarum non induceret duplicationem sed repetitionem tantum, ut per Abbat dicto consilio quarto, sub numero octauo, & Flor. in dicta l. quinquaginta sub numero 5. ad fin. post versicul. in glo. vbi pręcise loquitur in Dote, quod fortius videtur procedere cum tale legatum concernat non istas duas Actrices tantum, sed omnes filias dicti Ruberti Nepotis ex filio, qui plures, & in magno numero habere potuisset, ex quarum dotatione facile euenire potuisset, quod in magna parte fideicommissum fuisset diminutum extra omnem necessitatis causam, & dictis filiabus aliter condecenter dotari volentibus, quod est contra expressam testatoris mentem, qui omnem alienationem etiam ex causa necessaria prohibuit, vt bona penes masculos de Agnatione conseruarentur, vnde non est capienda ea interpretatio, 21 per quam voluerit testator contrairi præcedēti eius enixę, & rationabili dispositioni iuxta l. non ad ea, cum ibi notat. per gloss. & Docto. ff. de condit. & demonstrat. Et si enim in dotatione, quę fieret, habenda esset ratio numeri dictarum filiarum, vt quanto maiori in numero extitissent filię, tanto minorem Dotem vnaquęque earum fuisset habitura, 22 cum se testator restrinxerit ad dotes competentes, in qua competentia diiudicãda haberetur ratio dicti numeri filiarum, prout & quantitatis patrimonij, & qualitatis personarum, & temporum, ac locorum iuxta tradita per Menoch. de arbitra. iudic. libro secundo, cent. 2. casu 149. num. 37. cum sequen. & ante eum Bald. in Authen. res quę, numer. 18. C. communia de leg. & egregiè posuit Rui. in consi. 137. in secundo dubio, sub numero 17. ad fin. versic. & quando dicatur congrua, libro secundo, negari tamen nõ potest, quin quot quot essent, magna fieret diminutio fideicõmissi ad pręiudiciũ masculorũ de familia, apud quos testor bona cõseruare voluit exclusis istis fœminis ipsiusmet descẽdẽtib.

Nec

Nec prædictis obstat, si dicatur, quod cũ Dos possit constitui quandoque ex necessi-23 tate, quandoque volũtatiè Roger. de dote, par. 2. in prin. Brun. de exclusione fęmin. artic. 9. num. 44. Petr. de fideicommiss. quæst; 8. sub num. 330. & intersit mulieris gratiosam dotem vltra necessariam habere, vt facilius Maritum nobiliorem, & ditiorem repetiat, & vt suis expensis extraordinarijs prouideat, & diues etiam fiat iux. notat. per Bald. Nouell. de dote, part. 7. priuileg octau. non est inconueniens, quod in testatore præsumatur voluntas duplicandi Dotes dictis Actricibus eius descendentibus, & vnam ha-24 beant per contractum tempore matrimonij ab eo, qui dotare tenetur, alteram per legatum cõditionale alio tẽpore ab ipso Proauo in recompensationem earum exclusionis ob masculos transuersales, & iniuriam eis factam, vt est tex. in l. si Pater pro filia, ff. de collat. dotis, & tradunt Ias. in l. huiusmodi, §. cum pater, num. 13. vers. ego respondeo notabiliter, ff. de leg. prima & in Auth. præterea, sub num. 20. vers. 2. limita. vbi etiam Pap. num. 46. C. vnde vir, & vxor Decia. cons. 10. num. 8. lib. 2. cons. 9. nu. 15. lib. 3. maximè attentis illis verbis, maritandosi, ò sendo maritare, quæ non possunt uerificari in dote in locum legitimæ subrogata, & sic in necessaria, sed in merè voluntaria, & gratiosa tantum, cum respiciant etiã tempus, in quo dictę Mulieres Actrices iam erant nuptæ, & iam nuptis non possit ex 25 bonis fideicommissi dos dari, uel augeri, §. hæc igitur omnia, in Auth. de restitut. & ea quæ parit in 11. mense Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. numer. 71. & admodum uerisimile uidetur, quod hoc casu uoluerit testator grauare fideicommissa-26 rios transuersales ad dandum his mulieribus eius descendentibus dotes de bonis fideicommisso subiectis, etiam quod aliunde habeant dotes, licet secus uoluerit in alijs casibus per ea, quæ leguntur, & notantur in l. cum Auus ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum acutissimi C. de fideicommissis & in l. generaliter. §. cum autem C. de instit. & substit. prout ita in uerisimili casu fæ-27 minis duplicem dotem deberi, unam à Patre ex necessitate, alteram aduentitiam ab Auo, uel alio ascendente gratiosè decidunt in terminis consulendo pro Regina Vngheriæ Soc. Iun. cons. 79. lib. 3. Beroi. consil. 46. lib. 2. & Alciat. cons. 49. numer. 11. & seq. lib. 9. quos sequitur Simon de Pret. de interpretat. ultim. uolunt. li. 4. dub. 11. nu. 7. & 8. & idem in similibus etiam terminis consuluit ante eos Cuman. cons. 134. & optime seruiunt Castr. cons. 64. sub nume. 4. in fin. libr. 2. Ioannes de Riccijs Florentinus inter consilia Angeli cons. 78 sub numer. 1. Ruin. cons. 72. sub numer. 3. lib. 2. & Dec. cosil. 81. in 2. quæst. sexti dubij numero 6. in fin. dum duplicitatem dotis admitti posse fatentur.

28 Quoniam respondetur, quod prædicta possent procedere in diuersis dispositionibus, & quando constaret de mente testatoris, quod dotem necessariam habenti aliam dotem gratiosam relinquere voluisset, prout in casibus dictorum consulentium constabat, quia tunc nihil est impedimento, quin binæ possit consequi dotes; & ita loquuntur Doctores in consilijs in contrariũ adductis, secus autem quando de tali mente testatoris non apparet, immò potius de contraria constat, vt in præsenti casu; vel sumus in dubio, prout nos esse non negabitur, quia tunc vna tantum dos debetur, quam testator in subsidium tantum, & non extra necessitatis casum legasse censetur, vt pro-29 batum fuit supra in tantum ut tale legatum dotis filijs imputetur in legitimam, & trebellianicam Rub. Alex. d. cons. 124. in primo dubio Dec. cons. 81. in prima quæst. 6. dubij, num. 5. Ruin. consil. 138. numer. 11. uers. circa aliud lib. 2. Gabr. de Iur. dot. conclus. 5. in princ. latissimè Cephal. cons. 105. in primo dubio, & dos data per Patrem, aut alium qui dotare tenebatur, conpensatur cũ tali legato, nec possit Mulier, & dotem illã, & legatum consequi, Bartol. consil. 131. nu. 1. lib. primo Castr. consil. 64. numer. 4. lib. 2. Dec. d. cons. 81. in 2. quæst. sexti dubij nu. 6. Ruin. consil. 138. numero. 11. libr. 2. & consil. 138. ferè in toto lib. 4. cons. 152. numer. 9. lib. 5. & si obligatio, uel promissio sit fundata in personam Aui ab initio, nihilominus superuenientibus facultatibus, & habilitate in personam Patris, hæreditas Auita exoneretur à solutione talis dotis, ut egregiè voluit Aret. consi. 17. in 4. dubio, nume. 15. quinimo etiam si dos constituta fuisset de bonis fideicommissi in subsidium, superuenientibus facultatib. illi, qui principaliter dotare erat obligatus, tenetur ipse indẽnes conseruare fidei commissarios, vt per Ruin. consi. 137. numer. 19. lib. 2. Et ad dictam l. si pater pro filia ff. de collat. dotis, respondetur, quid ibi non agebatur de duplici dote, sed de vna tantum, & de legato postea eidem dotatæ facto non contemplatione ipsius dotis, sed alia causa, & in recompensationem iniuriæ ei illatæ per exhæredationem, ut ideo merito legatum in dote non imputetur, sed utrumq; debeatur, vt ibi dicit Bart. volens secus esse, si legatum pro dote, ut in casu nostro, uel ipsius dotis contemplatione

factum

factum esset, quia tunc in dote computaretur, vt ibi per ipsum, & ita etiam seipsum declarat Ias. in d. leg. huiusmodi, §. cum Pater, sub d. nume. 13. & tradunt ibidem Bart. nume. 2. & Alex. num. 3. attestans de communi, Phanuc. de lucro dot. glos. 8. num. 48. Socin. reg. 282. in verbo Pater, in 4. fallent. ad fin.

Dici etiam posset quod in d. leg. si Pater 30 pro filia non excluditur compensatio legati cum dote, quia præsumatur factum in recompensationem exclusionis ab hæreditate paterna, sed quia dos promissa consistebat in quantitate, & legatum in specie: & de specie ad quantitatem non fiat compensatio, quasi secus si vtrumque in quantitate consisteret, ut in casu nostro, quia tunc alterutro contenta esse deberet filia, ut tenet Barr. in d. §. cum pater nume. primo in fine, & alij adducti per Ias. ibi numer. 12. Alex. consil. 7. numer. 17. lib. 6. Corne. consil. 127. nume. 5. li. 3. Phanuc. loco citato, & Menoch. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 109. numer. 18. & seq. Soc. reg. 282. in uerbo Pater in prima fallentia.

Respondetur etiam, quod hinc nulla recompensationis consideratio potest cadere 31 ob exclusionem istarum fœminarum descedentium testatoris ob transuersales masculos, quia ex dispositione Iuris municipalis istæ Dominæ Actrices excludebantur ab hæreditate Proaui paterni propter hos illius ex fratre Nepotes masculos, vnde nulla iniuria affectæ sunt, propter quam animus recompensandi in testatore præsumendus sit, & in omnem euentum adest etiam recompensatio in Florenis bismille pro qualibet earum, ut paulo infra dicetur; Et ad illa verba mari tandosi, ò sendo maritate ponderata ut supra, respondetur, quod non referuntur ad dispositam circa dotes, in quibus testator se refert ad antea specialiter dicta, dum eas in subsidium tantum de fideicōmisso detrahi noluit, sed referuntur ad Florenos bismille, quos deberi uoluit testator, & dari dictis fi- 32 liabus, etiam quod essent nuptæ, ex quo relatio fit ad magis proxima, arg. l. eum delanionis §. Asinam, ff. de fund. instr. & leg. 2. ff. de stat. homin. cum alijs allegatis per Cornecū consil. 167. in princip. libro. 4. per Craſuet. consilio. 84. numero 17. consil. 142. numer. 8. & ad l. cum Auus, ff. de condit. & demonstrat. cum similibus supra allegatis Respondetur, quod satis est, quod testator in casu, quo hæreditas ad transuersales ueniat, legauerit dictis filiabus Ruberti Florenos bismille pro qualibet ipsarum, quod uidetur sufficere pro recompensatione earum exclusionis propter trāsuersales masculos absque alijs dotibus cessāte necessitate, et subsidij causa, in qua sufficienter de ipsis Dotibus prouiderat ad fauorem istarum mulierum, & aliarum descendentium, & transuersaliū etiam in proximo antecedenti uersiculo.

Non obstat etiam si dicatur, quod cum legatū dotium competentiū fuerit in uersiculo, questo dichiarato il primo, factum istis DD. Actricibus conditionaliter, & in subsidium tantum, & deinde in uersi. questo dichiarato il 2. in quo se fundant Actrices sim 33 pliciter, conditio, seu qualitas subsidij non uidetur repetita, sed potius adempta, & legatum pure debetur per l. non ad ea, versic. si prius, ff. de condit. & demonstrat. & leg. si tibi certam rem, ff. de adimend. legat. cum alijs allegatis per Dec. cons. 190. in 2. dubio, num. 5. & maximè quia cum dicta conditio, seu qualitas subsidij non possit conuenire nouo legato Florenorum duorum millium facto vltra illud primum dotium competentium in eadem oratione, ex quo vt dictum est, & debentur Floreni bismille, etiam si nuptæ sint feminę, & sic cessante causa subsidij. d. §. hæc igitur omnia, in Auth. de restit. & ea quæ, par. in 11. mense, non debet etiam intelligi repetita quò ad dotes 34 competentes ad hoc, vt vna, & eadem sit omnium determinatio per reg. leg. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. substitut. & leg. quamuis. C. de impub. & alijs substitut. & ne una, & eadem dispositio diuerso iure censeatur contra l. eum qui ædes, ff. de vsuc. prout ex dictis rationibus hanc rem ita in terminis decidere videtur Socin. consil. 91. numer. 9. versic. sed postremo illud libr. primo, vbi consuluit, quod si testator relin- 35 quat filiabus dotes in casu nuptiarum, & postea vbi filij masculi decederent sine filiis legitimis, & naturalibus, eas vocet ad partem bonorum vltra dotes, dictis filiabus censetur relicta non solum pars bonorum, sed etiam dos propter illam dictionem vltra per not. per Bart. in d. leg. qui ita, ff. de dot. prælegat. & alia, quæ allegat. Et quod dictū legatum dotis repetitum non intelligitur factum cum eadem conditione nuptiarum prius expressa, quia per secundum legatum eiusdem rei eidem personæ simpliciter factum non inducitur qualitatis præcedentis repetitio, sed correctio, & absque vlla difficultate, quia dicta conditio non poterat intelligi repetita quò ad partem bonorum, cum qua factum erat dictum legatum dotis, vt ibi per ipsum Socin. in cuius dicto magnum fundamentum fieri videtur.

Quia respondetur primo ad regulam d. respon-

leg. nam ad ea, & aliorum Iurium supra allegatorum duobus modis, prout in puncto respondet Dec. d. cons. 190. numer. 8. quod procedit quando secũdum legatum fuit re-
36 lictum purè, & expreſsè, ita quod de voluntate testatoris purè relinquendi constat; secus autem quando fuit relictum simpliciter. quia tunc conditio intelligitur repetita, Item & quando secundum legatum repetitum nihil noui inducit, nisi testator velit à priori voluntate recedere, & quod prius sub conditione reliquerat, nunc purè relinquere, secus verò quando aliquid noui inducit, etiam si conditio repetatur, quia tunc repetita censetur, quæ responsiones præsenti casui optimè adaptantur, vt conditio non adẽpta, sed magis repetita videatur, quia secundum legatum non fuit purè, & expreſsè relictum, ita quod dici poſsit de mente testatoris purè relinquendi constare, sed simpliciter tantum, & tacitè per vim inclusiuam vigore dictionis vltra, & quia secundum legatum aliquid nouit inducit, etiam si dicta conditio reperatur, cum vltra dotes ipsas cõpetentes, de quibus primum legatum loquebatur, comprehendat Florenos bismille pro qualibet istarum Dominarum. Et ad consilium Soc. respondetur, quod loquitur
37 Socin. in Capitulis distinctis, & separatis, inter quę plura alia diuersa capitula intermedia erãt, nos autem sumus in vno capitulo immediatè, & nullo intermedio subsequente alterum, seu verius in capitulo connexo, & in appendice, & declaratione eiusdem capituli, quæ de per so stare non poterat, nec principium separatę dispositionis habere, vt supra est probatum; Aderat etiã in casu Socin. verbum suas adiunctum verbo dotes, quod pronomen purum legatũ, Ius, & dominium de præsenti ostendebat, & cum conditione in præcedenti legato posita stare non poterat, cum conditio Ius de futuro respiciat, & donec purificetur, actus in suspenso maneat iuxta leg. cum ad præsẽs cum duabus legibus sequent. ff. si certum petat; in casu autem nostro nullum adiũgitur verbum repetitioni qualitatis antea positæ subsidij repugnans, sed potius cũ ea conueniens, cum dictum sit le doti competenti, de quarum dotium competentia prius mentio facta fuerat; In casu etiã Soc. concurrebat qualitas personæ, cui legatum fiebat, quia erat filia, & purè, & non conditionaliter legandum erat, ne testamentũ, nullitatis vitio euerteretur, prout euenisset, si conditio antea expreſsa repetenda fuisset, quæ etiam repetenda non erat, ne duarum conditionum concursus daretur, & ne extraneus propriæ soboli præferretur, vt latè prædicta omnia ad excludendam repetitionem deducit ipse Socin. sub d. numero. 9. & 10. & post eum considerat etiam Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 10. titul. 6. numero. 26. & seq. quæ cessant in præsenti casu, in quò nulla adest neceſsitas non repetendi conditionem, & ea repetita testamentum non est inualidum, nec datur concursus plurium conditionum, nec bona differũtur ad extraneos, sed ad eos, qui de Iure, municipali illas fęminas excludebant, vt propterea mirum non sit, si decisio Socini in terminis tam differentibus non applicatur huic
38 casui longè ab illo diuerso. l. papinianus exuli, ff. de minorib. vltra quod contra Soc. est authoritas Dec. d. consil. 190. numero. 7. & seq. & militant supra adducta ad inducendũ repetitionem virtute dictæ dictionis vltra de sui natura implicatiuæ, & ad regulam l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill. cum alijs supra adductis respõderi potest non esse inconueniens, quod diuerso Iure iudicentur legatum Dotium competentium, & legatum bismille Florenorum, quia legatum dotium intelligitur factum in præcedenti versiculo, non autem in eo, in quo adest legatũ Florenorũ bismille, & illa verba, oltre le doti competenti non important nouam dispositionem, nec nouum inducunt legatum in dotibus iam legatis, vt probatum fuit superius, vnde non mirum si non determinentur pariformiter cum legato Florenorum, bismille, quod cum dotibus coniunctũ fuit ad excludendam tantum compensationem & non ad alium effectum, & sic cessat dicta oppositio, quæ tantum procederet, quando in eadem oratione dicta duo legata dispositiuè comprehenderentur: sed & quando nouum esset inductum legatum dotium, adhuc tamen tolli posset dictum argumentũ sumptum ex dicta regula, quia non procedit stante mente testatoris, quod non vniformiter ambo legata inducentur, cum clarè dotes competentes in subsidium tantum deberi voluerit, & hoc apertiſsimè declarauerit in præcedenti versiculo, ad quem sequẽs trahitur Florenos autem bismille indistinctè cum eos legauerit dictis mulieribus, siue nuberent, siuè iam nuptæ essent, et in nuptijs causa subsidij cessare videatur, & probatum fuit supra; Nec regulis iuris repugnat quod dicta verba maritandosi, ò essendo maritate non referantur ad dotes competẽtes, de quibus antea testator plenè disposuerat, sed ad legatum Florenorum bismille tantum, cui sunt magis proxima, quam mentioni dotiũ
39 competentium, ex quo relatio fit ad magis proxima

proxima, leg. cum de lanionis, §. Asinam, ff. de fundo instructo, & leg. 2. ff. de stat. hom. & quidem si mentem uerisimilem testatoris, quæ totum facit, & magis quam verba attendi debet. l. in conditionibus, ff. de cond. & demonstrat. cum sua materia, inspicere voluerimus, & totum testamenti tenorem considerare, vtique dicemus, quod is quibuscunque mulieribus tam descendentibus, quam transuersalibus dotes competentes reliquerit in subsidium semper, & in omni casu penes quemcumque ex fideicommissarijs eius hæreditas esset, filiabus autem dicti Ruberti ex filio Nepotis solummodo, & nõ alijs descendẽtibus feminis etiam Florenos bismille pro qualibet ipsarum, quando hæreditas superueniat ad dominos Reos conuentos, vel ad alios masculos transuersales, volens tunc aliquo gratitudinis genere vti erga istas descendentes fæminas exclusas à masculis transuersalibus, vnde si innuptæ essent, et dote competenti egerent, eã in subsidium, & præterea Florenos bismille consequi possent à Dominis fideicommissarijs transuersalibus ex bonis fideicommissi, quod si nuptæ sint, & dotatæ prout sunt, vti alia dote nõ indigentes, & cessante subsidij causa, legato Florenorum bismille contentæ esse debent, nec aliam dotem consequi possunt, & hunc esse verum sensum contrauersorum verborum existimo, nec aliter fuisse responsurum

40 testatorem, si uiuens interrogatus fuisset, vt propterea hoc ita, ac si expressum fuisset, interpetrari debeat per dictam gloss. communiter approbatam in leg. tale pactum, §. fin. in gloss. fin. ff. de pact. quod procedere etiam in vltima voluntate volunt Doct. congesti pe Gabr. tit. de reg. Iur. conclus. 10. in 3. ampliat. num. 6. & quando etiam vellemus referre dicta verba maritandosi, ò sendo maritate, ad dotes competentes, prout & ad legatum bismille Florenorum, ita vt vniformiter sub eadem determinatione contenta iudicentur, non tamen sequeretur, quod binæ deberentur dotes ex eo, quod inclusum sit tempus contracti Matrimonij, quo tempore videtur cessare causa subsidij, Immo adhuc substineri, posset, quod in subsidium tantum dotes ex fideicommisso deberentur mulieribus iam nuptis, puta si tempore euenientis conditionis nuptæ fuissent sine Dote, vel

41 saltem cum incongrua Dote, quia licet Dos sine matrimonio esse nõ possit. l. 3. ff. de Iur. dot. glos. in l. 2. §. si sponsa, ff. de priuileg. credit. & notant omnes scribentes in Rubr. ff. solut. matr. matrimonium tamen sine dote esse potest. l. fin. C. de repud. l. quod si nulla, iuncta leg. præcedenti ff. de religios. & sumpt. fun. & authent. præterea C. vnde Vir, & vxor cum similibus, & multo magis cum parua, vel incongrua Dote, quo casu cum pro

42 dotanda Muliere sine Dote nupta, vel pro augenda Dote incongrua iam nuptæ alienati possint bona subiecta fideicommisso, quã do alia ad hoc sufficientia penes dotare debẽtem non extant, vt in primo casu notant in d. Auth. res quę, Bald. num. 10. Angel. num. 4. Castr. num. 7. Ias. num. 14. Curt. Iun. num. 25. Rip. in leg. prima num. 55. ff. solut. matr. Boeri. decis. 130 numer. 8. Couar. de sponsal. par. 2. c. 3. §. 8. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsũpt. 189. nu. 72. & in secundo idem Bal. in d. Auth. res quæ, nu. 10. Angel. nu. 4. Castr. num. 7. & Crauet. cons. 291. in primo dubio.

Nec his repugnat dictus §. hæc igitur omnia, in contrarium adductus, quia prohibere

43 videtur tantum constitutionem illam trahi posse ad iam nuptas, tempore legis conditæ, & ita videtur tenere Angel. de Perus. ibi, quam rem tamen aliter declarat, & distinguit Menoch. dict. præsumpt. 189. dubitat. 13. num. 155. & seq. & ego vlterius non insisto, cum ex superabundanti hoc dictum sit, & superius allegata de per se sufficiant, & casus iste verisimiliter euenire non potuisset, quia sine dote, vel cum parua dote non nupsissent, cum eam, & quidem competentem, & congruam tempore ipsius contracti matrimonij consequi potuissent in bonis fideicommissis per apertam testatoris dispositionem sæpius relatam.

Ab expensis putaui esse absoluendam partem Actricem ob consilia nedum duorum,

44 sed etiam longè plurium excellentissimorũ Iure consultorum, quæ iustam litigandi causam ei præbuerunt, iuxta notata per Ias. post alios per eum relatos in l. properandum. §. siue autem alterutra, sub num. 8. in 2. conclus. C. de Iudic. & absque dubio cum sint aliorum, quam causæ Aduocatorum, quorum assertionem non præbere iustam causã litigandi, & per consequens absolutionem ab expensis propter affectionem, & partialitatem, censuit Cepol. in l. quis sit fugitiuus, §. apud labeonem, num. 12. vers. item facit. ff. de edilit. edict post Angelum in l. terminati C. de fructibus, & litium expensis; ex quibus in summa omissis pluribus alijs, quæ dici potuissent, ita vt supra de Iure referendum censui in hac causa, in qua longior fui, quam moris mei semper alias fuerit, cum tam multa scripserint pro vnaquaque parte tot excellentissimi Patres, vt si omnia hinc inde deducta attingere solum, ne dum discutere voluissem, immensum volumen, non Consilium decisiuum ædere debuissem, sanè in

45 tanta Aduocatorum, & Consulentium varietate

varietate, & aperta etiam contrarietate, animus quandoque fuit in dubio, hucque, & illucque impulsus fuit, vt in similibus euenire dicit Corn. consil. 40 num. 5. lib. 3. nec aliter esse poterat, quia diffusè allegationes superfluam ingerūt difficultatem, Iudicem in vtilitem in multis prægrauant, & quod boni in eis est, inficiunt, & obnubilant, & quandoque etiam sinistram causæ suspicionem oriri faciunt, vt nos docet Abb. in proemio decretalium, num. 4. vers. secundo facit: omnibus tamen adamussim lectis, & non paruo labore consideratis veni in opinionem Reis conuētis fauorabilem, quam ex his tantum, quæ mihi firmiora visa fuerunt, comprobandam, vt supra, existimaui. Anno 1594. Florentiæ.

Hęc relatio fuit approbata per admodum Magnificos Dominos deputatos super negotijs mensæ Bancheriæ Dominorum de Riccijs, & sociorum, ad quos Causa fuit deuoluta cum omnibus alijs, in quibus dicti Domini interesse habebant, & quibus Magnificis Dominis deputatis fui ego datus pro Assessore à Serenissimo Magno Duce. extat autem modo impressum consilium excellentissimi & Perillustris D. Alexand. Raud. pro Actricibus redditum in 2. volum. eius consiliorum cons. 22. contra quod vt supra respondi de iure iudicandum esse.

EPITOME.

Re legata, & à testatore postea alienata, an legatum dicatur ademptum, & si exinde per eumdem testatorem redimatur, an vbi per alienationem fuisset ademptum, reuiuiscat.

SVMMARIVM.

1 *Res legata si à testatore ex necessitate vendatur, non per hoc legatum dicitur ademptum, secus si testator vltro nuda voluntate rem legatam alienet.*

2 *Testator rem legatam alienans præsumitur in dubio ex necessitate, & non voluntarie fecisse, & ideo legatum debetur tanquam non ademptum.*

3 *Res legata non ex necessitate, sed voluntariè à testatore alienata, si postea ab eo redimatur, non debetur legatario, ex quo per talem alienationem legatum ademptum fuisse dicitur, nisi affinitas personæ suadeat contrarium, vel nisi legatum ad pias causas factum sit.*

4 *Legatum ad pias causas non extinguitur per alienationem testatoris voluntariam, multo minus per necessariam.*

Testator mandans ædificari Ecclesiam in tali Domo, si postea voluntariè Domum alienet, & eam non redimat, non per hoc legatum extinguitur, sed ibi, vel in alio loco Ecclesia construenda est, ibidem.

5 *Legatum pro Anima dicitur pium, quadere si testator legat, puta Domum vni cum onere soluendi certam pecuniarum quantitatem Rectori Ecclesiæ quolibet anno pro anima eiusdem testatoris, hoc dicitur esse legatum pium.*

CONSILIVM LXXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DVm coram Magnificis DD. Prioribus, & Vexillifero Iustitiæ Ciuitatis Pistorij ageretur, an legatum quoddam factum per Iustū Clariti de sancto Momme duarum petiarum Terræ Cap. Sfotzio eius fratri reuocatum, uel ne diceretur, in una ex dictis petijs Terrę per dictum Iustum postea venditæ, & D. primus Iudex pronunciauisset ad fauorem legatarij, & hæres appellasset, & causa ad consulendū mihi commissa esset, Retuli dictis Dominis Prioribus, & Vexillifero eorum partes esse in pronunciando bene fuisse iudicatum, & male appellatum, ad quod dicendum Motus fui, quoniam cum alienatio rei legatæ fuerit facta titulo oneroso, si quidem necessitate vrgente facta fuerit, legatum debetur, nec ademptum censetur: si vere vltro, seu nuda voluntate, non debetur, sed reuocatum intelligitur, vt est tex. hanc distinctionem probans in l. rem legatam, ff. de adim legat. & ibi tradit Bar. in sua distinctione, & est alius tex. iuncta glos. in l. fideicommissa, §. si rem in in gloss. prima ad finem, ff. de leg. 3. & in §. si rem in glos. 2. in fin. Inst. de legatus, & vbiq; etiam notant scribentes, glos. Barr. Bald. Salic. Castr. & Ias. in l. 3. C. de legat. omnes in princ. & ibi etiam Corne. num. 4. Gomez. de vltim. volunt. cap. 12. tit. de legat. sub num. 56. vers. secundus casus, & alij, quos consultò omittò; In dubio autem ex necessitate facta præsumitur, & sic debetur legatum tanquam non ademptum, vt clarè dicit Corn. in d. l. 3. num. 5. C. de leg. & etiam sentiunt glos. in d. §. si rem, in glos. prima Instit. de l. Durand. de arte testandi titul. 10. de mutat. testa. &

sta. & ademp. legat. cautela 7. numer. 3. in fine, & Gomez in vers. allegato, & sequitur tradita per Roland. cons. 31. num. 3. lib. 4. & per alios per eum allegatos, adeo quod cũ iudicio meo non appareat, quod voluntariè, & nulla cogente necessitate venditio de re legata fuerit facta, sed potiùs constet, vel præsumatur, quod ob necessitatem processerit, legatum per heredem legatario præstandũ est ex superius adductis; Quibus ex suprabundanti addo, quod & si fateremur, quod res legata vltrò alienata esset, quo casu legatum extinguitur, vt in Iuribus, & authoritatibus supra citatis, & tradit etiam Durans. d. cautela 7. in princ. num. primo & alij Doctores infra proximè allegandi, adeò vt etiã si postea eadem res redimatur per alienantẽ, non propterea reuiuiscat legatum l. cum seruus ff. de adim. legat. nisi affinitas personæ suadeat contrarium l. filiæ §. titia, ff. de condit. & demonstrat. hoc tamen non procederet in præsenti casu, ex quo sumus in legato ad piam causam, quod nedum debetur, si postquam res legata, quæ fuit alienata, redempta fuerit, per tex. loquentem in legato libertatis, in leg. verum est ff. de manumiss. testamento, quem ad hoc commendant Doctores in d. l. 3. C. de legat. ubi præcipue Bald. num. 5. Salic. ad fin. numer. 4. Corn. num. 6. in fin. vers. item procedit, & Ias. sub num. 2. vers. & postquam testator, glos. in d. l. cum seruus, in glos. fin. & ibi etiam Bart. ff. de adim. legat. & Gomez. in loco supra citato, & ita in terminis nostris punctualiter notat Roma. in repetit. Authent. similiter C. ad l. falcid. in 23. speciali vltimarum voluntatum num. 81. & rursus in 30. speciali sub num. 88. vers. & attende, vbi adducit alium similem tex. loquentem in institutione in l. quoties, §. seruus cum libertate ff. de hæred. instit. & Roma. sequitur Tiraq. de 4 priuileg. piæ causæ, priuilegio 40. sed etiam si non fuerit redempta, quia propter rei legatæ alienationem voluntariam non extinguitur legatum relictum piæ causæ, etiam si nõ fuerit res ipsa redempta, vt in puncto notat Tiraq. in loco allegato priuileg. 41. per ea, quæ voluit Bartol. consil. 26. in primo dubio, numer. 2. & 3. libro primo vbi consuluit, quod si testator mandat construi Ecclesiam in tali domo, quam postea uoluntarie alienat, nec redimit; non extinguitur huiusmodi legatum, immo debetur, & construenda est Ecclesia in ea Domo si fieri possit, ahàs in alio loco: quod dictum approbat Ias. in d. l. 3. C. de legat. col. fin. sub num. 3. ad fin. vers. possunt prędicta limitari, & Cotta memor. in verbo Ecclesia ante fin. versic. quin to ex his. Et miror, quod Excellentissimus D. Aduocatus legatarij, qui multa pro eo egregie deduxit, nullam de prędictis fecerit mẽtionem, cum tamen uideantur in terminis, & ponere uictoriam eius clientis in tuto.

5 Quod autem legatum hoc dicatur ad pias causas, paret, quia testator legauit illa bona dicto eius fratri cum onere ei iniuncto soluendi quolibet anno in perpetuum pro anima ipsius testatoris libras decem denariorum Rectori Parochialis Ecclesię eiusdem testatoris. Relictum enim pro anima dicitur ad pias causas, §. si vnum de prędictis post versiculum occasionem autem in illis uerbis, & ipsorum quoque animæ ex hac causa pijssima subleuentur in Auth. ut cum de appellat. cognoscit. & notat gloss. in l. si quis Titio, ff. de legat. 2. quam ibi sequutus est Bartol. numero 4. & latè tradit Tiraq. alios idem tenentes referens in dict. tract. de priuil. pię causę in pręfat. carta mihi 6. versic. item relictum pro anima. Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

De nullitate trium sententiarum conformium ex notoria earum Iniustitia, an, & quando proponi possit: & quid per agentem probandum sit, ut uictoriam consequi ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas principaliter intentari potest de Iurẽ contra tres sententias conformes, post earum exequutionem.*

2 *Iniustitia euidens, & notoria sententiarum nullitati æquiparatur, & contra tres conformes opponi potest.*

3 *Sed debet esse patens, & ex actorum inspectione euidenter constare.*

4 *Ita ut non habeat disputationem, nec probabiliter in dubium possit reuocari, aut offuscari.*

5 *Nullitas ex capite notoriæ Iniustitiæ cessat, ubicumque sumus in materia, in qua adsit opinionũ uarietas, & conflictus.*

6 *Nullitatem sententiarum ex capite notoriæ Iniustitiæ intentans, debet prius docere sententias esse iniustas, deinde quod earum iniquitas sit notoria.*

O CON-

CONSILIVM LXXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa nullitatis principaliter intentatæ per fratres de Lottis aduersus tres sententias conformes, latas ad fauorē venerabilium Prioris, & Fratrum Santæ Mariç Nouellç coram Reuerendo D. Petro Nerlio Canonico Florentino Iudice delegato, & Commissario Apostolico, Retuli dictas sententias contra dictos Agentes latas non fuisse, nec esse nullas, vitioque oppositæ nullitatis non subiacere, absoluendo dictos venerabiles Priorem, & fratres à petitis per dictos fratres de Lottis.

Ad sic dicendum motus fui, quoniam & si scio, quod contra tres sententias conformes post earum exequutionem nullitas principaliter deduci possit in Iudicio, vt est 1 tex. clarus in Clement. prima de sententia, & re iudicata, & ibi notant glos. & Doctores, & tradit Aret. cons. 75. col. penult. nu. 12. quem refert, & sequitur Gabr. titul. de exequut. rei Iudicat. conclus. prima num. 22. vers. quarto limita, tamen cum nullitas proposita, vt ex actis, & informationibus Agentium uideri potuit, deducatur ratione notoriæ Iniustitiæ, quod fieri permittitur, ex quo euidens Iniustitia æquiparatur nullitati, ex his quæ notant Doctor. in cap. Inter cæteras de re iudic. per illum textum Decius consil. 8. num. 5. Ruin. cons. 135. num. 8. li. 4. Afflict. decis. 39. num. 5. Mars. singul. 473. Gabr. tit. de sentent. conclus. decima numero & Contatdus in Comment. l. vnicæ C. si de momen. possess. fuer appell. limit. 9. num. 41. & seq. uers. succurritur prçterea, & alij, quos ipsi adducunt de communi, & recepta Doct. sententia attestantes, & ex actis causç inter dictas partes per quatuor instantias agitatç non appareat euidens, manifesta, ac notoria Iniustitia dictarum trium conformium ad fauorem dictorum Priorum, & & fratrum Sanctæ Mariæ Nouellæ, non est locus petitioni dictorum Agentium de Lottis: quoniam iniquitas sententiarum ad arguendam earum nullitatem debet esse patens: & notoria, & talis quæ ex actorum inspectione euidenter, & manifeste appa- 3 rere possit, vt patet ex congestis per Gabr. dicto tit. de sententijs, dicta conclus. decima num. 4. & seq. uers. primo limita, & clarius notat Contar. d. limitat. 9. num. 19. & seq. vers. euidens autem Iniustitia, adeò ut non habeat disputationem, nec possit in dubium reuocari, vel ob aliquam difficultatem offu- 4 scari, Gabr. d. conclus. decima numer. 2. uers. declara, & Contar. d. limitat. 9. num. 34. vers. ex quibus consequens est, & alij per eos adducti, in tantum, ut vbicumque sententiæ iniquæ feruntur super materia, in qua adest 5 opinionum uariatio, & conflictus, non procedat Iudicium nullitatis ex iam dicto capite notoriç Iniustitiæ, quia tunc Ius non dicitur certum, & propterea ualens sententiæ, nec uitio nullitatis subijciuntur, ut latè ex pluribus Doct. authoritatibus, & varijs rationibus ostendit Contar. d. limitat. 9. num. 50. & sequent. vers. tempera verò prædictam conclusionem, & ante eum Curt. Iunior cons. 28. num. 8. vers. succedit, & Corne. cons. 10. num. 3. vers. & si fortè lib. 4. Quinimo facilè sustineri posset, quod sententiç contra dictos de Lottis latç nō sint Iniustç, de quo in primis agendum erat per ipsos, quia cum ipsas sententias ob notoriam iniquitatem nullas ostendere uelint, debent prius docere eas esse iniustas, deinde quod earum iniquitas 6 sit notoria, & patens, quia notorium est adiectio entis, & nisi constet de substantia, non potest constare de accidenti, idest de notorio quod est accidens, seu qualitas: nec potest quis probare qualitatem, nisi substātiam probet, & impossibile est intelligere accidentia extra subiectū, vt hæc, & alia ad hoc proposi tum deducit Contar. d. limit. 9. nume. 35. ex seq. uers. discurrendum igitur. Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

De nullitate Capturæ debitoris non constito de debito, & an processu iustificata, sit reuocanda, uel potius confirmanda tanquam de nouo concedenda, et de alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Captura contra debitorem concessa, non constito de debito est nulla.*

2 *Et debet tale debitum esse clarum, liquidum, & certum, præsertim si agatur, vt fiat solutio. & num. 4.*

3 *Nisi agatur contra suspectum de fuga, vt satisdet de stando Iuri, quia tunc sufficit constare de debito incerto, & non liquidato.*

5 *Captura*

5 *Captura nulliter concessa si postea iustificetur in processu, & debitum probetur, non reuocatur, sed tanquam de nouo concedenda confirmatur, & depositum per debitorem factum ad excarcerationem obtinendam Creditori relaxatur.*

6 *Multi tamen contrarium tenent.*

7 *Sed prima opinio admittitur sine scrupulo, quando debitor non detinetur in Carceribus vsque ad satisfactionem; sed fecit depositum ad effectum illud Creditori relaxandi.*

Circuitus, & anfractus litium euitandi sunt, maximè vbi de leui praeiudicio agitur, & inter affines, & pauperes Rusticos. ibidem.

CONSILIVM LXXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

CVm ad instantiam Antonij Maestri Beltrami de Castro Vicariatus Florentiolae côcessum, & exequutum fuisset grauamen personale cô tra Petrum Ioânis eius Socerum pro summa Scutorum Centum occasione Dotis D. Staciae vxoris ipsius Antonij, & filiae dicti Petri, & dictus Petrus volens habilitari ex Carceribus dictam summam Scutorum Centum deposuisset penes Camerarium dicti Vicariatus, & hinc inde multa in processu deducta essent tam respectu dictae capturae, & depositi, quam ipsius debiti dotalis, Retuli D. Vicario Florentiolae eius partes esse in pronuntiando dictum grauamê personale fuisse, & esse nullum, & nulliter factum, relaxando nihilominus dicto Antonio dictum depositum, stante iustificatione debiti facta in processu post concessionem, & exequutionem dicti grauaminis personalis contra dictum Petrum.

Ad quod referendum motus fui, quia cû dictum grauamen concessum fuerit non côstito de debito aliquo modo, nullû fuit, quia 1 ad validitatem capturę debitoris debet in primis constare de eius debito, vt est tex. in Auth. & qui ante fin. ibi iuxta tamen mensurâ declarati debiti, Cod. de bonis auth. Iud. possid. & in corpore, vnde sumitur, Caccialup. in tract. de debit. suspect. & Fug. in 6. quaest. princip. in principio sub nu. 1. & ante eum Bald. cons. 285. sub nu. 6. in fin. & nu. 7. lib. 1. Imol. in l. 2. nu. 6. vers. in glos. suspectum ff. solut. matr. Roman. cons. 224. nu. 1. & seq. Castr. consil. pen. col. 1. 2. & 3. & cons. fin. in 1. dubio, lib. 1. Dec. cons. 75. col. 2. vers. 6. etiam facit, & qui- 2 dem liquido, non autem incerto, quia nô debet incipi ab executione super debito. incerto, maximè a captura personae. Bal. in l. apertissimi in fi. nu. 11. C. de Iudic. quê sequitur 3 Dec. d. cons. 75. col. 2. vers. 5. suadetur, cuius dictum, & si forte non procedat in captura, quae fit propter suspicionem fugae debitoris, vt satisdet de stando iuri, prout loquitur ipse Bal. & refert Dec. in d. vers. 5. suadetur, cû ea fiat pro debito incerto, & nô liquidato, tamê verum est in terminis nostris in Captura facta ad exequutionê, idest vt debitor soluat, 4 quia ad eam obtinêdam requiritur quod de bitum sit liquidum, vt declarat Caccialup. in d. 6. q. principali, sub nu. 13. vers. hic insurgit scrupulus non paruus, post Cast. côs. vlt. col. 3. vers. simpliciter in alio lib. 1. & tradit Bald. per eum non allegatus d. cons. 285. sub nu. 6. & 7. vers. ex quinto.

Sed quia in processu iustificatum fuit, & liquidatum debitum in summa per dictum Antonium petita, propterea visum fuit ei relaxandum esse depositum per debitorem factum tempore excarcerationis, vt probatur 5 a Creditori ex ea conclusione Doctorû, quod vbi Captura non ritè sit facta, si tamê postea constet de debito, ita quod de nouo esset côcedenda, non debet reuocari, sed confirmâda est, vt tradit in terminis Castr. cons. 473. nu. 4. vers. postremo etiam si lib. 1. quem refert alios idem tenentes allegando Caccial. in d. tract. in 14. q. principali in principio, & sequitur Neguz. in tract. de pignor. in 2 memb tertiae partis principalis sub nu. 23. & Crau. côs. 46. sub nu. 7. & Lancel. Corad. de offic. Praetor. in causis ciuilibus Rub. de execu. senten. nu. 9. vbi dicit ita seruari, & non esse recedendum ab hac opinione, quae magis cômunis asseritur. Et licet non desint qui contrarium 6 teneant, & sit quaestio multum dubia, vt patet ex deductis per Caccial. in d. q. 14. nu. 2. & 3. & fatetur etiam Lancil. Corad. supra relatus, aiens de ea esse maximam controuersiâ, & eam indecisam reliqui sse Caccialup. in loco citato, tamen praedicta opinio in casu nostro amplectenda videtur, ex quo agitur de 7 modico, & leui praeiudicio in relaxando depositum pro summa, quae in alio Iudicio esset omnino soluenda, & sumus inter affines, & pauperes Rusticos, inter quos euitandi videntur circuitus, & litium anfractus, & non agitur de retentione personae in Carceribus, donec satisfaciat, cum iam exierit dicto depo sito mediante per ea, quae subiungit Caccialup. in ead. q. 14. nu. 4. quibus conueniunt notata per Durant. de art. testand. titul. vlt. caut. fin. sub num. 8. in fine. Anno 1594. Florentiae.

EPITOME.

De deductionibus competentibus filio onere vniuersalis fideicommissi conditionalis à Patre grauato tam pro legitima, trebellianica, Dotibus per testatorē restituendis, aut alijs ipsi hæredi debitis quam pro funeris impensa, ære alieno testatoris, & legatis per hæredem de proprio solutis, melioramentis in bonis hæreditarijs factis, & alij circa hæreditatem, & ad eius commodum impensis, & de alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Legitima Iure naturæ debita filio à Patre grauato onere fideicommissi conditionalis, detrabitur de bonis fideicommisso subiectis per hæredes talis grauati, & num. 2. & seq.*

2 *Legitima non recipit grauamen fideicommissi, sed detrahitur ex illo, etiam contra expressam testatoris uoluntatem, & quare.*

3 *Legitima non potest grauari onere usufructus.*

4 *Legitimæ petitionem transmittit filius ad hæredes etiam extraneos, & si ab ipso nec petita, nec agnita vnquam fuerit.*

5 *Trebellianica deducitur per hæredes filij à Patre grauati onere fideicommissi conditionalis purificata conditione.*

6 *Filius à Patre grauatus onere fideicommissi, vniuersalis sub conditione detrahit duas quartas, legitimam scilicet, & Trebellianicam.*

7 *Quæ duæ quartæ capiunt dimidium totius hæreditatis testatoris.*

8 *Trebellianica nec prohiberi potest, nec onere fideicommissi grauari per testatorem contra filium.*

9 *Etiam quando vnæ detrahuntur quartę, licet multi contradicant.*

10 *Dotes debitæ per testatorem, & ad quarum restitutionem erat obligatus, siue Matris hęredis fideicommissio grauati, siue Vxoris, siue alterius, & omne aliud debitum, ad quod testator tenebatur dicto hæredi grauato, & quicquid eidem grauato peruenit aliundè, quam ex testatoris Iudicio, deducuntur de hæreditate ad præiudicium fideicommissarij.*

11 *Etiam nullo per hæredem facto Inuentario, sed simpliciter adita hæreditate.*

12 *Et magis absque dubio, quando pro talibus dotibus, aut alijs debitis competeret hypothecaria, quæ non extinguitur, per simplicem aditionem hæreditatis sine Inuentario.*

13 *Funeris impensa facta per hæredem fideicommisso grauatum de proprio deducitur de fideicommisso.*

14 *Hæres grauatus onere fideicommissi deducit ex illo legata per testatorem facta, & de proprio soluta.*

15 *Et si rem aliquam pro talibus, aut alijs debitis testatoris alienare poterat, potest rem illam pro se retinere, vel ad suos hæredes retinendam transmittere, si de proprio soluit, vt supra.*

16 *Hæres onere fideicommissi grauatus deducit de illo omne æs alienum testatoris de proprio solutum & quicquid in causam hæreditatis, & ad eius commodum impendit.*

17 *Absque aliqua compensatione cum fructibus facienda.*

18 *Hæres grauatus onere fideicommissi transmittit ad hæredes omne Ius sibi competens quò ad omnes deductiones ex quacumque causa de hæreditate faciendas contra fideicommissarium, qui propterea retentione vti possunt pro illis.*

19 *Et si talibus deductionibus non factis hæreditatem fideicommissario restituissent, illis contra eumdem repetitio daretur.*

20 *Hæres onere fideicommissi grauatus deducit melioramenta per ipsum facta in bonis hæreditarijs.*

21 *Hæres grauatus onere fideicommissi sibi imputare debet in deductionibus per eum faciendis de fideicommisso quicquid ipse debet, aut iam habuit de hæreditate.*

22 *Bona fides non patitur, vt plus quam semel quis habeat, quod sibi debetur.*

CONSILIVM LXXXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa deductionū petitarum pro parte D Benedicti de Oricellarijs nomine filiorum, & litis consortiū hæredum quondā Petri, & Bernardi Iunioris de Carnesecchis contra Reuerend. D. Durantem, & Magnificum D. Christophorum fratres de Carnesecchis fideicommissarios in bonis quondā Bernardi Senioris de dictis Carnesecchis testatoris. Retuli admodum Reuerendo D. Priori collegiatæ Ecclesiæ Sancti Laurentij de Florentia Iudici delegato, & Commissario Apostolico dictis agentibus deberi legitimam, & trebellianicam, & dotes Matrum, dictorum Petri, & Bernardi Iunioris, & melioramenta per dictos Petrum, & Bernardū Iuniorem facta iuxta liquidationem aliàs faciendam.

Primò enim de dictis bonis deduci debet per Agentes ex persona Petri, cuius sunt hæredes, legitima ipsi Petro debita in bonis di-
1 cti Bernardi testatoris eius Patris, §. primo in Auth. de heredib. & falcid. & § aliud quoque Capitulum in Auth. vt cum de appellat. cognosc. & notant omnes legistæ in Auth. nouissima C. de inoffic. testam. & Canonistæ in cap. Rainutius, & in ca. Rainaldus extra de testam. & in cap. si Pater eod. tit. in 6.
2 quæ fideicommisso aliouè onere grauari à testatore non potuit, sed de fideicommisso etiam contra expressam testatoris voluntatē deducēda est, Alex. consl. 55. n. 5. & 6. li. 2. cōs. 13. n. 7. consl. 31. n. 7. li. 3. Dec. consl. 81. in primo dubio nu. primo Alciat. consil. 31. nu. 9. lib. 9. Campeg. inter consilia Grati consl. 9. n. 12. li. 2. Simon de Præt. de interpret. vltimar. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 5. solut. 6. num. 2. fol. 363. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 2. dicens rationem esse, quia quāuis ea proficiscatur ex substantia testatoris, tamen filius eam non consequitur ex Iudicio ipsius testatoris, sed ex prouidentia legis, cum ei debeatur Iure naturali, & ciuili, & alibi passim scribentes, nec in ea cadere potuit onus vsusfructus à testatore relicti,
3 §. prohibemus in Auth. de trien. & semis. glos. in Auth. nouissima, & in leg. quoniam in prioribus C. de in offic. testam. Bart. in l. Vxori meæ, num. 3. ff. de vsufr. leg. Alexan. consl. 29. num. 2. lib. 4 Et Dec. consl. 485. nu. 14. versic. & primo quod de dicto legato:
4 cuius quidem legitimæ portionis petitio ad hæredes instituti etiam extraneos transmittitur, & si ab ipso instituto, nec petita, nec agnita vnquam fuerit leg. scimus in princip. vbi Salicet. & alij notant C. de inoffic. testam. Alexand. consil. 55. num. 6. consl. 150. numer. 8. lib. 2. consil. 188. num. primo libr. 6. Socin. consl 92. in 2. dubio, numer. 4. libr. primo adeo quod per dictos Agentes tanquam dicti Petri hæredes peti potuit.

Secundo deduci debet trebellianica eidē Petro grauato in bonis paternis debita, §. sed quia Inst. de fideicom. hæredit. leg. prima.
5 & per totum titulum ff. ad trebell. ca. Raynutius, & ibi glos. & Doct. extra de testam. Campeg. inter consilia Grati, d. consl. 9. nu. 13. lib. 2. Simon de Prętis d. solut. 6. num. 3. Cum enim Petrus sub conditione grauatus
6 fuerit onere vniuersalis fideicommissi, dubium non est, quin vltra legitimam possit, etiam detrahere trebellianicam, ex quo hæ portiones diuersis temporibus deducendæ sunt, vt tradunt gloss. & scribentes in capit. Rainaldus, & in capitul. Raynutius extra de testam. per illos textus; & plenè tradit Roland. consl. 25. num. 9. consl. 85. num. 12. lib. primo consl. 26. num. 23. lib. 3. & quæ simul computatæ conficiunt dimidiam partē
7 hæreditatis, vt est receptissima omnium con clusio in d. cap. Rainaldus, & in d. ca. Raynutius, & tradunt Alex consl. 3. nu. 6. li. 3. consi. 250. num. 3. lib. 6. Dec. consl. 236. num. 7. & 8. consl. 613. numer. 5. Simon de Prętis d. solut. 6. num. 4. versi. ita quod practica folio 363. & alij scribentes passim; Quæ quidem trebel-
8 lianica nec prohiberi, nec fideicommisso grauari potest per testatorem aduersus filiū. Bald. in leg. iubemus, num. 2. 9. C. ad trebell. Alex. consl. 5. num. 16. lib. 3. Dec. consl. 81. in 4 dubio nume. 3. vbi de magis communi testatur, pro qua sententia multas congerit authoritates Gabr. in titul. ad trebell. conclus. prima num. 4. & plures eandem sententiam sequentes, etiam quando duæ quartæ, vt in hoc casu detrahuntur, refert Marz. de fidei commis. in 2. parte, in verbo trebellianicam, quæ. 49. & licet non desint qui contrarium teneāt, præsertim in prędictis terminis detractionis duarum quartarum, & tam magnus sit conflictus opinionum, vt vix possit discerni, quæ nam sit verior, & communior, vt patet ex congestis per Gabr. d. conclus. prima num. 5. & per Marz. d. quęst. 49. tamen non
9 est recedendum à negatiua, quæ Florentię in Auditorio Rotæ est canonizata, & in proposito videtur indubitata, cum eam testator in testamento expressè concesserit, dum disposuit, vt bona quædam per ipsum Petrum fortè alienata non debeant imputari in legitimam, nec in trebellianicam.

Tertio deducenda est Dos Vxoris ipsius testatoris Matris dicti Petri hæredis instituti & vniuersali fideicommisso grauati, hac etiā
10 Dos Vxoris dicti Petri Matris Bernardi iunioris, cum vtraque recepta sit per testatorem, qui restituere tenebatur, & clarum sit, quod de fideicommisso debeat per grauatum, aut eius hęredem deduci Dos debita per testatorem ipsi grauato, & omne aliud debitum, ad quod tenebatur idem testator hæredi: & generaliter quicquid grauato per uenit aliūde, quam ex testatoris Iudicio, quia fideicommisso subiecta sunt solummodo ea quæ grauatus ex testamento capit, & non aliundè, l. si res in princ. ff. ad trebell. l. cohære di, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill l. ab omnibus, §. fin. ff. de leg. primo leg. à filia in princ. ff. ad trebell. l. in imponenda, & l. irritum. C. ad l. falcid. glos in l. Stichum, aut Pamphilū §. aditio in uerbo retinet ff. de solut. Battol. in leg. debitor § fin. per illum text. ff. ad trebell. Castr. consl. 77. in primo dubio, in princ. nu. 1. & in 2 dubio pariter in principio num. 2. & in 4. dubio, numer. 4. libr. 2. Roman. consl. 276. in 2. 3. & 4. dubijs. Crauet. consil.

24. num. 12. & conf. 144. num. 4 & 5. & consil. 295. in septimo dubio nu. 4 & conf. 316. in 5. dub. sub num. 3 & conf. 792. nu. 9. post versic. secundo principaliter, & in Dote materna, quod de fideicommisso paterno detrahenda sit per filium grauatum, etiam quod se immiscuerit hæreditati paternæ nullo con
21 fecto Inuentario, sed simpliciter dictam hæreditatem adiuerit, tradunt in specie Doct. in l. debitori, C. de pact. & præcipuè Soz. in fine referens ita alias fuisse consultum. Curt. iun. nu. 14. dicens hoc esse notandum perpetuo, quia multi prima facie contrarium dicerēt, & Alciat. col. penult. versic. hinc à quibusdā, & ita in terminis consuluit Castr. d. conf. 77. in primo dubio, libro secundo, dicens in fine, quod ista sunt clara, & palpantur manibus, & sunt ipsa veritas, & idem tenuerunt Cuman. conf. 126. colum. fin. versicul. ad secundum, Alex. conf. 124 num. 7. lib. 7. Aret. conf. 147. num. primo in fine, versic. Dotes maternas, iuncto num. 5. Crauet. d. conf. 295. in 6. dubio sub num. 3. & d. conf. 316. in 6. dubio, nu. 4. & d. conf. 792. nume. 10. iunctis dictis sub num. 9. Natta conf. 255. num. 7. Mant. consi. 291. num. 3. Angel. Aret. in forma testamenti in glo. 86. num. 15. & in glos. 112. num. 5. Ias. conf. 28. colum. 1. versic. secundo, libro 3. Paris. conf. 69. num. 41. lib. 2. Grat. conf. 160. in 5. dubio, num. 51. lib. 2. Caph. conf. 253. in 4. dubio, num. 41. & conf. 272. nu. 42. & 43. Alex. conf. 31. num. 11. lib. 4. Dec. conf. 519. nume. 5. Alciat. conf. 31. in secundo dubio, num. 7. & 8. & conf. 113. num. 20. lib. 1. Bellon. conf. 41. in princip. Mayner. in l. in ambiguis pro dote, num. 165. ff. de reg. iur. Ruin. conf. 112. num. 19. lib. secundo, latè Roland. conf. 65. lib. 2. Pereg. de fideicommiss. artic. 35. num. primo. Et quamuis omnes supra citati Doctores non loquantur præcisè non facto Inuentario, sed simpliciter, tamen quamplures ita loquuntur, & ita etiam tenet idem Roland. in tractatu de confectione Inuentarij in vltima parte in quæstione incipiente, pone hæres grauatus nume. 6. & pluribus sequentibus aiens esse opinionem communē, & per scribentes receptam, & in Dote Auiæ paternæ, idem tradit Socin. iun. conf. 170. in princ. lib. secundo, & in dote vxoris filij grauati Alexand. d. conf. 124. in fine sub num. 7. lib. 7. & in dote sororis grauatæ à fratre, qui illam ei debebat, Castr. conf. 19. in 2. & 3. dubijs, num. 1. & 2. lib. secundo, loquens etiam non facto Inuentario, & in Dote vxoris grauatæ à viro ad eam restituendam obligato Alciat. conf. 172. post princ. lib. 9. & est conclusio adeo recepta, & solidis, efficacibusque Iuribus, rationibus, & authoritatibus adeò abundāter roborata, vt propterea de ea dubitari non oporteat, vt dicit Crauet. d. cōs. 144. sub num. 5. ad fin. quæ quo ad actionem hy-
22 pothecariam pro dictis Dotibus recuperandis competentem, adhuc fortius, & sine aliqua difficultate procedit, quia hypothecaria non extinguitur per simplicem hæreditatis aditionem sine Inuentario, Roma. d. consil. 276. in principio, & est verior, & cōmunior Doctorum opinio, vt tradit Roland. de confect. Inuent. in dicta vltima parte, in quæst. incipiente, an actio hypothecaria, num. 9. cum sequentibus, vbi alios refert, & pulchrè ostēdit Negusant. in tract. de pignor. & hypoth. primo membro, 5. part. principal. num. 49. & pluribus sequentibus, versic. postremo inter alios effectus.

Quarto habenda est ratio impensæ funeris testatoris per hæredem solutæ, quæ de fi-
23 deicommisso detrahenda est, l. impensa funeris, & l. at si quis, §. 1. ff. de relig. & sumpt. funer. Roman. d. conf. 276. in 7. dubio nu. 6. Castr. conf. 369. nume. 2. vers. & idem dico lib. 1. Couar. in cap. Raynaldus, §. 3. nume. 2. & 3. de testam. Simon de Præt. de interpretat. vltimarum, lib. 3. interpretat. 3. dubit. 5. solut. 4. nu. 2. & plur. seq. folio 353. & alij per eum allegati.

Quinto ratio etiam habenda est legatorū factorum per testatorem ab hærede solutorum, quia deducit hæres quod in dicta causa
24 soluit, Roman. d. conf. 276. in 7. dubio, nu. 6. Castr. d. conf. 369. nu. 2. vers. tertio si dictus lib. 1. Paris. conf. 55. nume. 27. lib. 3. Crauet. conf. 16. nume. 1. & d. conf. 316. in 7. dubio, sub num. 4. & d. conf. 792. num. 15. vers. non solum autem, Peregrin. his scriptis visus de fideicommiss. art. 35. num. 9. & Natta consil. 321. nume. 2. Menoch. consil. 183. in 2. & 3. dubijs, qui etiam dicit, quod potest grauatus retinere tot bona iuxta valorem temporis factæ solutionis, facit Socin. iun. conf. 120. in 2. dubio, lib. 1. vbi quod hæres, qui poterat
25 certam rem alienare pro debito soluendo, si illud de proprio soluit, potest rem pro se retinere, vel ad suos hæredes retinendam trāsmittere, ita vt res illa ad substitutum non perueniat, ad quod plura allegat, & ad eius dicta se remittit Marzar. in Epitom. fideicommiss. quæst. 7. per totum.

Sexto deducendum etiam videtur æs alienum hæreditarium solutum per ipsum hæredem, & omne aliud, quod hæres in causam
26 dictæ hæreditatis, & ad eius commodum impendit, l. 1. C. ad Trebell. Roma. d. consil. 276. in 7. dubio, num. 6. Paris. d. consil. 55 nu. 27. lib. 3. Fulgos. consil. 84. in primo dubio, Crauet. d. consil. 292. num. 9. versic. secundo principaliter, Natta consil. 55. num. 9. Marzar. de fideicommiss. in 3. parte, quæst. 67. & Simon

Simon de Præt.loco citato,num. 10. 11. 14. & 15 Boer.decis.44. num. 26.& seq.versic.si verò loquimur, absque aliqua cum fructibus compensatione facienda, vt per Crauet. 17 d.versic.secundo principaliter,& per Simon de Præt.vbi supra num.18.versic. quò ad primum,vbi latè insistit,& Peregr.d.articu. 35. num.10.& seq.

Quæ quidem deductiones adeo sunt debitæ,vt ius hoc retinendi quod sibi debetur, 18 competens hæredi grauato vti in eius persona causatum transeat ad illius hæredes,Cast. d.consil.19.in 3.dubio ad fin.sub num.2.lib. secundo,vbi allegat legem quamquam, C. ad l. Falcid. & si facta esset hæreditatis restitutio fideicommissarijs non factis dictis de-19 ductionibus,daretur contra eos repetitio,Castr.d.consil.19.in 5.dubio sub num.3.lib. 2. & clarius Crauet.d.consil.144.sub nume.5.circa medium,vers.& non solum, & d. cons. 295. in 6.dubio,sub num.3.& iterum d.consil.792. sub num.9.ad fin.

Septimo etiam melioramenta in bonis hæreditarijs facta detrahuntur de fideicommisso per grauatum, l.domos hæreditarias, 20 ff.de leg.primo,leg. vbi purè,§.fin. leg. mulier §. sed enim, uersic sed & ipse, ff. ad trebell. leg. qui exceptionem,§. si pars domus, ff.de condit. indebit. & vbique notant Doctores,Roman.d. consil. 276. in dicto 7. dubio sub numer. 6.ad fin. versicul. sin autem in alijs,Corn. consil. 180. numer.8.versicul. circa quintam, libr. 4. Socin. consil. 82. numer. 37. versicul. 8. & vltim. libr. 4. Paris. dict. consil.55.numer.22.libr.3. Bero. cons. 176. numer. 8.libr.primo Grat. seu Campeg. inter eius consil. d.consil. 9. numer. 14. & seq. libri 2. Crauet. d. consil. 792. numero 22. versicul. tertio de expensis, Simon de Pretis de interpret.vltim. volunt.lib.3.interpret. 3. dubit.5.solut.5.per totam folio 358. & seq. Marz. plures referens de fideicommis.in 3. parte,quæst. 65.

Quæ omnia in executione sententiæ sigillatim, & exactissimè erunt deducenda, & discutienda, cum pro nunc agatur tantummodo,an de Iure debeantur, nec nè: vnde in dicta discussione meritò dictum fuit haben-21 dam esse etiam rationem alienationum, quæ factæ dicuntur post mortem testatoris de bonis eius hæreditatis per dictos Petrum, & Bernardum Iuniorem Actores Agentiũ, & eodem modo aliorum,quæ de Iure eis imputanda essent in causam eorum, quæ deducere de fideicommisso debent, cum clarum sit, quod Agentes in sibi debitis imputare debent ea, quæ ipsi debent, aut consequuti fuerunt, aut alienauerunt leg. Matrem, aut Auunculum, ff. ad trebell. Roma d. consil. 276. in 5. dubio, numer. 4. Castr. d. consil. 77. in 6. dubio, sub numer. 5. ad fin. consil. 267. numer. 1. 2. & consil. 268. numer. 3. 4. lib. 2. Socin. consil. 16. nu. 19. cum seq. lib. 3. Ias. consil. 161. per totum lib. 4. Durans de arte testãd. tit. de varijs testatorum præceptis caut. fin. num. 3. Crauet. d. consil. 316. in primo dubio, numer. primo, & in 4. dub. num. 3. & habetur per omnes scribentes in l. in quartam ff. ad l. falcid. & per Gabr. tit. de legitim. conclus. 4. in 4. limit. num. 9 & per Simon. de Pręt. in d. tract. li. 3. interpret. 3. dubit. 5. solut. 6. in 7. conclus. nu. 14. & plur. seq. folio 365. Nec bona fides patiatur, vt plusquam semel 22 quis consequatur, quod sibi debebatur, leg. bona fides ff. de reg. Iur. cum similibus. Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

De exceptione rei iudicatæ, an, & quando obstet iterum agenti, & quod potest opponi tam ad impediendum processum ante litem contestatam, quã quò ad merita causæ lite contestata, et quando initio opposita reseruanda sit in fine litis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingressum.*
2 *Sed hoc intelligitur respectu Iuris, quod agenti tempore agitati Iudicij competebat, secus autem si post latam sententiam superuenit, nam de eo experiri potest dicta exceptione non obstante.*
3 *Agens ante purificatam conditionem, & succumbens, si postea ea purificata agat, exceptione rei iudicatæ non repellitur.*
4 *Legatum non petitur ante aditam hæreditatem, & numer. seq.*
5 *Dominium rei legatæ quomodo in legatarium transeat à morte testatoris.*
6 *Rei vendicatio ante aditam hæreditatem non competit.*
7 *Agens sine actione repellitur.*
8 *In dubijs negotijs ea amplectitur uia, quæ vtrique parti minus est præiudicialis.*
9 *Exceptionem rei iudicatæ non obstare in dubio est iudicandum.*
10 *Exceptio impediens litis ingressum potest etiam opponi quò ad merita causæ post litem contestatam.*
11 *Exceptio litis ingressum solens impedire, vbi requirit altiorem indaginem, illum non impedit, sed reseruatur in fine litis quò ad merita.*
12 *Exceptio impediens litis ingressum non opposita ante litem contestatam, vel opposita, sed non iustificata*

ficata, potest iterum opponi respectu meritorum ad obtinendam absolutionem à petitis per Actorem.

CONSILIVM LXXXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa agitata coram D. Potestate Terrę Barghæ inter Michaelem Iacobi nominibus, quibus in actis, agētem ex vna parte, & Ioannem Petri, & litis consortes Reos conuentos ex altera, Visis scripturis ad me transmissis, Retuli dicto D. Potestati eius partes esse in pronūtiando, procedendum esse ad vlteriora, & ad litis contestationem in dicta causa, non obstantibus exceptionibus oppositis ad impediendum Processum, reseruatis tamen eisdē exceptionibus in processu ipsius Causæ quò ad merita.

Ad quod dicendum motus fui, quia licet exceptio rei iudicatæ opposita, de qua solummodo agendum est, impediat litis ingressū, 1 vt est tex. in cap. primo, vbi etiam glo. & scribentes de litis contestat. lib. 6. Bart. in l. nam postea in princ. num. 5. ff. de iure iur. & in l. eleganter §. si quis post nu. 1. & 7. ff. de cond. indebit. & in casu legati domus, de quo agitur, adesse videatur propter concursum idētitatis rei, causæ, & personarum iuxta l. cum quæritur cū l. seq. & principio subsequentis ff. de except. rei iudicatæ, & tradita ibi per Doctores, & congesta per Aret. in §. item si, num. 27. & seq. vers. vltimo quia iste textus principaliter tractat de except. rei iudic. Inst. de except. tamen non visa fuit in præsenti casu admittenda talis exceptio, quia dicta rei iudicatæ exceptio suum producit effectum, 2 quando tempore primi Iudicij causa in Iudicium deducta erat vera, & Actori Ius competebat: secus autem si denouo post latam sententiam cōtra Actorem superuenit, quia tunc non obstat, ex quò nō potest dici, quod sententia faciat præiudicium in Causa, quæ tempore ipsius latæ non competebat, nec propterea in Iudicium deducta fuerat, leg. non potest videri, & l. non quemadmodum ff. de Iudic. & tradunt punctualiter Bart. in l. si Mater, §. eandem causam ad fin. num. 5. & Cast. sub num. 4. versic. secunda limitatio ff. de except. rei iudic. à quibus non discrepat idem Bart. in leg. & an eadem, §. actiones, nume. 18. & seq. versic. dixi supra eod. tit. & probatur per tex. in l. græcè, §. si sub conditione, 3 ff. de pignor. vbi qui ante conditionem agit, malè agit, nec rei iudicatæ exceptione repellitur, si postea conditione existente iterum agat, quo fit, vt cum agenti tempore primi Iudicij non competeret ius efficax ad petendum legatum nondum defuncti adita hære4 ditate per ea, quæ loquuntur, & notantur in l. si nemo, ff. de testamenta. tutel. & in l. si nemo, ff. de regu. iur. & propterea in eo Iudicio succubuerit, non possit modo ei iterum adita dicta hæreditate agenti nocere sententia illa, nec obstate rei iudicatæ exceptio per supra allegata. Et si enim dominium rei legatæ 5 transeat in legatarium à morte testatoris, l. à Titio, ff. de rei vendicatio. tamen istud est fictè, & non secundum veritatem, vt declarat Bart. in leg. si tibi homo, §. cum seruus, ff. de leg. primo, eo enim tempore dominium dicitur transire in legatarium inceptiuè, & nō 6 completiuè, & ideo ante aditam hæreditatem rei vendicatio verè non nascitur, nec intentari potest, Bald. in leg. prima, nume. 5. C. commun. de legat. vnde meritò in primo Iudicio agēs succubuit ex defectu aditionis hæ7 reditatis, vti agens sine actione, per leg. videamus, §. si pupilli, ff. de negot. gest. Et secundū hanc partem libentius referendum censui, quoniam negari non potest, quin ex deductis per Magnificos Dominos Aduocatos partium res non esset dubia, quo casu ita faciendum videbatur, eligendo viam, per quā vtrique partium consulitur, & minus præiu8 dicium affertur, iuxta dictum Castr. communiter receptum in leg. 1. ff. si quis cautio. Nā si in hac exceptione emergenti rei iudicatæ opponens vinceret, totum vinceret, & aduersarius omnino perderet: sed si opponens perdat, non per hoc perdit totum, nec aduersarius causam vincit, sed remanet lis, & partes 9 quò ad Iustitiam causę sunt in eisdem terminis, vt notabiliter tradit Bart. in extrauagan. ad reprimendum in verbo summariè, num. 24. versi. quædam sunt emergentes, vbi ideo subdit, quod ex parte opponentis plena, & clara exigitur probario, vt vincat, vnde etiā fuit eadem exceptio reseruata in processu Causæ quò ad merita. Nam exceptiones im10 pedientes litis ingressum possunt opponi dupliciter, primo ad impediendum processum ante litem contestatam: secundo ad Iustitiā causæ post litem contestatam, Bart. in l. eleganter, §. si quis post num. 7. ff. de cond. indebit. & in leg. cum quærebatur, §. penult. lecto cum princ. d. l. num 4. versicul. item nota, ff. iudicatum solui, & vbi exceptio solens impe11 dire litis ingressum requirit altiorem indaginem, non impedit processum, sed proce-

ditur

dltur ad litis contestationem reseruata exceptione in processu causæ quo ad merita, Bartol. in dict. leg. nam postea in princip. num. 2.8.& 9. ff.de iur. Iuran. & in extrauaganti ad reprimendum in verbo summariè, sub num. 24. versic. potest tamen, & in dict. leg. cum quærebatur. d. §. penult. lecto cum principio d. leg. numer. 3. in fin. versicul. hoc tamen ita demum, ff. de iudic. solui, nam & exceptio impediens litis ingressum, si non fuit opposita ante litem contestatā ad impediendū 12 Iudicium, vel si fuerit opposita, sed in eius probatione opponens succubuerit, iterum potest opponi in vim peremptoriæ, & plenè probari, vt plena sequatur absolutio, vt in pūcto tradit Bar. in extrau. ad reprimendum in verbo summariè, columm. penult: num. 25. versic. & ex hoc dico, quem sequutus est Ias. in §. actionum numer. 132. Instit. de actionib. & ante eum Aret. ibidem sub num. 14. versic. aduertas tamen, licet hoc non determinauerit idem Bartol. in d. leg. eleganter, d. §. si quis post in fin. numer. 8. ff. de condit. indeb. & ratio est, vt ex Bart. supra allegato colligit Surdus in additio. ad Ias. supra citatum, quia in primo casu fuit opposita ad impediēdum processum, et sic ad vnum finem. In secundo autem opponitur ad aliud finem, videlicet, vt absolutio sequatur, vnde merito propter succumbentiam in primo non impeditur oppositio in secundo. Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

Quod remedium cap. reintegranda, tertia quæst. prima non datur cadenti à possessione facto suo, & iustà causa, vel authoritate Iudicis, aut de licentia Principis, vel vigore pacti de ingrediendo propria authoritate; nec ius non habenti contra habentem.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
2 *Fallit quando de duobus copulatiuè constat, de non Iure scilicet Actoris, & de Iure conuenti.*
3 *Circuitus sunt euitandi.*
4 *Sententia super proprietate præualet sententiæ in possessorio latæ.*
5 *Remedium cap. Reintegranda 3. quæst. prima, non datur ei, qui à possessione cecidit facto suo, & ex iusta causa, & authoritate Iudicis, vel Arbitri. & num. 6.*
6 *Spoliatus à priuato authoritate Iudicis non restituitur.*
7 *Item nec quando alius de licenti a Principis accepit possessionem.*
8 *Spolium prætendere quis non potest, quando ingressus est possessionem aduersarius, qui ex facultate sibi permissa eam propria authoritate capere poterat, & illam sine contradictione adeptus fuit.*

CONSILIVM LXXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

CVm ex laudo à partibus emologato, & approbato declaratum fuerit bona, de quibus contenditur, pertinere ad Sanctem quondam Sebastiani de Frassineta nomine, quo in actis, dummodo infra mensem summariè coram Arbitris probet per testes non suspectos, eorumque scientiæ causam reddentes ea fuisse in bonis, & hæreditate Sanctis Torelli de Palatio Fronzolæ, & facta dicta probatione immediatè possit accipere possessionem realem, actualem, & corporalem ipsorum bonorum, & is intra tempus promissum coram dictis Arbitris probauerit per testes ea, quæ sibi incumbebant ad accipiendam corporalem possessionem bonorum, prout accepit, parte tamen ad prædicta non citata, & nulla præcedenre declaratione, prout fortassis necessarium fuisset, & in Iudicio postea contra eum moto per Sanctem Ioannis Torelli de lierna nomine quo in actis probata sint, eadem, quę coram Arbitris probata fuerant, ex his q̄ de nō Iure agentis, & de Iure ipsius conuenti pateat, putaui partes Magnifici Domini Vicarij Casentini, qui causam mihi consulendam commisit, esse in absoluendo dictum Reum conuentum à petitis per Actorem agentem interdicto recuperandæ possessionis ex cap. reintegranda 3. quęst. 1. sequentibus fundamentis.

Primo, quia licet spoliatus ante omnia sit restituendus leg. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iuliam de vi public. omni exceptione 1 postposita, cap. in litteris, & cap. conquęrente de restitut. spoliat. cap. nullus 2. quęst. 2. tamen non procedit, quando clarè constat

de

2 de duobus copulatiuè, de non Iure scilicet Actoris, & de Iure conuenti, vt in præsenti casu constat; quicquid sit quando de vno tantum apparet, cap. ad decimas de restitut spoliat. in 6. & ibi glos. in verbo præsumitur, latè Imol. post longam discussionem in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. colum. 2. sub num. 5. post versic. vltimo facit, & ibidem Roman. colum. 2. sub num. 4. versicul. sexto secundum Bald. Abb. in d. cap. in litteris, num. 27. & sequentibus, versicul. sed quæro, de restit. spoliat. Castr. cons. 473. in fi. sub num. 4. lib. 1. Socin. consil. 87. sub nu. 23. versic. primo, quia per Instrumentum lib. 3. & regula 379 in verbo spoliatus in 10. & 11. Fallentia, & alij allegati per Gabr. de restitu. spol. conclus. 1. num. 93. versic. decimo limita, & nume. 95. vers. sed limitationem ipsam, & sub num. 116. versicul. & propterea dicit, 3 quod vel ea vltra alias suadetur ratione, quia circuitus euitandus est, cum si fieret restitutio in possessorio, è contra in petitorio restituenti restitui deberet, cum in finali execu- 4 tione debeat præualere sententia super proprietate, vt considerat Imol. in loco citato.

Secundo, quia Remedium dicti cap. reintegranda datur ei, qui à possessione cecidit ex causa iniusta, & sine culpa sua, non autem 5 ei, qui ex facto suo, & iusta ex causa, vt in occurrenti casu, cecidit à possessione, vt innuunt verba d. cap. reintegranda, & tradunt Anch. cons. 42. nu. 2. versic. verum habemus, Alex. consil. 92. num. 5. versic. nec etiam potest obtinere, lib. 1. cons. 6. num. 5. versicul. & adhoc ostendendum, & num. 10. versic. secundo respondeo lib. 3. Dec. consil. 57. sub num. 2. cōsil. 302. sub num. 22. versic. præterea ex alio, Gratus consil. 50. num. 10. lib. primo, & alij congesti per Gabr. d. tit. de restitutio. spoliat. conclusione quinta, num. 26. versic. secundo limita.

Tertio, quia spoliatio Actoris facta à con- 6 uento processit ex facto Arbitrorum, & proinde legitima censetur, quia spoliatus à priuato authoritate Iudicis non restituitur, Dec. cons. 191. sub num. 9. vers. 5. hoc comprobatur, vbi hoc extendit etiam ad illum, qui ac- 7 cipit possessionem de licentia Principis, & idem tenet Ias. cons. 38 colum. final. num. 4. versic. quarto facit, lib. 3. sequitur Gabr. dict. conclus. 1. num. 131. versic. decimoquinto limita in spoliato, & eo magis stante facultate data in laudo de ipsa possessione per conuentum capienda, quæ vbi capi potest propria authoritate, non potest quis spolium præten- 8 dere, nec agere tanquam spoliatus ad restitutionem, vbi eam Aduersarius adeptus est sine contradictione, ita est tex. in l. creditores, C. de pignor. Dec. d. cons. 191. sub num. 9. versicul. 7. quod supra dictum est, confirmatur, Gabr. d. conclus. prima, num. 137. versiculo 17. limita stante facultate. Anno 1594. Florentiæ.

E P I T O M E.

De Exceptione tua non interest concernente Ius agentis, & merita causæ, quod non est dilatoria; sed peremptoria, licet in vim quoque dilatoriæ possit opponi, & opposita, si altiorem requirat indaginem, ad merita reseruetur; Et de Iure superueniente tam Actori, quam Reo pendente processu.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio tua non interest concernens merita causæ non dicitur dilatoria, sed peremptoria, & opponi potest lite contestata quandocunque ante sententiam.*

2 *Potest tamen etiam in vim dilatoriæ opponi ante litem contestatam ad impediendum processum.*

3 *Si tamen altiorem requirit indaginem, non debet processum retardare, sed reseruanda est in fine litis discutienda.*

4 *Et tunc dicitur requirere altiorem indaginem, quando in Iure, vel in facto potest offuscari, & requirit disceptationem.*

5 *Ius superueniens Actori pendente Iudicio, ei prodesse debet super eodem libello, præsertim si ante litem contestatam superueniat, & ex causa de præterito, & in Iudicio petitionis hæreditatis, vel alio vniuersali.*

6 *Ius superueniens Reo pendente Iudicio an, & quando ei prodesse possit remissiuè.*

C O N S I L I V M LXXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa vertente coram D. Potestate Barghæ inter Franciscum olim Andreæ de Basta is Agentem nominibus, quibus in actis ex vna parte, & Antoniū Iosephi Reum conuentum ex altera, Retuli partes dicti Domini Potestatis esse in pronuntiando procedendū esse in dicta causa ad vlteriora, & ad litis cōtestationem

testationem, saluis exceptionibus in fine litis discutiendis, & terminandis.

Quoniam exceptio tua non interest, de qua disputatur, opposita per reum conuentum Agenti ex eo, quia ei non competat a-1 ctio ad hæreditatem ab intestato D. Mariæ olim Sebastiani Bosi eius Neptis existente D. Francisca eiusdem Matre in medio, quæ defunctæ Auunculum, & Materteras excludit, §. sed nos, Inst. ad Senatus consult. Tertul. cum non respiciat personam, seu non causetur ex persona agentis, & sic incidenter non veniat, sed tangat negotium principale, & Ius agentis, & sic concernat merita Causæ, non dicitur dilatoria, sed peremptoria, & opponi potest etiam post litem contestatam quandocunque ante sententiam secundum distinctionem, quam concordando opiniones ad inuicem cōtrarias tenet Felyn. in cap. ex parte, num. 5. de testib. & in cap. super his numer. 18. de accusat. & ante eum Aret. in §. æquè col. penult. sub num. 10. vers. quinta regula Instit. de except. sequitur Blanch. de comprom. in 4. quæstion. princip. in tract. except. in verbo exceptio tua non interest, sub numer. 10. & hanc esse veriorem opinionem attestantur Aret. Inst. de in offic. testam. in princ. nume. 11. vers. pro declaratione, & Dec. cons. 302. sub nu. 4. versic. non obstat, quod illa exceptio, & Blanch. in loco relato ante finem.

Et quamuis talis peremptoria exceptio Ius Agentis concernens possit etiam in vim dilatoriæ opponi ad impediendum litis in-2 gressum, vt punctualiter dicit Felyn. in d. cap. ex parte, sub num. 5. vers. item alia opinio, & in d. cap. super his, sub num. 18. vers. secundo limita, & sequitur Blanc. in d. verbo exceptio tua non interest in fin. vers. secundo casu, & non videntur contradicere alij Doctores supra citati, licet id expressè non dicant: tamen ex quo requirit altio-3 rem indaginem, non debet processum retardare, sed est reseruanda post litem contestatam, ita formaliter, & in terminis tradit Aret. in d. §. æque, col. penult. sub num. 10. versic. & prædicta sunt vera, Inst. de except. Et ex quo tunc exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, quando in Iu-4 re, vel in facto requirit disceptationem, & habet dubitationem, vt ibi subdit Aret. in vers. & quæ exceptio dicatur, & latius in §. in bonæ fidei, num. 5. vers. quero cum textu, Inst. de action. negati non potest, hanc esse huiusmodi, ex quo pro parte Agentis replicatur de exclusione Matris vti nuptæ extra territorium Barghæ ex dispositione legum Serenissimi Magni Ducis Aetturiæ, circa quas multa hinc inde allegantur, vt facile non sit statim discernere, an in præsenti casu locum habeant, vel nè.

Quod magis absque dubio procedere visum est, cum pendente hac exceptionis disputatione producta fuerit per Agentem repudiatio dictę hęreditatis facta per Matrem, 5 quæ ipsum dicta Ducali lege cessante excludebat, quod Ius superueniens debet sibi prodesse super eodem libello, cum præsertim ante litem contestatam superuenerit, & ex causa de præterito, & in Iudicio petitionis hæreditatis, quod vniuersale est per ea, quæ tradit Aret. in §. actio autem num. 14. Inst. de action. ad quæ se remittit idem Aret. in Rubr. Inst. de except. numer. 36. versic. septimo quæro, vbi etiam agit de Iure superue-6 nienti Reo, & quando illud ei prosit in eadē instantia, ad cuius dicta in vtroque membro se refert Ias. Inst. de act. in princip. numer. 110. & sequentibus versic. & sumpta occasione. Anno 1594. Florentiæ.

EPITOME.

Compromissum, in quo narratur certa scriptura, quæ non apparet, continens quoddam debitum, non probat illud debitum, & talis narratio quasi confessio non nocet parti, non sequuto laudo, secus est in confessione partis coram Arbitris facta, quia etiam compromisso sine laudo expirato tenet.

SVMMARIVM.

1 *Narrans factum, & negans eius qualitates, non dicitur affirmare factum, nec potest agi contra ipsum tanquam contra confitentem ad obseruantiam facti narrati.*

2 *Contra narrantem factum, & negantem eius qualitates quis non potest ex parte obligationem comprobare, & ex parte tanquam de obligatione iniqua conqueri.*

Confessus debitum ad effectum, vt error corrigatur, non dicitur propriè, & simpliciter confessus, nec tanquam contra confessum pars aduersa agere potest, ibidem.

3 *Compromissum in quo recensetur quadā scriptura, per quam dicebatur constare de debito quodam, non probat illud debitum, si scriptura non apparet: & si compromissum expirauit nullo consequuto laudo; omnia in eo contenta euanescunt.*

4 *Confessio facta in compromisso (eo expirato sine laudo) nullius est momenti, & confitenti non prajudicat,*

præiudicat, nisi de confessione aliter constet, quã per Compromissum.

5 *Narrata in Compromisso non obligant, nec Iuribus partium præiudicant, nec habent vim confessionis, at secus est in confessione partis factã coram Arbitris pendente Compromisso. & infra num. seq..*

Confessio partis facta coram Arbitris pendente compromisso, nocet confitenti, etiam quod Compromissum expirauerit, nullo sequuto laudo, ibidem.

6 *Decisiones in terminis animum Iudicis inclinant, & mouent magis, quam regulæ generales, & Decisionibus in indiuiduo loquentibus adhærendum est semper.*

7 *Sententiarum conformitas in dubio non est facienda, qui mos Florẽtiæ uiget vbi sic fit, ut Causa per appellationem deuoluta ad Dominos tres Iudices secundarum Appellationum Rotæ, melius discutiatur, & tutius iudicetur, nec sententiæ confirmantur à Iudice primarum appellationum, nisi sint multum claræ.*

8 *Iudex primarum appellationum Florentiæ appellatur quodammodo Iudex reuocationum.*

CONSILIVM LXXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVper longo Processu agitato inter filios quõdam D. Nelli de Nellis à sancto Geminiano Actores ex una parte, & Raphaelem de Franzesijs Reum conuentum ex altera, Retuli Magnifico. D. Iudici primarum appellationum Ciuitatis Florentiæ, partes eius esse in absoluendo dictum Reum conuentum à petitis per dictos Actores reuocando sententiam per D. primum Iudicem in contrarium latam; Prætendunt & enim dicti de Nellis, Agentes ad summam scutorum 566. pro residuo scutorum 1000. cum augumento monetæ, & damnis, & Interesse, eorum intentionem fundatam esse cõtra Franzesium ex verbis compromissi alias inter ipsas partes facti, in quo enunciata est quædam scriptura priuata super tali debito confecta, & per easdem partes subscripta, de qua aliter non constat, quasi quod ex dicta narratiua scripturæ in compromisso relatæ resultet talis confessio Franzesij ad eorum fauorem, quæ ad illius condemnationem sufficiat, cum nullum debiti in d. scriptura expressi errorem, quem in dicto Compromisso in calculis, & computis interuenisse allegabat, non demonstrauerit, quod quidem non parum dubitabile mihi uisum fuit: quoniam licet fuerit enunciata, & narrata illa scriptura debiti, cum tamen dictum fuerit Franzesium non teneri ad contenta in ea pretextu erroris computationis factæ circa dictum debitum, non uidetur resultare ex hoc aliqua confessio sufficiens Agentibus ad obtinendam uictoriam contra dictũ Franzesium, quando enim quis narrat factũ,

1 & negat ipsius qualitatem, non dicitur factum affirmare, nec contra ipsum tamquã contra confitentem agi potest, vt factum illud seruet Bald. in l. Gallus, §. forsitan, uers. & nota, quod ille negat ff. de li. & posthum. Castr. in l. decem, sub num. 3. uers. Canonistæ uerò, ff. de uerb. obligat. & ibidem Ias. sub num. 47. & idem Ias. in l. Iulianus, sub num. 13. in fine. ff. de condit. indeb. nec dicta narratiua ad eruendam confessionem contra Franzesium diuidi potest per fratres de Nellis, ita ut confessus uideatur debitum simpliciter errore allegato non probato, quia Franzesius dixit ex scriptura se fuisse læsum, eamque ipsum non arctare, & ex errore processisse, unde non potest dici, quod sit confessus debitum, nec potest diuidi confessio, sed stare debet cum sua causa, & suo causato, nec unum ab altero separari potest, nec pars aduersa debet ex parte obligationem comprobare, & ex parte tamquam de

2 iniqua conqueri, ut ex prædictis rationibus & alijs ferè in proprijs terminis tradit Marius Angusula, cons. 24. numer. 44. concludens confessum non dici illum, qui supposuit debitum ad effectum, ut corrigeretur error, & uiderẽtur rationes de quibus non erat habita ratio, nec proinde esse deueniendũ ad dationem in solutum conuentum pro dicto debito, nisi prius ad effectum deduceretur diuisio, & sic causa principalis dictæ conuentionis, quæ fuit, ut error corrigeretur, quę decisio videtur tangere punctum quæstionis huius: Sed quando præmissa non

1 seruirent Franzesio, aliud tamen agentium intẽtioni obstare nõ modicum uidetur, nam ex quo Compromissum illud expirauit nullo sequuto laudo, nihil curandum est de contentis in eo, quæ simul cum ipso Compromisso euanescunt, nullumque effectum habere dicuntur, & nullius sunt momenti, ut in promissionibus, renunciationibus, obligationibus, & alijs Clausulis, tradunt Dec. cons. 3. numer. 8. uers. sed quando Compromissum, cons. 93. num. 4. versic. confirmatur prædicta conclusio, cons. 149. sub num. 3. ad finem uersic. nec obstat, quod Comes,

Corn-

Com.consi.148.num.24.& 26.lib.2.Ias.cons. 213.col.4.circa medium lib.2.& col.133.col. pen.sub nu.20.lib.4.& in l.postquã liti nu.8. C.de pact. Fely. in c.cum olim in fine, nu.6. de præscript. Tiraq.de const.possess.limit.7. sub nu.31. post vers.quin, & generalius, & in
4 proprijs,& puris terminis nostris de cõfessione facta in Compromisso,quod eo finito, & non sequuto laudo,nullius sit momẽti,& cõfitenti nõ præiudicet,tenet Crauet. cõs.947. nu.33.vers.2.respondetur,lib.5.vbi plures ad hoc adducit etiam loquẽtes in confessione, prout loquitur Ias.in citatis consilijs,& respõdet ad decisionem Afflict. 148. in contrariũ facientem , quod ita demum procedere possit, si principaliter, & de per se confessio constet, non autem vbi Compromissi causa facta fuerit, prout in casu præsenti, quod dictũ de confessione optimè confirmari posset , ex eo,quod nullo opus est laudo , si narrationes in Compromissis factæ vim validè confessio
5 nis de per se haberent : solent enim dicta in Compromisso tendere ad decidẽdas quæstiones partium dubias, & ad finem , vt declaretur,quæ ex ipsis partibus iustitiam foueat,nõ. autem vt iuribus ipsarum partium aliquid detrahatur, & confessiones in vnius præiudicium eliciantur, vt ad propositum benè considerat Cor.d.cons. 148. nu.12. & seq.& tangit etiam Crauet.d.cons.947.sub num.32.& verè Afflict.non loquitur in his terminis,sed in confessione facta coram Arbitris pendente Compromisso , quod expirauit , & sic in processu ipso , & non in Compromisso expirato,volens, quod si postea aliud fiat Compromissum, probent Confessiones factæ durante primo expirato , vt etiam voluit idem Afflict. decis.178.in 7.dubio sub num. 10. Ex his itaq; quæ in terminis esse videntur, non potui non dubitare de opinione D. primi Iudicantis , cum decisiones , quæ in indiuiduo reperiuntur multum moueant animum Iu-
6 dicis, & illis non sit minus tutum adherere, quam Regulis,immo longè melius, & laudabilius sit respondere per particulares, & speciales decisiones, quàm per regulas , & traditiones generales, vt ex Felyn. & Brun. egregiè demonstrat Marzar. de fideicommis. in secunda parte, quæst 8. ad fin.post vers. vnde experientia didici , & vnus ex locis Felyn per eum simpliciter adductis est in cap.1.sub nu.
7 6.in fin.post vers.nota secundo,extra de præscript.& potissimum quia ad euitandam conformitatem binarum sententiarum,à quibus non datur appellatio , mos est non spernendus Florentiæ,quod prima sententia,vbi negotium non sit admodum clarum , reuocetur,& causa Magnificis DD. Tribus Auditoribus Rotæ Iudicibus secundarum appellationum discutienda , & decidenda dimitta-
8 tur. Indeq; solet Iudex primæ appellationis vulgo vocari Iudex reuocationis , vt attestatur Ioseph. de Ludouicis in suis communibus conclusionibus, In tit. de sentent. ab obseruat. Iudic. circa fi. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Quod dispositio l. hac consultissima, §. ex imperfecto C. de Testam. habet etiam locum in testamento Matris imperfecto inter liberos,non obstante inæqualitate (licet magna) inter filios institutos.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum Matris inter liberos imperfectum valet,quando filij sunt æqualiter instituti.*

2 *Testamentum Matris imperfectum inter liberos factum, in quo filios magna inæqualitate instituit, non valet secundum aliquos.*

3 *Contrarium tamen pro validitate tanquam verius, & magis receptum defenditur.*

4 *Consentiens dispositioni sibi damnosæ non potest conqueri,quia volenti minime infertur iniuria.*

5 *L.hac cõsultissima , §. ex imperfecto C. de testam. habet locum etiam in Matre testãte inter liberos.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SEntentiam magnifici D. Iudicis à quo ad fauorẽ Domini Petri Portigiani nominibus,quibus in Actis,causę contra Dominos Octauiũ,& Ioannẽ fratres de Bona parte pro ualiditate Testamẽti Matris inter liberos imperfecti ratione solennitatis confirmandam esse,

Retuli Magnifico D.Iudici primarum ap-
1 pellationum Ciuitatis Florentiæ, quoniam, quod tale testamentum valeat,est tex.clarus in l.hac consultissima,§.ex imperfecto C.de testam. & licet multi hoc procedere intelligant,quãdo filij fuerũt instituti æqualiter,secus autem si inæqualiter, quia tunc non substinetur,vt patet ex latè congestis per Gab.ti. de testam.conclus.6 sub nu.1.& seq. vers.cõtrarium autẽ, per Cephal.cons. 280. nu.9. & latius nu.21.& seq.cons.431.nu.20.& nouissimè per Mantic.de coniect.vlt.volunt,lib.6. ti.2.nu.8.& seq.ver. sed probabilis est dubita
2 tio,& maximè quando inæqualitas non esset modica,sed magna, vt sentit Gab. d.concl.6. in fi.nu.6.in 3.limi tatione,& expressè firmãt plures relati per Mantic.vbi supra sub nu.11.

P post

post vers.4.accedit, & ita tenendum dicit Simon de Prçt.de interpret.vlt.volunt.lib.4.interpret.3.dubit.2,nu.9.&.10 ver.quare breuiter hanc distinctionē tenendam arbitror fol. 3 224. Attamen contraria sententia, quod immo dictū testamentum valeat,quamuis liberi ex dispatibus partibus fuerint hæredes instituti,tenent ferè omnes Doct.in d.§.ex imperfecto,& Alciat.cōs.151.n.4 lib.9.& Clar. in §.testamentū,q.14. nu. 8.attestantes ambo de magis communi,& alij citati per Gabr.d. concl.6.nu.1.in principio, & longè plures relati per Mātic.in loco citato sub nu.11 & seq. vers.sed contraria sententia, etiam si magna adsit inęqualitas, Boer.decis.240.nu.8.& seq. & est verior,& cōmunior opinio,vt affirmāt plures adducti per Mantic. vbi supra, qui ex professo quæstionem hāc pertractat,& re ad partes latissimè discussa pertransit cū hac opinione tanquā vera,& magis cōmuniter recepta,quā legibus,rationibus,& authoritatibus cōprobat,omnibus pro contraria sentētia allegatis optimè respōdēs,quā opinionem pręter citatos ab eo,sequūtur Emanuel Acosta ī repetitionè capituli si Pater in prima parte in verbo in suo testamēto n. 2.& 3.Vasq.de successio.creat.lib.3.§.21.nu 67.& Crass.in §.testamentū,q. 11.nu.8. & hanc partē una cum D.primo Iudice amplexus sum, maximè qa clarè nō cōstabat de inęqualitate cōsiderabili,& in omnē euentū videbatur extare cōsensus Reorū cōnētorum de dispositis per testa4 tricē,quò casu cessat omnis difficultas, cū volēti nō inferatur iniuria, vt in his terminis cōsiderat Gabr.d.concl.6.nu.5.in 2.limitatione 5 post Grat.cons 156.nu.50.lib.2. Cōstat autē dispositionē d.§.ex imperfecto locum habere etiam in Matre,prout est casus noster, & decidit expresse Imperator in illo textu, & volunt ibi omnes scribentes,& in Matre procederet,etiam si filij essent naturales tantum, vel spurij,dummodo non sint ex dānato coitu, vel ipsa non sit Illustris,vt per Clar. plures ad hoc authoritates adducētem,& de cōmuni attestantem in d.§. testamētum, q.12, nu.2.ver.& hæc quidem cōclusio, quod etiā voluit Cast. in d.§.ex imperfecto ad fi.sub n. 6.& plures alij sequūtur, quos breuitatis gratia omitto. Anno.1595. Florentiæ.

EPITOME.

Substitutio compendiosa quomodo,& quibus verbis fiat,quod in se contineat vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, nec pupillaris excludatur per conditionem si sine filijs, quod facta impuberi per verbum commune intra pubertatem substineatur, vt directa pupillaris, postea verò tanquam fideicommissaria etiam Matre existente in medio.

SVMMARIVM.

1 *Pater instituendo omnes filios masculos cum onere dotandi filias feminas, & ipsis masculis deficientibus vocando tandem proximiores de Cippo, Dicitur fecisse substitutionem compendiosam, cōtinētem vulgarem,pupillarem, & fideicōmissariam.*

2 *Verbum (quandocumq;) inducit tractum successiuū in substitutione compendiosa, quæ tamen sine dicto verbo fieri potest, & sufficit, quod fiat per terminum habentem tractum successiuū in futurum.*

3 *Substitutio pupillaris exclusa nō censetur per clausulam, seu conditionem, si sine filijs decesserit.*

Qui liberos habere non potest,non dicitur decedere sine liberis.ibidem.

4 *Verbū (substitutio) est commune, & aptū comprehēdere tam directam,quam obliquam substitutionē.*

Substitutio compendiosa facta impuberi per verbum commune, quod sit omni tempore fideicommissaria,tenent quam plures Doctores.ibidem.

5 *Sed quod ante pubertatem valeat vt pupillaris directa,postea vero vt fideicommissaria,alij volunt quorum opinio defenditur hic.*

6 *Procedit etiam si Mater sit in medio.*

7 *Mater per pupillarē contentā in Cōpēdiosa exclusa à successione filij, etiā dicitur exclusa à legitima, ita ut nihil penitus in eius bonis pretendere possit.*

CONSILIVM LXXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa vertente inter D.Alexandrū de Tolomeis à Monte Carolo agentem ex vna parte, & Dominā Annā de Carmignanis,& Franciscum Petri Antonij similiter de Carmignanis,Reos conuētos ex altera,Retuli D.Vicario dicti loci Mōtis Caroli,dictā Actricē,cui incūbit onus restituēdi hæreditatē Caroli de Carmignanis quōdam eius viri ob mortem, Caroli Iunioris eius,et dicti testatoris filij posthumi,& duarū filiarū feminarum,nō posse deducere ex dicta hęreditate legitimam, & Trebellianicā vti hęredē dicti Caroli, & dictarū duarū eius filiarū,cū tā dictus Carolus, quā dictę feminę in pupillari decesserint ętate,& testator hęredes vniuersales instituerit oēs eius filios masculos cū onere dotādi filias feminas in summa in testamēto expressa,& vbi eius filij masculi decederent sine filijs masculis, vel feminis: & similiter si dictus testator non haberet filios masculos, substituerit eius filias feminas, & vbi dictæ eius filiæ foeminæ decederent sine filijs masculis,vel foeminis,

minis,& similiter si dictus testator non habe ret filias fœminas, substituerit proximiores de eius Cippo, quoniam cum dictus Carolus institutus decesserit in pupillari ętate, & hæreditas peruenerit ad sorores substitutas, quę pariter in pupillari ętare mortuæ sunt, & sub stitutiones fuerint purificatę per mortē grauatorum sine filijs, & factæ fuerint impuberibus sub conditione, si decesserint sine filijs, clarum est quod fuerunt compendiosæ continentes in se vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, etiam quod in eis nō sit adie

2 cta dictio quandocumque, quia sufficit, quod sint factæ per terminum, qui habeat tractū successiuum in futurum, vt in puncto tradūt scribentes in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substitut & pręcipuè Bar. in 3. quęst. principali sub nu. 26. vers. tertia fuit opinio, Ias. nu. 53. vers. 2. conclu. & sub nu. 55. post versiculum quarta Cōclusio, Butr. consi. 53. in principio, iuncto themate, Craff. de success. §. substitutio, quęst. 60. nu. 7. vers. sed numquid, & clarius nu. 10. vers. alia est conditio, & interum nu. 12. vers. scias etiam, & videtur tex. ad lite ram hoc probās in cap. si Pater, de testamēt. in sexto, vbi etiam glo. in verbo absque dedu-

3 ctione, ad fi. Nec excluditur pupillaris ex eo, quod per illa verba sine filijs, videatur testator cogitasse de tempore, quo filij possent habere liberos, cum non dicatur decedere sine liberis, qui liberos habere non potest, secundnm opinionem glos. in d. l. Centurio, in glo. fin. in fine, & in l. precibus in verbo fideicom missi circa finem, C. de impuber. & alijs substitutionibus, quia communis opinio est in contrarium, vt testatur Ias. in d. l. Centurio, nu. 10 ver. 2. pondera, & videtur tex. in d. cap. si Pater, & clarè patebit ex infradicendis. Et cum dictæ substitutiones factæ sint per ver-

4 bum substituo, quod commune est, & aptū continere tam directam, quā obliquam substitutionem, & si maxima sit inter scribētes altercatio, an tunc compendiosa facta Impuberi sit fideicommissaria omni tempore, an vero ante pubertatē pupillaris directa, & primām opinionem teneant glos. in d. l. Centurio, & in d. l. precibus, & multi ex antiquis relati per Bart. in d. l. Centurio in tertia quæst. principali nu. 26. & ibidē per Ias. nu. 44. vers. in glo. in fin. per Butr. d. cons. 53. in principio dicētem ita tenēre maiorem partem legistarum, quorum numero plures adducūtur per Caball. ibi in prima apostilla in principio, qui etiam in fine veriorem hanc sententiam dicit, & secundam eam cōsuluisse, & alij adducti per Gomez. Tomo secundo variarum resolut. cap. 7. tit. de substit. compendiosa, nu. 6. vers. item quæro in princ. & per Craff. d. §. substitutio quęst. 74. nu. 1. tamē alteram opi-

5 nionem, quod ante pubertatem valeat, vt pupillaris directa, postea vero, vt fideicommissaria, tenuit glos. in §. qua ratione, in glos. magna in fin. Institut. de pupill. substitr. quam sequuntur Bart. in d. l. Centurio, in d. 3. quęst. principali post longam discussionem nu. 26. & pluribus seq. Butr. d. cons. 53. in princ. vbi Caball. in prima additione, post princip. plurimos huius sententiæ allegat, Ias. in d. l. Centurio, nu. 45. ver. secunda principalis est opinio, aiens ita proculdubio tenendum, & hanc sententiā intrepidè in iudicando, & consulendo sequendam esse, Gomez. d. cap. 7. circa fi. sub nu. 6. vers. tertia principalis opinio, vbi de communi testatur. Craff. d. quæ. 74. nu. 2. ver. secunda opinio est, dicens esse magis communem opinionem, & secundum eam fuisse iudicatum, ita vt ab hac opinione minimè recedendum esse censuerim. Nec fauor D.

6 Alexandræ Matris dictę conclusioni obstare potest, quia ea procedit indistinctè siue Mater sit in medio, siue non, Ias. communem affirmans in d. l. Centurio sub d. nu. 45. & ite rum nu. 49. vet. adde tertio, Crauet. cons. 98. nu. ad vers. 5. nos habemus, Gomez. d. cap. 7. in finalibus verbis, & ibi Emanu. Suarez. in vltimā additione, referens concordantes, & tandem affirmans opinionem hanc secundū Iuris terminos procedere Craff. d. quęst. 74. sub num. 2. & latius nu. 4. vers. sin autem, vbi quod hodie sine dubio est magis communis, & etiam verior, attentis Iuris principijs, & quod ita seruatur, licet Bart. in d. 3. quęst. principali velit, quod Matre existente in medio, talis substitutio obliquetur infra pupillarē ętatē, & multi hanc opinionē vti ęquam, & Matri fauorabilem sequantur, & inter cęteros Butr. d. cons. 53. post principium, & alij relati per Craff. d. quęst. 74. sub nu. 4. vers. contrariā vero partem, adeo vt dicta D. Alexandra vigore dictæ pupillaris penitus, & in totum excludatur etiam à legitima, vt est de mente Doct. in locis citatis, & expressè tradit Butt. d. cons. 53. in princ. & in fine, & esse communem sententiam dicit Craff. d. §. substitutio, quęst. 30. nume. 3. vers. prædicta Conclusiō. Anno 1595. Florentię.

EPITOME.

De Hypotheca tacita Mulieris in Bonis viri, & illius priuilegijs, & de tenuta per eam obtenta confirmanda.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier, quæ pro recuperanda Dote obtinuit Tenutam in bonis possessis ab eius Viro tempore Matrimonij, & promissionis, ac solutionis Dotis, de-*

 bet

bet in ea confirmari, & praeceptis de disgumbran do possessoribus factis parendum est.

Positiones pronuntiatae pro confessis contra eis non re spondentem, illi praeiudicant. ibidem.

2 *Mulier habens tacitam hypothecam in bonis Viri praefertur pro sua Dote alijs Creditoribus ante rioribus tacitam praetendentibus ex speciali priui legio dotis à die promissionis.*

3 *Mulier habens tacitam hypothecam praefertur alijs Creditoribus tacitam habentibus.*

4 *Mulier tacitam habens hypothecam anteriorem, praefertur habentibus expressam posteriorem.*

5 *Dotis priuilegium competit vxori etiam soluto ma trimonio.*

6 *Hypotheca tacita Mulieris pro Dote comprehen dit bona praesentia, & futura, mobilia, & immobi lia, nomina debitorum, & numeratam pecuniam.*

7 *In dubio pro Dote pronuntiandum est.*

CONCILIVM XC.

Spiritus Sancti gratia illuminet in tellectum meum.

Vertente lite inter D. Dia mantem vxorem quon dam Zenobij Antonij de Frena agentem ex vna parte, & Nicolaum Laurentij de Baldis se defendentem ex altera, in qua dubitabatur an tenuta data per D. Vicarium Florentiolae di ctae D. Diamanti pro recuperatione suarum Dotiū in bonis per dictū Nicolaum possessis de Iure confirmanda esset, an vero ponus re uocanda, & successiuè an praeceptis de dicta bona disgombrando, & dimittendo, exinde transmissis dicto Nicolao, eius familiae, & la boratoribus sit parendum, vel nè: Visis Pro cessibus in Causa factis. Retuli dicto D. Vica
1 rio partes eius esse in confirmando dictam tenutam, & pronuntiando dictis praeceptis es se parēdum. Quoniam de Matrimonio inter dictam Actricem, & dictum Zenobium con tracto, promissione, & solutione dotis, morte viri superstite Actrice, & ipsius viri possessio ne dictorum bonorum tempore contracti dicti Mattimonij & postea, & detentione eo rumdem de praesenti dicti Nicolai palam constat ex positionibus per Actricem pro ductis, & pro confessis pronuntiatis contra dictum Nicolaum eis respondere recusantē, cap. 2. cum sua materia, de confessis in sexto Ita r ad eiusdem Actricis fauorē pronuntiā-
2 dū sit, quia pro Dote Mulieri restituenda in ducitur à lege tacita hypotheca in bonis Ma riti ex speciali priuilegio Dotis l. vnica, §. sed vt plenius C. de rei vxor. act. et ibi omnes Do ctores notāt, Negus.in tract. de pignor. & hy pothec. in 4. membro 2. partis principalis, nu. 14. ver. 4. casus est, & quidem à die promissio nis, ne dū solutionis secundū veriorem, & cō muniorem opinionē, de qua attestatur Ne gus. vbi supra nu. 80. & 81. vers. 4. quaeritur,
3 post Iacob. de Are. Ray. Cyn. Bar. Saly. Imo. & Socyn. in locis per eum adductis, & cōpe tit cū priuilegio praelationis, vt praeferatur a lijs Creditoribus itidē tacitā praetendentibus in tempore anterioribus l. qui assiduis, C. qui potior. in pignor. habeāt. & ibi tradūt omnes scribentes, & est cōmunis omniū sententia vt dicit Negus. in loco citato ante nu. 94. vers. 6.
4 quaeritur; sequitur. Cagno in l. quoties vtrius que nu. 2. ff. de reg. iur. & alijs habentibus ex pressam posteriorē tamē, nō autē anteriorē, vt post longā disputationē in vtroq; casu fir mat Negus. supra relatus nu. 98. vers. octauo quaeritur, quē sequtur D. Cagno, in d. l. quoties
5 vtriusq; n. 2. ff. de reg. iur. & durat priuilegiū hoc etiam soluto matrimonio, Negus, vbi su pra nu. 112. vers. vltimo dubitatur post Ias. in Rubr. ff. solut. matr. nu. 9. ver. 2. conclusio, & cōprehendit talis tacita hypotheca bona prae
6 sentia, & futura, & non solum mobilia, & im mobilia, sed ēt nomina debitorū, & numera tā pecuniā vt ex pluribus demōstrat Negus. in saepius adducto loco nu. 165. & seq. ver. in super ad declarationē, & ita abiq; pōpola alle gationum congerie ad fauorem pauperculae
7 Mulieris, pro qua ēt in dubio sentiendū est. l. in ambiguis pro dote ff. de reg. iur. referendi de Iure censui. Anno 1595. Florentiae.

EPITOME.

Quod hypothecaria Creditori, vel eius ces sionario non competat contra tertios pos sessores, si non constat de debito, pro quo bona dicuntur obligata, & quod tempus ad soluendum assignatum venerit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor agens hypothecaria contra tertios posses sores, siue ex propria persona, siue ex Iure sibi cesso, plura tenetur probare, praesertim vero de Debito, pro quo bona dicuntur obligata, sine quo hypothecaria cessat.*

2 *Hypothecaria non procedit contra tertios possesso res pro debito principalis anteriori, licet de eo con stet, nisi etiam appareat, quod debitor fuerit in mora, & lapsum sit tempus ad soluendum.*

Creditori non licet aduersus debitorem agere ante diem solutionis fienda. ibidem.

3 *Actor succedens in Ius singulare alterius sibi ces sum*

sum dicitur habere probabilem causam credendi; illud fuisse verum, ex qua excusandus est ab expensis, si succubuerit.

Actor succumbens potest quandoque ab expensis excusari. ibidem.

CONSILIVM XCI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa vertente coram D. Capitaneo Marradij, inter Innocentium de Fabris Agentem ex una parte, & Antonium, & fratres quondam Philippi de Loiano Reos conuentos ex altera, Retuli pronuntiandum esse contra Actorem pro absolutione Reorum conuentorum, quoniam dictus Innocentius intentauit hypothecariam contra Reos possidentes bona, quæ fuerunt quondam Petri olim Benedicti, tanquam hypothecata pro dote D. Alexādræ quondam dicti Petri Vxoris, vigore cessionis dictorū Iurium dotalium ipsi Innocentio factæ à Sebastiano dictæ D. Alexandræ filio, & hærede ex causa Dotis D. Iuliæ vxoris ipsius Sebastiani, & vxoris præfati Sebastiani, & vxoris præfati Innocentij, & incumbentia ad victoriam reportādam in dicta actione minimè probauit, nam cum agat 1 contra tertios possessores plura deducere, & probare debebat, sine quibus obtinere non pōt, & inter alia illud potissimū erat, quod cōstaret de vero debito, pro quo bona dicuntur obligata, quia cessante debito, cessat hypothecaria, vt in puncto tradunt in l. rem alienam, ff. de pignorat. actio. Bar. sub nu. 11. vers. item habet narrare, & Saly. in 3. quæst. sub nu. 4. idem Salyc. in l. cum res in 4. q. sub nu. 8. C. si alien. res pignor. sit dat. Practica Papiens. in forma libelli in hypothecaria actione, in glo. in verbo ex memoratis causis sub nu. 2. vers. tertiò requiritur, Soc. in cōs. 134. in prin. vers. 2. quod pecunia, li. 1. Negus. in tract. de pign. & hypothec. in tertia membro, octauę partis principalis sub nu. 23. vers. quarto requiritur, & alij plures, quos gratia breuitatis omitto. immo nec sufficit de debito constare, nisi etiam debitor fuerit in mora soluendi illud, 2 quia non licet Creditori agere ante diem solutionis determinatam, vt dicunt in locis supra citatis Practic. Papiens. sub nu. 2. vers. 2. quod debitor, & Negus. sub nu. 23. vers. 5. requiritur, & Salyc. in d. l. rem alienā in 4. question. sub nu. 4. & in d. l. cū res in 5. quæst. sub num. 8. ita vt cum in processu non reperiatur legitimè probatum debitum dicti Petri pro Dotibus dictę D. Alexandræ eius vxoris, ex hoc solo non possint auocari bona dicti Petri, tanquam hypothecata pro dicto debito, et si omnia alia requisita probata dicerentur, in quo cū non expediat, minimè insistendū est.

Ab expensis excusaui Actorem, vti succe-3 dentem in Ius alterius, & ex deductis in Processu habentem probabilem causam credendi Dotem eius Matris fuisse Patri solutam, & si enim Actor paratus debet ad Iudiciū accedere, potest tamen ex causa excusari ab expensis, si succumbat, licet causa debeat esse magis iusta, quam in Reo requiratur, qui inuitus trahitur ad Iudicium, vt in specie volūt Dec. & Cagnol. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. ille nu. 11. iste nu. 26. & nouissime tradit Antoninus Thesaur. decis. Pedemon. 73. ferè in toto Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

De vnione beneficiorum simplicium, vel Oratorij, sine cura Animarum facta per Episcopum Mensæ capitulari Canonicorum eius Cathedralis Ecclesiæ, an & quando valeat, & quæ requirantur ad hoc vt legitimè fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Authoritas Papæ, & eius approbatio necessaria est, quando unio beneficiorum fit ab Episcopo capitulo suæ Ecclesię.*

Concilium Trid. ca. 13. & cap. 15. sess. 24. de Reformat. quid velit circa vnionem beneficiorum ibidem, & nu. 6.

2 *Vnio beneficij, quod non est liberæ collationis, sed Iuris patronatus laicorum non consentientium facta ab ordinario, non valet.*

Qui conferre non potest, nec unire potest. ibidem.

Cui temporalis dispositio est interdicta, multo magis perpetua. ibidem.

3 *Vnio facta non vocatis ijs, quorum interest, non valet tam de Iure communi, quam virtute sacri Concil. Trident.*

4 *Ecclesia à fundamētis reędificata propria impensa à laico de licentia ordinarij, dicitur ex hoc solo Ius Patronatus à laico acquisitum fuisse.*

Ecclesia de nouo in totum reędificata dicitur noua constructio. ibidem.

5 *Laicus de consensu Episcopi Ecclesiam veterem à fundamentis reędificans acquirit ipso facto Ius patronatus, quamuis nihil de tali Iure dixerit dummodo illi expressè non renuntiauerit.*

6 *Concilium Trident. sess. 25. cap. 9. de Refor. declaratur circa probationem Iuris patronatus laicorum: & quod non excludat probationem à Iure approbatam vltra ibi specificatam.*

CONSILIVM XCII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Relatio per me facta Reuerendo D. Priori collegiatę Ecclesię Sancti Laurentij de Florentia Iudici delegato, & Commissario Apostolico ad fauorem D. Ioãnis Pauli Rinuccini cõtra Capitulum Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ Collensis pro inualiditate Vnionis Oratorij, seu simplicis beneficii sine cura sub inuocatione Beatę Mariæ de Paranza, factæ per Reuerendissimum D. Episcopum Collensem Capitulari mensæ dictorum Canonicorum propter notoriam eius paupertatem, iustificari videtur. Primò quia non 1 adest authoritas Papæ, cuius approbationem necessariam esse, quando vnio ab ordinario fit Capitulo, vult Oldrad. cons. 262. in prima col. iuxta finem, quem refert, & sequitur Pract. Rot. posita post eiusdem Rot. decis. lib. 2. diuersorum in nouiss. tit. de vnion. sub num. 12. vers. vnio facta: Nec ab hoc discrepare videtur, sed potius conuenire decretum Concilij Tridentin. sessio 24. c. 13. de reformat. in quo tamen non facio magnum fundamentum, quia cap. 15. eadem sess. 24. de reformat. videtur concedere licentiam Episcopo vniendi beneficia simplicia eius Cathedrali Ecclesiæ propter paupertatem, cum Capituli consensu, & Patronorum, si de 2 Iure Patronatus laicorum sint. Secundo, quia dictum beneficium non erat liberæ collationis Ordinarij Collensis, sed de Iure patronatus laicorum, qui enim non potest conferre, non potest vnire, quia cui temporalis dispositio est interdicta, multo magis perpetua, Aegid. decis. 513. pro ut illum refert, & sequitur Practic. Rot. loco citato, num. 9. vers. qui non potest, vnde in talibus vnionibus sacrum Concil. Trident. sess. 24. cap. 15. de reformat. requirit expressum Patronorũ 3 consensum: & meritò, quia Vnio facta non vocatis his quorum interest, non valet tam de Iure communi Petr. de Vbald. de vnione cap. 5. in princ. quam ex forma Concil. Trident. cap. 6. sess. 7. de reformat. vt punctualiter dicit Rot. decis. 133. num. 4. lib. 2. diuersorum in nouissimis: quod autem sit de Iure patronatus laicorum, patet ex eo, quod clarissimè probatur in processu de reædifica4 catione Ecclesiæ à fundamentis de licentia Ordinarij facta per præfatum D. Ioannem Paulum Rinuccinum, cum enim esset funditus destructa, Archiepiscopi Senensis, in cuius Diocesi tunc erat, accedente consensu eam D. Ioannes Paulus in alio loco à vetere parum distante magna impensa de proprio refecit, ex quo solo Ius patronatus sibi acquisiuisse dicitur, gloss. prima in cap. 3. extra de Iur. patronat, & ibi scribentes communiter, & præsertim Henric. Boich. num. 3. Abb. nu. 8. & 11. latè Felyn. in cap. cum accessissent sub num. 33. & 34. vers. gloss. final. extra de constit. & latius Lambert. de Iure patronat. in 3. articulo sextę quæstionis principalis primæ partis primi libri num. 11. & pluribus sequentibus versic. quid dicendum, quem sequitur Rot. decis. 269. num. 2. lib. 2. in nouissimis diuersorum, quæ tamen non meminit de licentia ordinarij: potest enim tunc dici noua constructio, eique ęquiparatur, vt dicunt præfati Doct. & præsertim gloss. Felyn. & Lambert. per quam nouam constructionem Ordinario consentiente Ius patronatus sine aliquo dubio acquiritur, vt omnes præfati Doctores dicunt & tradunt Abb. cons. 59. in secundo dub. num. 2. in principio, vers. & primo, & sub num. 3. vers. tertio principaliter lib. secundo, Lambertin. in d. tract. in 2. artic. primæ quæstionis principalis primæ partis primi libri nu. 6. 8. & 9. & in 2. artic. 6. quæst. princi5 cipalis primæ partis primi libri num. 2. Rot. d. decis. 269. num. 2. etiam si construens nihil dixerit, nec illud reseruauerit, dummodo expressè non remiserit, vt in d. vltimo loco subdit Lambertin. num. 11. vers. bene satis miror, & habetur per Felyn. in cap. significauit, num. 2. vers. nota ibi fundationis extra de testib. & est receptissima conclusio, ut dicit Rot. decis. 167. num. 4. vers. & licet lib. 2. in nouissimis diuersorum, vbi plures ad hoc refert, & in specie ipsum Lambertin. in alio loco attestantem hanc esse communem opinionem, eamque ab omnibus teneri. [illegible]

6 Nec obstat Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. quia non statuit præcisè in eis probationibus Iuris patronatus, cum post specificationem probationis ex fundatione, uel dotatione, aut ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, quod hominum memoriam excedat, subiungat hanc clausulam, uidelicet aliàs secundum Iuris dispositionem, ex quibus

verbis

verbis manifestè colligitur nihil addi, vel detrahi dispositioni Iuris communis, & nihil penitus innouari, vel saltem non tolli probationes legitimè Patronatum verificantes, ita vt satis fit, si secundum terminos Iuris doceatur de Iure patronatus, vt ex lectura dicti cap. constat, & patet ad sensum. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Quod Remedium capitul. reintegranda tertia, quæst. prima, competat pro quasi possessione rerum incorporalium, & tam in foro seculari inter laicos pro rebus profanis, quam inter Clericos pro rebus Ecclesiæ, vel proprijs, quid probare habeat ex eo agens, quod nominatio alterius in Dominum, & Patronum in eo Iudicio procedat.

SVMMARIVM.

1 *Remedium cap. reintegranda tertia, quæst. prima datur etiam pro quasi possessione rerum incorporalium.*
2 *Remedium Reintegrandæ competit etiam pro rebus confraternitatum Disciplinatorum, siue sint tales confraternitates, loca religiosa, & pia, siue merè profana.*
3 *Remedium Reintegrandæ competit tam in foro laicali pro rebus profanis inter laicos, quam in foro Ecclesiastico inter clericos pro rebus Ecclesiasticis, vel proprijs.*
4 *Confraternitatum loca an sint pia, & religiosa, an verò profana remissiuè.*
5 *Agens remedio cap. Reintegranda 3. quæst. primæ, & probans suam anteriorem possessionem, & Rei conuenti iuniorem, obtinere debet.*
6 *Nominatio facta de aliquo in Dominum, & Patronum in Iudicio possessorio ex capitulo Reintegranda, tertia, questīon. prima locum habet.*
7 *Debet tamen nominatio acceptari per nominatum, alias nominanti non prodest.*

CONSILIVM XCIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertēte coram Illustrissimo ac Reuerendissimo D. Nuncio Apostolico penes Serenissimum Magnum Ducem Aetruriæ inter Confratres, seu disciplinatos Confraternitatis Sācti Saluatoris, seu Iesu Christi Peregrini Appellantes ex vna parte, & Confratres, seu disciplinatos confraternitatis Puritatis, & Sanctissimi Corporis Domini Appellatos ex alia Procuratoribus respectiuè mediantibus occasione petitæ per dictos Confratres Puritatis, & Sanctissimi Corporis Domini reintegrationis ad eorum antiquam quasi possessionem associandi in Ecclesia Sanctæ Marię Nouellæ Sanctissimum Eucaristię Sacramentum, & gestandi supra illud Vmbellam, seu Baldachinum in diebus potissimum Iouis, & Veneris Sancti; Visis scripturis partium, Retulit dicto D. Nuntio eius partes esse in pronuntiando benè per Reuerendissimum D. Vicarium Archiepiscopalem Florentinum fuisse iudicatum ad fauorem dictorum Confratrū Puritatis, & Sanctissimi Corporis Domini, & malè fuisse appellatum per dictos Confratres Saluatoris, seu Iesu Christi Peregrini, salua tamen omni prætensione, & quęstione existente inter Reuerendos Priorem, & Fratres Conuentus, Sanctæ Marię Nouellæ prędictæ ex vna parte, & ipsos Confratres Puritatis, & Sanctissimi Corporis Domini ex altera, Cui nullum intelligeretur factum pręiudicium per prædictam pronuntiationem, & sententiam.

1 Motus ad sic referendum, quia Confratres Agentes ad reintegrationem prædictam intentauerunt remedium cap. reintegranda 3. quæst. prima, quod datur etiam pro quasi possessione rerum incorporalium cap. Episcopis 3. quęst. prima & cap. querelam, extra de elect. Socin. in l. rem quæ nobis in quinta quæst. principali sub num. 13. vers. tertio conclude, ff. acquir. possess. Plot. de in litem iurand. §. 3. numer. 7. vers. & datur, & alij plures, quos refert, & sequitur Menoch. de recuper. possess. remed. 15. quęst. 17. numer. 200. quibus addo ego Anchar.

cons.

conſ. 386. num. 2. Rip. reſp. mihi 153. incipiente, Agit Dominus de Larumbo in princip. Benint. deciſ. Bonon. 27. in tota, & Cacher. deciſ. pedemont. 99. etiam in tota; Nec dubium eſt, quin competat pro rebus 2 Confraternitatum ſimilium diſciplinatorũ, ſiue ſint tales confraternitates, loca religioſa, & pia, ſiue merè profana, licet maius dubium ſit, vbi ſint merè profana, vt punctualiter tradit Menoch. d. remed. 15. quæſt. 5. num. 24. cum crebrior ſit Doct. ſententia, & in praxi recepta, quod dictum reme- 3 dium concedatur nedum in foro Eccleſiaſtico, & inter Clericos pro rebus Eccleſiæ, uel proprijs, ſed etiam in foro ſeculari inter laicos pro rebus profanis; Socin. in d. l. rem quę nobis, in ſecunda quęſt. principali num. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Plotus in d. §. 3. nu. 4 verſ. item competit, & Menoch. d. remedio 15. quęſt. 3. num. 13. & ſeq. vbi cæteros idem tenentes adducit, ita vt opus nõ ſit videre, an confraternitas iſta agens ſit locus 4 religioſus, & pius, an verò merè profanus, de quo latè diſputat Menoch. d. quęſt. 5. num. 25. & ſequentibus, cum indiſtinctè, vt dictum eſt, concedatur ante dictum remedium, in quo, cum probata ſit antiquior Agentium poſſeſſio, vel quaſi, & noua conuentorum, vtique pro ipſis Agentibus feren- 5 da eſt ſententia, quia duo illa tantum probari oportet ad obtinendam ex communi interpretum ſententia, de qua atteſtatur Menoch. d. remed. 15. quęſt. 31. num. 383. poſt Doct. in d. l. rem quę nobis, & infinitos alios, quos refert, quibus addo Iaſ. conſ. 172. in princ. lib. 4. & Plot. in d. §. 3. num. 61 verſ. & ille; cum tamen Rei conuenti Iuris proprij deficientiam non negent, ſed omne eorum Ius dependere affirmant à Iure Reuerendi Prioris, & Conuentus Sanctæ Mariæ Nouellę prędictæ, quos in Dominos, & patronos proceſſionum omnium, quę in d. eorum Eccleſia fiunt, nominauerunt, licet in hoc Iudicio nominatò acceptata non fuerit, & viderim ſuper hac eadem re aliàs fuiſſe litem interdictos Priorem, & fratres ex vna parte, & dictam Confraternitatem Puritatis ex altera, eamque adhuc pendere, & ſub Iudice eſſe, neceſſarium fore exiſtimaui, vt fieret reſeruatio, per quam ſaluum remaneret Ius dictę quęſtionis pendentis, & nullum pręiudicium illi generaretur per ſententiam ſecũdum pręſentem relationem 6 ferendam, pręſertim quia in hoc Iudicio locum habet nominatio ſecundum gloſ. in l. locum, §. primo ff. de Tabul. exhib. quam communiter approbari dicit Socin. in d. l. rem quę nobis, quæſt. decima princip. num. 21. & tradit Afflict. deciſ. 217. per totam, quem ſimpliciter refert, & ſequitur Marant. de ordin. Iudic. in 6. parte principali, ſexto membro Iudic. tit. de nomin. autor. num. 3. & latè habetur per Menoch. d. remed. 15. num. 484. & ſequentib. quęſt. 38. licet vt dictum eſt, non fuerit dicta nominatio acceptata per Priorem, & Fratres, prout opus fuiſſet ad hoc, vt nominantibus prodeſſet, 7 iuxta notata per Dec. conſ. 62. col. penult. & finali, Marant. d. titul. de nominat. Author. in princ. & melius in repetitione l. ſi Actor, num. 72. verſ. poſſet etiam ff. de Procurat. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Cenſus annuus, & perpetuus impoſitus à venditore decocto ſuper domo, & alijs bonis valet, licet dictorum bonorum tertia pars fuerit ab alio poſſeſſa. Emptor dicti Cenſus debet conſeruari ſine damno, & habet obligata dicta bona ſuper quibus cenſus remanet fundatus, & ſuper alijs etiam; exceptis bonis bancarijs, & ad menſam nummulariam pertinentibus, quoniam in ijs debent prius ſatisfieri Creditores bancarij habito reſpectu anterioritatis eorum.

SVMMARIVM.

1. *Cenſus annuus licitè emi poteſt, dummodo non excedat decem pro centenario.*
2. *Quilibet Cenſus pręſumitur validus.*
3. *Cenſus impoſitus ſuper quibuſdam bonis non poſſeſſis à venditore, ſed ab alio, valet, cum in inſtrumento Cenſus fuerit dictum; bona ad venditorem pertinere, & Emptor Cenſus forenſis eſſet.*
4. *In Conſtitutione Cenſus periculum ſpectat ad venditorem, & tenetur venditor ad reſtitutionem pretij, & ad intereſſe.*
5. *Quid ante ſequutam euictionem.*
6. *Quid ſi dati fuerint fideiuſſores.*
7. *Promiſſio euictionis facta in Conſtitutione Cenſus valet.*
8. *Res Cenſuales debent eſſe tanti Fructus quanti impoſitus eſt Cenſus.*
9. *Conſtitutio Cenſus valet contra Venditorem aſſerentem bona ſpectare ad ipſum.*
10. *In Conſtitutione Cenſus fructus ſunt conſiderandi tempore celebrati contractus.*

11 In

11 *In Constitutione Census non est necessarium, quod bona reddant tantum fructum, quantum importat Census impositus, & si minus reddant, emptor potest habere regressum super alijs bonis venditoris pro residuo, licet venditor non promiserit de euictione.*

Et maximè, quando in Instrumento adest generalis hypotheca, & obligatio omnium bonorũ, ibidem.

12 *Census redditus nullus in vna parte, an vitietur in alijs partibus.*

13 *Mercator habens in diuersis locis trafficum alicuius negotiationis, si decoquat, satisfit Creditoribus de bonis, quæ sunt in loco, in quo respectiuè contraxerunt. De alijs vero bonis alterius loci, in quo non contraxerunt, satisfit, satisfactis primo Creditoribus, qui in illo loco contraxerunt de eo, quod superest.*

14 *Mercator, qui habet duas negociationes, & habet diuersos Creditores, qui separatim cum eo cõtraxerunt, satisfit primo Creditoribus vnius negotiationis ex illius substatnia, deinde alijs.*

15 *Socij persona in proprio alia est à persona socij repræsentata in societate.*

16 *Societas non obligatur ex contractu socij inita nomine proprio, & non sociali.*

CONSILIVM XCIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Constitutionẽ annui perpetui census scutorum septingentorum quinquaginta auri in auro ad fauorem Nobilis Domini Antonij Brignolę Genuensis per Dominos Niccolaum, & Iacobum fratres de Bertis Florentinos de anno 1593 impositi super domo magna de Florentia, & tenuta Villæ Rimagij, & dictorũ bonorum fructibus, & redditibus pretio scutorum decem millium auri in auro per dictos de Bertis habitorum à dicto Domino Antonio validam fuisse censui in præiudiciũ dictorum Nicolai, & Iacobi venditorum, nõ obstante quod dictorum bonorum tertia pars pro indiuiso non ad ipsos venditores, sed ad Dominicum eorum germanum fratrem pertineret, eosdemque venditores nunc cessantes, & decoctos, & eorum creditores, & Prouisorem Dominorum Deputatorum Sindicatus super negotijs ipsorum de Bertis pro dicta tertia parte eiicta damnis, & interesse teneri indemnem, & sine aliquo penitus damno conseruare dictum emptorem, eundemque pro prædictis, & alijs sibi promissis in instrumento dictæ constitutionis Census habuisse, & habere obligata dicta bona, super quibus census remanet, & omnia alia dictorum venditorum, & super illis de prędictis ipsi satisfaciendum, exceptis bonis bancarijs, & ad mensam nummulariam, seu bancariam pertinentibus, nisi primo satisfactis integraliter creditoribus bãcarijs in eo, quod superesset, & saluo Iure in dictis bonis extra dictam mensam bancariam anterioritatis, & potioritatis quorumcunque aliorum creditorum, & cum declaratione, quod vbi creditores bancarij non possent integraliter satisfieri de eorum creditis in bonis bancarijs, eis quoque liceat satisfactionem consequi super alijs bonis ad mensam bancariam non pertinentibus, & cum alijs creditoribus extra causam mensæ bancariæ concurrere, salua cuiuslibet creditoris anterioritate, & potioritate vt supra, & ita pronuntiandum, [illegible] li Magnifico Domino Iudici Quarteriorum sancti Ioannis, & Sanctæ Marię Nouellæ Ciuitatis Florentiæ.

Siquidem intentio D. Brugnolæ fundata 1 est in Iure, quo Census annuus licitè emi potest, dummodo non excedat decem pro centenario, vt ex communi, & vera Doct. rum sententia tradit Ant. Tesaur. decis. Pedem. 154. in princ. vbi etiam idem ex summorum Pontificum bullis, & constitutionibus cau- 2 tum esse demonstrat nu. 2. & seq. & quilibet contractus præsumitur solemnis, & validus, nisi contrarium probetur l. cum precibus, 3 & ibi Bald. C. de probat. Rol. alios referens cons. 50. nu. 3. & seq. lib. 4. Nec obstant ppositiones in contrarium deductę. Primo enim non obstat, quod dicta bona, super quibus Census impositus fuit, pro tertia parte non spectarent ad dictos Nicolaum, et Iacobum venditores, sed ad Dominicum eorum fratrem germanum pro indiuiso, quia cum venditores in Instrumento dixerint, & affirmauerint bona ad ipsos pertinere, & emptor forensis esset, & id ipsis vti mercatoribus, & non infimis Ciuibus credere debuerit, & contrarium plusquam probabiliter ignorare potuerit, vtique constitutio Census super dicta parte aliena valuit, quia sufficit, quod res sit constituentis Censum, vel eius esse putetur. 4 Nauar. consi. 5. circa medium in titulo, de Censibus. Non quidem vt talis constitutio noceat illius Rei Domino, sed ad præiudicium ipsorum venditorum, vt emptori teneantur ad damna, & interesse, & etiam ad pretij restitutionem, vt in puncto deducit Nauar. in cap. si fœnerauerit 14. q. 3. in 26. & 27. quæstione sub nu. 118, quē sequitur Boccat.

in

5 in tract. de Censi. in 2. parte nu. 44. 45. 160. & pluribus seq. etiam ante sequutam euictionem Boccat. vbi supra nu. 147. & non obstante 6 quod dati sint fideiussores, vt Boccat. subdit nu. 148. & præsertim quando in instrumento adest promissio de ipsis damnis, & interesse, vt in præsenti Casu, quia tunc magis de plano prædicta procedunt, vt habetur per Boccat. in dicta secunda parte nume. 161. & 7 latius num. 165. Et adhuc fortius quādo euictio promissa est, vt in hoc casu, cuius quidem euictionis promissionē in constitutione census valere voluerunt expresse Nauar. in d. cap. si fęnerauerit circa finem nu. 135. vers. decimum quod promissio, & cons. 9. num. 31 titulo, de cens. lib. 3. Boccat. dicta parte. 2. nume. 70.

Secundo Non obstare pariter credidi, quod adempta dicta tertia parte bonorum spectante ad aliam, duę tertiæ partes pertinentes ad venditores, super quibus remanet census; non possunt reddere tantum, quantum importat census, quasi quod res censua-8 lis debeat esse tanti fructus, quanti impositus est census ex eo quod licet tex. extrauag. Pij. V. non dicat expressè quantę frugis debeat esse, satis tamen significatur, quod debeat esse tantę, quantę est census, alioquin non satis aptè diceretur res frugifera iuxta subiectam materiam, secundum quam verba sunt intelligenda, Nauar. in d. c. si fęnerauerit sub num. 85. vers. octaua; quod res censualis, & in cons. 9. nu. 1. tit. de Cens. lib. 3. quoniam pro responsione dicitur, quod quando de hoc constaret, quod non est, non tamen noceret, cum (vt dictum est) emptor fuerit deceptus à venditoribus, & quò ad eorum pręiudicium constitutio Census valeat, ac si bo-9 na in totum fuissent eorumdē, quo casu cessaret obiectio, cum tunc non negetur adesse in fructu tantum, quantum promissum fuit pro censu, quia sufficit, quod res censualis ab initio tempore constitutionis Census tan-10 tum redderet, quantum quantitas ipsius Cēsus importabat, licet postea ex aliquo accidenti fructus fuerint diminuti, Nauar. in d. c. si fæneraueris. q. 23. num. 117. & Boccat. 11 in d. 2. parte num. 40. Respondetur etiam secundo loco, quod non est necessarium ad validitatem huiusmodi contractus, quod bona reddant tantum fructum, quantum importat census super impositus, imo quod si non fuerint tanti, sed minoris redditus, emptor posset habere regressum super alijs bonis venditoris pro residuo vsque ad integram constituti census quantitatem, etiam quod venditor non promisisset de euictione, nec facere quod tanti valeret, vt in indiuiduo in his terminis tradunt Boneus in tract. de Censib. in 12. artic. in fin. & Foller. in pratic. censuar. §. tanquam in fin. nu. 61. fol. mihi 217. in quibus locis allegant Guid. Pap. ita tenentem decis. octaua in tota per l. Lucius Titius ff. de aliment. & cibar. legat, quę optimè huic rei deseruit, quod facilius admittitur, quando pro obseruatione, & adimplemento contentorum in instrumento adest generalis hypotheca, & obligatio omnium aliorum bonorum, quia tunc magis absque dubio pro eo, quod deest, supplendum est super illorum fructibus, vt videtur voluisse Io: Fab. in l. si quis argentum nu. 14. vers. Nunquid ergo C. de donat. & firmat expresse Boni. d. artic. 12. circa medium. vers. at in casu nostro.

Tertio etiam non officere existimaui, quod cum constitutio census annulletur sal-12 tem pro illa tertia parte aliena, quæ euincitur, promissio quoque euictionis, & obligatio earumdem duarum tertiarum partium, in quibus venditio firma remanet, & aliorum bonorum pro ea facta, vti accessoria, nulla est, Grat. cons. 91. num. 20. 21. lib. 1. Tiraq. de constitu. possess. limit. 7. nu. 28. cum plurib. seq. vers. sed & huic referendum est. Negus. in tract. de pign. & hypothec. in primo membro tertię partis princ. num. 8. cum seq. vers. secundo quæritur. Gab. titulo de claus. concl. 10. in principio, & in terminis nostris Boccat. in dicta secunda parte num. 160. Quia respondetur, vt dictum fuit aliàs, quod imo Contractus ab initio in se validus fuit quò ad venditores, & in eorum præiudicium, licet non quò ad damnum Domini ipsius rei: & propterea quod etiam respectu dictæ partis euictæ conseruatur euictionis promissio, & obligatio, & hipotheca aliorum bonorum venditorum, vt in puncto respondet Boccat. sępius citatus nu. 165. Rursus dicitur, quod dicta annullatio pro illa parte aliena non procedit ex defectu firmæ constitutionis census, & eius vēditionis, sed prouenit ex defectu materiæ, quo in casu cessat dicta regula anullationis accessorij ex anullatione principalis, vt Boccat. subdit num. 166. vbi etiam aliter huic obiectioni respondet.

Id autem, quod dictum est dicto D. Antonio de suo credito non occasione negotiationis, & mēsæ nummulariæ, seu bancariæ contracto satisfaciendum esse de bonis existentibus extra causam mēsę nummularię, seu bancarię, non autem de pertinentibus ad dictam mensam, nisi primo integraliter satisfactis omnibus creditoribus bancarijs, in eo quod superesset, & vbi creditores ipsi bancarij non possent integraliter satisfieri de eorum crediti in bonis bancarijs, eis quoque licere satisfactionem

factionem consequi super aliis bonis ad mensam non spectantibus, & cum aliis creditoribus extra causam dictæ mensæ concurrere, salua in omni casu anterioritate, & potioritate cuiuslibet creditoris, iustificatur ex
13 eo, quod si mercator habens in diuersis locis tractatum vnius negotiationis decoxit, creditores non confunduntur, sed separatim satisfiunt in locis, in quibus contraxerunt, nec qui sunt de vno loco, possunt satisfieri, de bonis alterius loci, nisi primo satisfactis integraliter creditoribus illius loci, in eo, quod superesset, vt probat Stracca in tract. de mercat. titulo, de decoctoribus in vltima parte. Rub. qui potior in bonis decoct. habea. nu. 26. vers. reliquum est. Et ante eum Castr. in l. procuratoris §. si plures. nu. 1. ff. de tributo. actio. Et in l. si fideicommissum §. tractatum nu. 2. 3. ff. de iudic. & in allegationibus post. conf. 9. per totum lib. 1. & iterum conf. 286. col. fin. in princ. eod. lib. 1. & rursus
14 ex eo, quod si Mercator duas negotiationes exercuit, & separatim creditores habuit, si decoxerit, separatim satisfiunt creditores, nec qui crediderunt vni negotiationi, de alterius substantia satisfaciendi sunt, vt ex pluribus ostendit Stracc. vbi supra nu. 21. & seq. vers. sed his adde, & licet in contrarium, & magis forsan in terminis nostris faciant tradita per eundem Stracc. in eodem loco nu. 25. & seq. vers. postremo adiiciendum est, dum post Castr. d. conf. 286. vult. Creditores mensæ, nummulariæ non esse potiores in ipsa, mensa & rebus eiusdē Creditoribus extra causam mēsæ, sed omnes simul cōcurrere, & admittendos esse in omnibus bonis debitoris: tamen determinationem hanc non recipit vsus, & in foro mercantili quotidie contrarium seruatur: & mos est, & consuetudo canonizata Florentiæ; quod in substantiis mensæ primo satisfiant Creditores bancarii, & si quid supersit, alii extra causam negotiationis, & dictis creditoribus bancariis integre non satisfactis in rebus mensæ, quod concurrant in bonis non pertinentibus ad mensam, cum creditoribus extra causam negotiationis, & nefas quodammodo esset aliud dicere, quam practicam, & consuetudinem, & de iure substineri posse, etiam quando creditores extra causam bancariam sunt priuilegiati, & habent hypothecam anteriorem, si bancarii creditores ex sta
15 tuto hypothecam habent, latè ostendit Dō Ludouicus de Peguera in suis decision. seu quæstion. crimin. cap. 38. per totum, vbi testatur ita per Regium criminale consilium Cataloniæ fuisse iudicatum, quod Creditores bancarii in pecuniis bancariis præferuntur creditoribus anterioribus ex causa administrationis tutelæ, & curæ, & diffusè loquitur multa allegans, & cum diuersa sit persona socii in proprio à persona eius repræsentata in societate, Rot. Genuen. decis. 31. nu. 11. & decis. 75. nu. 3. & diuersa sint iura, vt notant. Bal. Salyc. & alii in l. eius C. de com-
16 pensat. & ex contractu socii nomine proprio & non sociali non obligetur societas Rot. Genuen. decis. 14. nu. 94. Alex. conf. 139. in primo dub. sub. num. 1. lib. 5. Decis. in l. si locius n. 3. in fin. ff. si cert petat. & ibi etiam cęteri Doctores, et nouissime Antonius Thesaur. decis. Pedemont. 136. num. 2. & pluribus seq. vbi quod hoc procedit etiam quod in instrumento societatis adesset pactum, quod quicquid per vnum ex sociis actum esset, censeretur ab aliis factum, & omnes obligarentur. Non videtur inconueniens, quod cum hoc debitum Nicolai, & Iacobi sit proprium, & non sociale, non sit soluendum de rebus societatis, nisi primo satisfactis iis, qui cum ipsa societate contraxerunt, in eo, quod superesset, & potissimum ex eo, quod descripti creditores in libris societatis ex statuti dispositione habere dicuntur hypothecata omnia bona socialia saltem facto sumpto per manum Notarii iuxta dicti statuti tenorem. Anno. 1595. Florentiæ.

EPITOME.

An diuisio facta à Patre inter filios valeat, ita vt amplius mutari non possit: & an creditor vnius ex dictis filiis, cui fuerunt data per Iudicem in solutum bona dicto filio assignata, possit molestari.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio inter filios facta per Patrem valet, & vbi ex defectu solemnitatis non valuisset, Iudex tamen in diuisione talem patris voluntatem seruare deberet, ita vt quando Patre mortuo aliqua diuidenda remanerent, ea essent diuidenda eo modo, quo cætera in vita Patris diuisa reperiuntur.*

2 *Diuisio facta à Patre inter filios, licet possit per patrem reuocari, tamen id non procedit, quando talis diuisio est iurata, quia tunc Iure confirmatur irreuocabiliter, veluti donatio facta à Patre filio in potestate.*

3 *Pater, qui inter viuos vni ex filiis pro sua portione iuramento firmatā aliquid assignauit, non potest eandem bonorum partem in alium trasferre sine eiusdem filii consensu.*

Et ideò prior assignatio attendi debet, etiam si prioritas in hora consisteret, imo etiam in puncto, ibid.

4 Datio

4 *Datio in solutum à Iudice facta vicem venditionis obtinet, Ideoque creditor in solutum bona debitoris accipiens, potest Iuribus debitoris uti, & ex eis se defendere, sicuti emptor ex persona venditoris.*

CONSILIUM XCV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SAtis (ni fallor) apertæ sunt rationes, ex quib. motus fui ad referendum D. officiali Vergareti eius partes esse in absoluendo magistrum Ioannem olim Martini de Fabris de Vergareto à peritis per Angelum quondam Francisci de Abbatia Theghæ. Cum enim Bartolomeus alias Belliccius de Vergareto inter viuos diuiserit eius bona inter filios, & vnicuique certam assignauerit portionem, 1 & Cuccio nominatim eam bonorum partem, de qua nunc contenditur, Clarum est, quod talis diuisio, & assignatio patris inter liberos valuit. l. quoties. C. fam. ercisc. & vbi ex defectu solemnitatis non valuisset, Iudex tamen in diuisione, talem Patris voluntatē non solemnem seruare deberet. l. filij patris eod. tit. in tantum vt quando eo mortuo aliqua diuidenda remanerent, ea essent diuidenda eo modo, quo cætera in vita Patris diuisa reperiuntur, l. quæ Pater inter filios, ff. 2 eod. tit. Et licet dicta diuisio reuocari per patrem possit, Duran. de arte testand. & caut. vlt. volunt. tit. 5. de liber. instit. vel exhæred. cautel. 2. num. 1. tamen non procedit, quando est iurata, quia tunc iuramento confirmatur irreuocabiliter, veluti donatio facta à Patre filio in potestate. Dec. cons. 239 in princ. Ias. dicens esse communem opinionē, à qua temerarium sit in iudicando recedere cons. 118. num. 1. lib. 4. & secundum eam iudicauit parlamentum delphinale, teste Guido Pap. decis. 146. in fin. Crauet. dicens Cōmunem. cons. 19. num. 1. Clar. in §. donatio. quæst. 8. in fin. num. 8. Aiens, quod hodie ferè omnes transeunt cum ista opinione, & quod cum in practica nullam habeat difficultatem, ineptus esset Aduocatus, qui eam vellet in disceptationem deducere. Gabr. ti. de donat. conclus. 4. in princ. attestans de magis communi, & nouissimè Thesaur. decis. Pedemont. 32. num. 10. dicens, quod Senatus Pedemontanus solet secundum eam iudicare, & in terminis nostris in diuisione tradit punctualiter, Duran. de art. testand. & 3 caut. vlt. volunt. d. tit. 3. dicta caut. 2. num. 2. vt propterea non potuerit idem Belluccius postea eandem bonorum partem sine Cuccij consensu transferre in alium l. fin. ff. de pact. & l. quod nostrum est ff. de reg. iur. sed prima concessio facta Cuccio attendatur, & præualeat secundæ factæ Angelo agenti, per regulam, quod prior in tempore, potior sit in Iure l. quoties vtriusque ff. de reg. iur. & c. qui prior eod. tit. in 6. etiam si in hora tantū, vel etiam in puncto consisteret prioritas, vt ex pluribus tradit Dec cons. 689. nu. 2. & 3. 4 ex quibus sequitur, quod cum in solutum datio à Iudice facta vicem venditionis obtineat l. si prædium 4. C. de euict. & l. si ob causam 13. eod. tit. & creditor in solutum bona debitoris accipiens possit iuribus debitoris vti, & ex eis se defendere, sicut emptor ex persona venditoris, à quo in ipsum omne Ius transit, se defendere potest. leg. emptori etiam 28. eod. tit. Magister Ioannes reus conuentus, qui seruatis seruandis vti creditor Cuccij sententias fauorabiles obtinuit super dictis bonis ipsi Cuccio à Patre assignatis, Iure molestandus non sit à dicto Angelo Actore, qui postea ab eodem concedente in dictis bonis Ius est consequutus. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Vendenti rem cum pacto, vt sibi retrouendatur eadem res, si dicta res in tertium alienetur, an primo venditori cōpetat actio ad eam rem recuperandam? quæ actio competat; & quomodo venditor agat contra tertium possessorem?

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo exerceri potest contra singularem possessorem, & ex eo primo venditori competit vtilis rei vendicatio oblato precio ad rem recuperandam contra tertium possessorem.*

2 *Emptor cum pacto de retrouendendo non potest rē emptam in alium transferre, nisi cum sua causa, & suo onere.*

3 *Venditor cum pacto de retrouendendo potest rem venditam recuperare à tertio possessore, si non rigore Iuris, saltem ex æquitate per actionem in factum*

factum tanquam in rem scriptam.

4 *Dominium rei venditæ cum pacto de retrouenden do non exit à venditore simpliciter, sed cum illo onere.*

5 *Vendita re cum pacto de retrouendendo, si emptor pro obseruantia pacti obligauit bona sua vendita, tunc dicto venditori competit actio hypothecaria in rem contra secundum emptorem.*

6 *Vendita re cum pacto de retrouendendo potest primus venditor eam à secundo emptore multo magis recuperare, si dictus secundus emptor fecisset primo Emptori idem pactum de retrouendendo.*

7 *Venditor cum pacto, vt emptor teneatur eandem rem vendenti retrouendere, si pendente termino emptor eam rem alteri obligauit, & postea venditor ipsam rem redemit, illa obligatio resoluitur, & dicta res ad dictum venditorem libera reuertitur. Et ideo ipse redimens erit immunis ab omnibus hypothecis siue posterioribus, siue anterioribus.*

Secus est si tale pactum esset factum post venditionem, & traditionem, nam tunc redimens vincit hypothecas posteriores, non anteriores ibidem.

CONSILIVM XCVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VErtente lite coram D. Potestate Buggiani inter Franciscum,& Fratres filios, & hæredes Lucę de Lambertis agentes ex vna parte, & Iulianum quondã Ioãnis de Benedictis de Vzzano reum conuentum ex altera super recuperatione quorundam bonorum olim per dictum Lucam Agentium patrem venditorum Baptistæ Sebastiani Bernardini de Vzzano cum pacto de redimendo quandocunque pretium exbursatum restitueretur, & exinde per dictum Baptistam primum emptorem venditorum dicto Iuliano reo conuento cum eodẽ pacto redimendi quãdocunque pretium restitueretur, vt supra, & causa mihi commissa, vt quid de Iure faciendum esset,consulerem. Retuli dicto D. Potestati eius partes esse in pronuntiando ad fauorem actorum.

1 In eam enim veni opinionem, quod pactum de retrouendendo exerceri possit contra singularem possessorem, & ex eo primo venditori competat vtilis rei vendicatio,oblato pretio ad rem recuperandam contra tertium possessorem, qui ipsam rem emit à primo emptore ad retrouendendum obli-
2 gato, qui eam in alium transferre non potuit,nisi cum sua causa,& cum onere suo, vt in terminis tradit Cast. in l. si cum venderet. sub nu.6 ff.de pignorat.act. quam opinionẽ sequuntur Aret.in §.1. sub num. 31. versic. Quò autem ad secundam speciem simulationis instit.de exceptio. Socin. cons. 80. sub nu.1.vers.sed dubium est lib. 3. Decius consil.614.num.14.vers.& retenta,& ibi etiam Addent.ad eum in littera H.Ias.consil.128. col.5.in fin.sub nu.4.vers. Similiter pro hac parte lib.4.Corn.consi.90.nu.7. lib. 4. Boer. decis 182. num. 16.17. 19. & pluribus seq. Crauet.cons.201.in 1.dub. sub nu. 1. & alij plures relati per Addent.ad Alex.consil. 10.
3 lib. 1.in apostilla sub litera B. & procedit, si non rigore Iuris inspecto,saltem ex æquitate, data primo venditori actione in factum
4 tanquam in rem scripta, ex quo dominium non exiuit simpliciter, sed sub dicto onere, vt dicit appostillator prædictus ad Alexand. subdens,quod ita obseruatur. Quæ opinio indubitanter locum sibi vendicat, quando
5 pro obseruantia pacti primus emptor obligauit bona sua venditori,vt in præsenti casu factum apparet, quia tunc potest primus venditor contra secundum emptorem ex dicto pacto agere hypothecaria in rem. Soc. d.consi.80.sub num. 2 versic.vel etiam,libro 3.Ias.d.cons.128.col.7.sub num.6. versicul. item adest etiam libro quarto, Boer. dicta decis. 182. ante finem numero 53. versicul. prætereain talibus pactis, Natt in additionad Alexand.dicto consilio decimo, libro 1. in prima apostilla post principium versicul. difficultas cessaret, & alij addent. ibidem in appostilla sub litera B. Crauet. consil. 261. sub numero 5. versic. Tertio addo, vbi ait, ita aliàs consuluisse, prout verè consuluit in consil.201.in primo dub. sub num. 3. vers. planè in casu isto, & iterum numero nono,
6 versic. postremo considero, & magis absq; dubio procedit cum iste secundus emptor simile pactum venditori suo, eidemque primo emptori fecerit per ea, quæ in terminis tradit Boer.dicta decis.182.nume.25.& seq. versicul.quia opinio Alexandri: facit, quod tradit Dec.in leg. si socius sub numero sexto, ff. si cert. petat. vbi quod si vendo tibi rem cum pacto, quod infra certum tempus teneaaris illam pro eodem pretio retrouende
7 re,& postea secundum conuentionem retrouendis, si emptor tempore, quo erat penes eum,rem alteri obligauit,illa obligatio resoluitur,& res libera ad me reuertitur, & dicit ibi Appostillator, quod si ab initio est vẽdita cũ hoc pacto cum hypotheca, immunis est

redimens ab omnibus hypothecis emptoris siue anterioribus, siue posterioribus: si verò post venditionem, & traditionem factũ est hoc pactum cum clausula hypothecæ etiam generali, redimens vincet hypothecas posteriores, sed non priores. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Stante statuto, quod is, cui delata est hæreditas siue ex testamento, siue ab intestato, teneatur illam adire, vel repudiare intra mensem expresè: aliàs eo elapso eam adiuisse censeatur, quod dictum tempus incipiat currere à die scientiæ hæreditatis delatæ, & quæ scientia requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis aditio constat in solo animo, qui tanquam quid occultum, & latens non potest aliter percipi quàm per extrinseca, quæ extrinseca cognoscantur vel verbis, vel factis.*

2 *Stante statuto, quod is, cui delata est hæreditas siue ex testamento, siue ab intestato tenecatur illã adire, uel repudiare intra mensem expresse, aliàs eo elapso adiuisse censeatur, tale tempus vnius mensis non currit, nisi à die scientiæ sibi delatæ hæreditatis.*

3 *Et an purè dicta hæreditas sibi delata sit, an verò sub conditione iam purificata, cum aliàs hæreditatem adire non possit.*

4 *Item scire debet pro qua parte sit institutus.*

5 *Et licet non sit necesse, quod viderit fieri testamentum, vel illud legerit ad sciendum, qualiter ipse sit institutus hæres, tamen opus est, quod aliquo modo Iudicialiter, vel extraiudicialiter habeat claram scientiam contentorum in testamento.*

6 *Et talis scientia probari debet, cum aliàs præsumatur ignorantia facti alieni.*

7 *Filius tanquam suus hæres non præsumitur scire testamentum patris, nec videtur de nouo acquirere, cum sit hæres patris, sed sibi dominium continuare dicitur, quod maximè in muliere procedit.*

8 *Plures coniecturæ, quę allegari solent ad arguendam in instituto hærede scientia Testamenti, & contentorum in eo, & responsio ad dictas coniecturas remissiuè.*

CONSILIVM LXXXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa vertente inter Dominas Franciscam, & Laurentiam sorores, filias quõdam Cæsaris de Bartolinis, & earum respectiuè viros Agentes ex vna parte, & D. Doroteam earumdem sororem, & filiam similiter dicti Cæsaris, & eius virum ex altera, ad referendum mihi commissa per Dominum Potestatem Buggiani. Retuli eius partes esse in pronuntiando dictam Dominam Doroteam non fuisse, nec esse hæredem ex testamento dicti eius patris pro aliqua parte seu portione: & successiuè protestationem contra eam veluti ex tertia parte hæredem Testamentariam dicti eius Patris factam per dictas eius sorores, & earum viros pro diuisione facienda, prout in actis, eam non affecisse, nec afficere: & ad ita referendum, omissis pluribus fundamentis in medium adductis per Dominum informantem pro dicta Domina Dorotea, Motus sum ex eo potissimum, quod nihil ipsi D. Doroteæ obstare potest, quàm statutum Buggiani, quo cautum est, quod is, cui delata fuerit hæreditas siue ex testamento, siue ab intestato, tenetur illam adire, vel repudiare intra mensem expresè, aliàs eo elapso eam adiuisse censetur, nec amplius repudiare potest. Circumscripto enim dicto statuto nulla constat ex processu aditio, quæ cum consistat in solo animo. leg. gerit. ff. de acquirend hæreditat. & leg. si aua, C. de iure delib. & iste animus, tanquam quid occultum, & latens non possit aliter percipi, quàm per extrinseca, leg. quidam in suo, ff. de condition. institution. & notat gloss. in leg. is qui ff. de tut. & curat. dat. ab his. Quæ extrinseca cognoscũtur altero de duobus modis, scilicet vel verbis, vel facto, ex quibus hominis voluntas declaratur, vt de verbis dicit Bald. per illum text. in leg. non codicillum numero sexto, C. de testament. & de facto idem Bald. in leg. reprehendenda, numero secundo, etiam per illum textum, C. de institution. & substitution. & de vtroque pulchrè tradit Marant. in repetion. leg. is potest, numero 42. versicul. & præsuppono, ff. de acquir. hæredit. & neque

ex

ex verbis, neque ex facto appareat, quod D. Dorotea se patris hæredem fecerit, consequens est, vt dictæ paternæ hæreditatis aditio probata non dicatur.

2 Nec ex iam citato statuto hæres facta dicitur, licet in termino Mensis ab illo assignato dictam hæreditatem expresse non acceptauerit, nec repudiauerit, quoniam aduertendum in primis est, quod dictum tempus non currit hæredi, nisi à die scientiæ sibi delatæ hæreditatis, vt tradit Marant. in d. leg. is potest. numero 119. versicul. succesiue in quantum, post. Bartol. ibidem numero 18. versicul. sed pone quod quidam, & habetur per Anton. Bard. in tract. de temp. vtil. & continuo capit. tertio, sub numero 7. versic. ac etiam annus, & alios per eum allegatos, adeò vt necessarium fuisset, quod D. Doro-

3 tea sciret paternam hæreditatem sibi fuisse delatam, & an purè, vel sub conditione, quæ iam fuerit purificata, cum alias si ignoret, an purè, vel sub conditione iam purificata sit instituta, non possit adire leg. is qui hæres cum ibi notat. & leg. hæres 32. & ibi Bartol. ff de acquirend. hæreditat. & leg. prima, §. scientiam, ff. de bonorum possession. secundum tabulas, Bartol. in leg. si quis extraneus §. si quis patrem post principium, ff de acquirend. hereditat. Marant. in d. leg. is potest numero 183. versicul. Sextum requisi-

4 tum, Item & pro qua, & quanta parte fuisset instituta Bartol. in d. leg. is potest. numero 30. versicul. septimo requiritur, & in leg. si quis extraneus §. si quis patrem in principio, & in leg. ex semisse in vltim. oppositio.

5 ff. de acquirend. hæreditat. & licet non sit necesse, quod viderit fieri Testamentum, vel illud legerit ad sciendum qualiter quis sit: institutus hæres, vt possit adire, tamen opus est, quod aliquo modo iudicialiter, vel extraiudicialiter habeat claram scientiam contentorum in testamento. Bartol. in d. leg. is potest num. 19 versicul. circa hoc est aduertendum, & ibi Marant. num. 320. versicul. item in quantum, & pulchrè demonstratur inter consil. Bald. consil. 295. colum.

6 final. versicul. contrarium credo fore verius libro tertio, quæ scientia cum ex processu probata non fuerit; meritò ignorantia præsumitur per regulam, quod in dubio semper præsumitur ignorantia facti alieni, nisi probetur scientia leg. verius, ff. de probatio. & capitul. præsumitur de regul. iur. in sexto

7 & indubitanter in filio, qui tanquam suus hæres non præsumitur scire Testamentum Patris, cum ex eo possit esse hęres, etiam ignorans, nec videatur de nouo acquirere, sed sibi dominium continuare. Bartol. in d. leg. is potest sub numero 26. versicul. in dubio autem, & latius Marant. ibidem numero 314. versic. 12.

Limita, quod maximè videtur procedere in muliere ex notatis in dicto consilio 295. inter cons. Bald. colum. fin. libro tertio, vbi

8 etiam respondetur ad plures coniecturas, quæ allegari solent ad arguendum in instituto hærede scientiam Testamenti, & contentorum in eo. Ex quibus facilè tolli possent omnia, quæ contra D. Doroteam adducuntur, si legitimè & concludenter essent probata, prout non sunt, in quibus propterea insistendum non est, & cum hoc vnicum ignorantiæ fundamentum sibi ad victoriam sufficiat, frustra in alijs tempus conterendum esse non censui. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Mandatum de supersedendo ab executione trium sententiarum conformium an sit confirmandum seu reuocandum, cum opponatur exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas sententiæ ex defectu iurisdictionis si est aliquantulum degustata, & non est visa temeraria, opponi potest quandocunque etiam post tres conformes, nec vnquam reiecta intelligitur.*

2 *Ab executione non est absurdum supersedere, quã do periculum est irreparabile, seu executio irretractabilis.*

3 *Facta executione, quando præiudicium reparari potest magna cum difficultate, perinde est, ac si penitus esset irreparabile, & ideo ab executione est supersedendum, ac si præiudicium non esset retractabile.*

4 *Difficultas magna æquiparatur impossibilitati, prout est difficultas retractandi præiudicium illatum per executionem trium sententiarum conformium.*

5 *Via illa eligenda est, quæ partibus minus præiudicij affert; & ideo cum mandati confirmatio de supersedendo ab executione trium sententiarum conformium modicum præiudicium afferat parti petenti executionem, reuocatio autem mandati magnum præiudicium afferat parti, contra quam executio fieret, via confirmationis est potius eligenda.*

CONSILIVM XCVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa agitata coram admodum Magnifico & Reuerendo Domino Decano Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ Iudice Delegato, & Commissario Apostolico inter D. Geneuram Iocundiam relictam quondam Vincentij de Bardis ex vna parte, & Magnificum D. Equitem Leonardum de Pittis, in qua agebatur de reuocatione, vel confirmatione mandati de superfedendo ab executione trium sententiarum conformium, Retuli dicto D. Iudici, & Commissario mandatum non esse reuocandum, sed imo confirmandum, eoque firmo stante inhibendum iuxta petita per dictam D. Geneuram, quia & si ad fauorem Domini Equitis adsint tres sententiæ conformes, cum tamen opponatur de nullitate vltimæ præcedentium confirmatoriæ ex defectu Iurisdictionis, visum est valdè æquum, vt dicta oppositione pendente ab executione per Equitem petita su-
1 persedeatur: quia hæc nullitas, quæ degustata fuit aliquantulum, & visa non temeraria, opponi potest quandocunque etiam post tres conformes, nec vnquam reiecta intelligitur, Roman. consilio 42. numero secundo, & consilio 115. in fin. Castr. consilio 99. sub numero primo, libro secundo, Marsil. singul. 10. & in leg. final. numero 52. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Gabr. in titul. de execut. rei iudic. conclus. prima, in 5. limita. numero 23. & latius in titul. de statut. conclus. tertia, in septima ampliat. numero nono, vbi plures alios ad idem refert, & maximè quia etsi executio non sit verè irreparabilis, affert tamen maximum præiudicium, quod magna cum difficultate posset retractari, vt
2 propterea non absurdum sit ab executione supersedere, prout volunt Doctor. quando periculum est irreparabile, seu executio irretractabilis, vt in puncto decidit Capel. Tolos. decis. 430. loquens in re iudicata inducta per tres conformes, & post eam Felyn. in cap. cum super, columna penultima in fi. extra de re iudica. sequitur Gabr. in dicto titulo de executio. rei iudicat. in 3. limitatio. numero 21.
3 Quando enim præiudicium magna cum difficultate reparari potest facta executione, perinde est, ac si penitus esset irreparabile, adeo vt sit supersedendum ab executione non secus, ac si præiudicium non esset retra-
4 ctabile, quia difficultas hæc impossibilitati æquiparatur, vt in terminis tradit Felin. in lo co citato sub nume. 17. versicul. item nota, quod stante statuto. Quod libentius faciendum duxi, cum suspensio hæc executionis modicum damnum afferre possit Equiti, maximum autem præiudicium allatura esset viduæ executio, vt propterea non imme-
5 rito capienda sit via hæc, quæ partibus minus affert præiudicij, & per quam iuribus vtriusque earum consulitur iuxta dictum Castr. communiter approbatum in leg. prima, ff. si quis caution. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

De præcepto guarentigiæ, & quando promissio de vendendo sit venditio: & quod si locator dimittat possessionem rei locatæ conductori, est, ac si verè rem tradiderit.

SVMMARIVM.

1 *Facto proprio vel authorum suorum quis contrauenire non potest.*

2 *Guarantigia in Instrumento facit, vt qui in contractu promisit factum, non liberetur soluendo interesse, sed ad factum præcisè cogitur, & quomodo hoc procedat, & num. 3.*

4. *Vendere aliud est, aliud est promissio de uendendo, fallit tamen, vt infra nu. 6.*

5 *Promissio de vendendo non quærit ei, cui facta est, nec dominium, nec possessionem, sed actio ad interesse tantum sibi datur.*

7 *Rei locatę dominium, & possessionem retinemus.*

8 *Possessionem dimittere est tradere, & habet eundem effectum, quem habet traditio vera.*

9 *Conductor, qui remanet in possessione, si præcessit promissio de vendendo, censetur possidere vigore talis promissionis, & detentio transmutatur in possessionem ipso Iure, & absque alia traditione.*

10 *Non est aperienda via, vt contraueniatur promissionibus.*

CON-

CONSILIVM LXXXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IVridicam esse putaui sententiam latam per Magnificum D. Iudicem Quarteriorum Sancti Spiritus,& Sanctæ Crucis Ciuitatis Florentiæ ad fauorem D. Iacobi,& Fratrum olim Clarissimi D. Nicolai de Iunctabindis contra D. Nicolaum, & Alexandrum quondam Hieronymi etiam de Iunctabindis: eamque propterea confirmandam, & approbandam esse retuli Magnifico D. Iudici primarum appellationum dictæ Ciuitatis Florentiæ rationibus infrascriptis.

Primo,quia cum agatur de promissione facta per Authores dictorum Nicolai, & Alexandri Authoribus dictorum Iacobi,& Fratrum sæpius reiterata & per eosdem Nicolaum,& Alexandrum ratificata, & approbata de vendendo prædium liuellarium, de quo contenditur, non videtur, quod dicti Nicolaus, & Alexander possint ad illud 1 agere contraueniendo facto primorum promittentium vendere, quorum sunt hæredes per regulam leg.cum à matre C.de rei vendic. & leg.ex qua persona ff.de regul. iur. & etiam proprio ipsorummet agentium, qui dictam promissionem tatam habuerunt per ea,quæ leguntur & notantur in leg. prima in princip. ff.de pact.& in leg 1.etiam in princip.ff.de constit. pecun. & in cap. quod semel placuit de reg.iur.in 6.

Secundo,quia in instrumento anni 1550. in quo præcisa fit narratio, & relatio præcedentis instrumēti facti vsque de anno 1546. super dicta promissione, & alijs inter partes conuentis,adest promissio obseruandi omnia promissa cum clausula guarantigiæ, cu- 2 ius effectus est, vt promittens factum non liberetur præstando interesse, sed præcisè cogatur illud adimplere,vt decidit Bald. in leg. 1.num.61.versicul.sed pone C.de sent. quæ pro eo,quod interest profer. Socc. conf. 16. num.66.lib.4. Corn.consil. 256.nu. 5.lib.4. Et si dicatur quod dicta conclusio non ita simpliciter intelligitur,sed procedit tātum, quando primitiua obligatio ad factum descendit ex sententia, vel præcepto Iudicis, cui æquiparatur guarantigia apposita in instrumento,& habet executionem paratam: secus autem quādo primitiua obligatio descendit ex contractu, & super ea fertur sententia, vel fit præceptum. quia tunc sententia vel præceptum regulatur secundum naturam contractus, adeo quod licet quis sit simpliciter condemnatus ad factum, ad qđ per stipulationem se obligauit; nihilominus potest soluere interesse, donec conueniatur actione iudicati & lis super ea contestetur, vt in puncto dicit Corn.d.conf.256. nu. 10 versic.nec obstat,quod vltimo loco diceba- 3 tur libr. 4. Respondetur, quod istud interesse, ex cuius præstatione obligatus ad factū volebat se eximere à præcisā obseruantia, videbatur offerendum per actores antequam lis contestaretur, vel alius actus similis litis contestationi interueniret in causa secundū eundem Corn.d.conf.256.num. 11. versic. vel dicamus, & potissimum quia qui vult agere, & aliquid habet pro parte sua adimplere,nisi adimpleat prius, agendo audiri nō debet l.Iulianus §.offerri,cum ibi notatis ff. de act.empt.

4 Tertio quia,& si aliud sit venditio,& aliud promissio de vendendo, & propterea promissio de vendendo non dicatur venditio l. in bonæ fidei ff.de eo quod certo loco,leg.si fideiussor §.fin.ff.de legat.primo, cum vbique notat.per Doct.Bartol.in leg.si pupillus ad fin.numero tertio,ff.ad leg. Falcidiam & in leg.fin.numero 8.ff.de condit. caus. data. vbi etiam alij, Bald. in leg. final. in principio numero 28. versicul. quæro si testator vixit C.com. de legat. Angel.in leg. prima, C.de pact.pignor. Alexand.consil. 121.numero 5. libro quarto,Socc.consil. 170.nume. secundo,libro secundo, & in l. si ante nuptias sub numero secundo,ff.solut. matrim. Ias. consilio 117.columna prima,libro primo, Are. consilio 28. in primo dub. Dec. in leg. cum fundus §.seruum tuum imprudens,num. 4. ff.si cert.petat. Tesaur.decis. pedemon. 233. num.5.

5 Et per dictam promissionem de vendendo non acquiritur ei,cui facta est,nec dominium,nec possessio, nec aliquod ius in rem, sed tantum detur actio ad interesse, ex quo dictam promissionem faciens non tenetur præcisè vendere,vel rem tradere,sed soluendo interesse liberetur, quia est quid facti leg. consilio,§.fin. in fin. ff. de curat. furios. & regula est, quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse leg. si quis ab alio §. fin. ff. de re iudicat. leg. stipulationes non diuiduntur versicul. Celsus, ff. de verbor. obligatio. & facit text. in leg.si pœnam sexagesimactaua, in fin. ff. eodem titul. de verb. obligat.vbi ille, qui promittit mutuarē pecuniam,si non facit,obligatur ad interesse,

esse, & in terminis istis pacti de vendendo tradunt Alex.cons.212.num.14.lib.6. Ias.d. consil.117 colum.1 sub num.1. lib.1. Dec. cons.502.num.7 & 8.& cons.503.nume.2. Tesaur.d.decis.233.num.5.& 6. dicens esse communem opinionem,& ab ea iniudicando non esse recedendum, & secundum eam vidisse pluries per Senatum iudicatum, etiã si promittens haberet facultatem vendendi, & tradendi, vt ex multis probat Dec. in dd.consilijs,& fortius etiam si promissio esset iurata,vt subdit Ias.d.cons.117.colum.2. in versic.

6 Imo fortius; tamen quando quis promisit vendere certo pretio, & secuta est traditio rei,& solutum est pretium, vel de eo habita est fides,vt in præsenti casu euenit,dicta promissio transit in veram venditionem, & ex ea trans fertur dominium non secus ac si ab initio fuisset venditio, vt in puncto tradunt Bald.cons.451. in principio lib. 2. latè Socc.consil.170.sub num.2 & seq. lib. 2. & in leg.si ante nuptias sub num.2 & 3.versic. & ex ista glossa. ff. solut. matr. quem secuti sunt Ruin.consil. 57. sub num. 13. versicul. non obstat insuper,& consil.86.numero 13. lib.1.Dec.consil.614.sub num.15.Curt.iun. consil.82.num. 8. & 9. versicul. confirmantur præmissa,Gozad.consil.90. numero 14. Natt.in addition.ad Alexand.consil.121.in appostilla in verbo Decem annos,lib. 4. Tesaur.d.decis.233. num. 10. vbi refert ita pluries Senatum tenuisse,Tiraquel. de retract. conuent.ad fin. tituli nume. 67. cum quam pluribus sequent. Didac. lib. 3. variar. resolut.capit.4.column.final. versicul.18. Natta consil.384.num.6. Cæphal. consil. 315. nume.3.& sequent.Bursat. consil. 100. nume. 16.Siluan.consil.49.num.10. & est de mente Rubei Alexand. consil.29. & Nattæ consil.171.& aliorum, quos potius laboriosum quàm necessarium esset recensere.

Nec obstare videtur, quod dicta conclusio non intret in casu præsenti, in quo non videtur interuenisse traditio rei,à qua dominij translatio causari solet,ex eo, quod prædium non fuit per promittentes vendere traditum ijs,quibus promissio facta fuit, sed locatum, quæ res translationi dominij repugnat,quia rei locatæ dominium retinemus, 7 leg. non solet. ff. locar. in tantum vt conductor ipsius dominij quæstionem referre nõ possit locatori leg. si quis conductionis titulo.C.locar.leg.nec creditores. C. de pignor. ait. Alex.consil.121.nume.4. libr.4. Item, & possessionem, quia conductor detinet tantum,non autem possidet, sed per eum locator possidere dicitur.leg.3.§.quod si seruus, & §.saltus hibernos,ff.de acquirend possess. & melius probatum in leg.si quis ante, & in leg.quamuis §.si conductor ff. eodem tit. Ruin.consil.57.sub numero 4. libro primo, quoniam respondetur,quod locatio ad summum durauit vsque ad annum 1554. à quo tempore citra nulla amplius interuenit locatio neque expressa,neque tacita, immo si qua adfuisset,resoluta, & finita penitus fuisset per agnitionem pretij vigore instrumentorum subsecutorum anno 1559. & anno 1579.iuxta tex.in leg. sicut emptio §. interdum ff.locat.cum ibi notat.per Cast. in princip.post alios antiquiores, maximè ex lapsu tam longi temporis annorum vltra quadraginta post ipsam locationem finitam, quo in casu facilius locatione non obstante ex promissione de vendendo resultat perfecta venditio cum dominij translatione per notata in terminis à Curt.iun.d.consil.82. maximè ad fin. sub num.9.

8 Et cum dicta locatione cessante interuenerit dimissio possessionis penes authores dictorum Iacobi, & Fratrum, ea loco traditionis habetur, & quò ad translationem dominij operatur eundem effectum, quem vera traditio producere solet §. interdum instit.de rerum diuisio. leg. qua ratione, §. interdum,ff. de acquirend. rer. domin. lege quædam mulier ff. de rei vendicatio. leg. si sponsalibus §.si mulier ff de iur.dot. leg nõ solum § quod vulgò in fin. ff, de vsucapio. Ias.in leg.traditionibus sub numero 7. C. de pact. Tiraquel. de retract. lignag. §. primo gloss.14.numero 66.versicul.tamen ego,& in terminis istis tradit hoc in puncto Dec.d. consil.614 numero 15. & comprobatur per 9 Cæphal.d.consil.315.num.8.qui enim reperitur in possessione rei, videtur in ea exsistere vigore talis promissionis, & per superuenientiam noui tituli detentio transmutatur in possessionem ipso Iure absque alia traditione, vt probant apertè Iura præcitata,& dicunt præfati Doctores.

10 Vltimo quia visum est, quod minimè sit aperienda via, per quam contraueniri possit tot,& toties reiteratis promissionibus factis tam per agentes, quàm per eorum Authores, etiam quod aliqua in eis dubietas considerari posset in damnum reorum conuentorum, vt in fortioribus terminis tradunt Socc.consil.15. numero 31. libr. 1. & Dec.consil.474.num.4. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Cessio nominum Debitorum cum hoc pacto, Che il cedente non sia tenuto al

Ces-

Cessionario, ò compratore della verità, ò bugia, bontà, ò cattiuità di detti debitori, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Vendens nomina debitorum non tenetur de euictione, nec tenetur præstare ea esse exigibilia seu debitores esse soluendo, tenetur tamen præstare ea esse vera, & debitores esse verè debitores.*

2 *Pactum, quod vendens nomina debitorum, non teneatur præstare debitores scriptos esse verè debitores; valet.*

3 *Potest fieri pactum quod secutu euictione rei venditæ, venditor non teneatur ad restitutionem pretij.*

4 *Valet pactum, quod venditor non teneatur de euictione, si res empta euincatur à certis personis, vel ex certis causis, & eo casu non agit, emptor aduersus venditorem; nec ad pretium, licet aliàs per generale pactum, quod venditor nullo modo teneatur de euictione illa secutu emptor agat ad pretij restitutionem.*

5 *Cessionarius seu emptor nominum debitorum, cui cessa fuerunt nomina debitorum, si vult agere ad infrigendam venditionem, quia dicta nomina non sint vera, quid probare, & quomodo se gerere debeat, & sub. num. seq.*

6 *Si vendatur nomen debitoris certæ, vel incertæ summæ, ad infringendam venditionem opus est quod nihil penitus, vel minus quam sit expressum debeatur, & tunc per emptorem repetitur pretium, quod esset solutum, & etiam præstatur quanti sua intersit.*

7 *Nomina debitorum possunt vendi, obligari, donari, vel aliàs in contractum deduci, sicut quælibet alia res in hominum commercio existens, & vendi possunt pro minori pretio, quàm sit quantitas debiti propter pericula, labores, & expensas in executione faciendas, & propter dubium etiam futurum litis euentum, dummodo non adsit læsio in dimidia, sed sit in parte permissu, & tolerabili.*

CONSILIVM C.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Difficultas causæ vertentis coram D. Potestate Barberini Muxellli inter Mattheum Betianum agentem ex vna parte, & Fabricium Podium reum conuentum ex altera consistere videtur super validitate, vel inualiditate conuentionis inter eos initę, per quam dict. Fabritius cessit Mattheo nomina debitorũ ad ipsum spectantia societatis aromatariæ olim cantantis in Marium Vetrium, & ipsum Fabritium Podium pro scutis tercentum triginta cum pacto his verbis formalibus inito, Che il detto Fabritio non sia tenuto stare al dicto Matteo della verità, ò bugia, bontà, ò cattiuità di detti debitori. Agit enim dictus Mattheus, vt nulla & illicita declaretur dicta conuentio ex hoc, quod cedens noluerit promittere, quod scripti debitores in libris sibi vt cessionario traditis sint veri debitores, imo pactum in contrarium fecerit, & in hoc solum consistit totius causę disputatio, quia aliæ rationes, ex quibus Mattheus agit, nec sunt probatę, nec si essent probatę illum releuarent. In qua re primo aspectu dubius fui, quia cõsiderabam, quod inconueniens videretur, quod iste emptor nominum debitorum teneretur ad pretium, si nomina debitorum nõ essent vera, ex quo licet creditor vendens nomina debitorum non teneatur de euictione nec prestare ea es-1 se exigibilia, seu debitores esse locupletes, & soluendo, tenetur tamen præstare ea esse vera, & seu debitores cessos esse veros debitores, l. si nomen ff. de hęred. vel act. vend. & l. si plus §. fin. ff. de euict. Castr. cons. 170. in secundo pręmisso lib. 2. Crauet. consil. 145. num. 22. & alij relati per Caballin. in tract. de euict. §. 5. num. 36. vers. Vndecimus Casus. Tamen re diligentius considerata veni in contrariam sententiam, quod scilicet propter hoc, conuentio prædicta reprobanda non sit, & ita pronuntiandum esse retuli dicto Domino Potestati Barberini ad fauorem Rei conuenti.

Motus, quia, & si conclusio præmissa vera est, quod cedens nomen debitoris teneatur præstare illud esse verum, tamen vi-2 detur, quod in contrarium fieri possit pactum, ita probare videtur tex. in d. l. si nomen in fin. ff. de hæred. vel act. vend in illis verbis, nisi aliud conuenit, facit tex. in l. emptorem §. qui autem in vers. nisi forte inquit, si quis omnes istas suprascriptas conuentiones recipiat ff. de act. emp. vbi quod potest fieri pactum, quod secuta euictione 3 rei venditæ non tenetur venditor etiam ad restitutionem pretij, quod etiam voluerunt Doct. ibi, & in alijs locis, vt refert, & sequitur Caballin. in d. tract. de euict. §. 2. in fin. num. 27. & d. §. 5. num. 28. vers. ad tollendum omne dubium, & sicuti conueniri potest, quod venditor non teneatur de euictione, si res empta euincatur à certis personis, 4 vel ex certis causis, & eo casu secuta euictione non agit emptor aduersus venditorem, nec

nec ad pretium per tex. in l. qui libertatis in princ. ff. de euict. licet aliàs propter generale pactum, quod venditor nullo modo teneatur de euictione, illa secuta agat emptor ad pretij restitutionem per dictam leg. emptorem d. §. Qui autem ff. de act. empt. & tradunt Doct. in dictis locis, & Marsil. singul. 656. ac Caballin. in d. §. 2. num. 23. & seq. & latius dicto §. 5. num. 25. & seq. vers. sextus casus est, vbi etiam de Communi attestatur, ita etiam conueniri posse videtur, quod vendens nomina debitorum non teneatur ex hac certa causa, vbi scilicet ea non essent vera; Et quando præmissa non ita cla-
5 rè, & absque scrupulo procederent, Cum tamen non appareat, quod dictus Cessionarius, seu emptor reperent nomina debitorum in libris descripta non vera in totum, vel pro parte, nec constet quod aliquis ex cessis, seu venditis debitoribus se nihil, vel non tantum debere opposuerit, nedum probauerit, vana videtur eiusdem agentis intentio, cum si nomen debitoris certę vel incer-
6 tæ summæ vendatur, ad infringendam venditionem opus sit, quod nihil penitus, vel minus quam sit expressum, debeatur, tunc enim, & pretium, quod esset solutum, repetitur per emptorem, & ei etiam præstatur quanti sua intersit leg. & quidem, quinta cum quatuor legibus seq. ff. de hered. vel act. vend. cum vbique notatis per Doct. immo, & opus fuisset quod emptor Ius suum contra debitores expertus esset, & quod facta per eos oppositione, quod nihil vel non tantum deberent, id venditori notificasset, & terminum illi assignari fecisset ad docendum de negato credito per notat. in terminis per Castren. d. cons. 170. sub num. 2. & 3. lib. 2. Constat autem, quod nomina debitorum possint vendi, sicut, & obligari,
7 donari, & alias in contractum deduci, prout quælibet alia res in hominum commertio existens, etiã pro minori pretio, quàm sit debiti quantitas propter pericula, labores, & expensas, quæ interueniunt in exactione facienda, & propter dubium etiam futurum litis euentum, vt concludit Alex. de Neuo. cons. 95. in primo dubio per totum, & sequuntur plures insignes Doctores in dicto consil. se subscribentes, dummodo tamen non adsit læsio in pretio tangens dimidiam partem debiti, sed sit in parte permissa, & tolerabili, vt ipsemet Alex. dicit, & alij subscribentes sequuntur. Anno 1595. Florentiæ.

EPITOME.

Pater an sit legitimus administrator bonorum filij, siue filius sit minor, siue maior, siue etiam Pater habeat vsumfructum in bonis dicti filij, siue non, & an possit pater talia bona etiam immobilia alienare sine Iudicis decreto, & præsertim quando alienatio fit ex voluntate testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Facto proprio quis contrauenire non potest.*

2 *Malefidei possessor ille efficitur statim, quam notitiam habet rem à se possessam ad se non spectare, sed ad alium. Et ideo ad fructus tenetur etiam consumptos.*

3 *Pater est legitimus administrator bonorum filij, in quibus ipse Pater habet vsumfructum, & hoc indistinctè, scilicet, siue filius sit minor siue maior, licet aliàs si pater non habeat vsumfructum non sit legitimus administrator, nisi filius sit minor.*

4 *Pater quando habet legitimam administrationem in bonis filij, in quibus sibi debebatur vsusfructus, adeo plenum à lege dicitur habere mandatum, vt possit etiam immobilia alienare sine Iudicis decreto, & est communis, & magis communis.*

5 *Pater præsumitur capere pro filio melius consiliũ quam quilibet alius, Et quod Patri visum est bonum, & conueniens pro filio, non debet alteri videri non bonum, & inconueniens.*

6 *Nullus amor vincit paternum.*

7 *Decreti solemnitas in alienatione bonorum minoris cum sit inuenta, ne minores fraudentur, hac ratio cessat, quando alienatio est facta per Patrem ipsius minoris. Et præsertim id procedit, quando in bonis alienatis pater habet vsumfructum.*

8 *Iura liberiorem administrationem, & maiorem potestatem dederunt Patri in alienatione bonorum filij, in quibus sibi competit vsusfructus, quam concesserint tutoribus, vel Curatoribus.*

9 *Pater potest alienare bona filij, præsertim ea, in quibus habet vsumfructum sine decreto Iudicis, & hoc non solum si alienatio fiat ex causa necessaria, velati ob æs alienum, vel aliam vrgentem causam, sed etiam si talis alienatio conueniat cum voluntate testatoris, nam tunc etiam valet absque decreto Iudicis.*

CON-

CONSILIVM CI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa vertente coram admodum Magnifico Domino Iudice quarteriorum Sancti Ioannis, & Sanctæ Mariç Nouellæ Ciuitatis Florentiæ inter D. Mariam Capponiã de Caualcantibus agentem ex vna parte, & Dominum Aloysium de Capponibus, & D. Franciscum eius filium reos conuentos ex altera, Retuli dict. D. Iudici pronuntiandum esse ad fauorem dictæ Actricis pro domo in eius petitione contenta, & eius pensionibus à die, quo dicti Rei veram habuerunt scientiam, quod dicta domus in partem obuenit Actrici in diuisionibus factis de hæreditate Clarissimi D. Alexandri Capponij, Cum enim dicti Rei in scriptura priuata anni 1589. iudicialiter recognita conuenerint cum alijs cohæredibus pręfati D. Alexandri, quod intra biennium, tunc Futurum, & iam pręteritum ante mortum Iudicium pręsens, liceret ipsis recuperare prædium Fulignani, & domum de qua agitur, certis casu, & modo in conuentione expressis ab his ex cohæredibus, quibus ea bona in portionem venissent in diuisione dictę hęreditatis, & elapso dicto tempore dicta bona dicto oneri amplius non sint obnoxia, sed liberè remaneant apud eos, ad quos in dicta diuisione peruenissent, iam patet non posse ipsos reos effugere relaxationem domus, quę dictę Dominę Marię obuenit in partem in dicta diuisione hæreditatis D. Alexandri vigore dictę con-
1 uentionis, quam obseruare tenentur, nec proprio facto contrauenire possunt l. prima in princ. ff. de pact. l. 1. etiam in princ. ff. de constit. pecun. c. quod semel placuit de reg. iur. in sexto. Cum qua domus restitutione veniunt etiam eius fructus ab eo tempore quo notitiam veram habuerunt, quod ea in portionem obuenerat dictæ Actrici, nec amplius ad ipsos spectare poterat, nisi in casibus sibi ipsis in dict. conuentione reseruatis pro
2 eiusdem recuperatione à cohęredibus possidentibus: habita enim dicta notitia vtique dicuntur malęfidei possessores, qui ad fructus tenentur etiam consumptos §. si quis à non domino. vers. si vero instit. de rer. diuis. & ibi glos. & Doctor. communiter. l. si fundum in fin. & leg. certum in princ. C. de rei vendic. & vtrobique Doct. & glos. Bart. & alij in l. & ex diuerso ff. eod. tit. de rei vendit. Nec aduersus dictam cõuentionem aliquid, quod vrgeat, obstare credidi ad fauorem D. Francisci, pro quo D. Aloysius eius Pater interuenit; nam in dictis bonis hæreditarijs pro septima parte spectantibus ad dictum D. Frã-
3 ciscum erat D. Aloysius Pater legitimus administrator filij, cum in eis haberet vsumfructum l. fin. §. vbi autem C. de boni quæ liber. & ibi omnes Doct. not. & quidem indistinctè etiam si filius sit maior, licet alias si non haberet usumfructum non esset legitimus administrator, nisi si filius esset minor, vt per Corn. in authen. excipitur num. 1. & 2. & in l. fin. §. sin autem in 2. num. 3. & 4. eod. tit. & quando Pater habet legitimam admi-
4 nistrationem in bonis filij, in quibus sibi debebatur vsusfructus, adeo plenum à lege dicitur habere mandatum, vt possit etiam immobilia alienare sine Iudicis decreto, vt post Azon. in summ. C. de bon. quæ liber. tradũt scribent. in l. pręses C. de transact. vbi pręcipuè Bal. sub num. 8. Castr. sub num. 5. Alex. in fin. num. 7. Ias. nu. 5. & seq. inquiens num. 5. quod temerarium esset ab ista Communi sententia consulendo, & iudicando recedere, quicquid postea in contrarium dicat Corn. sub num. 3. vers. sed fallit in patte, Bald. in d. l. fin. §. sin autem ęs alienum nu. 1. & in fin. C. ibi etiam Corn. ante fin. num. 6. C. de bon. quę liberis, Bal. in l. 1. in 2. notabil. sub num. 5. ad fin. de rebus eor Socc. cõs. 66. num. 20. lib. 3. Dec. cons. 209. sub num. 3. Alciat. dicens cum hac opinione Azon. communiter transire Doct. cõs. 28. n. 9. li. 9. & in tract. de pręsumpt. reg. 1. præsumpt. 2. 6. in fin. Crauett. in cons. 74. n. 1. Gomez. de contract. cap. 14. de restit. min. sub n. 13. vers. ex quibus videtur vbi dicit, quod ista opinio, quæ est communis, tenenda est, licet in puncto Iuris contraria videatur verior, & ibi etiam Eman. Suarez. in addit. in litera A. attestans hoc dictum Azon. communiter summo Iure à doctoribus approbari Couar. lib. primo variar. resolut. c. 8. num. 6. dicens communem, Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 2. casu 171. numer. 54. in nona extensione, Cotta de magis communi in memor. verbo decretum Iudicis requiritur ad finem versic. hoc tamen declaratur, Marsil. singul. 498. per totum, & latissimè Simoncel. in tract. de decret. lib. tertio titul. octauo Rub. quando Decreto opus non est, inspectione prima in 3. casu num. 9. versicul. quamobrem contraria succedit opinio, vbi refert plures alios, & tandem dicit opinionem istam ex num. & authoritate Doctorum proculdubio communem

munem, & magis communem apparere; 5 Nec mirum quia videtur pater capere pro filio melius consilium, quàm quilibet alius l. nec in ea ff. de adult. & quod Patri visum est bonum, & conueniens pro filio, non debet alteri videri non bonum, & inconueniēs l. si furioso puberi in fin. ff. de curat. furios. quia nullus amor, & affectus vincit pater-6 num l. fin. in princ. C. de Curator. furios. & cum solemnitas decreti inuenta sit, ne mino-7 res fraudentur, meritò cessat in patre, qui filios magis quàm se ipsum diligit l. isti quidē in fin. ff. quod met. caus. & tanto magis quā do vltra affectionem paternam concurrit proprium ipsius patris interesse ob vsumfructum sibi debitum, vt in presenti Casu, tunc enim omnis penitus abest suspicio, & præsumendum est eum temerè non alienaturum, & omnia pro bono, & vtilitate communi tàm sui ipsius, quàm filij facturum, vt con-8 siderant Doct. in precitatis locis, & hac ratione lex in hoc casu liberiorem administrationem, & maiorem potestatem patri, quā tutori, vel curatori concessit, vt ijdem met Doctores considerant, & licet conclusio firmata procedere intelligatur in alienatione 9 necessaria, quę fit ob æs alienum, vel aliam vrgentem necessitatem, quæ filio familias immineat, non autem in alienatione voluntaria vt volunt Doctor. supra relati, hoc tamen nihil obstat, ex quo conuentio facta per ipsum Patrem conuenit cum dispositione testatoris. quando enim alienatio fit ex voluntate testatoris, valet absque decreto Iudicis, vel alia solemnitate iuxta ea, quæ leguntur, & notantur in leg. prima & in leg. prędium C. quand. decret. opus non est, & in leg. prima in princip. & in §. si defunctus ff. de reb. eor. & latè ostendit Simoncel. de decret. lib. 2. titul. 6. de varijs actib. qui meram alienationem non videntur sapere, inspect. 11. numer. 107. & seq. li. & 3. titul. 8. quand. decret. op. non est inspectione quarta num. 30. & seq. Anno 1596. Florentiæ.

EPITOME.

Statutum de Iure congrui an habeat locū seu competat Emphiteotæ propter vtile dominium ratione bonorum Emphiteoticorum contiguorum bonis alienatis, seu venditis non confirmanti.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium statuti de Iure congrui competit emphyteotæ ratione vtilis dominij, quod habet in bonis emphiteoticis. Quod amplia etiam in emphiteota Ecclesiæ, etiam si Ecclesiæ tale beneficium non competeret infra sub num. 3.*

2 *In Materia Iuris congrui utile dominium consideratur cum sit alienabile.*

3 *Beneficium statuti Iuris congrui competit conductori ad longum tempus, cum etiam ipse habeat vtile dominium: Item etiam superficiario, & habenti fundum vectigalem.*

4 *Superficiarij, & habentes fundum vectigalem dicuntur vtiles domini, & actionem in rem habent.*

5 *Censuarij habent dominium vtile, & directum, & ideo Iuris Congrui beneficium multo magis eis competit, quam emphiteotæ, & superficiario, vel habenti fundum vectigalem.*

6 *Emphiteotæ, seu alij vtiles Domini debent præferri Dominis directis in materia Iuris congrui.*

7 *In alienatione rei emphiteoticæ Dominus directus præfertur vicino ex statuto de Iure congrui.*

8 *In materia Iuris cōgrui consideratur quis sit Dominus de præsenti, licet illud dominium non sit perpetuum, Et ideo tale beneficium competit emphiteotæ etiam si, post tertiam generationem res emphiteotica sit reuersura ad dominum directum. Sicut etiam competit marito ratione rei dotalis, cuius Maritus est dominus, matrimonio tantum durante.*

9 *Maritus an teneatur restituere hæredibus vxoris soluto matrimonio id, quod stante matrimonio fuerat consecutus vigore statuti de Iure congrui ratione rei dotalis remissiuè.*

CONSILIVM CII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIsis scripturis ad me trāsmissis in causa mota per Ioannem Pardini de Buti nominibus, quibus in actis, agentem ex vna parte, & Ioannem, & Marianum quondam Antonij de dicto loco reos conuētos ex altera, Retuli D. Vicario Vicipisani partes eius esse in pronuntiando ad fauorem actoris, vt scilicet rei conuenti tenerētur ei retrouendere bona per ipsos empta à D. Petro de Nicolais à Piscia contigua bonis, quæ dictus Actor tenet in emphiteosim ad tertiam generationē masculinam à confraternitate, seu societate Disciplinatorum Corporis D. Iesu Christi de Buti vigore statuti Potestarię Vicipisani dell'alienatione de beni infra li congiunti & vicini

vicini Rub. 20. Quoniam beneficium dicti statuti competit emphitheotę, qui habet bona emphiteotica vicina bonis non confinanti venditis, à quo propterea emptore potest ea Iure congrui recuperare ratione vtilis
1 dominij, quod habet in bonis emphiteoticis, ita in terminis tradit Matthæus de Afflict. in tractat. de Iure protomise. in princ. legis num. 37. post versic. Item quæro ibi, vbi etiam quærit, an emphiteota, & hoc ea ratione, quia emphiteota habet vtile domi-
2 nium §. adeo, Instit. de locat quod in hac materia est considerabile, ex quo est alienabile], vt est glos. in l. fin. C. de contrahen. empt.
3 in glos. in verbo vendere, quæ conclusio com probatur ex eo, quod etiam conductor ad longum tempus potest huiusmodi statuti beneficio gaudere, cum, & ipse habeat vtile dominium ex notatis in l. Codicillis §. institutoff. de legat. 2. & ita subdit Afflict. num. 38. vers. item quæro, an locatarius, vbi quod dixit de emphiteota, ampliat procedere etiam in emphyteota Ecclesiæ, etiam si Ecclesia ipsa Ius hoc non haberet, quia Ius hoc competit emphiteotæ ratione vtilis dominij, quod est ipsius, & non Ecclesię, & quia Ecclesia in hoc non consideratur, ex quo per mutationem personæ mutata est conditio rei, quam Ecclesia transtulit in alium, alio modo, quam ipsa haberet, cum haberet directo, & dederit vtiliter; Similiter, & superficiario Ius hoc competit, & itidem habenti
4 fundum vectigalem, cum & hi vtiles Domini sint, & actionem in rem habeant l. 1. § qui si superficiem ff. de superficie. & l. 1. ff. si ager vectigalis. Afflict. in loco citato num. 38. vers. si. item quæro an locatarius, & num. 40. vers. item quęro, an qui habet fundum vectiga-
5 lem, & multo magis censuario, qui vtile, & directum dicitur habere dominium, vt in c. Constitutus extra de religio Domib. Afflict. vbi supra sub num. 39. vers. item quæro quid
6 in censuario; Bene verum est, quod in hac materia solet oriri controuersia inter dominum directum, & ipsum dominum vtilem, contendente vtroque prælationem, in quo casu vera videtur sententia eorum, qui tenēt emphiteotam, vel alium Dominum vtilem pręferri domino directo, eo quod Dominus vtilis est ille, qui vicinus est, & verè possidet, non autem Dominus directus, qui solum habet Ius directum, quod est diuersum à possessione reali, & non habe tur in consideratione quò ad aduocandam rem venditam ab emptore Iure uicinitatis, vt in pücto post dominum Sebastianum in constit. de Iure congr. in verbo alicui, concludit Afflict. in loco superius citato num. 39. uers. item quęro, quid
7 si uenditor domus, licet tale Ius sit considerabile, quādo uenditur res emphiteotica, uel similis, in qua Dominus directus præfertur uicino, ut ex pluribus conclusum fuit in cōs. Neapolit. teste Capic. decis. 99. per totam, & idem tenuit Bald. quem non adducit Capic. in tract. de Iure protomis. sub num. 6. ad fin. uers. cum uenditur res emphiteotica pro qua opinione faciunt tradita per Grat. cons. 133. num. 3. & seq. lib. 1. & per Crauet. cons.
8 212. in fin. num. 11. Nec ad rem facit, quod Ius hoc asseri competens non sit perpetuum sed extinguibile, & reuersurum ad confraternitatem finita tertia generatione masculina, quoniam satis est, quod de præsenti sit dominus vtilis, quicquid in futurum succesfurū sit de eius Iuribus, cnm uideamus quod Ius cōgrui competit marito ratione rei dotalis, cuius est dominus, matrimonio tantummo do durante l. doce ancillam C. de rei vendicat. l. de his, & l. in rebus C. de Iur. dot. vt dicunt Bald. & Afflict. in d. tract. ille sub. nu. 1. vers. sed utrum competat marito, iste ad principium legis sub num. 40. uers. item quęro an Ius cōgrui competat marito & Mant. in eod. tract. quæst. 6. n. 46 47. ubi latius insistit, & an soluto matrimonio, quo tēpore desinit esse dominus dotis, teneatur restituere,
9 quod ratiōne dicti Iuris dotalis acquisiuit ex Iure congrui hæredibus vxoris, non parua est disputatio, in qua pro, & contra argunnt Bald. & Afflict. supracitati: nec aliquid firmant, & nouissimè Marc. Mant. in eodem tract. quæst. 7. nu. 48. et 49. qui tamen in eam inclinat sententiam, quod teneatur Maritus restituere hęredibus uxoris, & quam uteriorem dicit, & tenendā, & respondet fundamētis pro contraria parte adductis, & cuius dicta, cum uideri possint, me remitto, Anno 1596. Florentię.

EPITOME.

Creditores filij in testamento matris prætериti nullum Ius habent in bonis testatricis, quamuis dictus filius præteritus potuisset ex dictis bonis detrahere legitimam, si eam non detraxit, sed testamento acquieuit, nec per hoc videtur Creditores defraudasse. Quod tamen testamentum dictæ Matris nullum est etiam institutis nepotibus ex dicto filio, sustinetur tamen ex clausula codicillari in vim fideicommissi, de quo legitima tantum detrahitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, in quo filius est preteritus à Matre, nullum est, etiam quod in eo sint, instituti hæredes Nepotes ex dicto filio.*

2 *Sustinetur tamen ex clausula Codicillari, per quã dictum filius præteritus censetur grauatus restituere hæreditatem scripto hæredi.*

3 *Tuncque detrahit filius vnam tantum quartam legitimam scilicet, non autem etiam trebellianicam cum dicatur grauatus purè, & non sub conditione, & detractio non fiat diuersis temporibus, sed vno tantum tempore, & incontinenti.*

4 *Filius propter suam legitimam non dicitur habere hypothecam in bonis parentum.*

5 *Debitor repudians, aut alter non acceptans hæreditatem aut aliud lucrum sibi delatum, non dicitur creditores defraudare, licet si acceptasset, commodum illis attulisset.*

CONSILIVM CIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Requisitus à D. Capitaneo Iustitię Montaneę Pistoriensis, vt sibi in scriptis dicerem, quid de Iure per eum pronuntiandum sit in causa mota per Marcum quondam Alexãdri de Lanscisca contra Sanctem quondam Iuliani Tanari de Spignana, Putaui eius partes esse in pronuntiando ad fauorem actoris pro consecutione bonorum, de quibus in actis causæ, tanquam hæreditariorum olim D. Mariæ eius Auiæ paternę, possessorum à d. Sancte hærede dicti Iuliani Patris Creditoris præfati Alexandri Patris ipsius Actoris, & ita dict. D. Capitaneo retuli. Motus ex eo, quia, & si testamentum dictæ Dominæ Mariæ ob præ- 1 teritionem dicti Alexandri eius filij non obstante institutione de eiusdem Alexandri filijs ipsius testatricis Nepotibus sit nullum secundum comm. scribent. sententiam, de qua attestantur Corn. cons. 118. num. 1. & 2. lib. 2. Sapia in rub. C. qui admitt. nu. 58. & Clar. in §. testamentum quęst. 74. in princ. & ante eos Baldus cons. 387. in princ. num. 1, 2. lib. 5. tamen substinetur vigore clausulę codicillaris in ipso appositę, per quam dictus filius pręteritus censetur grauatus restituere per fideicommissum hęreditatem illi, qui est scriptus hæres in testamento secundum opinionem, 2 quam Communem, & tenẽdam esse firmãt Bald. cons. 395. in fin. lib. 1. cons. 36. in 3. dub. num. 3. cons. 391. in fin. cons. 431. in princ. li. 3. cons. 393. ad fin. lib. 2. cons. 170. num. 7. lib. 5. Clar. post plures, quos allegat in dict. §. testamentum, quęst. 46. sub num. 1. vers. & potest esse, quam sentẽtiam secutus est Durãs de art. testan. tit. 3. de liber. inst. vel exhæred. cautel. 1. nu. 4. & ex recentioribus Michael Crass. in §. codicillus num. 21. vers. sed quid si testamentum, & in §. testamentum quæst. 50. num. 1. Dicens esse communiorem ex attestatione multorum, quos ipse adducit, & Turrett. de effect. & defect. claus. codicill. quæst. 53. nu. 7. versi. contrariam opinionem vbi refert infinitos præstantissimos Doctores de Communi, & magis communi, & de indubitata, & receptissima opinione dicẽtes, & attestantes, & secundum quam ait pluries iudicasse, & iudicatum vidisse, Gabr. tit. de clausul. concl. 7. in princ. vbi dicit de ma- 3 gis communi, ita vt ex dicta hęreditate vnam tantum quartam legitimam scilicet detrahere possit filius sic præteritus, non autem etiam trebellianicam, & sic duas quartas, cum tunc dicatur grauatus purè, & non sub conditione, & detractio diuersis temporibus faciẽda non veniat, sed uno, & eodem tempore, & incontinenti, vt post antiquiores declarãt Bald. d. cons. 395. in fin. lib. 1. d. cons. 36. in 4. dub. num. 4. & dict. cons. 391. in fin. & dict. cons. 431. etiam in fin. lib. 3. & cons. 387. ante numerum 4. vers. illud non est dubium lib. 5. Duran. d. caut. 1. num. 5. & tenet etiam Cras. in dict. §. Codicillus sub num. 22. circa medium versic. sed hoc casu filius, & latissimè Turret. dict. quæst. 53. num. 23. & seq. vbi refert plurimos attestantes hac esse opinionem Communem, & magis communem, & in practica obseruatam, & in iudicijs, & scholis canonizatam. Nec propter Ius hoc legiti- 4 mæ præterito filio competens potuit Iulianus Rei conuenti pater, vti Alexãdri Creditor bona dict. D. Mariæ consequi, quia in illis hypothecam nõ dicebatur habere dictus Alexander pro sua legitima secundum magis communem sententiam scribentium, quos refert, & sequitur Ant. Gabr. in titul. de legit. conclus. 5. in princ. de qua multa etiam dicit Nat. in addittion. ad Alexan. cõs. 134. in vlt. additt. lib. 4. & magis communẽ dicit Cras. in § legitima quęst. 14 post princ. vers. contrariam vero partem, vbi cæteros eiusdem sententiæ citat, & maxime quia dictus Alexander in eius vita tacuit, & testamẽ- 5 to materno acquieuit, & per hoc Creditores non fraudauit, nec eis præiudicasse dicitur, licet lucrum hoc consequi neglexerit, quia non dicitur debitor in fraudem creditorum facere, si sibi relicta, vel quomodocunque

spectantia

spectantia ad ipsum non acceptat, licet si acceptaret, id vtile creditoribus futurum esset, ita est tex. ad literam in l. qui autem, & in l. patrem, & in l. sequenti ff. quæ in fraud. credit. & in l. si sponsus §. penult. & §. fin. ff. de donat. inter virum, & vxor. & in l. non fraudantur ff. de reg. Iur. Anno 1596. Florentiæ

EPITOME.

Renunciatio per Moniales, seu Monasterium facta de hæreditate, quæ debebatur Mulieri ingressuræ dictum Monasterium, an valeat sine solemnitatibus à Iure requisitis in alienatione rerum immobilium Ecclesiæ seu Iuris quæsiti ad rem immobilem, cum fuerit facta per dictum Monasterium ante ingressum dictæ Mulieris; & tàm ex persona ipsius Mulieris, pro qua Monasterium de rato promisit, quàm ex ipsius Monasterij pro Iure sibi quærendo. Et an dicto Monasterio, seu Monialibus competat restitutio in integrum, cum dicantur lesæ.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione rerum immobilium Ecclesiæ, & in renunciatione Iuris quęsiti, & Ecclesiæ competẽtis ad rem immobilem, licet requiratur si nõ Summi Pontificis, saltem Episcopi authoritas, & aliorum Superiorum interuentus, & legitimus tractatus pręcedere debeat: tamen in renunciatione Iuris nondum quęsiti, sed quęrendi non requiritur huiusmodi solemnitas.*

2 *Valet renuntiatio hæreditatis, quę debebatur alicui ante ingressum Monasterij, facta tamen tam ex persona illius ingressuri Monasterium, quàm ex persona ipsius Monasterij ex Iure sibi quęrendo per dictę personę ingressum in illud.*

3 *Renunciatio Iuris Ecclesiæ competentis in re immobili valet, si res, cuius iuri renunciatur, non sit penes Ecclesiam; sed ab alio possideatur, & valet absque solemnitatibus requisitis in alienatione rerum immobilium Ecclesiæ, si talis renunciatio fiat ex Iusta causa, puta transactionis.*

4 *Dispositum in Casu alienationis non procedit, in repudiatione, rei nondum quęsitæ, seu in ommissa, & neglecta acquisitione, ex qua non diminuitur patrimonium, prout diminuitur per alienationem rei iam quæsitæ, & incorporatæ.*

5 *Cap. nulla quoque renunciatio in Concil. Trident. sess. 25. declaratur, in quibus terminis procedat, nempè in renunciatione facta per monialem ingressam in Monasterium nondum tamen professam, quę renunciatio annullatur: Non autem loquitur concilium de renunciatione facta per Abbatissam cum consensu Monialium.*

6 *Moniales, seu Monasterium renuncians Iuri, quod competit mulieri ingressuræ in dictum Monasterium, non dicitur renunciare Iuri, quod dictũ Monasterium habebat, neque re, neque spe, sed tãtum possibilitate, & tali Iuri renunciari potest per pactum, vt in num. seq.*

7 *Nullum Ius quæri potest Monasterio, nisi post emissam professionem Monialis, et nouitia potest ex eo discedere, & omnia monasterio data recuperare exceptis pro victu, & vestitu consumptis.*

8 *Ius de futuro alicui competit, quandoque spe, & nõ re. Aliud autem non competit neque spe, neque re: & primo Iuri renunciari potest per pactum, imo & per simplicẽ renũciationẽ factã pręsente parte.*

9 *Simplex renunciatio facta præsente parte habet uim pacti.*

10 *Si iuri, quod non competit neque re, neque spe renuncietur per verba, quæ non sapiunt dispositionem de præsenti, tũc renunciatio non porrigitur ad Ius de futuro, si autem respiciunt in futurum, & sunt apta comprehendere Ius competiturum ex causa de futuro, illud Ius etiam comprehendunt.*

11 *Quando renuncianti nullum Ius de præsenti competit, tunc renunciatio porrigitur ad Ius futurum, ne alias renunciatio sit frustratoria.*

12 *Abdicans à se omnem spem, & omne Ius aliud præter contenta in conuentione, uolens postea uenire contra conuentionem illam, & redire ad Iura renunciata, & voluntatem mutando de nouo acceptare, quod iam à se abdicauit, non debet audiri.*

13 *Læsio consideratur in renunciatione Iuris competentis de præsenti, & tempore contractus, non autem in renunciatione Iuris competentis de futuro.*

14 *Et Ideo restitutio in integrum non habet locum in renunciatione Iuris competentis de futuro.*

15 *In renunciatione Iuris de futuro facta non conceditur restitutio in integrum ex capite læsionis, si post contractum ea superueniat.*

16 *Etiam si renunciatio fuisset facta ab ecclesia, vel ab alijs locis, & personis priuilegiatis.*

17 *Quod legitimè ab initio factum est, ex causa superuenienti irritari non debet, vel ad imperfectum reduci, nec Iudicio vniuersali omnium de mundo, bonæ fidei, & honestati, ac regularium conditioni conuenit, vt quod factum est, alteretur.*

18 *Moniales p ingressu monialis in Monasteriũ si in renunciatione fecerũt pacta ad sui monasterij fauorẽ, non dicũtur se inconsideratè ad renunciandum accessisse, imo processisse cautè, & Ideo nulla potest à monasterio allegari læsio etiã enormissima in renũciatione, quã ingrediẽtes Religionẽ faciũt fratrib9, & alijs cõsãguineis manẽtib9 in sæculo.*

19 *Monasteriũ nõ potest cõtrauenire renũciationi factę in ingressu Religionis ab Ingrediẽte, siue agat ad rescissionem ex persona ingressi, & ex Iure ipsi ingresso competenti, quod in Monasterium transtulerit: siue nomine ipsius Monasterij ex*

Iure ipsi Monasterio competenti, & delato, quia nec in vno, nec in altero casu ulla consideratur læsio, & num. 21.

20 *Nemini Regularium tam virorum, quam mulierum licet bona possidere propria, aut in particulari.*

22 *Mulieres eo tempore, quo religionem profiteri volunt plerumque ampla patrimonia consanguineis remittunt, modicam vero portionem in Monasterium deferunt: & ex hoc capite Monasteriū non potest rescindere renunciationis instrumentū.*

23 *Monasterium monialium Reginę Cælorum de Florentia est capax bonorum immobilium, cum sit de exceptis à Concil. Trident. de Regul. cap. 3.*

24 *Regulares capaces bonorum immobilium, si legitimè eorum fecerunt renunciationem de Iuribus de futuro competentibus, vel de presenti, non possunt amplius contraueniendo eorum facto, vel promissioni ad ea aspirare.*

25 *Monasterium, eiusque Moniales super recuperatione Dotium Matris Monialis, quæ in conuentione, & renunciatione non interuenit, non debent audiri, & ità alias tenuit Rot. Florentina in vna Monasterij Sancti Bernardi de Pisis sub die 13. Augusti 1591.*

CONSILIVM CIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

AGitato processu in tertia instātia coram Reuerēdo Præposito Cathedralis Ecclesiæ Florentinę inter Reuerēdas Moniales Monasterij Reginæ Cęlorū de Florentia ex vna parte, & Franciscū, & fratres quondam Iacobi de Bettis Ciues Florentinos ex altera, in quo dictæ Moniales agunt ex persona sororis Margaritæ Monialis professæ in earum Monasterio, & ex donatione per eam ipsi Monasterio factæ cōtra dictos de Bettis eiusdem sororis Margaritæ consanguineos fratres ad bona dictę sorori Margaritę spectan ctantia, vti hęredi Dominæ Marię de Albizis eius Matris, & dicti de Bettis rei conuenti se defendunt vigore renunciationis, cessionis, & remissionis ipsis factę per Reuerendam Abbatissam, & Moniales dicti Monasterij antequam dicta soror Margarita in seculo Camilla nuncupata dictum Monasterium ingrederetur, dum de eius ingressu, & acceptatione in dictum Monasterium tractaretur inter dictas Reuerendas Abbatissam, & Moniales, & dictos fratres de Bettis, fuit conuentum cum interuentu tutoris seu Curatoris istorum de Bettis, & dictæ Camilæ, & Procuratoris, & Gubernatoris dicti Monasterij, quod dicta Camilla reciperetur in dictum Monasterium, & quod ex dicta causa dicti eius fratres soluerent Monasterio sūmam quingentorum scutorum, & traderēt solita fulcimenta secundum notulam, & cedulam illis datam, & bracchia viginti rasciæ tempore eius consecrationis, & post factam per eam professionem deberent ei construere vnam mansionem, seu cameram in dict. Monasterio, & amplius tenerentur soluere annuatim dict. Monasterio scutos triginta durante vita dict. Camillæ, & cum pacto quod ipsa Camilla moriente post ingressum in dictum Monasterium ante tamen emissam professionem, Moniales tenerentur restituere tantummodo scutos ducentum, reliquum verò vsque ad dictam summam scutorum quingentorum, & fulcimenta monasterium lucraretur: promiseruntque dicta Abbatissa, & Moniales de rato pro dict. Camilla, et pactum perpetuum de nihil ulterius petendo fecerunt, cum clausulis, & obligationibus apponi solitis in similibus instrumentis. Quam conuentionem nullam esset dicūt Moniales ob nō adhibitas solemnitates à Iure requisitas, & vbi valida esset, ipsas vti grauiter læsas esse aduersus illam in integrum restituendas, in qua controuersia primus Iudex contra Moniales pronuntiauit absoluendo reos conuentos, secundus verò totum cōtrarium fecit. Ego verò præfati Domini Pręposit is Iudicis Delegati, & Cōmissarij Apostolici Assessor electus retuli, bene per præfatū primū Iudicē fuisse iudicatū, et malè per secūdum, & ad ita referendum infrascripta me mouerunt.

Quo enim ad validitatē aduertendū est, quod licet in alienatione rerum immobiliū ecclesiæ, & in renunciatione Iuris quęsiti, & **1** ecclesiæ competentis ad rem immobilem, requiratur si non Summi Pontificis, saltem Episcopi authoritas, et aliorum superiorū Interuētus, & legitimus tractatus pręcedere debeat, & alia sint seruanda, de quibus habetur per Federic. de Senis in cōs. 9. in princ. per Couar. li. 2. variar. resolut. c. 17. nu. 1. cū sequent. & per Rodoan. de rebus eccles. non alien. q. 27. & per alios passim; tamen in renuntiatione Iuris nondum quæsiti, sed quęrendi non requiritur huiusmodi solemnitas, sed sufficit Abbatissę consensus cū interuentu Capituli absque alia Episcopi, aut superiorum authoritate ad validitatem talis actus, vt in puncto tradunt Federic. de Senis cons. 9. nu. 3. Bald. in l. pupillorum num. 2. C. de repud. hæred. & in auth. si qua mulier num. 41. & 42. vers. sed an Monasteriū C. de sacros. eccles. Corn.

cons.

cons. 11. nu. 2. lib. 3. Socin. cons. 53. nu. 26. li. 4. Menoch. de Arbitr. Iudic. li. 2. casu 175. num. 52. & seq. Crauett. consil. 152. num. 9. Roman. cons. 184. in toto, vbi Mandos. dicit hanc opinionem tenuisse Rotam, quæ decisio reperitur in nouissimis diuers. in 3. parte lib. 2. decis. 209. Puteus decis. 519. in tot. li. 2. vbi uidetur decidere præsentem casum latissimè Simoncel. de decret. li. 3. tit. 8. in spec. 9. num. 63. 64. & seq. Bursatt. cons. 55. num. 21. & 22. attestans de Magis Communi. Vinc. de Fran. decis. 14. num. 16. 17. & 18. & seq. vsque ad fin. lib. 1. vbi in terminis istis refert Sacrum Consilium iudicasse cessionem Monasterij esse validam non obstante defectu solemnitatum à Iure requisitarum, & alij plures, quos consultò prætermitto. Cum enim ante ingressum Monasterij dictæ Camillæ, cui materna hæreditas debebatur, Monasterium expresse renuntiauerit dictæ hæreditati tam ex persona Dominæ Camillæ, quàm ipsius Monasterij ex Iure ipsi Monasterio quærendo per dictæ D. Camillæ ingressum in illud, debet talis renunciatio ualida censeri vti per Monasterium facta de Iure nondum ipsi quæsito, sed quærendo per superius allegatas authoritates, quibus adduntur Ias. in l. legatum nu. 13. 14. ff. de legat. primo, Felin. in cap. 2. sub num. 6. de constit. Castrens. cons. 171. num. 2. lib. 2. Natt. cons. 441. num. 9. & 14. Roland. cons. 15. num. 32. cum seq. lib. primo Menoch. cons. 73. num. 8. 9. & seq. Curt. Iun. de feud. part. 2. quæst. 2. num. 7. vers. 2. pro eadem oppositione, Fabian. de Monte de empt. & vendit. in 22. & vnlt. quæst. quartæ quæstionis principalis, num. 15. Rodoan. de rebus Eccles. non alien. cap. 12. quæst. 2. sub nu. 9. & Didac. Couarru. in ca. quamuis in 3. parte §. 2. sub n. 3. vers. cõtrariam sententiam, de pactis in 6. qui tamen loquitur stante Iuramento, & est conclusio adeo vera, vt procedat etiam in ea obligatione, in qua cõtinetur etiam renunciatio Iuris 3 Ecclesiæ cõpetentis in re mobili, si res, cuius iuri renunciatur, non sit penes Ecclesiam, sed ab alio possideatur, nam & tunc absque solemnitatibus alias requisitis in alienationi bus immobilium Ecclesiæ valet renunciatio ex iusta tamen causa facta, puta transactionis vt tradant Ruyn. cons. 2. nu. 4. li. 4. Dec. cons. 474 nu. 1. 2. Natt. d. cons. 441. nu. 12. & 23. Roland. cons. 15. num. 44. lib. 1. Menoch. d. casu 171. num. 74 cum seq. probaturque optimè per tex. in l. si sponsus §. penult. & §. final. ff. de donatio. inter uir. & vxor. & in l. profectitia. §. si pater ff. de Iur. dot. & in l. patrem, & in leg. seq. & in l. qui autem ff. quæ in fraud. credit. & in leg. non fraudantur ff. de reg. Iur. & in leg alienationis verbum ff. de verb. 4 signif. in quibus iuribus probatur quod dispositum in casu alienationis non procedit in repudiatione rei nondũ quæsitæ seu in omissa, & neglecta acquisitione, ex qua non diminuitur patrimonium, prout diminuitur per alienationem rei iam quæsitæ, & incorporatæ.

Nec dicatur, quod huiusmodi renũciatio inualidetur expressè per capitulum Nulla quoque renunciatio 16. de regularibus sess. 5 25. Concilij Trident. quia dictum Capitulũ non loquitur de renunciatione aut obligatione facta à Monasterio, seu Reuerenda Abbatissa cum consensu Monialium, sed de renunciatione aut obligatione facta per Monialem ingressam in Monasterium nõdum professam, quod ex lectura ipsius capituli, iuncto præcedenti, cum quo coniungitur, adeo clarè patet, vt clarius patere non possit, in quo propterea demonstrando nullum penitus verbum facere decreui, ne textum clarũ glossare videar.

Quo vero ad restitutionem in integrum, considerandum est quod Moniales tempore factæ renuntiationis nullum habebant Ius 6 super bonis, ad quæ nunc agunt, & quidem nec re, nec spe, sed possibilitate tantum, quia Camilla nondum erat effecta monialis, & erat in arbitrio ipsius non ingredi in Monasterium, prout & monialium eam in illud non recipiendi, adeo quod renunciatio dictarum Monialium ad nullum Ius de præsenti referri poterat, sed tantum ad Ius de futuro ipsis Monialibus, & earum Monasterio competiturum mediante futuro ingressu dictæ Camillæ in ipsum earum Monasterium, & ipsa in eo professionem 7 emittente, cum antea nullum Ius quæri possit Monasterio, & nouitia ex eo discedere possit ad libitum, & omnia Monasterio data recuperare exceptis pro victu, & vestitu consumptis, vt clare disponit sacrosanctum Conc. Trident. in dict. capitulo nulla quoque renuntiatio in versicul. sed neque ante professionem, cui quidem Iuri de futuro renunciari potest per pactum, Federic. de Senis consilio 228. ad fin. versiculo super. tertio puncto, Rom. consilio 22. numero secundo in fin. vbi Mandos. in addit. Socc. in regula 338. in verbo renunciatio in prima fallentia, & clarius colligitur ex Magi- 8 strali doctrina Bartol. in leg. prima numero quarto C. de pact. vbi distinguit inter Ius de futuro, quod competit spe, & non re, & Ius, quod non competit neque re, neque spe: & in primo casu concludit, quod tali Iuri per pactum renunciari potest; immo, & per simplicem renunciationem factam præsente parte, cum habeat vim pacti, vt

R 2 in

in leg. tale pactum in princip. ff. de pact. quod dictum tenent ibi Bald. in 2. opposit. num. 8. 9. Salicet. num. 5. 6. 7. Castr. num. 6. Alex. attestans de Magis Communi num. 5. Corn. num. 6. 7. inquiens, quod Doctores communiter sequuntur Bart. Ias. num. 14. in princ. & iterum num. 15. vers. secundo limita, & rursus num. 17. vers. in 2. membro, & Dec. sub nume. 26. In 2. vero casu
10 concludit Bart. quod si verba renunciationis vel pacti sapiunt dispositionem de præsēti, tunc ad Ius de futuro non porriguntur, sed si respiciunt in futurum, & sunt apta comprehendere Ius competiturū ex causa de futuro, & superuenienti, illud Ius etiam cōprehendunt, & Bart. sequuntur Doct. ibi, & pręcipue Corn. num. 6. ad fin. dicens nume. 7. quod communiter Doctores sequuntur distinctionem Bart. Ias. sub num. 17. in versic. in 3. membro Dec. num. 32. Cagnol. numer. 69. aiens ita esse communiter receptum per Doctores, quod absque dubio procedit, quā-
11 do de præsenti, & ex causa de præsenti nullum Ius competebat renuncianti, quia tunc renunciatio clarius porrigitur ad Ius futurum, & ex causa de futuro, ne alioquin frustratoria sit, & inanis, vt tradit Dec. post alios per eum relatos in d. leg. prima sub dict. num. 32. adeo quod renunciatio hæc valida censenda est tanquam facta non per semplicem renunciationem, sed per pactum à parte acceptatum & solemni stipulatione vallatū, & porrigitur ad Ius postea requisitum Monasterio ex donatione ei facta per Camillam ante emissam professionem in dicto Monasterio, cum eius verba comprehendant omnia Iura competentia, & competitura, & omne Ius acquirendum dicto Monasterio mediante persona dictæ Camillæ, & per alias Clausulas amplas, & pregnantes amplectentes omne Ius de futuro ex superuenienti
12 & noua causa competiturum dicto Monasterio, abdicando ab eo omnem spem, & omne Ius aliud petendi præter contenta in conuentione, cui acquiescere debent Moniales, nec nunc audiri debent post renunciationem volentes redire ad Iura renuntiata, & voluntatem mutando de nouo acceptare, quod iam a se abdicauerunt, vt pulchrè ostendit Castr. consil. 171. ad fin. num. 3. versicul. nec potuisset postea libr. secundo. Nec quidem prætextu læsionis, quæ considerari non potest in renunciatione Iuris
13 re non competentis de pręsenti, sed futuri tantum, atque in spe ad summum, quod etiam facile poterat non superuenire, vt ideo
14 nec restitutio in integrum locum habere possit, vt optimè considerat Crauett. in cons. 114. num. 14. & 18. & rectè nam læsio considerãda est de tempore Contractus l. si voluntate C. de rescind. vendit. & ibi scribentes, Crauet. cons. 11. num. 17. & dict. cons. 114. num. 16. & si post contractum superueniat, non per hoc restitutio in integrum cō-
15 ceditur, vt probat Crauet. in dictis locis, qui in primo loco loquitur etiam in Ecclesia, & in alijs locis, & personis priuilegiatis & plura adducit, quæ cum videri possint, transf-
16 scribere non curaui, & vt subdit in dict. cons. 11. in fin. num. 18. quod legitime ab initio factum est, ex casu superuenienti irritari non debet, vel ad imperfectum reduci, nec In-
17 dicio vniuersali omnium de Mundo, bonæ fidei, & honestati, ac regularium conditionì conuenire videtur, quod Monasterium velit discedere à renunciatione per ipsum facta ad fauorem fratrum puellæ volentis ingredi Religionem ea ex causa, quod læsum fuerit etiam grauissimè, relinquendo consanguineis ipsius puellæ opulentam hæreditatem, aut ingens patrimonium, modico accepto, cum quo dicto ingressu Monasteriū receperit non solum eam dotem, & quantitatem pecuniæ, & aliarum rerum promissionem, quæ congrua, & æqua æstimatur, & solita est dare a nobilioribus, & principalioribus Ciuitatis; sed etiam longè maiorem, & insolitam, & amplius voluerit certum esse de lucro notabilis summæ pecuniarum, & fulcimentorum omnium, quorum non est parua æstimatio in euentum, in quem puella monialis effecta decederet ante factam promissionem, cum tamen nihil eorum tūc de Iure consequi debuisset, quod an præter, vel contra Concil. Trid. sit in dicto capitulo nulla quoque renunciatio alijs discutiēdum relinquo, cum sat mihi sit ostendere, quod Monasterium in dicta renuntiatione cautè processit, et pacta ad sui fauorem
18 fecit, nec inconsideratè ad renuntiandum accessit, vnde Dec. in cons. 31. col. penult. versic vltimo non obstat, et Crauett. cons. 160. col. prima in princ. in ea fuerunt opinione, quod nulla possit allegari lęsio etiam enormissima in Cessione Iurium, quam ingredientes Religionem faciunt fratribus, aut alijs consanguineis manentibus in seculo; & eos sequitur Didac. Couar. in capitulo quamuis de pactis in sexto in tertia part. § secundo numero quinto uers. cęterum si uerum est, vbi pro confirmatione considerat,
19 quod aut Monasterium agit ad rescissionem ex persona ingressi, & ex Iure ipsi ingresso competenti, quod in Monasterium transtulerit per Auth. ingressi C. de sacros. Eccl. aut agit nomine ipsius Monasterij ex Iure ipsi Monasterio competenti, & delato, & in primo casu nō cōpetit Ius, nec vlla cōsideratur

lęsio

Iussio respectu ipsius ingredientis,qui ob paupertatem seruandam, & vouendam religionem profiteri vult, paupertatem quærit, & ipsam eligit, nec se læsum dicere potest in di mittendis bonis,ac diuitijs, quarum relinquē darum causa monasticam vitam elegit. Cui rationi addi potest dispositio Concil. Tri-
20 dent. session. 25. de Regularibus,& Monialibus in cap. nemini, quod est secundum, in quo dispositum est nemini regularium tam virorum,quàm mulierum licere bona possidere propria,aut in particulari; In secundo
21 verò casu Monasterium agere posse non videtur, nec vllam læsionem prætendere posse cum ante professionem ingressus consangui neis,vel amicis, quæ sua erant, dimiserit, ad idque non esse habendam rationem, quod in Monasterium non fuerit delatum patrimonium pingue, nec respectu ipsius ingressi,cui Monasterij paupertas non nocet ad Religionem, nec respectu ipsius Monasterij, quia maximum nomen apud verrè Christianos religiosorum, & ordinum mendicantiū ob paupertatem hactenus censetur ab ijs,qui de religiosorum institutis sanctissimè tractauerunt,subditque, quod impium foret Iudicium, si quis existimaret considerandam esse læsionem ex eo, quod quis pauperrimum Cenobium elegerit, dimiseritque apud consanguineos res amplas, quæ possent Monasterium ipsum ditare: & si aliter res hęc consideraretur, frequentissimè essent retractandæ,& rescindendæ renunciationes,quę fiunt à Monialibus eo tempore, quo religionem profiteri volunt,quæ plerunque ampla patrimonia remittūt modica admodum accepta portione in Monasteriū deferenda, vt aduertit Couar. cuius rationes palpabiles videntur
22 & Iuri, & æquitati multum conuenientes; & licet Monasterium dictarum Monialium sit capax bonorum immobilium, cum non
23 sit de exceptis à Concil. Trident. de Regularibus ca 3. session. 25. & tradit punctualiter Vinc. de Franc. decis. 14. n. 13. vers. ex quibus etiam li. primo: non tamen debet aspirare ad
24 ista, quæ renunciauit, contraueniendo eius facto, & promissioni contra legem primam in princip. ff. de pact. & leg. primam etiam in princip. ff. de constit. pecun. & contra alia, quæ suprà diximus. His accedit, quod alias cum Antonius Cotius mortua Nannina eius vxore filias Matris hæredes Monacā
25 das obtulisset Monasterio Sancti Bernardi de Pisis, & conuenisset cum Abbatissa, & Monialibus dare tantum summam scutorum 460. pro eleemosina, & solita correda, & de residuo, quod filiabus deberetur pro materna hæreditate, & pro bonis ipsiusmet Patris, vellet quietari, & renunciationem sibi fieri, & Abbatissa, & Moniales capitulariter congregatæ dictas filias accceptassent & recepta dicta pecuniarum summa dictū Antonium quietassent, & renunciationem requisitam fecissent, & pactum inijssent, quod dictis filiabus ante factam professionē morientibus, Monasterium lucri faceret totam dictam eleemosinam,& etiam corredam, & postea dictis filiabus effectis monialibus, & professione per eas emissa, & mortuo Patre,qui in testamento Neptes ex fratre hæredes instituerat, Monasterium prætenderet conuētionem,& renunciationē præfatam ex defectu debitarum solemnitatum esse nullā, & vbi valida esset, aduersus eam ex capite grauissimæ læsionis, esse in integrum restituendum,& litem mouisset pro recuperatione dotium Matris dictarum filiarum,quæ in conuentione, & renuntiatione non interuenerant,& quarum bona,& Iura ad monasterium spectabant propter earum professionē in eo emissam, Domini tres Iudices secundarum appellationum Rotæ Florentinæ sub die 13. Augusti anni 1591. pronuntiauerunt contra Monasterium pro validitate conuentionis, & renuntiationis,cuius decisionis motiua reposita sunt penes D. Proconsulem Artis Iudicum,et Notariorum Ciuitatis Florētiæ lib. 70. fol. 44. ad quæ pro complemento huius relationis me remitto, cū amplissima & elegantia sint. Anno 1596. Florentiæ.

EPITOME.

Quod filij in conditione positi vocentur non solum ad portionem Patris, sed patrui: etiam concurrentibus coniecturis volūtatis testatoris: & quæ sint hæ coniecturæ vocationem inducentes.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi censentur vocati concurrētibus coniecturis volūtatis testatoris, et per totū.*
2 *Filij in conditione positi, quando grauati fuerint, vocati censentur. Et maxime, si uocantur per masculinitatem infra num. 11.*
3 *Et maxime alijs coniecturis concurrentibus.*
4 *Testator, qui filios masculos tantum vocauit, & in conditione posuit, & filias proprias, aliasque fæminas exclusit filiorum eorum, qui in conditione, sunt positi, manifestam resultare facit vocationem.*
5 *Et præsertim quando aliæ coniecturæ concurrunt.*
6 *Vel qualitas masculinitatis pluries fuerit repetita.*
7 *Vel quādo testator alienationē bonorū prohibuerit.*
8 *Vel quando sumus in Agnatis testatoris.*
9 *Vel quādo testator plures substitutionū fecit grad*.*
10 *Vel quando vltimo loco non extantibus masculis fæminæ vocantur.*

11 *Vel quando concurrit qualitas legitimi Matrimonij.*

12 *Testator, qui in suo testamento dixit, quod monasterium, loca pia, & Ecclesiastica loco filiorum non admittantur, facit, quod filij in conditione positi ex testamento, admittantur ad hæreditatē.*

13 *Monasteria, aliaque loca pia, & Ecclesiastica succedunt ab intestato, & loco filiorum admittuntur.*

14 *Vocatio pro in conditione positis arguitur, quando testator digressus est ad plures substitutionum gradus, & an coniectura prædicta sufficiat, vel potius requiratur, ad hoc vt operetur, quod cum alijs coniecturis etiam leuioribus sit iuncta, & n. seq.*

16 *Filij, qui non semel tantum, sed pluries in conditione fuerunt positi, sub nomine lineæ masculinæ censentur vocati.*

17 *Geminatio filiorum in conditione positorum inducit erga eos dispositionem.*

18 *Reciproca substitutio facit filios in conditione positos censeri vocatos.*

19 *Filij in conditione positi, vocati censentur, si testator substituit institutos etiam filios, & descendentes masculos substituti.*

20 *Primus vocatus à testatore dicitur magis dilectus.*

21 *Testator, qui prohibuit in suo testamento alienationem, ex illiusmet præsumpta voluntate, facit, quod filij in conditione positi vocati censeantur.*

22 *Testator, qui in suo testamento vltra alienationis prohibitionem ab eo factam dixit, quia voluit eius bona deuenire in nominatos antea per ipsum qui tamen sint Masculi de familia, facit, quod filij in conditione positi, censeantur vocati.*

23 *Testator, qui deficiente linea hæredis instituti, substituit alium, & eius filios, & descendentes masculos, facit, vt filij instituti in conditione positi dicantur vocati.*

24 *Digressionis coniecturam ad plures substitutionum gradum dubio procul operari, quod positi in conditione sint vocati, eum minus dilecti in sequentibus gradibus vocantur, & honorantur.*

26 *Reprobatur opinio Clari restringentis leuiores coniecturas sufficere in descendentibus testatoris, quā in alijs, etiam quando qualibet earum in se non est perfecta.*

27 *Boni Iudices non debent contentari consursu plurium cōiecturarum ad inducendam vocationē filiorum positorum in conditione, nisi ipsæ legitimæ sint, & à Iure approbatæ.*

28 *Filij in conditione positi, vbi dicuntur ex aliqua coniectura vocati, id respectu solum portionis patris sui, cuius intuitu, fuerant in conditione positi, regulariter est intelligendum, non autem respectu aliorum portionis. Quod limitatur, si portio aliorum per eorum obitum sine filijs, & descendentibus masculis ex testatoris dispositione peruenerit ad patrem, qui eis fuerat reciprocè substitutus, quia tunc talis portio ex dicta causa obuenta, venire etiam debet in restitutione fideicōmissi ipsis filijs, & infra num. sequen.*

30 *Pluribus institutis si fideicommissum iniungitur, si decesserint sine liberis, non tantum propria portio, sed etiam, & acquisita fideicommisso subijcitur quod intelligitur si non appareat contraria de voluntate testatoris infra num. seq.*

32 *Prohibitione alienationis bonorum facta à testatore adiecta causa, quia voluit ea deuenire in omnes per eum nominatos in institutione, & substitutione pluribusque inuicem substitutis iniuncto fideicommisso, si decederent sine liberis, non solum portio propria, sed etiam portio acquisita fideicommisso supponitur.*

33 *Testator, qui euenientibus casibus restitutionis voluit, quod decedens sine liberis restituat alijs vocatis superstitibus quicquid acceperit ex bonis ipsius testatoris, manifestum facit, quod moriens teneatur restituere substituto portionem suam, propriam, & alteram, quam habuit ex quacunq; substitutione, & est communis opinio.*

34 *Substitutio dicitur facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, licet hoc specifice non fuerit dictum, Si testator deficiente linea plurium institutorum, vel substitutorum, aut honoratorum, alium de familia eadem hæredem fecit vniuersalem.*

35 *Verba, ex quibus colligitur substitutionem factam fuisse à testatore vltimo morienti, & in tota hæreditate, quamuis ab eo specificè non fuerit dictum.*

36 *Verbum simplex, hæres, de per se, & sine ex pressione aliqua vniuersalitatis, vniuersale est, & ad totum refertur.*

37 *Et si in substitutione non exprimatur, quod vltimo morienti fiat substitutio, tamen inter omnes vocatos facta dicitur, dummodo concurrant ad hoc coniecturæ Mentis testatoris; aliàs substitutus vltimo loco in tota hæreditate succedere non posset, quod absurdum esset.*

38 *Fideicommissum relictum ad conseruanda bona in masculis fauorabile existimari debet, & ideo in eo fauorabilis facienda est interpretatio.*

39 *Filij in conditione positi, quando censeantur vocati ad portionem etiam Patrui, & num. seq.*

41 *Hæreditatis appellatione legata, vel fideicommissa non continentur, quod fallit, si post substitutionem fuerit iniunctum à testatore grauamen, vt in Casu Consilij huius.*

42 *Prælegata facta alicui ex cohæredibus, quando comprehendātur in fideicommisso vniuersali subsequente.*

43 *Regula. l. cum à matre C. de rei uend. & l. ex qua persona ff. de reg. iur. non habet locum in eo, qui fuit hæres Patris, si agit de re ad ipsum spectante vigore fideicommissi, & non Iure hæreditario paterno.*

44 *Assertio propria, si erronea fuit, confitenti non præiudicat, & inualida iudicatur tanquam veritati repugnans.*

45 *Confessionibus, quibus ius, & natura repugnat, standum non est.*

46 *Hæredes quandoque facto defuncti contrauenire possunt.*

CON-

CONSILIVM CV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VErba Testamenti Ioannisbaptistæ quondam Michaelisangeli de Pescis, super quibus controuertitur, ita sese habent, suos hæredes vniuersales instituit omnes, & quoscunque filios masculos legitimos, & naturales nasciturosex eo, & ex quacunque eius vxore, & casu quo decederet sine filijs masculis, vt supra, & cum filiabus fœminis, voluit dicto casu dictas filias fœminas ex eius hæreditate alimētari vsque ad matrimonium carnale, vel spirituale, & vlterius pro earum, & cuiuslibet earum dote habere Florenos 2000. de libris 7. pro Floreno, & tali casu videlicet si ipse testator decesserit sine filijs masculis, suos hæredes vniuersales instituit Andreā, & Ioannembaptistam fratres, & filios olim Diotisalui de Pescis pro duabus tertijs partibus, & quos inuicem substituit vulgariter, & per fideicommissum, & pro alia tertia parte hæredem instituit fœlicem quondam Bartolomei de Pescis, cui substituit eius filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales à principio eorum natiuitatis verè, & non fictè à lege, vel ab homine, adeo quod legitimati per subsequens matrimonium, vel monasterium, vel loca pia, seu ecclesiastica non comprehendantur loco filiorum, & in defectu eius lineæ masculinæ vt supra, substituit dictos Andream, & Ioannembaptistam, & eorum, & cuiuslibet eorum filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales vt supra in infinitum, & è contra in defectu lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis vt supra dictorum Andreæ, & Ioannisbaptistæ, & cuiuslibet eorum, in eorum ratis substituit D. Felicem, & eius filios masculos legitimos, & naturales vt supra in infinitum, & casu quo linea masculina legitima, & naturalis dictorum Andreæ & Ioannisbaptistæ, & Felicis, quandocunque finiret, tunc, & eo casu suum hæredem vniuersalem instituit Hieronymum Petri de Pescis, & successiuè eius filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales vt supra donec durabit eius linea, & ea finita suos hę redes vniuersales instituit Hospitale Innocētium de Florentia pro dimidia, & pro alia dimidia filias, & descendentes fœminas dicti Hieronymi, & casu quo nulla fęmina ex descendentibus dicti Hieronymi, vel ex dicto Hieronymo reperiretur in humanis, quod dictum hospitale in totum succedat, prohibens dictus Testator dictis suis hæredibus institutis, & substitutis filijs dicti Testatoris, & omnibus vt supra successiuè vocatis omnem alienationem, ad longum tempus locationem, & tam voluntariam, quàm necessariam, & omnem actum & cōtractum, ex quo, seu quibus quomodolibet sequi possit alienatio bonorum immobilium dicti Testatoris, & tàm illorum, quæ reperirentur tempore mortis dicti Testatoris, quàm emendorum secundum ordinem suprascriptum, quia voluit dicta bona casu quo decedat sine filijs masculis vt supra, deuenire in supranominatos, & in casu contrafactionis talem sic contrafacientem priuauit eius rata, quam statim deuenire voluit in successiuè vocatum, seu vocatos.

Mortuo dicto Testatore sine filijs, & descendentibus masculis, superstitibus dictis Andrea, & Ioannebaptista, & Felice hæredibus institutis, & mox mortuo dicto Ioannebaptista sine filijs, & descendentibus superstitibus dictis Andrea, & Felice, & mox mortuo dicto Felice sine filijs, & descendentib. masculis superstite dicto Andrea, & vltimo loco mortuo dicto Andrea, relictis post se Saluio, & Baccio eius filijs masculis legitimis, & naturalibus, egerunt dicti filij Andreæ ad bona omnia supposita dicto fideicommisso contra Dominum de Menichellis & D. Lucretiam Filiam, & hæredem D. Felicis, ad quorum manus dicta bona peruenerant, & perfecto processu Dominus Primus Iudex pronuntiauit per mortem Ioannisbaptistæ, & Felicis sine filijs, & descendentibus masculis, & Andreæ cum superexistentia dictorum Salui, & Baccij euenisse casum fideicommissi relicti per dictum Ioannembaptistam Seniorem Testatorem ad fauorem filiorum, & descendentium masculorum dicti Andreæ, & purificatum fuisse in personam dictorum Salui & Baccij, & appellatione interposita, & causa mihi ad consulendum commissa per admodū Magnificum D. Iudicem primarum appellationum Ciuitatis Florentiæ, Retuli bene iudicatum fuisse, & malè appellatum. Et ad ita referendum motus sum ex eo, quod isti agētes expresè vocati sunt ad portionem relictam Felici descendenti sine filijs, & descendentibus masculis, & hoc nullum habet dubium, Ad portiones verò relictas Andreæ & Ioannibaptistæ, licet expresè non reperiantur vocati, sed tantum in conditione positi, tamen ad eas quoque admittendi sunt.

Quo-

Quoniam vera est,& recepta communiter, ac obseruata Doctorum opinio, quod positi in conditione censeantur vocati, quando 1 concurrunt coniecturæ voluntatis Testatoris.Soc.iun.cons.58.nume.73.lib. 2. Clar.in §.testamentum quæst.77. Marz.cons.9. nume.2.Alb.consil.157.num. 10. Decian.consil 34.num.157.lib.3. Crass. in §. fideicommissum quæstio.13.nume. 2. & Illustris, & Excellentissimus D. Ioseph. de Rusticis in tract.an,& quando liberi in cond. posit. vocentur lib.2.ca.1.num. 1. vbi infinitos eiusdem sententiæ refert, & nouissimè Tesaur. decis.pedemont.96.num. 8. versic. declatatur ergo,prout in hoc casu plures concurrere videbantur.

Primò enim dicti filij Andreæ fuerunt pluries per Testatorem grauati, dum deficiente linea masculina ipsius Andreæ,in qua ipsi comprehendebantur, fuerunt primo loco substituti Felix, & eius filij masculi in infinitum:& secundo loco in alio casu deficiẽte linea masculina dictorum Andreæ, & Ioannisbaptistæ, & Felicis, Hieronymus, & eius filij & descendentes masculi,donec du-2 rabit eius linea; Etenim quod quando positi in conditione grauantur, vocati censeantur,tradunt post antiquiores Gabr.tit. de fideicomm.conclus.4.num.17. versic. Quarto limita, Menoch.de præsumpt. lib. 4. præsumpt.76.num.39.Crass.in §.fideicommissum quæstio.14.num. 2.versic. secunda est D.Rustic.in d.tract.lib.4.cap.2. parte prima per totum,& cap.2.part.2.nume.28. & seq. vsque ad fin. versic. Ego tamen, & Tessaur. d.decis.96.num.10. versic. prima coniectu-3 ra, Concurrentibus præsertim alijs coniecturis,vt per D.Rusticum dicto lib 4.cap.3. per totum,& per Tessaur. d. decisio.96.sub num.14.ante fin.quas concurrere in hac ipsa specie constat ex congestis per dictum D. Rustic.d.c.3.quæ pro maiori parte casui nostro conueniunt.

Secundò Testator masculos tantum vocauit, & in conditione posuit, & filias pro-4 prias,aliasque fœminas exclusit,ex quo videtur resultare manifesta vocatio eorum, qui in conditione sunt positi, Guid. Pap. decis. 184.& decis.299.Dec. cons. 270. in toto, & alij relati per Gabr.d.conclus.4.nu.4.versic. primo limita,per Menoch.consil. 393. nu. 6. & 8.per Cæphal. consil. 115. nume. 23. per Bursat.consil. 202.num.4.per Crass. d. §. fideicommissum quæstio.14 nume.1.per D. Rustic.d.tract.lib.2.cap.2.num. 1. & seq. & per totum & cap.4.num.2.versic. Secundò vt magis procedat,& lib.5.cap.5.num. 2. & per Tessaur.d.decis.96.num. 21. versic. primus est: & maximè quando aliæ coniectu-5 ræ concurrunt,vt in hoc casu Crass. d. quæstio.14.sub num.1.versic. sed hę duæ,D.Rustic.d.lib.2.cap.7.ad fin. num. 6. Tessaur. d. decis.96.num.23.ver sicul.breuiter omissis, 6 vel quando sæpius fuerit qualitas masculinitatis repetita, prout hic, per testatorem, qui quamplurimus vicibus mentionem fecit filiorum masculorum, & lineæ Masculinæ. Alciat.cons.573.num. 5. Crauet. consil. 326.num.16.Petr.de fideicom.quęst.9. nu. 194.D.Rustic.d.lib.2.cap.5.num. 1. & seq. 7 Tessaur.d.decis.96.num.27.versic.& iste casus,vel quando fuerit à Testatore prohibita bonorum alienatio. Decian.cons.41.nu.36. lib.1.Mant.de coniect.vlt.volun.lib.2. tit. 3. num.14.Crass.d.quęst.14.num. 4. versicul. quarta coniectura.D.Rustic.d.lib. 2. cap. 7. num.4.Tessaur.d.decis.96.num. 29. versic. 8 Secundus Casus, vel quando sumus in Agnatis testatoris,D.Rustic.d.lib.2.cap.3. nu. 3.vel quando inter ipsos masculos ad plures 9 substitutionum gradus digressus est Testator.D.Rustic.d.lib.2.cap.7.num.1. vel quan 10 do aliquo casu, & vltimo loco non extantibus masculis fœminæ vocantur, D. Rustic. 11 d.lib.2.cap.5.in fin.num.11. vel quando masculis appositum est grauamẽ,idem D.Rustic.d.lib.2.cap.7.num.3.quæ omnia cum simul in nostro hoc casu concurrant, vtique indubitatam vocationem positorum in cõditione inducere videntur per præmissa, & absque scrupulo, cum addita sit qualitas legitimi Matrimonij Soc.iun.cons.110.num. 26. lib. 3. & alij plures relati per Dominum Rustic.in d.tract.lib.3.cap.3.num. 1. 5. & 6. & fortius cum expresserit Testator, quod 12 Monasterium,loca pia, & Ecclesiastica loco filiorum non admittantur, ex hoc enim dicitur velle,quod positi in conditione ex testamento admittantur, cum si ab intestato 13 succedant, dicta loca tanquam filij admittantur, vt post Decian. & Mantic. tradit D. Rustic.d. cap.3. num. 4. versicul.pari etiam ratione.

Tertio digressus est testator ad plures, & 14 vlteriores gradus substitutionum,prouidẽdo in defectu descendentium masculorum d. Andreę de alijs substitutis, quæ tes vocationem in conditione positorum arguere testantur Anchar.cons.74.num.2.in fin. Boer. decis.155.num. 21. & 22. Gozad. cons. 64. num.10.Soc.iun.cons.110.nume. 18. lib.3. Curt.iun.cons.16.num.1.Alb.cons. 87. nu. 12.Cęphal.cons.252.num.17.Marz.consil. 5.nu.15.Zanch. in leg. heredes Mei §. cum ita parte 7.nume.71. ff.ad Trebell.Gabr. d. concl.4.num.13.versic.3. Limita, Mantic. in tract.de coniect.vlt.vol lib.11.tit.3.num. 13.D.Rustic.d.tract.lib.3.cap.1. nu. 1. cum seq.

seq.& per totum, Tessaur.d.decis. 96. num. 15.& seq. versicul. Secunda est coniectura, Crass.d.§.fideicommissum quæst.14. nu. 3. 15 versic. Tertia coniectura, & licet hæc coniectura fortassis sola per se non sufficeret ad inducendam vocationem, tamen iuncta cũ alia etiam ex leuioribus multum operatur. Rip.in l.Centurio,num.165.ff.de vulgar.& pupill.substit. Rimin.iun.cons.21. num. 41. lib.1.Zanch.vbi supra nume.79. Tessaur. d. decis.96.nume.17.post versiculum Mihi re vera,D.Rustic.d.lib.3.ca.1.num.11. versic. hanc denique.

16 Quarto dicti filij Andreæ non semel tantum, sed pluries fuerunt in conditione positi sub nomine lineæ masculinæ ipsius An- 17 dreæ, quæ geminatio inducit dispositionẽ, ita vt tunc censeantur vocati, Corn.consilio 74.num.5.lib.2.Gozzad.consil.64. num.9. Purpur.inter cons.Siluan.cons.53.nume. 4. Zanch. in d. §. cum ita dicta parte septima, num.24.Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt.76.num.58.& latissime D. Rustic. in d.tract.lib.secundo,cap.5.numero primo,& per totum.

Quinto Andreas, Ioannesbaptista, & filij 18 fuerunt reciprocè in defectu lineæ cuiuslibet eorum substituti, quo casu positi in cõditione censentur vocati, Corn. consil. 146. nume.21.lib.2.Rimin.iun.cons.78.libro 1. Decian.cons.34.in fin.lib.3.D. Rustic. in d. tract.lib.5.cap.primo,num.primo,& sequẽ. & lib.6.cap.5.num.17. versic. &quoniam, Tessaur.d.decis.96.nume. 31. versic. tertius succedit casus.

Sexto in substitutione facta in defectu lineę masculinæ dictorum Andreæ, Ioannisbaptistæ,& Felicis, Testator vocauit non solum Hieronymum de Pescis, sed etiam eius 19 filios,& descendentes masculos, ex quo videtur verisimiliter voluisse pariter vocare filios Andreæ, quem prius vocauerat,& no- 20 minauerat,& magis dilexerat, Curt.iunior cons.16.numer.6. Gozzad.dicto consil. 64. num.10.Crauet.cons.62.num.7.& 8.& fuit de mente Ruini cons.142.num.13.lib.3. & latè tradit D.Rustic.in d.tract. libr. quinto, capit. tertio,num.tertio,versic.decimaquarta est,& cap.7.numero 4.versicul. quarta limitatio.

21 Septimo cum prohibuerit Testator omnibus tam institutis, quàm substitutis alienationem bonorum immobilium tàm repertorum tempore mortis suæ, quàm postea emendorum, adiecta causa, quia voluit ea deuenire in nominatos antea per ipsum, 22 qui erant masculi,& de familia, videtur ex hoc positos in conditione vocatos censeri, Clar.in §.testamentum quæst.79. nume. 4. versicul.quinta est coniectura, Mantic.in d. tract.lib.10.tit.3.num.14.& 15. Crass. in d. §.fideicommissum quęst.14.num.4.& 5.in quarta, & quinta coniecturis. Menoch. d. præsumpt.76.num.20.Gabr.d.concl. 4. nu. 128.versic.tertio infertur.num.34.versic.decimo limita. num. 42. versic. Decimooctauo limita,& num.45.versicul. amplia idem esse,D. Rustic.d.lib. 2.cap.7.num.4. & libro tertio,cap.5.per totum d.lib.5.cap. 7. num. 1.& 2. Tessaur.d.decis.96.num.20.versic.tertia coniectura.

Octauo Testator, deficiente linea mascu- 23 lina dictorum Andreæ,& Ioannisbaptistę, & Felicis substituit Hieronymum de Pescis,& eius filios,& descendentes masculos, vnde,& filij masculi dicti Andreæ in conditione positi dicuntur vocati. Curt.Iun.consil.16.num.6.& 11. Crauett.cons. 62. num. 10.& latè Menoch.alios citans d.præsumpt. 76. num. 56.

Nono ex quo Testator instituendo, seu substituendo Andream, Ioannembaptistã, & Felicem, voluit, quod in defectu lineę masculinæ Andreæ, & Ioannisbaptistæ & cuiuslibet eorum, in eorundem ratis,& portio- 24 nibus admitterentur dictus Felix,& eius filij masculi, videtur etiam voluisse, & multo magis quòd filij ipsius Andreę in conditione positi admitterentur ad easdem portiones,& ratas ipsorum Andreæ, & Ioannisbaptistæ Rimin.sen.cons.189.num. 11. libr. 1. Zanch.in d.§.cum ita, part. septima nu. 73. Menoch.d.pręsumpt.76. num. 57. facit D. Rustic.in d.tract.lib.3.cap.1.num.12. versi. vnum qui dixit.

Et licet prędictę coniecturę fortè singulę per se non sufficerent ad inducendam dictorum Agentium vocationem, tot tamen si- 25 mul iunctę sufficere omnino vidẽtur, Cor. cons.101.num.4.lib.4.Grat.cons.206.num. 49.lib.2.Gabr.d.concl.4.num.49. versic. vigesimonono limita, Clar. §. testamentum quęst.79.in fin.D.Rustic.in d.tract.lib.4. c. 3.num.14.& lib.5.cap.8.num.1.Crass. dicta quęst.14.num.7. versic. porrò aduertendũ, & hoc indistinctè, vt ibi per ipsũ post alios, quos refert reprobata opinione Clari vbi su- 26 pra, qui hoc restringere videtur ad descendentes tantum, in quibus tamen leuiores, quàm in alijs sufficere fatetur, & quod plus est etiam, quod quęlibet earum in se non esset perfecta, Ruin.consil.3.nume.13.libr. 2. Decian.cons.31.nume. 130. lib. 1. Menoch. cons. 95.num.26.in quo tamen contrarium videtur sentire Torniel. inter consil. Portij cons.43.num.17. dum non contentatur cõ- 27 cursu plurium coniecturarum ad inducendam vocationem, nisi ipsę legitimę sint,& à

Iure

iure approbatę, quod dictum sequitur Roland. à Val. cons. 31. num. 15. lib. primo, & nouissimè D. Rustic. d. lib. 5. cap. 8. in finalibus verbis.

Et si diceretur, quod vbi dicti filij Andreæ agentes in conditione positi dicantur 28 dispositiuè vocati, id tantummodo esse respectu portionis dicti Andreę eorum Patris, non autem respectu Ioannisbaptistę eorum Patrui per ea, quæ tradunt Doct. in leg. hæredes Mei §. cum ita, ff. ad Trebell. vbi præcipuè Soc. sub num. 3. & Rip. num. 39. Curt. iun. consil. 135. num. 6. Duran. de art. testandi tit. 3. de substit. caut. 28. Mantic. in tract. sæpius citato lib. 11. tit. 3. in fin. Menoch. d. præsumpt. 76. num. 86. Diffusè D. Rustic. in d. tract. lib. 5. cap. 9. in principio, vbi rationes, & authoritates adducit, & Tessaur. decis. pedemont. 248. num. 16. vers. neque etiam obstat.

Responderi posset, quod cum portio Ioannisbaptistæ per eius obitum sine filijs, & de- 29 scendentibus masculis ex testatoris dispositione peruenerit in Andream eius Fratrem, qui ei fuerat reciprocè substitutus, talis portio dicti Andreę ex dicta causa obuenta venire debet in restitutione fideicommissi ipsis filijs Andreę facienda. Bald. cons. 94. ante fin. versic. videre autem oportet lib. 1. consil. 42. in fin. & cons. 101. etiam in fin. lib. 4. Dec. cons. 81. num. 2. & cons. 86. nu. primo, Marz. de fideicomm. quęst. 36. & allj per ipsum allegati. Et regulare est, quod cum pluribus 30 ribus institutis inuicem fideicommissum iniungitur, si decesserint sine liberis, non tantum propria portio, sed & acquisita fideicommisso subijcitur l. 1. §. id quod ex substitutione ff. ad l Falcidiam Bart. in l. Marcellus, §. quidam num. 5. vbi & Alex. & Soc. ff. ad l. Trebell. Natt. citans Bart. Imol. Alexand. Rom. & Soc. & denique testans de Communi cons. 310. num. 1. circa medium, & si vt inquit Marzar. d. quęst. 36 post Siluan. cons. 49. num. 24. hoc totum pendere debet à co-31 iectura mente testatoris, cum in præsenti casu is prohibuerit omnem alienationem bonorum immobilium tàm repertorum tẽpore eius mortis, quàm postea ex hereditaria pecunia emendorum, adiecta causa, quia voluit ea deuenire in omnes per eũ nominatos in institutione, & substitutione, vtiq; nõ obscurè videtur declarasse in restitutione fideicõmissaria venire debere non solum por-32 tionem Andreæ propriam, sed etiam illi obuētam ex successione Ioannisbaptistæ vt in terminis videtur tenere Alciat. cons. 612. nu. 1. & sentit Zanch. in d. §. cum ita, parte 5. num. 173. vers. quarto amplia post Paris. cons. 18. 19. & 20. li. 3. videnturq; dicta testatoris verba idem importare, ac si dixisset, quod euenientibus casibus restitutionis vo-33 luit, quod decedens sine liberis restituat alijs vocatis superstitibus quicquid acceperit ex bonis ipsius testatoris, quo casu manifestum est, quod moriens teneretur restituere substituto non solum quod pro portione sua ex testamento habuit, sed etiam proportione alterius in eum peruenta ex quacunque substitutione secundum communem opinionem de qua attestatur Duran. de art. testan. titul. 9. de substit. caut. 28. in 2. remedio num. 2. quod potissimum videtur admittendum, quia cum deficiente linea masculina dictorum Andreę Ioannisbaptistæ, & Felicis fuerit institutus vniuersalis hæres Hyeronymus de Pescis, videntur om-34 nes de linea prædicta inuicem, & reciprocè substituti, quasi quod substitutio sit facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, licet hoc specificè non fuerit dictum. D. Rustic. d. lib. 2. cap. 7. num. 5. Nam vltimo morien-35 ti de dicta linea facta colligitur ex illis verbis, casu quo linea masculina prædictorum Andreæ, & Ioannisbaptistæ, & Felicis quandocunque finiret, cum tunc finire dicatur, quando vltimus superstes decedit, & facta in tota hæreditate demonstratur ex alijs verbis immediatè sequentibus, tunc, & eo casu suum hæredem vniuersalem instituit Hieronymum de Pescis, ex quo omissa etiam expressione illa vniuersalitatis, simplex ver-36 bum hæres de per se vniuersale sit, & ad totum referatur, Zanch. in d. §. cum ita part. 6. num. 109. Menoch. de præsumptio. libro 4. præsumpt. 62. nu. 20. Nec nonum est, quod & si in substitutione nõ est expressum, quod fiat vltimo morienti, & in tota hæreditate, tamen reciproca inter omnes vocatos facta 37 dicatur, concurrentibus ad hoc coniecturis mentis testatoris, Menoch. d. præsumpt. 62. num. 34. & optimè D. Rustic. d. lib. 5. cap. 9. sub num. 10. uers. secundo declaratur, vbi dicit, quod alias substitutus vltimo loco in tota hæreditate succedere non posset, nisi per prius intelligatur facta reciproca substitutio, quæ potissimum videntur procedere, cum agatur de fideicommisso relicto ad cõseruanda bona in Masculis, quod fauorabile 38 existimari debet, & propterea in eo facienda est fauorabilis interpretatio, vt auctoritate Anchar. Curt. Decisionis Neapolit. Capic. Gozad. Paril. & Soc. Iun. probat Menoch. cons. 95. num. 95.

Vlterius responderi etiam potest, quod quando isti positi in conditione censentur 39 vocati concurrentibus coniecturis voluntatis testatoris, vt in hoc casu, non solum censentur vocati ad partem Patris, sed etiam ad

partem

partem Patrui, quinimo & inter se inuicem substituti, D. Rustic. d. lib. 5. d. cap. 9. num. 7. versic. sed tamen & lib. 6. cap. 5. num. 17. & melius, & latius in consil. primo, posito post dictum tractatum num. 39. & pluribus seq. inquiens etiam tunc non habere locum cōsilium Oldradi. 21. sequitur Tessaur. d. decis. 96. num. 34. versicul. verum contrariam opinionem, vt quando testator voluit bona inter masculos debere conseruari, Crauett. cons. 130. num. 5. & seq. Rum. cons. 140. nu. 17. lib. 3. D. Rustic. d. tract. lib. 4. cap. 3. nu. 9. 16. dicto cap. 9 num. 10. versic. Secundo declaratur, vel quādo fuerint substituti Agnati, Crauet. d. cons. 130. num. 9. D. Rustic. d. cap. 3. nume 10. vel quando fuit substituta pia causa post mortem omnium. Bero. cōs. 205. num. 5. lib. 2. D. Rustic. in d. tract. lib. 3. 40 cap. 6. num. 1. & 5. & lib. 4. cap. 3. num. 5. vel quando fuit alienatio prohibita adiecta causa, quia vult testator bona in familia remanere. Crauet. d. cons. 130. num. 10. D. Rustic. d. cap. 3. num. 2. quæ omnes coniecturæ, & aliæ concurrunt in præsenti casu. vt ideo mirum non sit, si dicti filij Andreæ in conditione positi non modo censeantur vocati ad portionem Andreæ eorum Patris, sed etiā ad portionem Ioannisbaptistæ eorum Patrui.

Præterea respondetur, quod, & si ille, qui est grauatus restituere hæreditatem, non te- 41 netur restituere id, quod sibi obuenit per fideicommissum, vel legatum ab eodem testatore relictum, ex eo, quod appellatione hæreditatis legata, vel fideicommissa non continentur leg. si Titius ex parte, ff. de legat. 3. & ibi Doct. & in alijs locis supracitatis, tamē si post factam substitutionem iniūctum est grauamen, vt in isto casu, tunc substituto in hæreditate restituendum est etiam id, quod grauato per fideicommissum, vel etiam præ legatum, aut per legatum ab eodem testatore factum peruenit prius glos. in leg. sextiam 31. in glos. fin. ff. de legat. 3. & pulchrè declarat Natt. d. cons. 320. sub nume. primo, & in eodem casu cons. seq. 321. etiam sub num. 1. & latissimè Marz. de fideicommiss. quæst. 3. per totam, vbi post multa firmat, quod præ- 42 legata facta alicui ex cohæredibus comprehenduntur in fideicommisso vniuersali sub sequente, etiam si adsit clausula in omnibus autem alijs bonis, & est tutissima responsio, & omnem tollens difficultatem.

Nec prædictis obstare videtur, quod dicti Agentes, cum fecerint se hæredes dicti Andreæ eorum patris, non possint victoriam reportare contra Dominicum de Menichellis, qui bona per ipsum possessa à dicto Andrea acquisiuit per regulam leg. cum à Matre, C. de rei vendicat. & leg. ex qua persona, ff. de reg. iur. quoniam respondetur, quod, re vera, non sunt hæredes patris, immo expressè, & solenniter seruatis ex Iure municipali seruandis paternam hæreditatem repudiarunt, & taxam pro repudiatione soluerunt communi Florentiæ, & vlterius gabellam bonorum fideicommissariorum in summa scutorum septingentorum & vltra, quam soluere non tenebantur, si hæredes Patris fuissent, nec in actu, qui per ipsos vti patris hæredes gestus ostenditur, opus erat, quod essent patris hæredes, sed solum necessarius erat eorum consensus veluti fideicommissariorum dicti testatoris, cum ageretur de re 43 ad ipsos spectāte vigore dicti fideicommissi, & non Iure hæreditario paterno, cum Andreas eorum pater nullum Ius in dicta re habere nisi tanquam vocatus ad dictum fideicommissum, quod eo mortuo, ex testatoris voluntate, & ordine addictos eius filios peruenit, ita vt manifestè deprehendatur, quod assertio illa erronea fuit, & tanto Magis, si dicta testium actui illi præsentium attendantur, de quibus tamen non expedit disputare, cum aliæ rationes sufficiant, & propria assertio erronea confitenti non præiudicet, & inualida iudicetur tanquam veritati repugnās 44 Roman. cons. 520. num. 10. versicul. primo quia, & est tex. in l. confessionibus, ff. de interrogat. action. & tradit glos. in l. vnica, C. de confess. vnde veritatem Iuris errore gestorum non vitiari dicit tex. in leg. illicitas §. veritas, ff de offic. præsidis, alibi dicit idem Roman. in cons. 390. ad fin. nu. 3. quod con- 45 fessionibus, quibus Ius, & natura repugnāt, standum non est; per dictam legem confessionibus, & per glos. in d. leg. vnica, & per l. inde Neratius, §. fina. cum leg. seq. ff. ad leg. Aquiliam, vltra quod etiam si fuissent Pa- 46 tris hæredes, attentari posset, quod illius facto in hoc casu contrauenire potuissent ex traditis per Gramat. decis. 93. num. 8. & seq. vsque ad fin. Anno 1597. Florentiæ.

EPITOME.

Ob non solutum canonem per biennium continuum emphyteota priuati cadit à Iure suo, & contra eum ad bona cum fructibus ex dictis bonis perceptis, & in futurum percipiendis vsque ad actualem ipsorum bonorum relaxationem obtinetur sententia fauorabilis per Dominum directum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata facit Ius inter partes, & pro veritate habenda est.*
2 *Promittens acquiescere laudo proferendo, & iurans, ei nullo modo contrauenire potest, nec audiendus est tanquam veniens contra promissionē propriam.*
3 *Qui vult venire contra promissionem iuratam, necesse habet prius petere absolutionem à iuramento, & quid si sit enormissimè læsus.*
4 *Sufficit actori dicere promissum Canonem nō fuisse sibi solutum, ob idque emphyteotam à Iure suo cecidisse, cum habeat intentionem fundatam ex instrumento, & nisi emphyteota probet se soluisse, obtinere debet secundum communem opinionem.*
5 *Emphyteota primus quodammodo dicitur dominus directus secundi emphyteotæ, & Ius expellendi, quod Domino directo competit aduersus primum emphyteotam, si canon non soluatur, competit etiam primo emphyteotę contra secundum, si & ipsi non soluatur.*
6 *Dominus expellens emphyteotam ob non solutum Canonem, potest nihilominus consequi solutionem ab eo vsque ad declarationem factam de caducitate.*

CONSILIVM CVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVper processu ad me transmisso per D. Vicarium Vicipisani inter Franciscum de Acconcijs de Cuciliana agentem ex vna parte, & Saluatorem Petri Saluatoris de eodem loco reum conuentum ex altera, Retuli pro nuntiandum esse ad fauorem Actoris pro Caducitate quorundam bonorum ob non solutum Canonem per biennium continuū vnà cum ipso Canone decurso vsque ad diē factæ declarationis dictæ caducitatis, & ab inde citra, vnà cum fructibus ex dictis bonis perceptis, & in futurum percipiendis vsque ad effectualem ipsorum bonorum relaxationem.

Motus ex infrascriptis, nam respectu relaxationis bonorum ob non solutum Canonem per annos duos continuos, Franciscus habet intentionem fundatam ex laudo lato inter ipsum, & dictum Saluatorem Reum conuentum ita expresśe dicente, quod in rē iudicatam transactum fuisse constat, vt ipsemet Saluator confessus fuit in precibus Serenissimo Magno Duci porrectis de anno 1596. & ostendunt acta pro eius parte facta in causa reductionis dicti laudi ad arbitrium boni viri coram D. Vicario Vicipisani, quæ non fuit prosecuta, sed deserta, adeo quod dictum laudum obseruandum est, cū res iudicata ius faciat inter partes, & pro ve1 rit ate habenda sit. l. res iudicata, ff. de regul. iur. cum ibi notatis per scribentes, & in alijs locis vulgaribus. Quod fortius procedit, cū dictus Saluator in compromisso promiserit & iurauerit acquiescere laudo proferendo, 2 & ei nullo modo contrauenire, non enim est audiendus veniens contra promissionem propriam l. 1. in princ. ff. de pact. l. 1. etiam in princ. ff. de constit. pecun. & cap. quod semel placuit de reg. Iur. in sexto, maximè iuramento uallatam, nulla quod appareat obtenta absolutione ab ipso iuramento, quam 3 tamen necessariam fuisse etiam data enormissima læsione latissimè ostendit Natt. cons. 144. per totum, licet in hoc contrarium receptius esse dicat Roland. à Vall. cons. 60. sub num. 68. vers. & ideo siue ex proposito li. 4. Quam opinionē crebriorem quoque asserit Cachera. decis. pedemon. 41. Antonius Cotadus sub num. 2. quorum sententia & si obtineret, nihil tamen pro Saluatore faceret nulla læsione per ipsum ostensa, & Sufficit 4 dict. Actori dicere promissum canonem non fuisse solutum ob idque emphiteotam à Iure suo cecidisse, cum habeat intentionē fundatam ex instrumento dicti laudi, nisi Saluator probet se soluisse secundum opinionem omnium scribētium, de qua attestatur Corbol. in tract. de caus. ex quibus emphiteota Iure suo priuatur tit. de caus. priuat. ob non solutum Canonem quæst. 4. num. 1. Clar. dicens pariter ita tenere omnes Doctores in §. emphiteosis quæst. 10. num. 4. vers. sed pone & Alciat. Valasc. de Iur. emphit. quæst. 21. num. 9. vers. illud insuper, Cum enim in d. laudo asseratur dictum Frāciscum actorem ab alijs Ius habere in dictis bonis, quorum partem Saluatori concedunt arbitratores pro certo annuo canone, & cum pacto caducitatis ad fauorem dicti Francisci, si cessatum sit in dicta solutione per biennium continuum, dictus Saluator quodammodo censetur secundus emphiteota, quò emphiteosim à primo emphiteota sub certo canone conduxit, & primus emphiteota, & sic Franciscus quodammodo Dominus dicitur respectu secundi Emphiteotæ, sicut Dominus directus est Dominus respectu ipsius primi acquirentis Emphiteosim, & Ius expellendi, quod competit Domino directo, si ei

si ei canon non soluatur aduersus primum emphyteotam, competit primo emphyteotæ aduersus hunc secundum emphyteotam, ut ex mente Io. Fabr. tradit Corbol. d. titul. Ampliat. 20. num. 1. & 2.

Et quò ad solutionem Canonis pro temporepræterito, quo Saluator cessauit soluere, propter quam cessationem priuatus fuit, & quo ad fructus ulterioris temporis iustificatur relatio ex eo, quod uerior, & communior opinio Doctor. est, quod Dominus directus expellens emphyteotam ob non solutum Canonem, possit nihilominus ab eo consequi dictam solutionem, ut tradit Boer. decis. 309. num. 5. uersicul. in contrarium uidetur, quem sequitur Clar. d. quæstio. 10. num. 2. uersicul. quæro nunc, quid è conuerso, & tradit etiam Aluarus Valasc. dicta quæstio. 21. in fin. num. 10. uersi. sed & illud memineris, & hoc usque ad declarationem factam de ipsa caducitate, nam ab eo tempore citra, idest post dictam declarationem factam, debentur Domino directo unà cum re omnes fructus percepti, & in futurū percipiendi usque ad effectualem relaxationem secundum opinionem, quam tenuit Rota Bononiensis, ut refert Beninten. decis. 37. in causa mota num. 15. & pluribus sequent. usque ad fin. uersic. in contrarium adducebatur, quam sententiā secutus est Corb. in dict. tit. ampliat. 38. nu. 1. & seq. Anno 1598. Florentiæ.

EPITOME.

Unio beneficij, quæ requirat ad hoc ut valeat, & quomodo sint citandi Patroni, & quomodo quæratur quasi possessio Iuris præsentandi ex unica præsentatione, & quod præsentatus ex sola præsentatione sine institutione nullum Ius habet.

SUMMARIUM.

1 *Unio ad hoc ut valeat, sunt vocandi Patroni, & debet fieri cum cognitione causæ, & nu. 3.*
2 *Patroni debent citari, quando est facienda unio Ecclesiæ, & debent citari nominatim.*
4 *Beneficium unitum an possit impetrari, si unio sit nulla, & num. 6.*
5 *Instrumentum unionis, in quo continetur, quod solemnitates interuenerunt in unione, non probat solemnitates interuenisse.*
7 *Vicarius episcopi non potest unire beneficia.*
8 *Quasi possessio Iuris Patronatus acquiritur ex unica præsentatione, fallit ut nu. 9.*
10 *Quasi possessio Iuris patronatus non quæritur, nisi ille, in cuius præiudicium quæritur, sciat, & patiatur.*
11 *Reuocatio unionis non nocet rectori uiuenti, sed solum operatur in futuris vacationibus, & quomodo hoc procedat nu. 12.*
13 *Præsentatus ex sola præsentatione absque institutione nullum Ius habet.*
14 *Præsentatus ab eo, qui erat in quasi possessione, præsentandi non instituitur, si appareat de defectu proprietatis ante institutionem.*

CONSILIUM CVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa disunionis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Montis Fruscoli ab Ecclesia Sācti Ioannis maioris agri Mugellani vertente in secunda Instantia coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Nuntio Apostolico penes Serenissimum Magnum Ducem Aetruriæ inter R. D. Petrum Bambellium Plebanum dictæ Ecclesiæ Sancti Ioannis Maioris, & Magnificum Dominum Thomam, & litis Consortes de Minerbettis Patronos dictæ Ecclesiæ Sancti Ioannis maioris appellantes ex vna parte, & Presbyterum Hieronymum de Baccionibus ad d. Ecclesiam Sanctæ Mariæ præsentatum per D. Antonium, & alios de Brunis tanquam dictæ Ecclesiæ Patronos appellatos ex altera.

Retuli dicto D. Nuntio Iudici Delegato, & Commissario Apostolico pronuntiandum esse ad fauorem dicti Reuerendi Hieronymi, confirmando sententiam Reuerēdi D. Vicarij Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Archiepiscopi Florētini, qui declarauit dictam Ecclesiam Sanctę Marię nulliter, & sine causa fuisse vnitā dictę Plebanię Sancti Ioannis maioris, ipsam vnionē dissoluendo, & irritando, & dictum Presbyterum Hieronymum ad dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ recipiendo, & perpetuum Silentium tàm d. Domino Petro Bambellio, quàm dictis de Minerbettis imponendo.

Ad sic referendum motus fui, quia dicta vnio videtur nulla ex pluribus, & potissimum quia in ea requirebatur consensus Patronorum, qui vocandi erant e. suggestum

S de

de Iur.patronat. Soc.conſ.1.num. 6. libr. 3. Dec.conſ.148.columm.2.verſicul. Secundo quia, Rebuf.in prax. benefic. in reg. cancell. de vnion. in verbo vocatis quorum intereſt num.6. verſic. item requiritur, quod etiam deciditur in Conc. Triden. ſeſſ.7. de reform. cap. vnionis perpetuæ 6. ad fin. & ſeſſio. 24. de reform. capit. quia plerique 13. in princ. & expreſſiùs cap. in eccleſijs cathedralibus 15. poſt principium, qui quidem Patroni 2 nominatim erant citandi, cum eſſent certi, nec ſatis fuit generalis citatio per proclama, ſeu edictum, quæ ſolum fieri debet, quando intereſſe prætendentes ſunt incerti, capi. fin. de electio. in 6. & authent. ſi omnes. C. ſi minor ab hæreditat. ſe abſtinuerit cum vbique notat. per Gloſ. & Doctor. Bartol. ſuper conſtitu. ad reprimendum In verbo per edictum in fin. ſub num. 16. verſic. ſic dic ergo, Alexand. conſil. 106. num. 14. lib. 5. Felin. in cap. 2. ſub num. 8. 9. verſic. & poſſunt iſta de conſtit. latè Marſ. ſingul. 259. generalis cita- 3 tio; Debebat etiam fieri cum cognitione cauſæ, in cuius diſcuſſione vocandi erant dicti Patroni, quorum intereat, & vt dictum fuit, ſpecialiter, & aliter facta non valuit, Rebuf. in loco citato de vnion. benef. num. 42. 43. & 44. verſicul. ergo, cum cauſa, & verſic. ſeq. & latius in Reg. Cancellariæ de vnion. in verbo alioquin vnio non valeat, Gloſ. 9. vbi amplius ſubdit, quod tale beneficium 4 vnitum poterit impetrari etiam ante declarationem, quicquid nonnulli dixerint in cõtrarium, quorum opinionem procedere inquit, quando vnio facta eſt ex falſa cauſa, ſeruata tamen Iuris forma, & ſolemnitate, quia tunc cum valeat, licet ſit reuocanda, ante diſſolutionem eius non debet impetrari beneficium: ſecus autem quando vnio facta eſt ſine cognitione cauſæ, & non vocatis vocandis, quia tunc eſt nulla ipſo Iure, ex quo actus, omiſſa forma, conceptus non valet. Vnde meritò etiam ante declarationem poteſt beneficium impetrari, & ſub 5 iungit in verſicul. nec credetur, quod non ſtatur inſtrumento vnionis dicenti ſolemnitates interueniſſe, niſi illæ ſolemnitates appareant, quia inſtrumentum non debet continere verba Iuris, ſed facti, & idem tenuit de vnion. reuocan. num. 30. 31. verſicu. 6 nos tamen, & verſicul. ſi vero, vbi ait, quod quando vnio non valet, praxis ſeruat, quod impetretur beneficium vnitum, & poſtea agatur ſuper poſſeſſorio, & ſi opponatur de vnione, replicetur de nullitate, & ab ea appelletur tanquam ab abuſu, & pronuntiabitur irrita: & demum ſi vnio non valeat, poſſeſſorium adiudicabitur impetranti, ſi vero vnio valet, ſed eſt reuocanda ex cauſa, ſeruatur in praxi, vt petatur reuocari, & ante reuocationem non valebit beneficij vniti impetratio. Non poterat etiam dicta vnio fieri per Reuerendum Dominum Vicarium, cum non appareat, quod ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo talem habuerit facultatem, quia Vi- 7 carius Epiſcopi beneficia vnire non poteſt, niſi hoc ei fuerit ab Epiſcopo ſpecialiter cõmiſſum, Rebuf. vbi ſupra de vnion. benefic. num. 37. verſicul. idem in Vicario, & in forma Vicariat. Archiepiſ. & aliorum nu. 102. verſ. nona clauſula.

Nec prædictis obſtat, quod Domini de Minerbettis videantur in quaſi poſſeſſione præſentandi per reſignationem factam de eorum conſenſu à Reuerendo D. Donato de Minerbettis Presbytero D. Michaeli de Pãphis vltimo, et immediato poſſeſſori, & per cuius obitum orta eſt controuerſia præſens, Quia dicta reſignatio æquiparetur præſentationi, & qui vltimo loco tanquam Patronus conſtitutus dicitur, cum etiam ex 8 vnica præſentatione, quæ effectum habuerit ſecuta inſtitutione, quaſi poſſeſſio Iuris patronatus acquiratur. Dec. conſil. 117. columna ſecunda, verſicul. quod autem conſ. 124. in prin. conſ. 126. col. 1. poſt princ. verſ. & iſta quaſi poſſeſſio, & col. 2. verſ. præterea & 2. conſ. 127. in princ. conſ. 129. col. 3. poſt verſ. ſed tamen conſ. 149. col. 3. verſ. venio ad ſecundum dubium, Crau. conſ. 322. ſub nu. 4. ad fin. verſ. 7. principaliter, & nume. 5. verſ. conſidero etiam.

Quoniam reſpondetur, quod eſto quod reſignatio illa vicem præſentationis obtineat, non tamen per eam dicitur quæſita quaſi poſſeſſio præſentandi Dominis Mi- 9 nerbettis, quia in reſignante defuit bona fides, & pariter in alijs conſentientibus, ſine qua quaſi poſſeſſio non acquiritur per præſentationem, Decius d. conſ. 117. colum. 2. verſic. & ideo dicto conſ. 124. poſt princip. & d. conſ. 129. col. 4. verſic. & vt regulariter. Cum enim dicta Eccleſia vnita eſſet cum Eccleſia ſancti Ioãnis Maioris à Paulo III. Pont. Max. ad vitam tantum dicti Domini Donati de Minerbettis, nõ potuit ipſe citra malæ fidei notam, illam perpetuo vniri facere per Vicarium ordinarij, nulla penitus mẽtione facta alterius unionis ad eius uitã per Sum. Pont. conceſſæ, & exinde uti perpetuo unitam reſignare D. Michaeli de Pamphis Rebuf. in reg. Cancel. de union. in uerbo uocatis, quorum intereſt nu. 8. poſt uerſ. Nõ requiritur tamẽ, nec alij de Minerbettis Iutiũ illorũ de Brunis non ignari dictæ reſignationi conſentiendo bonam fidem habuiſſe ui- 10 dẽtur, ultra quod cum quaſi poſſeſſio præſen-

sentandi in præiudicium alterius non acquiratur nisi ille, in cuius præiudicium acquiritur, sciat, & patiatur, Decius dict. consilio 126. ad fin. versicul. ad quod etiam facit: Non potuit illa resignatio nocere Brunis Patronis, qui de ea ignorantiam prætendunt, & quidem probabilem, ex quo viuente Domino Donato credere potuerunt Ecclesiam possideri iuxta concessionem Sūmi Pont. & non aliter.

Non obstat etiam, quod saltem dicta Ecclesia debet remanere penes Dom. Petrum Bambellium, donec viuat, ex quo beneficium non potest disuniri in præiudicium eius, qui illud possidet, quia dissolutio seu 11 reuocatio vnionis non nocet rectori viuenti, sed solum operatur in futuris vacationibus, Pettus de Peruf de reuocat. vnion capitu lo vltimo in fine numero tertio, versiculo tertio, quæritur, & versiculo vltimo quæritur, Rebuf. de vnion. reuoca. numero 44. versiculo, ille tamen facit, Crauett. dicto consilio 322 sub numero quinto, versiculo hoc ita præsupposito, vbi quod institutus ad præsentationem possessoris remoueri ab ecclesia non debet, licet Ius præsentandi ab alio euincatur.

12 Quia responderi potest, quod dictum Petri de Peruf & Rebuf. procedit, quando disunio fit ex noua causa, quæ post vnionem superuenit, secus autem quando vnio nulla fuit ab initio, quia tunc cum non valuerit, beneficium potest impetrari etiam ante declarationem, vt dictum fuit ex mente eiusdem Rebuf immo generaliter, & indistinctè dici potest, quod facta declaratione disunionis ex quacunque causa Ecclesia disunita non debeat remanere apud possessorem, sed alteri conferenda fit ex Concilio Tridentin. session. 7. de reformation. capit. sicut legitima 9. post medium, versic. Quæ verò à quadraginta annis citra, vbi inhærendo prius Decretis session. 7. de reform. cap. 6. & session. 24. de reform. cap. 13. circa medium versicul. in vnionibus, determinat, quod Ecclesiæ vnitæ à quadraginta annis citra effectum, & plenam incorporationem consecutæ ab ordinarijs tanquam à Sede Apostolica Delegatis reuideantur, & examinentur, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur, ac beneficia ipsa separentur, & alijs conferantur, quæ decisio videtur tollere omnem disputationem in præsenti casu, in quo vnio facta est à dicto tempore annorum quadraginta citra, & non solum fuit obtēta per subreptionem, & obreptionem, vt late ostendit Reuerendus Dominus Vicarius in eius motiuis, sed etiam fuit nulla ipso Iure ex defectu omissarum solemnitatum, & formæ non seruatæ, vt supra dictum fuit, & ad dictum Crauett. respondetur illud non militare in casu isto, in quo Domini de Minerbettis non poterant dici esse in quasi possessione ex superius deductis, & fortius quia D. Petrus Bambellius præsentatus ab eis non erat instituendus, cum antequam fuisset institutus, lis mota esset super Iure Patronatus dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & petita reuocatio vnionis 13 tanquam ab initio nullę & ex sola præsentatione absque institutione præsentatus nullum Ius habeat in re, nec ante institutionem sit in possessione, nec possit administrare, nec fructus percipere. Lambert. de Iur. patronat. in 11. articul. quintę quęstion. principalis secundę partis secundi libri numero primo, cum pluribus sequen. fol. 140. sed supersedendum erat, & expectandus exitus motæ quæstionis Iuris Patronatus, cuius defectus clarè apparuisset, vt nunc constat, in Dominis Minerbettis, quo in casu nullo modo fuisset Dom. Petrus institutus, 14 quia quando apparet de defectu Iuris Patronatus respectu proprietatis ante institutionem, præsentatus ab eo, qui erat in quasi possessione, non debet institui, quia proprietas absorbet causam possessionis. Abbas in capitul. consultationibus sub numero nono, versicul. vltimo quæritur de Iur. patr. Dec. dicto consilio 127. nu. 1. Anno 1598. Florentiæ.

EPITOME.

Pater quando non est legitimus administrator bonorum filij, petens executionem sententiæ, censetur renunciare iudicio nullitatis prius per eum propositæ.

SVMMARIVM.

1 *Pater non est legitimus administrator filij in bonis sibi relictis à Testatore, qui voluit vsumfructum dictorum bonorum ad filium pertinere, declara vt num. 2.*

3 *Ille qui proposuit nullitatem coram vno Iudice, deinde coram eodem Iudice proponat, & petat executionem sententiæ, dicitur renunciare Iudicio nullitatis.*

4 *Appellans si petat terminum ad soluendum, censetur renunciare appellationi.*

CONSILIVM CIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Quæstione vertente coram Magnificis Dominis officialibus Pupillorum, & adultorum Ciuitatis Florentiæ inter Aloysiũ de Robbia, & filias Sebastiani de Ferrinis,& mihi ad referendum commissa de Iure,negocium fuit reductum ad duo dubia, & in ambobus retuli dictas filias ius fouere.

1 Prima erat difficultas,an Sebastianus Ferrinus dictarum filiarum Pater diceretur legitimus administrator earum in legato dotium illis facto per Nicolaum de Ferrinis, & dixi, quod non, ex quo in re legata nullũ dictus Pater habebat vsumfructum ex testatoris dispositione, qui voluerat omne lucrum ex legatis pecunijs prouenturum spectare ad dictas puellas pro augumento earũ dotium,vt est gloss.expressa in auth. excipitur,C.de bon.quæ liber.Bart.in l.fin. §. Pupillus num.2.ff.de verb. obligatio. quem vt dicit ibi Aret. communiter sequuntur Doctores, & à cuius opinione iudicando non est recedendum, sequitur Franch. decis. Neapolit. 10.num.6. versic. Tertio pro matre,& est tex.apertius in auth. vt liceat matr. & auiæ in princ. versicul. res autem ita relictas, qui locus inaduertenter allegatur in contrarium, in motiuis Rotæ anni 1594. prout,& l. cum oportet,C. de bono. quæ liber. quia de hoc non loquitur nisi in §. non autem hypothecam, vbi conceditur Patri administratio bonorum filij in bonis aduentitijs,in quibus ipse vsumfructum habebat, non autem in ijs,in quibus vsusfructus sibi non quærebatur,ita vt dicta Iura non solum non probent intentionem Rotæ, sed apertè totum contrarium dicant, poterat quidem Rota aptius allegare tex.in l.fi. §. fin autem ibi,nolente autem patre res filij gubernare, C. de bon. quæ liber. vbi videtur probari, quod pater in ijs bonis filij, in quibus sibi non acquiritur vsusfructus, est legitimus administrator, si velit, prout ita hunc textum ponderat Aret.in dicta l.fin.§.pupillus, ff.de verb.oblig. pro opinione Petri de Bellapertica,vt refert Franc.d.decis.10.num. 8. versic.hoc argumentum, qui quidem text.

2 non obstat, quia loquitur quando vsusfructus non pertinet ad patrem, quia ipse non vult sibi acquiri, quia non vult consentire, quod filius adeat hæreditatem,in qua si consentiret, vsumfructum haberet, quo casu mirum non est, si volens possit administrare:secus autem est, quando vsusfructus nõ quæritur patri, quia id vetuit ille, qui bona filio reliquit, quia tunc Pater non potest administrare per auth.vt liceat Mat.& auię, & ita distinguit Afflict.in constit. Regn.lib. 3.Rubr.27.de Iure Gabij super constit. Minoribus quæst.9.num.10.& 11.vbi præcisè dicit, quod quando Patri competit vsusfructus,ipse est legitimus administrator,si verò non competit,non est legitimus administrator,licet,si velit, possit administrare, quando a lege tantum prohibita est acquisitio vsusfructus, vt in feudalibus: secus autem quando ab homine facta est dicta prohibitio, & Afflict. sequitur Francus dicta decis. 10.sub nume. 8. post versic. hoc argumentum.

3 Secunda difficultas erat, an ex quo Aloysius dixerat de nullitate Sententiæ Dominorum Sex Mercantiæ,& recursus latæ die 18. Decembris 1597. coram Dominis officialibus Pupillorum,& Adultorum ob causas expressas in eius petitione porrecta sub die 25. Februarij 1597. stilo Florentino, & postea pluries comparuerat coram præfatis Dominis Sex Mercantiæ ad executionem dictæ sententiæ procedentibus,dicatur renũtiasse dictę petitioni,& Iudicio super ea pendenti coram Dominis Officialibus pupillorum,& Adultorum,in qua re respondi eum renuntiasse,quia comparendo coram dictis Iudicibus, de quorum sententię nullitate dixerat, & coram eis continuando Iudicium super executione dictę sententię, fecit actũ contrarium petitis coram Dominis officialibus pupillorum, & adultorum ca. gratum de offic.deleg. c. cum venisset de Testibus, & c.sollecitudinem de appellatio.& indubitanter,quia actus, quem gessit coram Tribunali Mercantię venit executiuè ad implementum actus contenti in sententia eorũ, à qua se grauatum senserat,vt post Io. And. & Dominic.tradit Felyn.in d. capit.gratum sub num.7.post versicul.nota ibi textum in

4 prima restrict. primę limitationis exemplificans,quando Iudex præcepit alicui, vt soluat decem,& ille appellat,& postea petit terminum ad soluendum, quia per hoc videtur approbare sententiam, & renunciare appellationi, quod propriè videtur respicere casum nostrum, in quo Aloysius prorogauit terminum in dicta sententia assignatum ad calculandum, & computandum rationes societatis pro executione ipsius sententię

tentiæ simpliciter,& voluntariè absque alia protestatione de non cōsentiendo in dictos Iudices,& de non sibi præiudicando in Iudicio intentatæ nullitatis, quæ forsan etiam non profuisset tanquam contraria facto, & quæ stare non poterat cum ipso actu,qui gerebatur coram ipsis Iudicibus, de quorum sententia conquestus fuerat d. cap.sollicitū dinem ad fin. de appellat. & tanto magis cū postea tempore proferendæ sententiæ simpliciter etiam, & sine alia protestatione institerit pro terminatione,& decisione dictę causæ executionis prædictæ sententiæ, quæ incontinenti lata fuit, vt propterea magis absque dubio videatur in dictos Iudices cōsensisse, & à proposita nullitate aduersus eorum primam sententiam recessisse. Anno 1598. Florentiæ.

EPITOME.

Stante statuto de Iure congrui sub his verbis, li Parenti sino in quarto grado dal lato del Ceppo, An soror patruelis admittatur ad retractum venditionis factæ ipsa non requisita.

SVMMARIVM.

1 *Soror patruelis est coniuncta in quarto gradu.*
2 *Fœmina à masculo descendens comprehenditur in dispositione, in qua vocantur descendentes per lineam masculinam.*
3 *Vbicunque Agnati vocantur ad alicuius rei successionem, fœmina à masculo descendens ab ea successione non excluditur.*
4 *Et hoc procedit, etiam si talis fœmina nupta sit, cum ex matrimonio ius agnationis non amittatur.*

CONSILIVM CX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Stante statuto Vicipisani sub Rubrica 20.del l'alienatione de beni infra li cōgiunti, quò ad retractum bonorū stabilium, non requisitis coniunctis vendi torum, vocantur ipsi coniuncti non requisiti per infrascripta verba formalia lingua vernacula videlicet. Li suoi parēti sino in quarto grado dal lato del ceppo,& præsupposita venditione quorundam bonorum stabilium facta per Petrum Marcum quondam Andreæ olim Raphaelis de Battaglijs, Lucæ Iulij de Vrsinis, non requisita Domina Cassandra quōdam Antonij olim dicti Raphaelis de Battaglijs, quæ nunc agit pro retractu dictorum bona rum, putaui illam bonum fouere Ius, & ad dictum retractum admittendam, & ita pro nuntiandum esse retuli D. Vicario Vicipisani,quia dicta Actrix ex communi stipite, & latere paterno coniuncta est venditori, & 1 est illi soror Patruelis, & in quarto gradu de Iure Ciuili,cum ipsa, & venditor nati sint ex duobus fratribus germanis §. quarto gradu instit.de gradibus cognat. ita vt cum in ea verificentur verba statuti, dispositio quoque illius locum habere debeat.

2 Nec refert,quod sit fœmina,quia vbicunque vocantur descendentes per lineam masculinam, fœmina, quæ à masculo descendit,in tali vocatione comprehenditur, quia non voluit disponens, quod descendens esset masculus, sed solum quod per lineam masculinam descenderet,quod in fœmina, quæ ex masculo descendit, verificatur, vt est text.in §. cæterum ad fin. ibi per virilem sexum descendentes siue masculini generis,siue fœminini sint,Instit.de legit. agnat. successiõ.l.lege 12.tabul.§.huiusmodi, C. de legit. hæred. vbi eadem verba continentur,& tradit Molin.in tract. de Hispan. primogen. lib.1.cap.6.num.37.versic.decimo quarto,vbi plures ita tenentes refert, & esse communem regulam testatur, & facit alia communis regula, de qua ibidem testimonium reddit Molin.ubi supra num.39. versic. decimoquinto, 3 quod scilicet ubicunque Agnati uocantur ad alicuius rei successionem, fœmina à Masculo descendens ab ea successione non excluditur, cum ea agnata sit,leg. pronuntiatio,§.fin.cum ibi notat. ff. de uerbo.signif.l.lege 12.tab.C.de legit.hęredib.l.2.§. 1.ff.unde legit. & d. §. cæterum instit.de legit. agnat. success. quod procedere 4 inquit Molin.etiam si fœmina nupta sit, cum ex matrimonio Ius Agnationis non amittat leg. uoluntas, C. de fideicom. & ibi Doctores, & in alijs locis per eum adductis.Quibus additur, quod quęstionem hāc in terminis nostris mouet Tiraq. in tracta. Lignag.§.1.gloss.9 numero 179.uersiculo, & quia hęc nostra consuetudo,& post multa adductā pro opinione aduersus fœminā, tandem nu. 199. versic. verum ego,concludit pro ea,sequens Ang. de Perus. in consil. 191.super puncto. column. final. & multos

alios, quam opinionem ex pluribus roborat nume. 200. & quàm pluribus sequentibus,& finaliter firmat, eandem nume. 244. vers. igitur vt concludamus,ad quem, cum omnia, quę excogitari in hac re possint, copiosissime pertractauerit, plura cupientem libenter remitto,ne frustra ego sim lõgior eius verba transcribens. Anno 1599. Florentiæ.

EPITOME.

An sit iuridicum grauamentum, seu sequestrum factum ad instantiam creditoris, cui vigore sui crediti fuerunt assignata, & adiudicata per Iudicem bona in solutum, & posteà ad instantiam debitoris talis assignatio fuit annullata, cum ante dictam adiudicationem dictus Creditor posset agere executiuè, & in dicta adiudicatione fuerit expressè apposita clausula, quod in omnem casum euictionis, vel molestiæ dictorum bonorum liceat ipsi Creditori redire ad sua Iura primæua, non obstante ipsa adiudicatione.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, cui fuerunt per Iudicem data in solutum bona debitoris, cum clausula expressa, quod in casu euictionis, vel molestiæ dictorum bonorum, liceat ipsi Creditori ad sua primæua iura redire, potest in casu euictionis, vel molestiæ agere contra debitorem executiuè, si ante talem adiudicationem poterat agere pariter executiuè.*

CONSILIVM CXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Iuridicum fuisse existimaui grauamentum, & sequestrum reale factum ad instantiam Marci de Tassis Cauponis contra D. Eleonoram filiam,& hæredem Antonij Francisci de Ceccherinis,& D. Gherardinum Moltiam eius virum, & fideiussorem pro summa scutorum ducentorum pro parte maioris summæ sibi debitæ vigore publici instrumenti, ex quo licet pro dicto debito ipse Marcus aliàs obtinuerit tenutam & adiudicationem, seu in solutum dationem in bonis præfatę Dominę debitricis, ramen cum postea ad eiusdem debitricis instantiam talis tenuta,& in solutum datio annullata fuerit,& bona ab eo ablata, & in adiudicatione per Iudicem facta inueniatur expressè apposita clausula, quod in omnem casum euictionis, vel molestię dictorum bonorum, vel alicuius partis eorum, liceat dicto Marco Creditori redire ad sua primæua Iura nõ obstante ipsa adiudicatione, nulli dubium est, quod potuit contra dictos Debitricem, & fideiussorem primæua actione agere executiue, prout poterat ante dictam tenutam, & in solutum dationem, & hoc vigore dictę reseruationis, propter quam sibi consultum fuit, vt primæuis, & antiquis Iuribus 1 contra debitricem,& fideiussores agere posset,ita notabiliter tradit Bart.in l. eleganter 24.num.3. & 4. versic. ad secundum oppono,ff.de pignorat.act.& in leg. si quis aliam 46.sub num. 1. ff.de solut. & in l. libera 8. in 2.not.sub nume. 2. C.de sent. & interlocut. omnium Iudicum, vbi etiam gloss. vltima ante fin.quam ibi sequuntur cęteri Doctores communiter,& tradit etiam Bart. Cepol.in tract.cautel.cautela 147.Incipiente est magna quęstio in princ. & ita iudicandum retuli Magnifico Domino Iudici primarum appellationum Ciuitatis Florentię, reuocãdo sententiam D. Iudicis fori Mercatorum, qui dictum grauamentum, & sequestrum reale nullum, & inualidum pronũtiauerat. Anno 1599. Florentiæ.

EPITOME.

Emptor cum pacto de retrouendendo infra triennium, si pendente dicto termino emit alia bona sibi confinantia ratione bonorum primo loco emptorum, & postea vigore dicti pacti retrouendidit dicta bona, an teneatur etiam vendere secundo loco empta ratione cohærentiæ, ac vicinitatis primorum cum pacto retrouendendi acquisitorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui licet emptori cum pacto de retrouendē do infra certum tempus competat, pendēte dicto tempore, tamen eueniente casu retrouenditionis, ipse emptor tenetur concedere ipsi venditori etiā bona empta dicto tempore pendente, ratione vicinitatis. Restituendum est tamen ei pretium in emptione dictæ rei cohærentis exbursatum, vt in fine concilij.*

2 *Venditio cum pacto redimendi est pura, licet sub quadam conditione possit resolui, & dicitur perfecta, & transfert dominium im emptorem. Nec pactum de retrouendendo facit suspendere effectum talis contractus emptionis, & venditionis, nec facit illum simulatum, nec reprobatum.*

3 *Ius congrui an competat vicino aduersus emptorem cum pacto de retrouendendo infra certum tempus, vel quandocunque, & an is vicinus cōsequatur eandem commoditatem, quam habet ille emptor.*

4 *Ius congrui competit marito ratione rei dotalis, sed soluto matrimonio, ipse Maritus, vel eius hæredes tenentur reddere vxori, vel eius hæredibus vna cum re ipsa dotali, etiam rem aduocatam, seu retractam occasione ipsius rei dotalis.*

5 *Bona recuperata per hæredem cum pacto de retrouendendo apposito per testatorem in venditione facta, debent restitui fideicommissario, cui venit restituenda hereditas; cum post recuperationem censeantur esse eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius erant prius, & sic hæreditaria, ac si semper permansissent in manibus testatoris.*

6 *Statutum præferens consanguineos in emptione rerum patrimonialium locum habet in huiusmodi rebus patrimonialibus venditis extra familiam, & postea redemptis vi pacti redemptionis in venditione appositi.*

7 *Augumentum factum rei venditæ cum pacto redimendi, si talis res ex dicto pacto redimatur, totum illud augumentum pertinet ad primum venditorem, licet respectu commodi fructuum ante redemptionem ad emptorem pertineat.*

8 *Pretium exbursatum per emptorem cum pacto retrouendendi in emptione rei confinantis postea primo venditori redimenti restituta soluendum est, & restituendum dicto emptori de proprio soluenti.*

CONSILIVM CXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SAluator de Bannita vēdidit Maccario de Castellina partem cuiusdam Agri cum pacto redimendi infra triennium, quo termino pendente dict. Maccarius emit à Stephano Malusio quædam bona sibi confinantia ratione bonorum vt supra emptorum a dict. Saluatore, qui postea intra tempus conuentum redimit à dict. Maccario prædictam agri partem iam illi venditam cum dict. pacto redimendi, adeo quod dict. Maccarius restitutis bonis dict. Saluatori amplius non habet bona cohærentia, seu confinantia bonis illis, quæ pendente termino retrouenditionis emit à prædicto Stephano, ad quæ sibi restituenda Saluator conuenit ipsum Maccarium, qui ad id se non teneri dicit, qua propter agitato super hoc processu corā Domino Capitaneo Balnei, & causa mihi commissa ad consulendum de Iure, Retuli dicto Domino Capitaneo eius partes esse in pronuntiando ad fauorem dicti Saluatoris agentis, & contra dictum Maccarium conuentum, quoniam licet dict. Maccarius post 1 quam emit bona à Saluatore cum pacto de retrouendendo intra certum tempus, donec pendebat tempus reuendendi, potuerit tanquam vicinus emere à Stephano bona confinantia agro per ipsum vt supra à Saluatore empto, cum emptori cum pacto redimendi competat Ius congrui propter vicinitatem rei sic emptæ, ex quo venditio pura est 2 licet sub conditione quadam possit resolui, & perfecta dicitur, & transfert dominium in emptorem, nec pactum de reuendendo facit suspendere effectum talis contractus emptionis, & venditionis, nec facit illum simulatum, & reprobatum, ut ex prędictis, & alijs rationibus concludit Afflictus agens de casu huic contrario de vicino, scilicet 3 petente Ius congrui aduersus ementem cum pacto de retrouendendo intra certum tempus, vel quandocunque, quod de annis 30. intelligitur, vt interim consequatur illam cōmoditatem quam habet ille emptor, in tract. de Iure protomis. §. 3, num. 20. & seq. vers. Item quæro de alia quęstione, & tradit Bald. in marito ratione Rei dotalis, quē 4 Ius congrui in re vicini habere dixit, licet duran-

durante tantum matrimonio ipsius rei dotalis sit dominus, in tract. de Iure protomis. in princ. sub num. 1. vers. sed utrum competat, & Marcus Mantua in eod. tract. nu. 46. & 47. vers. 6. dubitare contingit, qui latius insistit, tamen postea facta redemptione per Saluatorem vigore dicti pacti, tenetur Maccarius retrouendens eidem concedere etiam bona, quæ Iure congrui à Stefano acquisiuit occasione vicinitatis ipsius rei primo emptæ à dict. Saluatore, vt tenuit Bald. in d. tract. circa prin. sub num. 1. vers. sed vtrum soluto matrimonio, vbi quærit an maritus, cui diximus competere Ius congrui ratione rei dotalis, vel eius hæredes teneantur soluto matrimonio reddere vxori vel eius hæredibus vna cum ipsa re dotali etiam rem aduocatam, seu retractam occasione ipsius rei dotalis, & post argumenta in vtramque partem residet in hac opinione affirmatiua, quam sententiam latè probat, & veriorem, tenendamque absque dubio asserit Marcus Mant. in loco allegato num. 48. & 49. vers. 7. dubitare contingit, & vltra eum idem tenere reperio Tiraq. in tract. de retract. Ligna. §. 10. gloss. prima & vnica n. 18. & seq. vers. cæterum illud quoque quæri potest, ad quę postea se remittit ad fin. d. tit. quæstione 25. num. 106. & quamplur. seq. maximè vero num. 110. pro qua opinione faciunt not. per Tiraq. in tract. de retract. conuentionali ad fin. tituli quæst. 11. n. 87. & 88. vbi post Dec. cons. 238. in 5. dubio col. penult. concludit, quod bona recupe-
5 rata per hæredem cum pacto de reuendendo in venditione facta à testatore apposito, debent restitui fideicommissario, cui hæreditas restituenda venit, quoniam post eorum recuperationem censentur esse eiusdē naturæ, & qualitatis cuius erant prius, & sic hæreditaria, ac si semper mansissent in manibus testatoris, nec unquam alienata fuissēt quod latius ad aliud propositum docuit antea Idem Tiraquel. in tract. de retract. Lignagier. §. 19. gloss. 2. nu. 4. vers. verum si huiusmodi pactum reuendendi, subderis num. 8 post Dec. cons. 88. sub num. 2. & tertio vers. sed in casu isto quod propterea sta-
6 tutum præferens consanguineos in emptione rerum patrimonialium locum habet in huiusmodi rebus patrimonialibus venditis extra familiam, & postea redemptis vi pacti redemptionis appositi in contractu venditionis, & magis in terminis feruit idem Tiraq. in d. tract. de retract. conuent. ad fin. tit. quæst. 14. nu. 92. & seq. vbi tradit, quod
7 quicquid pendente tempore reuenditionis accreuit rei venditę, si postea ea res ex pacto de reuendendo redimitur, totum illud reddire debet ad venditorem, licet respectu eiusmodi fructuum ante redemptionem ad emptorem pertinuerit, quia resoluta venditione restituendum est, & quod venditioni accessit ita vt reuedens, resoluta emptione, nihil amplius consequatur, quam quod haberet, si venditio sibi facta non esset. Debet tamen huic reddenti, quod ex Iure congrui ac-
8 quisierat, restitui pretium in emptione cohęrentis rei exbursatum, vt ex Tiraq. patet in d. tract. de retract. Lignagier. §. 10. glos. prima & vnica sub d. num. 18. & seq. & expressius in d. tract. de retract. conuentional. ad fin. titul. dict. quæstione 11. numer. 88. versic. subdit. tamen post. Dec. dict. cons. 238. in dict. 5. sub num. 5. Anno 1599. Florentiæ.

EPITOME.

Requisitio seu protestatio facta contra aliquem, quatenus ipse sit hæres, an eum afficiat, non probato prius eum esse hæredem, Et an dicti Rei contumacia; vel comparitio in Iudicio simpliciter, non dicendose esse hæredem, vel non esse, ei noceat.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis natura est, vt nihil ponat in esse, sed actum teneat in suspenso.*
Et deficiente conditione perinde est, ac si nunquam fuisset apposita, & actus remanet validus ac si non fuisset gestus.
Et è contra, quando conditio purificatur, perinde est ac si à principio fuisset actus purus.
2 *Stante statuto, quod instrumentum purum, & liquidum mandetur executioni absque aliqua exceptione, & possit persona capi, tale statutum vendicat sibi locum in instrumento conditionali, si conditio iam euenerit, & sic purificata conditione poterit mandari executioni, sicuti si debitum à principio fuisset purum.*
3 *Requisitio, seu protestatio facta sub aliqua conditione, ad hoc vt afficiat eos, contra quos est facta, et adhoc vt eis noceat, necesse est probare dictam conditionem esse purificatam.*
4 *Conditionale aliquod cum in Iudicium deducitur, debet conditionalis purificatio liquidari, alias iudicium non procedit.*
5 *Agens ex contractu conditionali, debet probare conditionem esse purificatam ad fundandam intentionem suam, quod procedit etiam si conditio in se purificata sit, nam debet purificationem Iudici ostendere, alias non dicitur habere intentionem fundatam.*

6 In-

6 *Instrumentum guarantigiatam habens conditionem re uera purificatam, non potest in Iudicio executionem facti obtinere, donec pars notum faciat Iudici purificatam esse conditionem, & in ista verificatione purificationis conditionis citanda est pars.*

7 *Requisitio, & protestatio facta contra aliquos sub conditione, quatenus sint hæredes alicuius, si illi, contra quos facta est d. requisitio, contumaces fuerunt, vel simpliciter comparuerint non dicendo se esse hæredes, vel non, Iudicium contra eos agitatum eos non afficit, nisi purificata conditione, quod sint heredes.*

Quod procedit non solum si Rei conuenti sint nepotes ex fratre, sed etiam filij eius, cuius sub conditione dictum est eos esse hæredes; Et ideo condemnari non possunt nisi probato, quod sint hæredes.

8 *In expensarum condemnatione lex multum tribuit arbitrio Iudicantis.*

CONSILIVM CXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

RETuli Magnifico D. Iudici primarum appellationū Ciuitatis Florentię requisitionem, & protestationem factam per Dominos Ioannemantonium, & Fratres de Albizis Dominis Gherardo, & Matthiæ de Cinis conditionaliter, vbi essent, vel esse vellent hæredes Alexandri eorum Patrui, cuius successio ab intestato illis tanquam proximioribus delata erat, non affecisse, neque afficere ipsos requisitos, & protestatos, non cōstito, quod essent hæredes, & non purificata conditione, sub qua requisiti, & protestati fuerant: est enim ea conditionis natura, vt nihil ponat in esse, sed actum in suspenso teneat, l. cum ad præsens cum duabus legibus seq. ff. si cert. petat. & ibi notant scribentes omnes, & propterea, quando deficit conditio, perinde, ac si nunquam fuisset apposita, & actus remanet inualidus, ac si non fuisset gestus, Socin. in leg. pecuniam in 6. notab. num. 7. ff. si cert. peta. & in l. Sticcum qui meus erit, numer. 4. per illum textum ff. de leg primo, sicut contra quando conditio purificatur perinde est, ac si à principio actus fuisset purus, Soc. in d. l. pecuniam in 6. notabli num. 7. ff. si cert. petat. & latius Iaf. in l. seruum §. Titius hæres in 2. notabil. nu. 3. ff. de vulg. & pupill. substitut. qui ex hoc numer. 4. & seq. infert, quod stante statuto, prout est Florentię, quod Instrumētum purum, & liquidum mandetur executioni, absque aliqua exceptione, & possit persona capitale statutum vendicat sibi locum in instrumento continente debitum conditionale, si conditio iam euenerit, quia purificata conditione poterit mandari executioni ex forma statuti, sicut si à principio debitum fuisset purum secundum opinionem Ang. quam tenendam esse asserit, adeo quod si dicti requirentes, & protestantes voluissent vigore dictæ requisitionis, & protestationis aliquo vnquam tempore molestiam inferre dictis de Cinis pro contentis in dicta requisitione, & protestatione, necessarium fuisset, quod in primis, & ante omnia ostēderent purificationem conditionis, sub qua facta erat requisitio, & protestatio, Iaf. in l. in illa stipulatione in 8. notabili num. 9. ff. de verb. obligat. Inquiens, quod quando aliquid conditionale deducitur in Iudicio, debet conditionalis purificatio liquidari, alias Iudicium non procedit, & dicit Bellon. cōs. 59. num. 4. quod agens ex contractu conditionali debet probare conditionem esse purificatam ad fundandam intētionem suam, quod procedere videtur etiam si conditio in se purificata sit, nam ad huc agens purificationem Iudici ostendere debet, alioquin non dicitur habere intentionem fundatam, vt subijcit Bellon. cum quo conuenit Iaf. in d. l. in illa stipulatione in 9. notabili nu. 10. aiens, quod ideo instrumentum guatantigiatum habens conditionem re vera purificatum non potest in Indicio executionem facti obtinere, donec pars notum faciat Iudici purificatam esse conditionem, in qua quidem verificatione purificationis conditionis citandi fuissent dicti de Cinis, cum sit actus, ex quo lædi potuissent per regulam legis, nam ita diuus ff. de adopt. & l. de vno quoque ff de re iudicat. qui propterea hoc scientes potuissent etiam omittere Iudiciū per eos tentatum super dicta requisitione, & protestatione, qui etiam fine tali iudicio erant tuti ab omni executione, & molestia, & quod eos requisitio, & protestatio non afficiebat non probata cōditione sub qua fuerant requisiti, & protestati, vt ex præmissis apparet, nec eorum taciturnitas illis præiudicium aliquod afferre potuisset, etiam si eo modo citati non comparuissent, & nihil dixissent, nedum si dictum Iudicium non intentasſent, cum etiam si non nepotes ex fratre, sed filij Alexandri fuisſent, agentes contra eos probare debuisſent eos illius hæredes fuisse, vt in puncto de agente contra filium tanquam contra hæredem, quando

donon comparuit, & fuit contumax, vel etiam comparuit simpliciter vt filius, non dicendo se hæredem vel non hęredem, quod non possit condemnari, si pars non probet illum, se immiscuisse hæreditati paternæ, decidit Ioan. de Imol. in l. necessarijs 57. num. 3. vers. in glos. teneatur ff. de acquir. hęredit. & propter hoc potissimum excusaui dictos de Albizis ab expēsis, cum dicti de Cinis potuissent abstinere a dict. Iudicio moto sine eorum periculo, & præiuditio, vltra quod in hac expensarum materia maximè ad excu-

8 sandum reos ab illis, multum lex tribuit arbitrio iudicantis, vt tradit Cagnol. in l. qui in alterius in fin. ff. de reg. iur. ex quibus omittēdo plura alia, quę dici possent, ita vt supra de Iure referendum censui Anno 1600. Florentię.

EPITOME.

An vxor possit detinere bona mariti fideicommisso subiecta pro recuperatione suarum dotium: Et quid si ipsa fuerit hæres instituta à marito, an ex quo detinet dicta bona, videatur adiuisse Mariti hæreditatem: Et an acceptans hæreditatem alicuius videatur renunciare Iuri sibi competenti in dicta hæreditate ex testamento alterius, & de interpretatione statuti Florentini lib. 2. Rubrica 29. in hac suprascripta materia.

SVMMARIVM.

1 *Res fideicommisso subiectæ alienari possunt ex causa dotis.*

2 *Vxor agens pro recuperatione suæ dotis soluto matrimonio potest eam consequi in bonis Mariti fideicommisso suppositis per Proauum paternū dicti Mariti.*

Auth. Resquæ C. cōmun. de legat. procedit non solū in dote constituenda fæminis à fideicommittente descendentibus, sed etiam in dote per masculum descendentem recepta restituenda, etiam si recepta fuerit post grauamen appositum mortuoque ipso fideicommittente.

Et non solum procedit si mulier ipsa, seu vxor quæ dotem descendenti fideicommittentis dederit ignorauerit illud grauamen fideicommissi, sed etiam si ipsa illud sciuerit.

3 *Creditor hæres institutus, si apprehendat possessionem omnium bonorum defuncti, prætendens id sibi licere ratione hypotecæ super dictis bonis pro pser dictum creditum, an videatur adiuisse hęreditatem ex dicta possessione, stante statuto Florētino, de quo in Consilio.*

4 *Creditor si adit hæreditatem sui debitoris, actiones sibi competentes ratione dicti sui Crediti dicuntur confusa.*

5 *Fideicommissum si fuit iniunctum ab ascendente, & postea super eisdem bonis fuit iniunctum fideicommissum à transuersali puta à patruo, Nepos ipsius Patrui Testamentum acceptans videtur sibi præiudicasse in fideicommisso ab Ascendente iniuncto.*

Quod non procedit, nisi probetur quod ipse acceptans hęreditatem haberet notitiam fideicommissi ab ascendente iniuncti, & infra numero 14.

6 *Statutum quod detinens bona defuncti etiam si habeat in eis hypothecam ratione crediti contra ipsum defunctum, censeatur esse eius hæres, non procedit in eo, qui possident bona ad ipsius possidentis fauorem, & commodum fideicommissi restitutioni subiecta.*

Nec etiam procedit in muliere possidente bona Iure suarum dotium.

Et hoc etiam si statuti verba generalia cuiuslibet Iuris essent exclusiua.

Et licet statutum loquatur in masculo, vt non possit possidere dicta bona ratione dotium maternarum non tamen habebit locum in muliere retinente bona ratione suarum dotium vt infra numero 8. & seq.

7 *Absurdum est, quod qui repudiando hæres esse non vult, alio Iure sibi competente possidendo hæres efficiatur.*

9 *In quacunque dispositione, quamuis generali, non comprehenditur causa dotis, quæ semper, & vbique est priuilegiata.*

10 *Fauorabilior est ratio, qua suadetur, vt mulieres facilius dotes suas recuperent, quàm vt masculi recuperent dotes suas Maternas.*

11 *Interest reipublicæ Ciuitatem hominibus repleri.*

12 *Mortua vxore eius dos respectu filiorum ipsius mulieris non potest propriè amplius dici dos, sed patrimonium ipsorum filiorum.*

13 *Statuti, seu legis ratione cessante, cessare debet etiam ipsius dispositi.*

14 *i tempore acceptatæ hæreditatis, non probatur quod aceptans haberet scientiam fideicommissi inducti in eius fauorem in testamento, nulla ex tali acceptatione resultare potest remissio, aut renuntiatio.*

15 *Iuri, quod quisque sibi competere ignorat, non censetur renunciare ex defectu consensus.*

16 *Renuntiari non potest Iuri sibi ex testamento competenti, nisi inspectis, cognitisque verbis testamenti.*

17 *Nemo plus Iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat.*

18 *In omnibus Casibus, in quibus actiones, & rerum*

rerum dominia ipso Iure transeunt in fideicommissarium, requiritur, quod ipse prius declaret se velle agnoscere fideicommissum, nam antea non transeunt.

19 *Lex quando aliquid ipso Iure inducit, id tamen intelligitur parte volente, & se declarante, & non aliter.*

20 *Fideicommissum non agnitum transmittitur ad hæredes agnoscendum.*

21 *Disponens de re sibi relicta, eam agnoscere, & acceptare dicitur.*

Et ideo qui confessus fuerit bona sua esse subiecta fideicommisso, & nihilominus disposuerit, vt propria vxor ex dictis bonis dotes suas detrahat, dicitur e x hoc agnoscere dictum fideicommissum, Et si plura sunt iniuncta fideicommissa super ijsdem bonis, ipse disponens videtur agnoscere illud fideicommissum ab ascendente iniunctum, non à transuersali, cum ex illo non ex hoc dotes possint detrahi.

22 *Non est Iuri contrarium, quod quis cum acceptat hæreditatem alicuius, ignoret fideicommissum sibi competens ex testamento alterius, & postea sciat.*

23 *Ex præterito non infertur necessario in præsens in his, quæ naturaliter sunt uariabilia.*

24 *Hypotheca generalis tàm præsentia, quàm futura continet & non solum comprehendit mobilia, & immobilia, sed etiam nomina debitorum, Iura, & actiones.*

25 *Mulier ratione suæ dotis habens Ius quæsitum per generalem hypothecam in bonis fideicommisso subiectis postquam Maritus tale fidoicommissum agnouit, potest tali Iure uti, etiam si dictum Ius post dictam agnitionem extinctum aliquo modo diceretur.*

26 *In dubio pronunciandum est, ne mulier dotem amittat.*

CONSILIVM CXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Viso processu causæ mihi ad referendum cõmissæ vertentis inter Magnificum D. Petrum Barduccium ex vna parte, & Magnificã D. lucretiam Medices vxorem relictã D. Oderici Barduccij ex altera, Retuli admodum excellenti D. Iudici quarteriorum Sancti Ioannis, & Sanctæ Mariæ Nouellę Ciuitatis Florentiæ eius partes esse in pronuntiando ad fauorem dictæ D. Lucretię pro restitutione eius dotium super bonis, de quibus agitur.

1 Ad ita referẽdum motus fui, quia ex quo D. Lucretia agit pro recuperatione suarum dotium receptarum per D. Odericũ Barduccium eius virum, videtur, quod eas cõsequi possit in bonis fideicommisso suppositis per Matthęum Baduccium d. Oderici Proauũ paternum per dispositionem Auth. res quæ C. commun. de legat. qua decisum est res fideicommisso subiectas & ob tale vinculum alienari prohibitas, ex causa dotis Iure alienari posse, dummodo vt ibi dicunt omnes Doctores, alienatio fiat ex causa dotis in fauorem, & vtilitatem descendentium recta linea ab ipso primo testatore, qui fideicommissum instituit, cum in extraneis ab eo, & etiam in his, qui per transuersam lineam ei cognationis, aut agnationis Iure attingunt, aliud dicendum sit ex veriori, & communiori scribentium opinione, de qua attestantur Didac. Couar. lib. [illegible] ariar. resolut. cap. 6. sub num. 10. vers. [illegible] mum illud, Peregr. in tract. de fideicommis. art. 42. num. 49. vers. quarto quid de fideicommisso transuersali, & num. 52. vers. in fideicommisso autem penitus extranei, & Vincent. de Franch. decis. 241. numer. 3. in prima part. Cum d auth. dispositio procedat non solum pro dote constituenda 2 fœminis vt supra ab ipso fideicommittente descendentibus, sed etiam pro dote per masculum descendentem recepta restituenda, etiam si ea recepta fuerit post grauamen appositum, mortuoque ipso testatore, vt probant Io. de Anan. cons. 61. in 3 & vltimo dubio, & ibi etiam Bolognin. in additionibus, quod consilium reperitur etiam inter consilia Alex. cons. 67. lib. 4. latè Socin. cons. 23. per totum lib. 3. & non minus copiosè Decius cons. 376. etiam in toto, cons. 519. in primo dub. Gozad. cons. 97. num. 10. Bellon. cons. 83. num. 45 vers. & hæc procedunt Ias. cons. 157. in primo dubio lib. 2 Couar d. c. 6. sub num. 10. uers quarto non tantum, ubi refert alios idem tenentes, & dicit, quod licet nonnulli contrarium teneant, tamen hæc est verior opinio, & magis communiter recepta, Marzar. in epitom. de fideicom. q. 48. vers. an uerò d. Auth. res quæ aiens esse canonizatam Florentiæ, Roland. à Valle cons. 85. num. 33. lib. primo cons. 19. num. 11. & cons. 20. num. 1. & seq. vsque ad numerum septimum lib. 4. attestans vbique de communi & Peregr. in tract. de fideicom. art. 42. num. 81. & seq. vers. sed adhuc de aliquibus, vbi adducit plures alios, & testatur, quod eam habent communem omnes Doctores, eamque practica, & communis Iudiciorum obseruantia recipit, quam procedere voluit Couar. in dict. vers. quarto non tantum, etiam si mulier ipsa, seu vxor quę dotẽ

descen-

descendenti testatoris deerit, non ignoraue rit grauamen illud fideicommissi, sed immo sciuerit, cuius sententiam, & si in contrarium videatur esse Communis Doct. opinio, vt patet ex latè congestis per Tessaur. decis. pedemon. 151. num. 1. 2. & 3. tanquam æquiorem, ac publicum fauorem respicientem sequutus fuit Senatus pedemontanus, vt refert Tessaur. dict. decis. 151. num. 4. & illam probat Peregr. d. art. 42 num. 17. vers. quid autem si mulier.

Nec dictæ Dominę Lucretiæ obstare possunt exceptiones, quibus D. Petrus Barduccius nititur eam excludere.

Prima, quod cũ statim mortuo Oderico viro acceperit possessionem bonorum stabilium, & mobilium, quæ tempore mortis dictus Odericus tenebat, & possidebat, vti creditrix suarum dotium vigore pacti dotalis, & cuiuslibet alterius facultatis sibi concessę, & deinde tanquam hęres instituta in testamento dicti Oderici requisita fuerit per dictum D. Petrum, quod intra mensem sibi dicta bona restitueret vti ad ipsum spectantia ex fideicommisso Raphaelis Barduccij, eidemque quasdam pecuniarum summas sibi à dicto Oderico debitas solueret, vel prædicta bona dimitteret, & relaxaret, & neutrũ fecerit, sed immo in eorumdem bonorum possessione post dictum tempus permanserit, & ad huc permaneat, prætendens id sibi licuisse, et licere tanquam ea hypothecata habenti pro restitutione dictarum eius dotium, videtur effecta hæres dicti Oderici, & obnoxia omnibus Oneribus hęreditarijs, etiam quod postea expressè, & solemniter intra dictum mensem repudiauerit dictam hęreditatem, quia possessio non debebat præcedere repudiationem, sed sequi, vel saltem via iudiciaria, & non propria authoritate capi, vt dispositum uidetur ex statuto Florentino lib. 2. Rubr. 29. quod ita in indiuiduo declarant Castr. in l. si seruum §. fin. in vltim. not. num. 8. ff. de acquir. hęredit. in l. 1. num. 3. vers. sed quid si est statutum C. de repud. hæredit. & cons. 55. ante fin. vers. vlterius dico lib. primo, Soc. cons. 113. in princ. ante nu merum primum & ad fin. sub num. 5. vers. confirmatur ista conclusio li. 4. ex qua te inferri videtur, quod tanquam dicti eius viri effecta hæres teneatur dicto Petro ad petita, & ipsa pro suis dotibus non sit audienda, cum ex aditione illa hæreditatis confusæ sint omnes actiones pro dictis dotibus sibi competentes in bonis dicti sui viri, in quibus dominium irreuocabiliter acquisiuisse videtur, cum absolutè, & liberè instituta sit hæres, nec alteri restituere grauata, & per acquisitionem dominij rerum, quæ fuerant testatoris, cesset earumdem hypotheca iam hære di competens, vt in puncto decidit Negus. in tract. de pignor. & hypothecis in primo mẽbro 5. part. princip. sub num. 52. versicul. & non obstat prędictis, & sub num. 53. vers. secundus casus est, quod si creditor efficitur hęres debitoris.

Secũda, quod dato, quod Domina Lucretia non esset effecta hęres viri, adhuc tamen non posset suas dotes consequi in dictis bonis, cum ea vltimo loco subiecta fuerint fideicommisso Raphaelis Barduccij Patrui dicti Oderici, qui cum eius testamentum acceptauerit, & proinde dispositionem de dictis bonis in eo factam approbauerit, renunriasse videtur fideicommisso dicti Matthæi eius proaui, vel saltem sibi in eo prędiudicasse Iuribus, rationibus, & authoritatibus amplissimè deductis per Dominos informãtes pro dicto Petro, vt propterea non videatur amplius tractandum de dictis bonis tanquã de bonis Matthęi ascendentis, sed vti de bonis Raphaelis transuersalis, quæ ex causa dotis ad fideicommissarij præiudicium alienari minimè posse probatum supra fuit in principio.

Quoniam ad primam respondetur, quod sicuti dictum statutum non procedit in eo, qui possidet bona ad ipsius possidentis fauorem, & commodum fideicommissi restitutioni subiecta, vel quæ non erant in dominio defuncti, vt per Ang. cons. 386. in princ. sub num. primo per Castr. dict. cons. 55. in princ. lib. primo, per Soc. cons. 61. num. 7. in 2. responsione lib. primo, & per Turrett. cons. 94. num. 22. & 23. lib. 2. vbi etiam in fine addendo asserit ita Florentiæ in Rota sępius fuisse ab ipso, & alijs iudicatum, Ita etiam non videtur procedere in D. Lucretia ad dicta bona inuitata virtute Codicillorum dicti Oderici viri, qui eidem Ius retinendi, & possidendi pro credito dotali specialiter, & expressè reliquit, cum eadem & hoc casu militet ratio, quæ in præcedenti militare videtur. Et valde absurdum sit, quod qui repudiando hęres esse non vult, alio Iure sibi competente possidendo hæres efficiatur, & propterea quærenda sit uia, per quã à tam rigoroso, & duro, ac iniquo, & à Iuris communis regulis exorbitante statuto recedatur, & ad Iura cõmunia redeatur, prout de hoc ipso statuto loquens dicit Soc. dicto cons. 61. num. 8. lib. 4. & ante eum Angel. dicto cons. 386. sub nu. primo. Alio etiam modo respondetur, quod cum statutum non loquatur præcisè de propria dote ipsimet mulieri, quæ defuncti bona sibi obligata possideret, restituenda, casus ipse tanquam omissus remanet in dispositione Iuris Communis. l. cõmodissimè ff. de

ff.de liber.& posthum secundum quod ex dicta possessione, alio Iure, quàm hęreditario accepta, & retenta, & potissimum virtute pacti dotalis nullo modo dicitur effecta hæres iuxta legem primam cum ibi notat. C.de repud. hæredit. & notata in terminis per Bart. in l.gerit nume. 21. vers.ad secundum ff.de acquir. hęred. nec verba generalia statuti exclusiua cuiuslibet Iuris hunc casum comprehendere videntur, dato tamen, & non concesso quod tanquam posita in primo capite de masculo maiore decem & octo annis, repetita intelligantur in alio de muliere disponente, quod ad dicta simpliciter de masculo se refert quia regula 9 quacunque generali dispositione non comprehenditur causa dotis, quæ semper, & vbique est priuilegiata, Gabr. tit. de leg. & constit. conclus. prima num. 10. vers tenendo primam opinionem, vbi refert alios, & testatur esse magis Communem opinionem: quam tamen repetitionem non admittunt Domini informantes pro D. Lucretia, quia extrema non sint habilia, nec vtriusque casus termini pares, cum in masculo, in quo expressa est exclusio omnis alterius Iuris ultra specificatum in ipso statuto, non cadat Ius propriæ dotis, quia ma-10 sculi non dant, sed recipiunt dotes, & cum fauor recuperationis dotis, vt mulieres facilius nubere possint, quæ res publicam 11 concernit vtilitatem, eo quod Reipublicæ intersit hominibus Ciuitates repleri l. 1. & ibi Doct. ff. solut. matrim. non ita cadat in masculo, si maternas, vel auitas dotes recuperare non possit, sicut in fœmina, si propriam amitteret dotem, sine qua virũ non reperiret, vltra quod quando statutũ in masculo, loquitur de dote materna, vel auita ei debita non dicitur propriè comprehendere dotem, quia illa mortua iam muliere non est verè dos, sed dicitur pro-12 prium patrimonium filij, vel neptis, Soc. in Rubrica ff. solut. matr. in 3. concl. sub num. 11. nam & hæreditas adita non est amplius hęreditas: sed dicitur proprium patrimonium hæredis l. 1. §. ueteres cum ibi notat. per glos. et Doct. ff. de acquir. possess. quod secus est in dote soluto matrimonio per mortem viri restituenda mulieri, quæ verè dos est, & nomen proprie dotis retinet Socin. d. conclus. 10 & 11. Hocque dicendum est tanto magis, cum statutum conditum fuerit ad obuiandum fraudibus eorũ, qui sub aliquo extrinseco prætenso Iure alienas hæreditates occupant, volentes commoda sentire, & incommoda recusare, vt dicunt Castr. d. cons. 55. in final. verbis lib. primo & Socin. dict. cons. 113. etiam in fin. lib. 4. & hic talis consideratio cesset, cum D. Lucretia non ut aliquem decipiat, vel hæreditarios creditores fraudet, sed pro suis dotibus consequendis bona retinuit, 13 & retinet, ut propterea cessante ipsius statuti ratione, eiusque quoque dispositio cessare debeat l. adigere §. quamuis ff. de Iur. patronat. l. quod dictum ff. de pactis, Tiraq. multa ad propositum adducens in tract. cessant. caus. cessat effectus in prima parte in verbo legis causa num. 125. cum multis seq. & in verbo statuti cessante causa num. 235. saltem àd reprimendam, seu temperandam ipsius statuti rigorositatem per allegata in prima responsione.

Ad secundam autem licet multipliciter respõderi possit, vnico uerbo dicitur, quod 14 cum non constet, neque de Iure pręsumatur, quod Odericus tempore per eum acceptatæ hęreditatis Raphaelis haberet sciẽtiam fideicommissi ad eius fauorem inducti in testamento dicti Matthæi, nulla ex dicta acceptatione resultare posset remissio, aut renũtiatio talis fideicommissi, nullumque pręiudicium in eo sibi factum uidetur 15 quia Iuri, quod quis competere sibi ignorat, non censetur renuntiare ex defectu cõsensus, qui ad ignorata non trahitur l. mater decedens in fin. ff. de in offic. testam. præsertim respectu Iuris à testamento de-16 pendentis, cui non aliter, quam inspectis cognitisque uerbis testamenti renuntiari potest iuxta textum in l. de his ff. de transact. cum ibi notat. per Doctores.

Et si dicatur quod hoc admisso non potuit D. Lucretia obtinere, quia cũ agat ex Iure alieno idest ex Iure eius viro cõpetente ad fideicommissum ex testamẽto Matthæi inductũ, debet dictũ Ius docere, & sic ostẽdere Odericũ illud habuisse, cũ si nullũ habuisset, nihil ex eius persona Domina A-17 ctrix prętendere posset ex regula, quod nemo plus Iuris in aliũ trãsferre potest, quã ipse habeat l. traditio ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus Iuris ff. de reg. Iur. & tradit in terminis nostris Peregr. in d. tract. ar. 43. n. 23. vers. porro sic agẽs, quod quidẽ non videtur fecisse d. Actrix, quia nõ probauit, ꝙ Odericus agnouerit d. auitum fideicõmissum, prout tenebatur, quia, & in omnibus 18 Casibus, in quibus actiones, & rerum dominia ipso Iure transeunt in fideicõmissarium, requiritur tamen, quod ille prius declaret se velle agnoscere fideicõmissũ, nam antea nõ trãseunt, Castr. in l. cogi §. Metianus sub n. 3. in fi. uers. in textu ibi à præsẽte petãt ff. ad Treb. Soc. ĩ l. 1. §. sed & quoties in 2. not. n. 5. eod. tit & alij, quos refert, & sequtur Pereg. in d. tract. art. 2. n. 63. vers. hic

autem notandum est. Idem sentit Castren. in l.restituta, sub num.3. ad fin. vers.in quibusdam tamen locis,eod.tit.& in l.inter omnes,sub num.5.vers.& ideo multi errant, ff. qui satisd.cogant Licet enim lex aliquid ip-
19 so iure inducat,id tamen intelligitur patere volente,& declarante se velle, & non aliter, vt subdit Peregrin.numer.64. vers ratio autem. Nec eidem Actrici prodesset, quod
20 postquam venit dies fideicommissi, illud licet per fideicommissarium non agnitum transmittitur ad eius hæredes agnoscendum, secundum communem opinionem Doctor.de qua attestatur Dec. consil. 478. col. 2. ante numerum 6. vers. & cum dicta Constantia, & cons. 490. col. penult. ante numerum 11.vers. postremo non obstat, & Peregr. alios referens vbi supra art. 22.nu. 3. vers. tertia est, quia adhuc non extant aliqui hæredes, nec aliquis comparuit, qui d. fideicommissum transmissum vt supra agnouerit, vt propterea cum nullum huc usque Ius ex dicto fideicommisso acquisitum esse videatur dicto Oderico, vel eius hæredibus;Domina Lucretia, quæ eo Iure nititur, nihil agat.

Responderi potest, quod immo Odericus agnouit fideicommissum Matthæi, &
21 propterea ex Iure in eius persona radicato potuit D. Lucretia agere pro recuperatione suarum dotium, pro quibus omnia dicti Oderici bona, & Iura hypothecata habet eo enim ipso, quod dictus Odericus in Codicillis cōfessus fuit bona ipsius esse subiecta restitutioni fideicommissi, & nihilominus in eisdem d. eius vxorem dotes suas consequi voluit, vtique de fideicommisso Matthæi intellexit; non autem Raphaelis, cum ascendentis, non transuersalis fideicommissa ex dotium causa minuantur, vt initio dictum fuit, & clarum est in Iure, quod quis disponendo de re sibi relicta,eam agnoscere, & acceptare dicitur, vt est textus apertus in leg. si auia C. de Iur. deliberand. & ibi notant omnes scribentes. Nec Iuri contrarium est, quod idem Odericus
22 tempore,quo acceptauit hæreditatem Raphaelis, dictum fideicommissum Matthæi ignoraret, postea autem tempore, quo Codicillos fecit, illud sciuerit, quia nihil repugnat, quin scientia potuerit superuenire;
23 nec ex præterito infertur necessario in præsens in his, quæ naturaliter sunt variabilia, & mutabilia,vt per Alciat. in tract. de præsumpt. reg.2.præsumpt.25. num. 2. & seq. vsque ad fin.

Cum ergo agnitum sit fideicommissum per Odericum, sequitur quod ex hypotheca D. Lucretiæ competēte pro suis dotibus in bonis dicti Oderici, Ius quæsitum sit ipsi Dominę Lucretię respectu huius Iuris, quod Odericus habebat ex dicto fideicommisso:cum generalis hypotheca tàm præsen
24 tia,quàm futura contineat l. fin C.quæ res oblig. poss. Neguſ.in dict. tract.in 2.memb. 2.partis principalis numer. 1.& non solum comprehendat mobilia, & immobilia, sed etiam nomina debitorum, Iura, & actiones leg.3.& ibi Bart.& alij Doctor. C. de hæredit. act. Neguſ. vbi supra num. 8. & seq. in 3. ampliatione, & ante eum Castr. cons. 198.notandum primo num. 1.lib.1.quo Iu
25 re quæsito vt supra vti potuit Domina Lucretia etiam quod illud post dictam agnitionem extinctum aliquo modo diceretur quo ad ipsum Odericum, vt ostendit Neguſ. vbi supra in primo membro 5. part. princ. ad fin.num.56.vers. sed in vno contingit dubitari:& tandem vbi res dubia red
26 deretur ob allegata pro D. Petro, est tamē pronuntiandum pro Domina Lucretia,ne dotes amittat l. in ambiguis pro dotibus ff. de reg. Iur.Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

Quod dicens de nullitate sententiæ teneatur eam probare, etiam si in negatiua consistat. Et an minori detur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam ex eo tantùm, quod reportauerit sententiam contra: vel necesse sit probare læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Proponens nullitatem sententiæ tenetur illam probare ad fundandam suam intentionem, etiã si consistat in negatiua, & talis probatio debet esse clara & indubitata.*
2 *In dubio magis fauetur validitati actus, quam nullitati, & ideo sufficit ad excludendam agentem ab ipsa nullitate, quod ea aliqualiter possit offuscari in Iure, vel in facto.*
3 *Minor non restituitur in integrum aduersus rē iudicatam ex eo tantùm, quod reportauerit sententiam contra, sed necesse est vltra minorem ætatem probare læsionem sui facilitate vel dolo aduersarij. Quod adeo verum est, vt quamuis minor in libello dicat se minorem, & læsum: non tamen bene concludat, nisi addat se læsum sui facilitate, vel dolo aduersarij.*
4 *Petens restitutionem in Integrum, an debeat habere nouam causam, idest, quod superuenerit de nouo noua causa petendi restitutionem in integrum, remissiuè.*

5 *Minor*

5 *Minor quando debet restitui aduersus rem iudicatam, requiritur plena, & clara læsionis probatio, ita vt sententiarum iniquitas, & iniustitia euidenter appareat.*

6 *Ad excludendam restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam, satis est quod probatio iniquitatis, & iniustitiæ, dubia, & incerta reddatur.*

CONSILIVM CXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis vertente inter admodum Magnificos, & Nobiles Dominos Ioannem Antonium, & fratres olim Illustris Domini Camilli de Albizis appellãtes ex vna parte, & admodum Magnificos Dominos Gherardum, & Matthiam fratres quondam Capitanei Simonis de Cinis appellatos ex altera, Retuli Excellẽtissimo Domino Iudici primarum appellationũ Ciuitatis Florentiæ, coram quo lis pendebat, partes eius esse in absoluendo dictos de Cinis appellatos à petitis per prædictos Dominos de Albizis, qui principaliter mouerant iudicium nullitatis sententiarum in rem iudicatam transactarũ ad fauorem ipsorum de Cinis ex causis in actis expressis, & vbi mero Iure dictæ sententiæ valerent, petierant aduersus eas in integrum restitui ob minorem ætatem vnius ex ipsis fratribus de Albizis, & eiusdem in præfatis sententijs læsionem: Nam quò ad nullitatem non possunt Domini Albizi obtinere sententiam fauorabilem, cum non probauerint sibi ipsis incumbentia, & ex quo

1 enim proposuerunt nullitatem sententiarum tenebantur illam probare ad fundandam eorum intentionem etiam quod consistat in negatiua, vt in puncto notat Sebast. Vant. in tract. de nullit. tit. à quo, & quibus mod. possit nullitas probari, numero primo & seq. debebatque talis probatio esse clara, & indubitata, cum ob dubietatem cognitio nullitatis parum fauorabiliter in Iudicio recipiatur, sed potius faueatur validitati, & pro ea aduersus

2 nullitatem fiat interpretatio, Vant. in alleg. tract. tit. primo nu. 23. cum plur. seq. versi. si uerò nullitas proposita, adeo vt sufficiat ad excludendum agentem ab ipsa nullitate, quod ea aliqualiter in Iure, vel in facto possit offuscari, Crauet. consilio 151. in fin. & alij adducti per Vant. in eod. tract. titul. fin. numero 127. versiculo insuper studere oportebit.

Quo verò ad restitutionem in integrum non possunt pariter ijdem Domini Albizi obtinere, quoniam nec in hoc capite probauerant necessaria ad reportandam victoriam, quia non eo ipso, quod quis sit minor, resti-

3 tuitur aduersus rem iudicatam, nec dicitur læsus eo ipso, quod reportauerit sententiam contra, sed ad hoc, vt restituatur, debet vltra minorem ætatem probare se lęsum sui facilitate, vel dolo aduersarij Bald. in leg. fin. in princ. C. de in integrum restit. minor. Dec. in leg. nihil consensui §. 1. numero secundo & ibidem Cagnol. numero itidem 2. ff. de regul. Iur. Ias. in l. nam, & postea, quam legit cum lege ait prætor § si minor in 3. not. nu. 4. ff. de Iur. Iurand. Bellon. consil. 18. sub numero 19. versiculo præterea posito. Benint. decis. Bononiens. 85. numero octauo & alij per eos allegati, quod adeo verum est, vt quamuis minor in libello dicat se minorem, & læsum, non tamen bene concludat, nisi addat se lęsum sui facilitate, vel dolo aduersarij, Bart. in dicta leg. fin. in fin. C. de integr. restit. minor. & melius ibidem Bald. sub numero primo ad fin. Ias. in dicto § si minor nu mero quinto & Bellon. dicto consilio 18. sub numero 19. & tanto magis si uera sit opinio Be-

4 lamer. decis. 409. quod petens talem restitutionem debeat habere nouam causam, idest vt declarat Maur. in tract. de restit. in integr. capitulo 268. propè fin. quod superuenerit de nouo noua causa petendi restitutionem, vt etiam voluerunt Isern. de appellat. parte quarta capitulo octauo numero tertio, & Stafile. de grat. expect. in vers. dicendum videtur super commissis literis iustitiæ numero qadragesimoprimo, qu [illegible] tamen opinionẽ reprobat Odd. de restitut. in integrum quæst. 72. articulo quarto numero 72. Inquiens Iure non probari, cum qua nihilhominus videntur transire Marc. decis. quinquagesimaquarta sub numero primo & tertio in secunda parte & Benint. dicta decis. octuagesimaquinta numero septimo versiculo immo antequam, licet de præfatis Doctoribus mentionem non faciant, & quicquid sit de hoc puncto etiam quod absque noua causa posset competere restitutio, illud certissimum est, quod læsionis plena, & cla-

5 ra requiritur probatio ita ut sententiarum iniquitas, & iniustitia euidenter appareat, vt tradit Benintend. dicta decis. octuagesimaquinta numero quarto & multis seq. vbi n. 9. attestatur hanc esse magis Communem

opinionem. Contat. in repetit. leg. vnicæ C. si de moment. possession. fuerit appellatum, limitatione octaua numero 29. vers. at hic sese offert, adeo quod satis 6 est ad excludendam ipsam restitutionem, quod probatio iniquitatis, & iniustitiæ sententiarum dubia, & incerta reddatur, & merito cum in dubijs læsio aliqua considerati non possit, Dec. cons. 564. num. 18. & 19. & Crauet. cons. 142. num. 8. & alij per eos adducti in terminis restitutionis in integrum loquentes Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

Quo in casu ferenda sit sententia absolutoria à Iudicij obseruatione: Et an et quando minor possit agere in Iudicio Ciuili sine Curatore.

SVMMARIVM.

1 *Processus quando est nullus ex illegitimatione personarum Agentium, ferenda est sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, & idem fieri debet, vbi ex alio defectu processus, & actorum resultat, vt in nullitate ob incompetentiam Iudicis, vel ob non legitimam citationem, & formam statutorum non obseruatam.*

2 *Si feratur absolutoria sententia ab obseruatione Iudicij, quandoque agens ab expensis excusatur, & præsertim si pro minore agatur, & ex eius parte illegitimatio procedat, & aliquale Ius dubium versetur.*

3 *Minor vigintiquinque annis de Iure Communi non potest in Iudicio ciuiliter agere sine Curatore, siue eum habeat, siue non; cum si eum non habeat, ille dandus sit; alias processus est nullus.*

4 *Si datus sit aliquis Curator, vel tutor filio in testamento, qui per Iudicem sit confirmatus, si talis confirmatio loquitur tantum de tutela, non de Curâ, in ea solum habet locum, non autem extenditur ad Curam.*

5 *Tutor, & pro tempore Curator si solemniter cum Iuramento, & alijs promissionibus renunciauit administrationi tutelæ, & pro debito tempore Curæ, eamque alteri concessit, accedente consensu Matris ipsius minoris, & Iudicis decreto, non potest proprio facto contrauenendo ad dictam administrationem semel renunciatam redire, nullo actu iudiciario præcedente.*

6 *Plures Tutores, quando in testamento dati sunt, tunc vno deficiente vel per mortem naturalem, siue Ciuilem, siue per alium Casum, alius per Iudicem eius loco est subrogandus.*

Nisi ipse Iudex causa cognita ex qualitate tutoris vel Curatoris, qui remanet, & ex qualitate, & quantitate patrimonij, & alijs considerationibus remanenti tutori, vel Curatori vti habito pro sufficienti de per se administrationem in solidum concedat.

7 *Tutor, vel Curator illegitimè datus, vel qui non seruatis seruandis administrationem suscepit, Actorem ad litigandum pro minore constituere non potest.*

8 *Exceptio illegitimationis personæ agentis etiam pro minore recipitur, & magnus reputatur de fectus.*

CONSILIVM CXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi commissa ad referendum de Iure per D. officialem Palazzioli Romandiolæ Florentinę retuli partes eius esse in declarando processum agitatum in Causa mota per Ioannem Mariam de Burghigianis vti Procuratorem Baptistæ olim Rutilij de Valmelijs constitutum a dicto Baptistam cum anthoritate D. Philippi de Borghigianis vti eius Curatoris contra D. Iacobum Fabrium, & D. Magdalenam eius vxorem fuisse, & esse nullum, & inualidum, absoluendo successiue dictos reos conuentos ab obseruatione Iudicij per dictum Ioann. Mariam d. n. moti, reseruato Iure dicto Baptistæ minori alias melius, & aptius agendi.

Ad ita referendum motus fui, quoniam quando processus est nullus propter illegitimationem personarum agentium, ferenda est sententia absoluto narei conuenti non diffinitiuè, sed interlocutoriè ab obseruatione Iudicij, vt in alio 1 Iudicio agentes legitimatis personis eorum iura aptè experiri possint, vt in puncto concludit Fulgos. consilio 138. in quæstione, & causa in fin. sub numero tertio quod & fieri debet, vbi ex alio defectu nullitas processus, & actorum resultat, vt consuluit Cuman. loquens in nullitate ob Iudicis incompetentiam, non legitimam citationem, & formam statutorum non obseruatam cons. 86. Quamuis de Iure communi nume. 2. & tertio quod etiam tradit Dec. loquens in nullitate

tate processus ob citationem factam de minore vigintiquinque annis pubere sine Curatore cons. 549. requisitus à spectabili virorum. 1. & seq. & generaliter ex quacunque causa processus fabricatus sit nullus. notat Rober. Marant. in tract. de ord. iudiciar. in 5. part. princ. sub num. 50. vers. secundo modo, vbi latè insistit, quo in casu etiam,
2 quandoque agens ab expensis excusatur, & præsertim si pro minore agatur, & ex eius parte illegitimatio procedat, & aliquale Iuris dubium verfetur, vt in terminis voluit Fulgos. d. cons. 138. in fi. Quod autem in præsenti casu adsit nullitas processus ex parte minoris agentis ex eo patet, quod de Iure
3 Communi minor vigintiquinque annis, vel ex statutis decem & octo, etiam si sit maior quatuordecim, nõ potest sine curatore in Iudicio Ciuili agere, siue ipsum Curatorẽ habeat, siue non, cum si non habeat, illi dandus sit, per ea, quæ congerit Vant. in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defectu inhabilitat. seu mandati num. 28. & plurib. seq. versic. fragilitate consilij, de qua inhabilitate, seu minori ætate non legitimè agentis per aduersarium opponi potest quandocunque tam ante, quàm post litem contestatam, vt docet Vant. loco citato numero trigesimo-octauo versic. & exceptio huiusmodi post princ. Et ante eum Fulgos. dict. cons. 138. ante finem, ibi quoniam de mandato petentium.

Nec dicatur, quod Constitutio procuratoris facta sit cum minore cum interuentu D. Philippi de Borghigianis eius Curatoris in
4 præsentia Iudicis in eo ipso actu, in quo cũ eiusdem Curatoris autoritate, & Iudicis præsentia immiscuit se hereditati paternæ ex testamento sibi delatæ die scilicet quarta septembris 1600. & quod antea usque sub die x 2. septembris 1596. dictus D. Philippus ipsi minori constitutus in testamento paterno tutor, & Curator fecerit se per Iudicem in tutorem, & Curatorem confirmari: quia ad hoc respondent Domini informantes pro reis, quod confirmatio illa non loquitur nisi de tutela, quæ tempore dictæ Constitutionis procuratoris finita erat excedente minore ętatem annorum quatuordecim, quo tempore de Curatore agendum est, & non amplius de tutore, vltra quod ex actis colligitur, quod iam satis ante dict. procu-
5 ratoris constitutionem dictus D. Philippus solemniter cum Iuramento, & alijs promissionibus renunciauit administrationi tutelæ, & pro debito tempore curæ dicti Baptistæ, eamque accedente matris ipsius minoris voluntate, & Iudicis decreto concessit Cos no Valgemiglię dicti Minoris patruo, recepto ab eodem fideiussore de bene administrando, & debitam rationem reddendo ex publico instrumento superinde confecto die 25. septembris 1597. vt proinde proprio facto iurato contraueniendo non videatur sic de facto potuisse ad administrationem semel renunciatam redire, & tanquam Curator autoritatem minori prętare nullo super hoc actu iudiciario præcedente. Sed præter hęc nullatenus spernenda, inhabilitatem dicti D. Philippi ex alio vrgentiori fundamẽto arguì possę putaui, nam cum Rutilius pater minoris in suo testamento constitueri tutores, & pro debito tempore curatores D. Philippum prædictum & Iulianum de Vincalibus non simpliciter, sed his verbis adiunctis, omnes insimul, clarum est quod dictus D. Philippus solus non potest tutelam, & curam administrare, quia quando plures dati sunt tutores testamentarij etiã simpliciter, vno deficiente vel per mortem Ciui-
6 lem vel per mortem naturalem, uel per excusationem, aut per alium casum, alius eius loco per Iudicem subrogãdus est, vt est tex. in l. si quis sub conditione ff. de testament. tutel. in vers. plane si duo, nisi ipse Iudex causa cognita ex qualitate tutoris, vel Curatoris, qui remanet, & ex qualitate, & quantitate patrimonij, & alijs considerationibus aliud faciendum esse statuat, & remanenti tutori, vel Curatori vti habito pro sufficienti de per se administrationẽ insolidum concedat, vt eleganter dict. tex. declarando dicit Socin. sen. consil. 193. in in primo dub. per totum libr. secundo, & post eum pulchrè explicat Vinc. de Franc. decis. 214. excusato vno per totam in prima parte, adeo quod cum non constet in processu, quod Iulianus qui viuit, se excusauerit, minusque quod Iudex tali excusatione cognita habuerit solum D. Philippum, pro sufficienti ad administrationem, non vidi quomodo ipse D. Philippus solus, & in solidum voluerit hoc onus suscipere repugnante voluntate Testatoris, qui illi socium dedit, & non vni soli, sed ambobus tantum simul administrationem dare voluit: & si dictus D. Philippus legitimam personam Curatoris non habuit, nullam validam auctoritatem minori constituendi
7 procuratorem ad lites impartiri potuit, vt in puncto de Tutore, qui sibi incumbentia ad rectè administrandum non fecerat, quod actorem constituere non potuerit ad litigandum pro minore, notauit Fulgos. d. consil. 138. sub num. secundo, post. ver. hæc sunt quę pro actoribus. Nec ex eo, quod de causa minoris agatur, exceptio hæc illegitimationis psonę agẽtis respuẽda fuit, quia defectus

8 huiusmodi nimis est vrgens, maiorque reputatur defectu Iuris in ipso agente, & est talis, quod nunquam includitur in statuto quaslibet exceptiones reijciente, vt probat Vant. in allegat. tit. num. 1. & 2. Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

Contra fideiussorem, qui tanquam principalis, & principaliter erat obligatus, conceditur executio obligationis factæ per publicum Instrumentum in forma valida confectum: & an per compromissum, quod declarauit instrumentum, in quo de debito constabat ante ipsum compromissum, fiat nouatio: & quomodo nouatio probetur.

SVMMARIVM.

1 *Executio contra obligatum vti fideiussorem, vel principalem, & principaliter per Instrumentum publicnm in forma valida confectum concedi debet Creditoti agenti.*

2 *Exceptiones de non adimplemento ex parte Agentis, vel de impedimento, quando opponi possint.*

3 *Nouatio facta à Creditore cum debitore sine aliqno fideiussoris facto, & interuentu, eum à fideiussione liberat.*

4 *Et qnando nouatio non dicatur facta.*

5 *Ope exceptionis non dicitur facta nouatio nisi expresse dicatur, vel ea coniectnris clarè cognoscatur.*

6 *Et maximè quando fuit factnm compromissnm, & ex eo latnm laudum, & secnta emologatio.*

7 *Per laudum, quod ad instar sententiæ redactnm est, non fit nouatio extinctiua primæ obligationis, sed illi accumulatiua, qnia additur noua actio Indicati.*

8 *Quod multo magis procedit, si in laudo est facta specialis, & expressa reseruatio, & cnm delaratione qnod nec Instrumento primo, nec fideiussori in eo instrumento præstito censeatur derogatum.*

CONSILIVM CXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente coram Magnificis Dominis Prioribus Terræ Fiuizzani contra Antonium de Gualbertis appellantem ex vna parte, & Ioannem Augustinum Acconcium, & litis Consortes appellatos ex altera, Retuli partes dictorum Dominorum Priorum esse in pronuntiando bene per D. Iudicem à quo iudicatum ex relatione Consultoris in Causa electi, & male per dictum appellantem appellatum. Quia intentio dicti Ioannis Augustini, & aliorum appellatorum, qui in Causa principali sunt Actores contra dictum Antonium appellantem, & reum conuentum vti fidejussorem & tanquam principalem, & principaliter obligatum pro Magistro Andrea Crotense videtur fundata vigore obligationis factæ per publicum Instrumentum in forma valida confectum cum Iuramento renuntiationibus, & alijs Clausulis in eo contentis, cuius 1 virtute executio contra dictum obligatum concedi debuit ad fauorem dictorum Agentium, vt in terminis nostris tradit Grat. resp. 126. num. 1. & seq. lib. primo. Nec obstant exceptiones per dictum reum conuentum oppositæ de non adimplemento pro parte Agentium, & de impedimento, quod ex eorumdē causa superuenit Magistro Andreæ principali ipsius rei conuenti, vt non potuerit perseuerare in conductione, quia penitus sublatę fuerunt per D. Consulto- 2 rem in eius motiuis, cuius dicta latiori calamo comprobauit D. Aduocatus dd. Agētium, quibus hoc vnum addēdum est, quod de prædictis disputare inutile videtur, & superfluum, cum agentium petitio respiciat debitum Magistri Andreę contractum ante factum compromissum, de quo opponitur, & de laudo inde secuto, & ratificato, exceptiones autem prædictę respicient tempus decursum post ipsum compromissum, & laudum, & emologationem, vt intuenti processum patere potest, quæ responsio tollit etiam aliam exceptionem per eumdem reum oppositam de nouatione ex dicto compromisso secuto laudo, & eius ratificatione sine aliquo ipsius fideiussoris interuentu

interuentu

3 teruenta,qui propterea se liberatum præten dit,vt in terminis notant Bald.conf.77. Quidam D.Galeatius num.2. versic. sciendum est libr.1.& Grat.dicto respons.126. sub nu. 4.& seq.versicul.& primo quod lib. primo, nam cum debitum,ad quod agitur,contractum sit ante ipsum comptomissum, & laudum ac emologationem, & per ipsummet
4 laudum declaratum, quærendum non videtur de nouatione ex tali compromisso, laudo,& ratificatione, de qua solum disputatio cadere posset ob debita, quæ postea contracta dicerentur, vltra quod,& si talis disputatio admittenda esset, vel etiam si ageretur de debito contracto post compromissum, laudum & ratificationem, non tamen ipse fideiussor prout nec principalis ab obligatione præcedente liberatus censeretur, nec per tale compromissum laudum,& ratificationem recessum diceretur à primo instrumēto; quia hodie non dicitur facta nouatio etiam ope exceptionis,nisi expresse dicatur, vel ex coniecturis clarè cognoscatur l. fina.
5 C.de nouat. §. præterea instit.quibus mod. tollitur obligatio, & vtrobique scribentes Afflict.decis 44.sub num.15.Bellon.consil. 44.num.3.versic.3.considetādum. Gozad. dicens.Communem consl. 38. sub nume.1. And.Gail.lib.2.practic.obser.in 30.obseruatione num.3.& 4. versic. sed contraria opinio,inquiens esse opinionem veriorem, & ab Imperiali Camera obseruatam, latè Rōchega.l.in l.3.num.14. versicul. addas nunc, & diffusius nu.17.& 18.versic.& quoniam, & versicul.aduertendum tamen, ff.de duobus Reis, vbi plurimos refert de Communi,& magis Communi testantes, Grat. dicens communem, respons.89.nume. 12.& sequen.versic.non obstat lib.1.Soc.loquens in fideiussore consil. 21. nume. 3. & multis sequent. versicul. verum prædictis non obstantibus lib.1.& Grat.itidem loquens in fideiussore d.respons.126.num.9. & esse magis Communem inquit Socin.consl.89. sub num.2.versic. præterea, & secundo libro 3.
6 quam postea probat num.3.4.5.in terminis nostris,quando post obligationem primam factum fuit compromissum, & ex eo latum laudum,& secuta emologatio, cum quo cōueniunt Ias.consil.168.colum. 9. nume.15. versicul. sed non insistendo in verbis libr.4. & Durans.de Arte testan.tit. 11. de acquir. vel repud.hæredit.caut.9.sub num.1.versic. præterea si qua nouatio, nam vt ipsi dicunt
7 per laudum, quod ad instar sententiæ redactum est, non fit nouatio extinctiua primæ obligationis,sed illi accumulatiua, quia additur noua actio iudicati,& licet non desint, qui contrarium teneant, tamen dictæ sententiæ Socini & aliorum adhærere videtur Ronchega.in d.l.3.in princ.num. 19. versic. ex quo infertur, qui etiam adhoc adducit Specula.in tit.de arbitr. & arbitrat. §.sequitur de quibusdam notabilibus in versicul. hocquoque notandum est, & versic.Item quæro an actio nouetur; Et quando hoc du
8 bitabile esset in se, procederet tamen in proposito nostro sine aliqua difficultate ex eo, quod in laudo fuit facta specialis, & expressa reseruatio dicti Instrumenti, cum declaratione,quod nec illi, nec fideiussioni in eo præstitæ derogatum censeretur, quæ quidē reseruatio nouationem impedit, & iura primæuæ obligationis conseruat, vt in puncto dicunt Bald. d.consl.77. nume.2. versicul.in contrarium est veritas lib.1.& Socin. dicto consl.89.sub num. 2. versicul. tertio quia arbitrator lib.3. qui propriè loquuntur quando reseruatio fuit facta per arbitratores, vt in præsenti casu, Gozad.in d.consil. 38. sub num.2.versic. Secundo licet, & Grat. dict. respons.126.nume.8,versic. nam ad ista,qui licet loquantur in reseruatione à partibus facta in secundo instrumento de contentis in primo, optimè tamen sententiam hanc probant. Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

Si testator dicit, quod deficientibus quibusdam lineis, bona sua perueniant ad eius sorores, & illarum descendentes masculos, an veniant ad fideicommissum Descendentes masculi ex fœminis dictarum sororum? in qua materia multa dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione descendentium masculorum an veniant masculi ex fœminis per totum.*
2 *Descendentium masculorum appellatiōne in materia feudali veniunt descendentes ex fœminis.*
3 *Verbum masculus de proprietate sermonis comprehendit omnes masculos tām descendentes ex fœminis, quàm ex masculis.*
4 *Lata sit mentis interpretatio vbi non reperitur ambiguitas voluntatis, sed verborum.*
5 *Fœminæ licet excludantur à fideicommisso, non tamen excluduntur earum descendentes masculi,& quomodo hoc procedat.*
6 *Iudex primæ appellationis est Iudex reuocationis Florentiæ.*

CON-

CONSILIVM CXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PVrificata conditione apposita in Testamento Baptistæ quondã Fräcisci olim Bartolomei de Nellis ex defectu trium linearũ de propria Agnatione ad fauorem DD. Magdalenæ, Constantiæ, & Lucretiæ neptum Testatoris ex Susanna eius sorore germana, & vxore Aloysij Tosinghi & earum filiorũ masculorum legitimorum, & naturalium, ac descendentium per infrascripta verba formalia.

1 Et mancate tutte, & finite dette tre linee tutti detti miei beni compresi nel sopradetto Inuentario da farsi come sopra lascio, & voglio siano, & restino liberi delle sopradette Maddalena, Gostanza, & Lucretia figliuole furono di Luigi Tosinghi, e della Susanna mia Sorella carnale, & à ciascheduna di loro per la terza parte, e di poi de loro figliuoli maschi legitimi, & naturali, e loro descendenti, & di quelle non restassero, ò lasciassero figliuoli maschi, ò descendenti maschi come di sopra, restino à gl'altri maschi, & descendenti di chi di loro n'hauesse. Quæritur an Domini de Bardinis, Strozzis, Acciaiolis, Nasis, & Gondis nati ex filiabus fœminis dd. DD. Magdalenæ, Constantiæ, & Lucretiæ dicti Testatoris ex sorore neptum tempore dictæ purificatæ conditionis extantes tanquam masculi, & à dictis Neptibus descendentes admitti debeant ad dictum fideicommissum nullis præsertim masculis per masculos descendentibus à dictis Testatoris Neptibus in rerum natura existentibus, An verò potius repellendi sint. In qua difficultate adeo variè à Doctoribus nostris responsum fuit, vt quid de Iure, & pro veritate tenendum sit, non facilè cognoscatur: 1 Incidimus enim in eam quæstionem, an descendentium masculorum appellatione cõtineantur masculi ex fœminis prouenientes? in qua disceptatione multi partem negatiuam amplexi sunt, eo quod quando in aliqua dispositione vocantur descẽdentes masculi, & dispositio de masculis descendentibus ex masculis intelligenda est, non autem de descẽdentibus masculis, qui à fœmina descendunt, vt post Ricar. Malum. Ioan. And. Bald. Mathesi. Cremen. Castr. Alexand. Ias. Modern. Paris. & Greg. Lopez. tradit Ludouic. de Molin. in tract. de Hispanor. primogenijs lib. 3. cap. 5. num. 45. 46. & 47. versicul. sexta conclusio, quibus adduntur Crauett. cons. 22. num. 10. Menoch. cons. 172. per totum lib. 2. & in eod. casu Cephal. cons. 581. etiam in toto lib. 4. & Peregr. in tracta. de fideicomm. art. 26. num. 8. versicul. in contractibus verò num. 15. versic. in vltimis verò voluntatibus, & num. 19. versic. ex præmissis infertur, vbi sequitur Menoch. & Cepha. inquiens pro eadem parte consultum prius respondisse, & secundum dicta eorum consilia sententiam latam fuisse, & deinde confirmatam, & executam Venetijs, Quorum opinionem consulendo secutus fuit Surd. cons. 316. per totum lib. 3. quam opinionem etiam late firmat Decian. cons. 127. in primo dubio per totum lib. 3. & huic sententię subscripsit D. Primus Iudex Quarteriorum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis, quæ conclusio ea potissimum nititur ratione, adducta per Bald. in l. 1. ff. de Senator. quod non potest plus Iuris esse in Causato, quàm influenti potentia causæ, sicut enim fœmina ipsa excluditur à successione, similiter etiã masculus ab illa descendens excludendus erit: & illud est, quod alij alijs verbis dicunt scilicet, quod rami, seu palmites ex radice infecta prouenientes sunt infecti, & non sunt recipiendi, sed excludendi prout radix ipsa non recipitur, sed excluditur per regulam l. si viua Matre, C. de bonis maternis, & §. reliquum in auth. de hæred. ab intest. venien. cum vtrobique notatis per Scribentes, & in alijs locis vulgaribus, & nouissimè per Peregr. in tract. de fideicom. articul. 26. sub num. 6. & 7. versicul. contrarium determinauit.

Cæterum cum Descendentes ab aliquo dicantur esse omnes siue sint masculi, siue fœminæ, qui ab eo proueniunt, & descendãt vsque in infinitum. cap. nouit. de Iudic. leg. liberorum, leg. cognoscere, §. liberorum, ff. de verbor. significat. l. fin. C. de suis, & legit Alex. cons. 160. num. 2. lib. 2. cons. 24. num. 13. lib. 5. Socin. cons. 51. num. 1. & seq. lib. 4. Dec. cons. 223. nume. 1. & in d. cap. nouit in 6. notab. num. 32. Gozad. cons. 20. nume. 8. & alij adducti per Mantic. in tracta. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. vlt. num. 13. versic. primum itaque, & nouissimè Peregr. in tracta. de fideicommiss. art. 25. nume. 10. [vers. liberorum autem, & descendentiũ nomen], & Surd. decis. Mantuan. 66. nume. 2. Negari non potest, quin descendentium masculorum appellatione masculi ex fœminis descẽdentes contineantur, etiam ex vera natura-

li,

li,& propria verborum significatione vt est tex.in auth.de hæred.ab intest.venient.post princ. in illis verbis si quis igitur descendentium ei, qui intestatus moritur cuiuslibet naturæ,& gradus, & siue ex masculorũ genere,siue ex fœminarum descendens, & paulo infra in illis verbis nulla introducenda differentia siue masculi,siue fœminę sint, ex masculorum, seu fœminarum prole descēdant, quem textum vitra alios ponderat Mantic.d.tit.vlt.num.14.& 15. & probatur etiam in cap.1.de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis,& fœminis inuesti.accipit,vbi in materia feudali verba hęc descēdentibus masculis intelliguntur de Nepotibus ex filia, cum tamen in feudis non solum fœminę,sed omnis earum linea excludatur ca. 1. §. hoc autem qui feud. dare poss. nam propter vim illorum verborum etiam in materia feudali tales nepotes admittuntur, quod apertè liquet ex ratione in eo textu posita in illis verbis,non enim patet locus fœminæ donec masculus superest, ex quibus colligitur,quod talis masculus, qui ex fœmina descendit, comprehenditur, sub illis Verbis, descendentibus Masculis, vt perpendit Alciat.cons.15.num.2.& 3.lib.8. quem refert & sequitur Mantic.d.ti vlt.num.16. Quam considerationem facit idem Alciat.consil. 34.num.7.versic.Secundo probatur libr. 9. vbi etiam ad hoc ponderat illum textum,dũ dicit,quod si concessum sit feudum descendentibus masculis, & his non existentibus fœminis, si moriatur pater absque masculis, succedunt fœminæ, & filius masculus fœminæ excludit omnes fœminas,quia nisi in illis verbis descendentibus masculis comprehēderetur masculus natus ex fœmina, debuisset ille æqualiter succedere cum fœminis, non autem eas excludere, & respondet Alciat.in vtroque loco, Aret.& Iasin l.Gallus §.nunc de lege,ff.de liber.& posthum.intelligentibus d. capitulum primum. quando à principio feudum fuerat concessum fœminæ, quæ non videtur excludere voluisse genus suum,quod ista intelligentia est contra illum textum in illis verbis,qui sibi,& contra Rubricam loquentem de eo, qui sibi, quæ verba sunt masculini generis, & non possunt de sola fœmina intelligi, adeo quod cum descendentes Masculi verè, & propriè dicantur etiam,qui ex fœminis proueniunt, vt ex prædictis apparet,& ex subijciendis clarius demonstrabitur,mirum non videtur si hic ad illud fideicommissum admittuntur, ad quod descendentes masculi reperiuntur vocati,vt in terminis tradunt Bald. consilio 157.sub num.1.lib.2. & ibi Calderin. & alij subscribentes num. 18. Fulgos.consil. 85. ex

facto proponitur per totum Castr.in l. 1. in 2.not.num.3.& 4. C.de conditionib.insert. & ibi etiam Corn.num.17.& seq.versic. an autem dicatur,idem Castren.licet non multum clarè cons.91.num.4.lib. 2. Socin. in l. Gallus,§.nunc de lege num.7. versic. tertio deciditur,& vers.quam tamen dupliciter, & ad fin.sub num. 10.versic.ex quibus infertur ff.de liber. & posth. Ruin.cons.49. nume.2. vers.sed tamen præmissis & cons.120.num. 8.& 9.libr.1. Rube. Alex. cons.22.quod est repetitum in cons.28.num.11.& seq.versic. quartus Casus.Corn.cons.246.nu. 9. & 10. versic.concurrit etiam lib.2. Dec. in d. capi. nouit in 6.not.sub num.32.33.& 36.Socin. Iun.cons.2.in toto libr. 3. Tiraquel.de Iure primoge.quæst.13.num.1.2.3.4.& 5.Guid. Pap.quæst.612.nume.1.Alb.cons.86.nu.3. 4.& 5.& cons.87.Item nume.3. & sequent. Roland.à Val.cons.76.num.15. & 16. vers. quarto adducitur lib.3.Alcia.cons.15.num. 1.& seq.lib.8.& cons.104.num. 1. cum multis sequentibus lib.9. Quos omnes refert, & sequitur Mantic.d.tit.vlt.num. 20. versicul. octauo & vltimo,& vltra eum Alciat. cons. 34.num.6.7.8.vers. nec obstat primum, & cons.127.num. 1.cum seq.lib.9. Quam opinionem consulendo firmant Surd. consilio 368. in 1.dubio libr. 3. vbi etiam respondet auctoritatibus in contrarium adductis, & cons.317.num.13.vers.si verò alias eod. lib. 3.Beroi.cons.77.nume.8.vers. Item quia,& iterum num.9.ad fin.versic.& propterea,& latius cons.120.num.33.& multis sequent. vers.quarto principaliter libr. 2. qui pariter respondet contrarijs,Curt iun.cons. primo, nu.24.vers.Sexto aduertendum, Guid.Pap. cons.176. in 4.dub. Veggl. qui consuluit in eodem casu cum Alba supracitato cons.63. num.75.& plurib.seq.Peregr.d.artic. 26.nu. 17.vers.contra verò, & est magis communis opinio,& ipsa veritas,vbi aliud in contrarium non extat, puta vel subiecta materia, vt in feudo, vel fauor agnationis, vel mens disponentis, vt dicit Alba in locis allegatis, & Beroi.d.cons.120.numer. 57. & pluribus seq.vers.sed quoniam ex aduerso,Alciat. d. cons.34.num. 8. vers. confirmatur hæc opinio lib.9.cons.104.sub num. 1. & sub num. 12.eod.lib.9.& Mantic post plures per eum relatos d.tit.vlt.sub num. 20. & in fortioribus terminis tradit Cepol.cons. ciuili 7. sub num. 15.vers.

Item quod ista verba in prioribus impress. sis, vbi etiam dicit esse opinionem veriorē, & communem,& vti talem se eam tenere, & sequi,prout in proposito nostro nihil obstat, quia materia subiecta non repugnat, agnationis fauor non consideratur, & mens

dispo-

dit argumentatio, nec locum habet dicta regula, quando filius venit vti vocatus ex sua persona, vt in casu præsenti, sed solum locum habet quando vult admitti ex persona ipsius matris, vt in specie respondet Rube. d. consil. 22. num. 14. versic. non obstat si dicatur Alba d. consil. 87. num. 9. Bero. d. consil. 120. num. 82. versic. secundo dato etiam, latè Cephal. consil. 103. per totum Socin. Iun. d. consil. 2. num. 20. & seq. versic. vltimo comprobatur lib. 3. Alciat. d. consil. 15. nu. 3. vers. confirmatur hæc opinio lib. 8. dicens hoc videri communiter esse approbatum, & consil. 34. num. 8. itidem versic. confirmatur hæc opinio lib. 9. Socin. in d. §. nunc de lege sub num. 7. versic. tertio diuiditur Mantic. d. tit. vltimo sub num. 72. versic. sed huic, & ante fin. sub numer. 75. versic. Addo etiam, qui tamen non omnes prædictos adducit, & nouissimè Rota Romana d. decis. 15. num. 6. versic. quia istud procedit, & Peregr. d. artic. 26. num. 6. versic. tertio limitatur, quicquid postea subdat in versic. Contrarium determinauit, & copiosè Veggi. d. consil. 63. & sensit Fulgos. d. consil. 85. col. 2. post versic. nam cum mulier sub num. 2. & Corn. in d. l. 1. num. 20. post versic. non obstant adducta in contrarium, quam quidem opinionem ipse sequi magis quàm primam volui non solum ex iam allegatis, sed quia quæstio est admodum controuersa; & dubia, & non modici etiam ponderis, quo in Casu tutum non duxi recedere ab inueterata consuetudine huius Magnificæ Rotæ Florentinæ, in qua Iudex primatum appellationum non dicitur Iudex reuocationum, eo quod soleat reuocare sententias primi Iudicis, vel absoluere vt plurimum reos conuentos ab obseruatione Iudicij, ne faciat conformitatem, & parti præiudicium irreparabile inferat, nulla à duabus conformibus sententijs concessa appellatione, & ad effectum, vt causæ ventilentur coram tribus iudicibus secundarum appellationum, & maturius discutiantur, & plurium iudicio terminentur, vt punctualiter tradit Ioseph de Ludouic. in suis commun. conclus. tit. de sentent. conclusione vnica post medium versic. & quamuis exempli gratia, qui tamen subdit, quod in casibus claris per dictum Iudicem primarum appellationum fiunt conformitates sententiarum, & quod ita faciunt Iudices Docti, sapientes, & iustitiæ cultores. Anno 1601. Florentiæ.

6

EPITOME.

Quando Testator instituit omnes filios natos & nascituros ex fratre, & si tempore mortis testatoris frater non haberet filios, substituit sorores, an filiæ fœminæ fratris excludant sorores substitutas.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum in vltimis voluntatibus veniunt fœminæ, & quando hoc sit verum, per totum.*

2 *Masculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus.*

3 *Substitutio facta filijs fratris, si tempore Mortis testatoris frater non habebat filios, euanescit, si frater tempore mortis Testatoris habebat filios.*

4 *Mens testatoris est præferenda verborum significationi, & in testamentis totum facit.*

5 *Regula iuris non eliditur per dubias probationes.*

CONSILIVM CXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

STante testamento Reuerendi D. Thomę de Brillis de Raggiolo, in quo in omnibus suis bonis mobilibus, immobilibus, se mouentibus, nominibus debitorum, iuribus, & actionibus suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit omnes, & singulos filios nasciturus ex Pasquino fratre dicti testatoris legitimos, & naturales, & si ex dicto Pasquino filij non extarent, sibi hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit omnes sorores Carnales ipsius testatoris, & quamlibet earum pro æquali portione, cum conditione, & declaratione, quod si tempore mortis dicti testatoris d. Pasquinus non haberet filios, & dicta de causa hęreditas d. D. Thomæ deueniret in d. eius sorores, & quod post eius mortem, quandocunque ex dicto Pasquino nascerentur filij legitimi, & naturales, tunc, & eo casu dictę eius sorores teneantur restituere prout eas grauauit ad restituendum dictis hæredibus

scilicet

scilicet dictis fillo, vel filijs nascituro, seu nascituris ex dicto Pasquino post mortem dicti testatoris; quibus sororibus substituit dictum filium seu filios dicti Pasquini, & stante morte dicti testatoris, superstitibus Maria, & Gratiosa eius sororibus, & Vrsina, & Alexandra filiabus legitimis, & naturalibus dicti Pasquini, & agentibus prædictis soronbus contra dictas filias Pasquini ad hæreditatem dicti testatoris, & causa ad me transmissa per D. officialem Ortignani, coram quo pendebat, vt ei rescriberem quomodo de Iure in ea pronuntiandum esset. Viso processu in dicta causa facto, & eo maturè considerato, Retuli dicto Domino officiali eius partes esse in absoluendo dictas Vrsinam, & Alexandram reas conuentas à petitis per prædictas Mariam, & Gratiosam testatoris sorores.

Ad ita referendum motus sum, primo quia dictæ filię Pasquini tempore mortis testatoris extantes videntur admittendæ ad dicti testatoris hęreditatem vti hęredes institutæ & expresse vocatę sub nomine filiorum dicti Pasquini; quorum appellatio-1 nem in vltimis voluntatibus fæminia continetur l. quis quis mihi 116. & l. iusta interpretatione 200. ff. de verb. signific. l. si quis ita dixerit in princ. ff. de testamentar. tut. & l. si ita rescriptum 46 ff. de legat. secundo, & tradunt Doct. relati per Peregr. in tract. de fideicom. act. 25. num 1. vers. prius tamen, & alij plures, qui in re, de qua extant textus aperti, consulto omittuntur: & ratio est, vt subdit Peregr. num. 2. quia in vlti-2 mis voluntatibus, vbi de commodo tractatur, masculinum concipit fęmininum leg. prima leg. inter stuprum 101. §. fin. & leg. illa verba la secunda 162. §. Pueri ff. de verb. significat. d. leg. si ita scriptum ff. de legat. 2. le. qui duos mulos 60. leg. seruis legatis 79. in princip. & in vers. pueris etiã legatis ff. de legat. 3. & ponunt scribentes adducti per Peregr. vbi supra, & alij plures, de quibus meminerunt Tiraq. in tract. lignag. §. primo glos. 9. numer. 222. & seq. Anto. Gabr. titul. de verbi significat. conclus. 6. Mantic. in tract. de coniect. ultim. volunt libr. 8. titul. 11. & Menoch. in tract. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 84. & 85. si non ex propria verborum significatione, vt aliqui voluerunt, & non sine ratione, quos recenset Tiraq. in dicta glos. nona numero 226. & seq. versiculo nec omnibus placuit, & nouissimè seq. Decian. cõs. primo numero 26. & seq. libro secundo, saltem ex impropria, & extensiua secundum Communem sententiam, de qua attestatur Peregr. loco citato numero 4. versiculo utrum autem, & probatur in dicta l. quisquis mihi, & in dicta l. iusta interpretatione ff. de verb. signif. & in l. cum in adoptiuis §. quæ in filio C. de adopt. in illis verbis, quæ in filio diximus, ad filias, & neptes extendimus, & notat glos. final. in dicta leg. inter stuprum §. fin. ff. de uerb. significatat, & magis in terminis loquendo, quod quãdo testator dispositiuè vocat filios in institutionibus, vel substitutionibus, filiæ feminæ in tali dispositione contineantur, voluit Peregr. dict. artic. 25. nu. 43. vers. capio secundum Casum principaliter, quod præsertim in hoc casu procedere habet, in quo vocati sunt filij non simpliciter, sed adiunctis verbis omnibus, & singulis, propter quæ magis de plano ueniunt fæminæ, non secus ac masculi per l. filij appellatione 84. cum glos. in verbo omnes ff. de verb. significat. Et quamuis vbi constat, quod aliter senserit testator, & aliqua euidens coniectura extat in contrarium, filiorum appellatio filiam, non comprehendat, sed de Masculis tantum intelligatur, & proinde fœminæ non dicantur vocatæ vt subdit Peregr. in dicto vers. capio secundum Casum principalem nume. 43. & infra dicetur, tamen nulla videtur in præsenti casu extare coniectura, quæ sufficiat sororibus testatoris ex fratre Neptibus, ostendatque mentem testatoris fuisse, vt non fęminæ, sed masculi ex Pasquino instituti hæredes censeantur, ut patet ex his, quæ idem Peregr. subijcit in proprijs terminis sub eod. numer. 43. & plurib. seq. & nos statim dicemus in 2. fundamento principali exclusionis agentium ex defectu cõditionis in earum vocatione appositæ.

Secundo principaliter motus fui, quia dictæ sorores Actrices non sunt vocatæ sim-3 pliciter ad hæreditatem testatoris, sed conditionaliter, vbi tempore mortis testatoris non extarent filij ex dicto Pasquino ipsius testatoris fratre, quæ conditio non extitit, sed expirauit, cum testator mortuus fuerit superuiuentibus dictis Vrsina & Alexãdra filiabus dicti Pasquini, quæ sub nomine filiorum continentur, vt supra probauimus, vnde testitutio euanuit, & omnis eius effectus cessat, quia deficiente conditione institutionis, deficit ipsa institutio l. legatũ C. de condit. insert. & agens ex conditionali dispositione obtinere nõ potest, nisi ostendat purificatã esse conditionẽ, cũ id sit propriũ intentionis suę fundamẽtũ vt dicit Beſſon. conſ. 59. n. 4. Cõstat enim, quod vbi de filijs facta fuerit mentio conditionaliter nõ solũ masculi, sed etiã fęminæ designant̃ prout si de liberis dictũ fuisset quę fęminæ

autem notandum est. Idem sentit Castren. in l.restituta, sub num.3. ad fin. vers.in quibusdam tamen locis,eod.tit.& in l.inter om nes,sub num.5.vers.& ideo multi errant, ff. qui satisd.cogant Licet enim lex aliquid ip-
19 so iure inducat,id tamen intelligitur patere volente,& declarante se velle, & non aliter, vt subdit Peregr.n.numer.64. vers ratio autem. Nec eidem Actrici prodesser, quod
20 postquam venit dies fideicommissi, illud licet per fideicommissarium non agnitum transmittitur ad eius hæredes agnoscendum, secundum communem opinionem Doctor.de qua attestatur Dec. consil. 478. col. 2. ante numerum 6. vers. & cum dicta Constantia, & cons. 490. col. penult. ante numerum 11.vers. postremo non obstat, & Peregr. alios referens vbi supra art. 22.nu. 3. vers. tertia est, quia adhuc non extant aliqui hæredes, nec aliquis comparuit, qui d. fideicommissum transmissum vt supra agnouerit, vt propterea cum nullum huc usque Ius ex dicto fideicommisso acquisitum esse videatur dicto Oderico, vel eius hæredibus;Domina Lucretia, quæ eo Iure nititur, nihil agat.

Responderi potest, quod immo Odericus agnouit fideicommissum Matthæi, &
21 propterea ex Iure in eius persona radicato potuit D. Lucretia agere pro recuperatione suarum dotium, pro quibus omnia dicti Oderici bona, & Iura hypothecata habet eo enim ipso, quod dictus Odericus in Codicillis cõfessus fuit bona ipsius esse subiecta restitutioni fideicommissi, & nihilominus in eisdem d. eius vxorem dotes suas consequi voluit, vtique de fideicommisso Matthæi intellexit; non autem Raphaelis, cum ascendentis, non transuersalis fideicommissa ex dotium causa minuantur, vt initio dictum fuit, & clarum est in Iure, quod quis disponendo de re sibi relicta,eam agnoscere, & acceptare dicitur, vt est textus apertus in leg. si auia C. de Iur. deliberand. & ibi notant omnes scribentes. Nec Iuri contrarium est, quod idem Odericus
22 tempore,quo acceptauit hæreditatem Raphaelis, dictum fideicommissum Matthæi ignoraret, postea autem tempore, quo Codicillos fecit, illud sciuerit, quia nihil repugnat, quin scientia potuerit superuenire;
23 nec ex præterito infertur necessario in præsens in his, quæ naturaliter sunt variabilia, & mutabilia,vt per Alciat. in tract. de præsumpt. reg.2.præsumpt.25. num. 2. & seq. vsque ad fin.

Cum ergo agnitum sit fideicommissum per Odericum, sequitur quod ex hypotheca D. Lucretiæ competẽte pro suis dotibus in bonis dicti Oderici, Ius quæsitum sit ipsi Dominæ Lucretię respectu huius Iuris, quod Odericus habebat ex dicto fideicommisso:cum generalis hypotheca tàm præsen
24 tia,quàm futura contineat l. fin C.quæ res oblig. poss.Neguf.in dict. tract.in 2.memb. 2.partis principalis numer. 1. & non solum comprehendat mobilia, & immobilia, sed etiam nomina debitorum, Iura, & actiones leg.3.& ibi Bart.& alij Doctor.C. de hæredit. act. Neguf. vbi supra num. 8. & seq. in 3. ampliatione, & ante eum Castr. cons. 198.notandum primo num. 1.lib.1.quo Iu
25 re quæsito vt supra vti potuit Domina Lucretia etiam quod illud post dictam agnitionem extinctum aliquo modo diceretur quo ad ipsum Odericum, vt ostendit Neguf. vbi supra in primo membro 5. part. princ. ad fin.num.56.vers. sed in vno contingit dubitari:& tandem vbi res dubia red
26 deretur ob allegata pro D. Petro, est tamẽ pronuntiandum pro Domina Lucretia,ne dotes amittat l. in ambiguis pro dotibus ff. de reg. Iur. Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

Quod dicens de nullitate sententiæ teneatur eam probare, etiam si in negatiua consistat. Et an minori detur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam ex eo tantùm, quod reportauerit sententiam contra: vel necesse sit probare læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Proponens nullitatem sententiæ tenetur illam probare ad fundandam suam intentionem, etiã si consistat in negatiua, & talis probatio debet esse clara & indubitata.*

2 *In dubio magis fauetur validitati actus, quam nullitati, & ideo sufficit ad excludendam Agentem ab ipsa nullitate, quod ea aliquàliter possit offuscari in Iure, vel in facto.*

3 *Minor non restituitur in integrum aduersus rẽ iudicatam ex eo tantùm,quod reportauerit sententiam contra, sed necesse est vltra minorem ætatem probare læsionem sui facilitate vel dolo aduersarij. Quod adeo verum est,vt quamuis minor in libello dicat se minorem, & læsum: non tamen bene concludat, nisi addat se læsum sui facilitate, vel dolo aduersarij.*

4 *Petens restitutionem in Integrum,an debeat habere nouam causam, idest,quod superuenerit de nouo noua causa petendi restitutionem in integrum,remissiuè.*

5 *Minor*

5 *Minor quando debet restitui aduersus rem indicatam, requiritur plena, & clara lesionis probatio, ita vt sententiarum iniquitas, & iniustitia euidenter appareat.*

6 *Ad excludendam restitutionem in integrum aduersus rem indicatam, satis est quod probatio iniquitatis, & iniustitiae, dubia, & incerta reddatur.*

CONSILIVM CXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis vertente inter admodum Magnificos, & Nobiles Dominos Ioannem Antonium, & fratres olim Illustris Domini Camilli de Albizis appellãtes ex vna parte, & admodum Magnificos Dominos Gherardum, & Matthiam fratres quondã Capitanei Simonis de Cinis appellatos ex altera, Remuli Excellẽtissimo Domino Iudici primarum appellationũ Ciuitatis Florentiæ, coram quo lis pendebat, partes eius esse in absoluendo dictos de Cinis appellatos à petitis per prædictos Dominos de Albizis, qui principaliter mouerant Iudicium nullitatis sententiarum in rem iudicatam transactarũ ad fauorem ipsorum de Cinis ex causis in actis expressis, & vbi mero Iure dictæ sententiæ valerent, petierant aduersus eas in integrum restitui ob minorem ætatem vnius ex ipsis fratribus de Albizis, & eiusdem in præfatis sententijs læsionem. Nam quò ad nullitatem non possunt Domini Albizi obtinere sententiam fauorabilem, cum non probauerint sibi ipsis incumbentia, & ex quo 1 enim proposuerunt nullitatem sententiarum tenebantur illam probare ad fundandam eorum intentionem etiam quod consistat in negatiua; vt in puncto notat Sebast. Vant. in tract. de nullit. tit. à quo, & quibus mod. possit nullitas probari, numero primo & seq. debebatque talis probatio esse clara, & indubitata, cum ob dubietatem cognitio nullitatis parum fauorabiliter in Iudicio recipiatur, sed potius faueatur validitati, & pro ea aduersus 2 nullitatem fiat interpretatio, Vant. in alleg. tract. tit. primo nu. 23. cum plur. seq. vers. si verò nullitas proposita, adeo vt sufficiat ad excludendum agentem ab ipsa nullitate, quod ea aliqualiter in Iure, vel in facto possit offuscari, Crauet. consilio 151. in fin. & alij adducti per Vant. in eod. tract. titul. fin. numero 127. versiculo insuper studere oportebit.

Quo verò ad restitutionem in integrum non possunt pariter ijdem Domini Albizi obtinere, quoniam nec in hoc capite probauerant necessaria ad reportandam victoriam, quia non eo ipso, quod quis sit minor, resti-3 tuitur aduersus rem iudicatam, nec dicitur læsus eo ipso, quod reportauerit sententiam contra, sed ad hoc, vt restituatur, debet vltra minorem ætatem probare se lęsum sui facilitate, vel dolo aduersarij Bald. in leg. fin. in princ. C. de in integrum restit. minor. Dec. in leg. nihil consensui §. 1. numero secundo & ibidem Cagnol. numero itidem 2. ff. de regul. Iur. Ias. in l. nam, & postea, quam legit cum lege ait prætor § si minor in 3. not. nu. 4. ff. de Iur. Iurand. Bellon. consil. 18. sub numero 19. versiculo præterea posito. Benint. decis. Bononiens. 85. numero octauo & alij per eos allegati, quod adeo verum est, vt quamuis minor in libello dicat se minorem, & læsum, non tamen bene concludat, nisi addat se lęsum sui facilitate, vel dolo aduersarij, Bart. in dicta leg. fin. in fin. C. de integr. restit. minor. & melius ibidem Bald. sub numero primo ad fin. Ias. in dicto § si minor numero quinto & Bellon. dicto consilio 18. sub numero 19. & tanto magis si vera sit opinio Be-4 lamer. decis. 409. quod petens talem restitutionem debeat habere nouam causam, idest vt declarat Maur. in tract. de restit. in integr. capitulo 268. propè fin. quod superuenerit de nouo noua causa petendi restitutionem, vt etiam voluerunt Isern. de appellat. parte quarta capitulo octauo numero tertio, & Stafile. de grat. expect. in vers. dicendum videtur super commissis literis iustitiæ numero qadragesimoprimo, qu[illegible]m tamen opinionẽ reprobat Odd. de restitut. in integrum quæst. 72. articulo quarto numero 72. Inquiens Iure non probari, cum qua nihilhominus videntur transite Marc. decis quinquagesimaquarta sub numero primo & tertio in secunda parte & Benint. dicta decis. octuagesimaquinta numero septimo versiculo immo antequam, licet de præfatis Doctoribus mentionem non faciant, & quicquid sit de hoc puncto etiam quod absque noua causa posset competere restitutio, illud cer-5 tissimum est, quod læsionis plena, & clara requiritur probatio ita ut sententiarum iniquitas, & iniustitia euidenter appareat, vt tradit Benintend. dicta decis. octuagesimaquinta numero quarto & multis seq. vbi n. 9. attestatur hanc esse magis Communem

T 2 opinio-

opinionem. Contar. in repetit. leg. vnicæ C. si de moment. possession. fuerit appellatum, limitatione octaua numero 29. vers. at hic sese offert, adeo quod satis
6 est ad excludendam ipsam restitutionem, quod probatio iniquitatis, & iniustitiæ sententiarum dubia & incerta reddatur, & merito cum in dubijs læsio aliqua considerari non possit, Dec. cons. 564. num. 18. & 19. & Crauet. cons. 142. num. 8. & alij per eos adducti in terminis restitutionis in integrum loquentes Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

Quo in casu ferenda sit sententia absolutoria à Iudicij obseruatione: Et an et quando minor possit agere in Iudicio Ciuili sine Curatore.

SVMMARIVM.

1 *Processus quando est nullus ex illegitimatione personarum Agentium, ferenda est sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, & idem fieri debet, vbi ex alio defectu processus, & actorum resultat, vt in nullitate ob incompetentiam Iudicis, vel ob non legitimam citationem, & formam statutorum non obseruatam.*
2 *Si feratur absolutoria sententia ab obseruatione Iudicij, quandoque agens ab expensis excusatur, & præsertim si pro minore agatur, & ex eius parte illegitimatio procedat, & aliquale Ius dubium versetur.*
3 *Minor viginti quinque annis de Iure Communi non potest in Iudicio ciuiliter agere sine Curatore, siue eum habeat, siue non; cum si eum non habeat, ille dandus sit: alias processus est nullus.*
4 *Si datus sit aliquis Curator, vel tutor filio in testamento, qui per Iudicem sit confirmatus, si talis confirmatio loquitur tantum de tutela, non de Cura, in ea solum habet locum, non autem extenditur ad Curam.*
5 *Tutor, & pro tempore Curator si solemniter cum Iuramento, & alijs promissionibus renunciauit administrationi tutelæ, & pro debito tempore Curæ, eamque alteri concessit, accedente consensu Matris ipsius minoris, & Iudicis decreto, non potest proprio facto contraueniendo ad dictam administrationem semel renunciatam redire, nullo actu iudiciario præcedente.*
6 *Plures Tutores, quando in testamento dati sunt, tunc vno deficiente vel per mortem naturalem, siue Ciuilem, siue per alium Casum, alius per Iudicem eius loco est subrogandus.*
Nisi ipse Iudex causa cognita ex qualitate tutoris vel Curatoris, qui remanet, & ex qualitate, & quantitate patrimonij, & alijs considerationibus remanenti tutori, vel Curatori vti habito pro sufficienti de per se administrationem in solidum concedat.
7 *Tutor, vel Curator illegitimè datus, vel qui non seruatis seruandis administrationem suscepit, Actorem ad litigandum pro minore constituere non potest.*
8 *Exceptio illegitimationis personæ agentis etiam pro minore recipitur, & magnus reputatur de fectus.*

CONSILIVM CXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi commissa ad referendum de Iure per D. officialem Palazzioli Romandiolæ Florentinæ retuli partes eius esse in declarando processum agitatum in Causa mota per Ioannem Mariam de Burghigianis vti Procuratorem Baptistæ olim Rutilij de Valmelijs constitutum a dicto Baptistam cum authoritate D. Philippi de Borghigianis vti eius Curatoris contra D. Iacobum Fabrium, & D. Magdalenam eius vxorem fuisse, & esse nullum, & inualidum, absoluendo successiue dictos reos conuentos ab obseruatione Iudicij per dictum Ioann. Mariam d. n. moti, reseruato Iure dicto Baptistæ minori alias melius, & aptius agendi.

Ad ita referendum motus fui, quoniam quando processus est nullus propter illegitimationem personarum agentium, ferenda est sententia absoluto narei conuenti non diffinitiuè, sed interlocutoriè ab obseruatione Iudicij, vt in alio
1 Iudicio agentes legitimatis personis eorum iura aptè experiri possint, vt in puncto concludit Fulgos. consilio 138. in quæstione, & causa in fin. sub numero tertio quod & fieri debet, vbi ex alio defectu nullitas processus, & actorum resultat, vt consuluit Cuman. loquens in nullitate ob Iudicis incompetentiam, non legitimam citationem, & formam statutorum non obseruatam cons. 86. Quamuis de Iure communi nume. 2. & tertio quod etiam tradit Dec. loquens in nullitate

tate processus ob citationem factam de minore vigintiquinque annis pubete sine Curatore conf. 549. requisitus à spectabili virorum. 1. & seq. & generaliter ex quacunque causa processus fabricatus sit nullus. notat Rober. Marant. in tract. de ord. iudiciar. in 5. part. princ. sub num. 50. vers. secundo modò, vbi latè insistit, quo in casu etiam,
2 quandoque agens ab expensis excusatur, & præsertim si pro minore agatur, & ex eius parte illegitimatio procedat, & aliquale iuris dubium versetur, vt in terminis voluit Fulgos. d. cons. 138. in fi. Quod autem in præsenti casu adsit nullitas processus ex parte minoris agentis ex eo patet, quod de Iure
3 Communi minor vigintiquinque annis, vel ex statutis decem & octo, etiam si sit maior quatuordecim, nō potest sine curatore in Iudicio Ciuili agere, siue ipsum Curatorē habeat, siue non, cum si non habeat, illi dandus sit, per ea, quæ congerit Vant. in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defectu inhabilitat. seu mandati num. 28. & plurib. seq. versic. fragilitate consilij, de qua inhabilitate, seu minori ætate non legitimè agentis per aduersarium opponi potest quandocunque tàm ante, quàm post litem contestatam, vt docet Vant. loco citato numero trigesimooctauo versic. & exceptio huiusmodi post princ. Et ante eum Fulgos. dict. conf. 138. ante finem, ibi, quoniam de mandato petentium.

Nec dicatur, quod Constitutio procuratoris facta sit cum minore cum interuentu D. Philippi de Borghigianis eius Curatoris in
4 præsentia Iudicis in eo ipso actu, in quo cū eiusdem Curatoris autoritate, & Iudicis præsentia immiscuit se hæreditati paternæ ex testamento sibi delatæ die scilicet quarta septembris 1600. & quod antea usque sub die 12. septembris 1596. dictus D. Philippus ipsi minori constitutus in testamento paterno tutor, & Curator fecerit se per Iudicem in tutorem, & Curatorem confirmari: quia ad hoc respondent Domini informantes pro reis, quod confirmatio illa non loquitur nisi de tutela, quæ tempore dictæ Constitutionis procuratoris finita erat excedente minore ętatem annorum quatuordecim, quo tempore de Curatore agendum est, & non amplius de tutore, vltra quod ex actis colligitur, quod iam satis ante dict. procu-
5 ratoris constitutionem dictus D. Philippus solemniter cum Iuramento, & alijs promissionibus renunciauit administrationi tutelæ, & pro debito tempore curæ dicti Baptistæ, eamque accedente matris ipsius minoris voluntate, & Iudicis decreto concessit Cosmo Valgemiglię dicti Minoris patruo, recepto ab eodem fideiussore de bene administrando, & debitam rationem reddendo ex publico instrumento superinde confecto die 25. septembris 1597. vt proinde proprio facto iurato contraueniendo non videatur sic de facto potuisse ad administrationem semel renunciatam redire, & tanquam Curator autoritatem minori prętare nullo super hoc actu iudiciario præcedente. Sed præter hęc nullatenus spernenda, inhabilitatem dicti D. Philippi ex alio vrgentiori fundamēto argui posse putaui, nam cum Rutilius pater minoris in suo testamento constituerit tutores, & pro debito tempore curatores D. Philippum prædictum & Iulianum de Vincalibus non simpliciter, sed his verbis adiunctis, omnes insimul, clarum est quod dictus D. Philippus solus non potest tutelam, & curam administrare, quia quando plures dati sunt tutores testamentarij etiā simpliciter, vno deficiente vel per mortem Ciui
6 lem vel per mortem naturalem, uel per excusationem, aut per alium casum, alius eius loco per Iudicem subrogādus est, vt est tex. in l. si quis sub conditione ff. de testament. tutel. in vers. plane si duo, nisi ipse Iudex causa cognita ex qualitate tutoris, vel Curatoris, qui remanet, & ex qualitate, & quantitate patrimonij, & alijs considerationibus aliud faciendum esse statuat, & remanenti tutori, vel Curatori vti habito pro sufficienti de per se administrationē insolidum concedat, vt eleganter dict. tex. declarando dicit Socin. sen. consil. 193. in in primo dub. per totum libr. secundo, & post eum pulchrè explicat Vinc. de Franc. decis. 214. excusato vno per totam in prima parte, adeo quod cum non constet in processu, quod Iulianus qui viuit, se excusauerit, minusque quod Iudex tali excusatione cognita habuerit solum D. Philippum, pro sufficienti ad administrationem, non vidi quomodo ipse D. Philippus solus, & in solidum voluerit hoc onus suscipere repugnante voluntate Testatoris, qui illi socium dedit, & non vni soli, sed ambobus tantum simul administrationem dare voluit: & si dictus D. Philippus legitimam personam Curatoris non habuit, nullam validam auctoritatem minori constituendi
7 procuratorem ad lites impartiri potuit, vt in puncto de Tutore, qui sibi incumbentia ad rectè administrandum non fecerat, quod actorem constituere non potuerit ad litigandum pro minore, notauit Fulgos. d. consil. 138. sub num. secundo, post. ver. hæc sunt quę pro actoribus. Nec ex eo, quod de causa minoris agatur, exceptio hæc illegitimationis pſonę agētis respuēda fuit, quia defectus

8 huiusmodi nimis est vrgens, maiorque reputatur defectu Iuris in ipso agente, & est talis, quod nunquam includitur in statuto quaslibet exceptiones reijciente, vt probat Vant.in allegat. tit.num.1.& 2.Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

Contra fideiussorem, qui tanquam principalis, & principaliter erat obligatus, conceditur executio obligationis factæ per publicum Instrumentum in forma valida confectum: & an per compromissum, quod declarauit instrumentum, in quo de debito constabat ante ipsum compromissum, fiat nouatio: & quomodo nouatio probetur.

SVMMARIVM.

1 *Executio contra obligatum vti fideiussorem, vel principalem, & principaliter per Instrumentum publicum in forma valida confectum concedi debet Creditori agenti.*

2 *Exceptiones de non adimplemento ex parte Agentis, vel de impedimento, quando opponi possint.*

3 *Nouatio facta à Creditore cum debitore sine aliquo fideiussoris facto, & interuentu, eum à fideiussione liberat.*

4 *Et quando nouatio non dicatur facta.*

5 *Ope exceptionis non dicitur facta nouatio nisi expressè dicatur, vel ea coniecturis clarè cognoscatur.*

6 *Et maximè quando fuit factum compromissum, & ex eo latum laudum, & secuta emologatio.*

7 *Per laudum, quod ad instar sententiæ redactum est, non fit nouatio extinctiua primæ obligationis, sed illi accumulatiua, quia additur noua actio Iudicati.*

8 *Quod multo magis procedit, si in laudo est facta specialis, & expressa reseruatio, & cum declaratione quod nec Instrumento primo, nec fideiussori in eo instrumento præstito censeatur derogatum.*

CONSILIVM CXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente coram Magnificis Dominis Prioribus Terræ Fiuizzani contra Antonium de Gualbertis appellantem ex vna parte, & Ioannem Augustinum Acconcium, & litis Consortes appellatos ex altera, Retuli partes dictorum Dominorum Priorum esse in pronuntiando bene per D. Iudicem à quo iudicatum ex relatione Consultoris in Causa electi, & male per dictum appellantem appellatum. Quia intentio dicti Ioannis Augustini, & aliorum appellatorum, qui in Causa principali sunt Actores contra dictum Antonium appellantem, & reum conuentum vti fideiussorem & tanquam principalem, & principaliter obligatum pro Magistro Andrea Crotense vi detur fundata vigore obligationis factæ per publicum Instrumentum in forma valida confectum cum Iuramento renuntiationibus, & alijs Clausulis in eo contentis, cuius 1 virtute executio contra dictum obligatum concedi debuit ad fauorem dictorum Agentium, vt in terminis nostris tradit Grat. resp. 126. num. 1.& seq.lib. primo. Nec obstant exceptiones per dictum reum conuentum oppositæ de non adimplemento pro parte Agentium, & de impedimento, quod ex eorumdē causa superuenit Magistro Andreæ principali ipsius rei conuenti, vt non potuerit perseuerare in conductione, quia penitus sublatę fuerunt per D. Consulto- 2 rem in eius motiuis, cuius dicta latiori calamo comprobauit D. Aduocatus dd. Agētium, quibus hoc vnum addēdum est, quod de prædictis disputare inutile videtur, & superfluum, cum agentium petitio respiciat debitum Magistri Andreę contractum ante factum compromissum, de quo opponitur, & de laudo inde secuto, & ratificato, exceptiones autem prædictę respicient tempus decursum post ipsum compromissum, & laudum, & emologationem, vt intuenti processum patere potest, quæ responsio tollit etiam aliam exceptionem per eumdem reum oppositam de nouatione ex dicto compromisso secuto laudo, & eius ratificatione sine aliquo ipsius fideiussoris interuentu

3 teruenem,qui propterea se liberatum præten dit,vt in terminis notant Bald.conf.77. Quidam D.Galeatius num. 2. versic. sciendum est lib. 1. & Grat.dicto respons. 126. sub nu. 4.& seq.versicul.& primo quod lib. primo, nam cum debitum,ad quod agitur,contractum sit ante ipsum compromissum, & laudum ac emologationem, & per ipsum met 4 laudum declaratum, quærendum non videtur de nouatione ex tali compromisso, laudo,& ratificatione, de qua solum disputatio cadere posset ob debita, quæ postea contracta dicerentur, vltra quod,& si talis disputatio admittenda esset, vel etiam si ageretur de debito contracto post compromissum, laudum & ratificationem, non tamen ipse fideiussor prout nec principalis ab obligatione præcedente liberatus censeretur, nec per tale compromissum laudum,& ratificationem recessum diceretur à primo instrumento; quia hodie non dicitur facta nouatio etiam ope exceptionis,nisi expressè dicatur, vel ex coniecturis clarè cognoscatur l. fina. 5 C.de nouat. §. præterea instit.quibus mod. tollitur obligatio, & vtrobique scribentes Afflict.decis 44.sub num. 15.Bellon.consil. 44.num. 3.versic.3.considetãdum. Gozad. dicens Communem conf. 38. sub nume. 1. And.Gail.lib.2.practic.obser.in 30.obseruatione num.3.& 4. versic. sed contraria opinio,inquiens esse opinionem veriorem, & ab Imperiali Camera obseruatam, latè Rõchegal.in l.3.num. 14. versicul. addas nunc, & diffusius nu. 17.& 18.versic.& quoniam, & versicul.aduertendum tamen, ff.de duobus Reis, vbi plurimos refert de Communi,& magis Communi testantes, Grat. dicens communem, respons. 89. nume. 12. & sequen.versic.non obstat lib. 1. Soc.loquens in fideiussore consil. 21. nume. 3. & multis sequent. versicul. verum prædictis non obstantibus lib. 1. & Grat.itidem loquens in fideiussore d.respons. 126.num.9. & esse magis Communem inquit Socin.conf.89. sub num.2.versic. præterea, & secundo libro 3. 6 quam postea probat num. 3.4.5.in terminis nostris,quando post obligationem primam factum fuit compromissum, & ex eo latum laudum,& secuta emologatio, cum quo cõ ueniunt Ias.consil. 168.colum. 9. nume. 15. versicul. sed non insistendo in verbis libr.4. & Durans.de Atte testan.tit. 11. de acquir. vel repud.hæredit.caut.9.sub num.1.versic. præterea si qua nouatio, nam vt ipsi dicunt 7 per laudum, quod ad instar sententiæ redactum est, non fit nouatio extinctiua primæ obligationis,sed illi accumulatiua, quia additur noua actio iudicati,& licet non desint, qui contrarium teneant, tamen dictæ sententiæ Socini & aliorum adhærere videtur Ronchega.in d.l.3.in princ.num. 19. versic. ex quo infertur, qui etiam adhoc adducit Specula.in tit.de arbitr. & arbitrat. §.sequitur de quibusdam notabilibus in versicul. hoc quoque notandum est, & versic.Item quæro an actio nouetur; Et quando hoc du 8 bitabile esset in se,procederet tamen in proposito nostro sine aliqua difficultate ex eo, quod in laudo fuit facta specialis, & expressa reseruatio dicti Instrumenti, cum declaratione,quod nec illi, nec fideiussioni in eo præstitæ derogatum censeretur, quæ quidẽ reseruatio nouationem impedit, & Iura primææ obligationis conseruat, vt in puncto dicunt Bald. d.consl.77. nume. 2. versicul.in contrarium est veritas lib. 1. & Socin. dicto consl.89.sub num. 2. versicul. tertio quia arbitrator lib. 3. qui propriè loquuntur quando reseruatio fuit facta per arbitratores, vt in præsenti casu, Gozad.in d.consil. 38. sub num. 2. versic. Secundo licet, & Grat. dict. respons. 126.nume.8,versic. nam ad ista,qui licet loquantur in reseruatione à partibus facta in secundo instrumento de contentis in primo, optimè tamen sententiam hanc probant. Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

Si testator dicit, quod deficientibus quibusdam lineis, bona sua perueniant ad eius sorores, & illarum descendentes masculos, an veniant ad fideicommissum Descendentes masculi ex fœminis dictarum sororum? in qua materia multa dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione descendentium masculorum an veniant masculi ex fœminis per totum.*
2 *Descendentium masculorum appellatione in materia feudali veniunt descendentes ex fœminis.*
3 *Verbum masculus de proprietate sermonis comprehendit omnes masculos tàm descendentes ex fœminis, quàm ex masculis.*
4 *Lata sit mentis interpretatio vbi non reperitur ambiguitas voluntatis, sed verborum.*
5 *Fœminæ licet excludantur à fideicommisso, non tamen excluduntur earum descendentes masculi, & quomodo hoc procedat.*
6 *Iudex primæ appellationis est Iudex reuocationis Florentiæ.*

CON-

CONSILIVM CXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PVrificata conditione apposita in Testamento Baptistæ quondã Frãcisci olim Bartolomei de Nellis ex defectu trium linearũ de propria Agnatione ad fauorem DD. Magdalenæ, Costantiæ, & Lucretiæ neptum Testatoris ex Susanna eius sorore germana, & vxore Aloysij Tosinghi & earum filiorũ masculorum legitimorum,& naturalium, ac descendentium per infrascripta verba formalia. 1

Et mancate tutte,& finite dette tre linee tutti detti miei beni compresi nel sopradetto Inuentario da farsi come sopra lascio, & voglio siano,& restino liberi delle sopradette Maddalena, Gostanza, & Lucretia figliuole furono di Luigi Tosinghi, e della Susanna mia Sorella carnale,& à ciascheduna di loro per la terza parte, e di poi de loro figliuoli maschi legitimi, & naturali, e loro descendenti,& di quelle non restassero, ò lasciassero figliuoli maschi,ò descendenti maschi come di sopra,restino à gl'altri maschi, & descendenti di chi di loro n'hauesse. Quęritur an Domini de Bardinis, Strozzis, Acciaiolis, Nasis, & Gondis nati ex filiabus fęminis dd. DD. Magdalenæ, Constantiæ, & Lucretiæ dicti Testatoris ex sorore neptum tempore dictæ purificatæ conditionis extantes tanquam masculi, & à dictis Neptibus descendentes admitti debeant ad dictum fideicommissum nullis præsertim masculis per masculos descendentibus à dictis Testatoris Neptibus in rerum natura existentibus, An verò potius repellendi sint. In qua difficultate adeo variè à Doctoribus nostris responsum fuit, vt quid de Iure, & pro veritate tenendum sit, non facilè cognoscatur: Incidimus enim in eam quæstionem, an descendentium masculorum appellatione cõtineantur masculi ex fœminis prouenientes? in qua disceptatione multi partem negatiuam amplexi sunt, eo quod quando in aliqua dispositione vocantur descẽdentes masculi, & dispositio de masculis descendentibus ex masculis intelligenda est, non autem de descẽdentibus masculis, qui à fœmina descendunt, vt post Ricar. Malum. Ioan. And. Bald. Mathesi. Cremen. Castr. Alexand. Ias. Modern. Paris. & Greg. Lopez. tradit Ludouic. de Molin. in tract. de Hispanor. primogenijs lib. 3. cap. 5. num. 45. 46. & 47. versicul. sexta conclusio, quibus adduntur Crauett. cons. 22. num. 10. Menoch. cons. 172. per totum lib. 2. & in eod. casu Cephal. cons. 581. etiam in toto lib. 4. & Peregr. in tracta. de fideicomm. art. 26. num. 8. versicul. in contractibus verò num. 15. versic. in vltimis verò voluntatibus,& num. 19. versic. ex præmissis infertur, vbi sequitur Menoch. & Cepha. inquiens pro eadem parte consultum prius respondisse, & secundum dicta eorum consilia sententiam latam fuisse,& deinde confirmatam,& executam Venetijs, Quorum opinionem consulendo secutus fuit Surd. cons. 316. per totum lib. 3. quam opinionem etiam late firmat Decian. cons. 127. in primo dubio per totum lib. 3. & huic sententię subscripsit D. Primus Iudex Quarteriorum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis, quæ conclusio ea potissimum nititur ratione, adducta per Bald. in l. 1. ff. de Senator. quod non potest plus Iuris esse in Causato, quàm influenti potentia causæ, sicut enim fœmina ipsa excluditur à successione, similiter etiã masculus ab illa descendens excludendus erit: & istud est, quod alij alijs verbis dicunt scilicet, quod rami, seu palmites ex radice infecta prouenientes sunt infecti, & non sunt recipiendi, sed excludendi prout radix ipsa non recipitur, sed excluditur per regulam l. si viua Matre, C. de bonis maternis,& §. reliquum in auth. de hæred. ab intest. venien. cum vtrobique notatis per Scribentes, & in alijs locis vulgaribus, & nouissimè per Peregr. in tract. de fideicom. articul. 26. sub num. 6. & 7. versicul. contrarium determinauit.

Cæterum cum Descendentes ab aliquo dicantur esse omnes siue sint masculi, siue fęminæ, qui ab eo proueniunt,& descendãt vsque in infinitum. cap. nouit. de Iudic. leg. liberorum, leg. cognoscere, §. liberorum, ff. de verbor. significat. l. fin. C. de suis, & legit Alex. cons. 160. num. 2. lib. 2. cons. 24. num. 13. lib. 5. Socin. cons. 51. num. 1. & seq. lib. 4. Dec. cons. 233. nume. 1. & in d. cap. nouit in 6. notab. num. 32. Gozad. cons. 20. nume. 8. & alij adducti per Mantic. in tracta. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. vlt. num. 13. versic. primum itaque,& nouissimè Peregr. in tracta. de fideicommiss. art. 25. nume. 10. vers. liberorum autem,& descendentiũ nomen, & Surd. decis. Mantuan. 66. nume. 2. Negari non potest, quin descendentium masculorum appellatione masculi ex fęmiuis descẽdentes contineantur, etiam ex vera naturali,

li,& propria verborum significatione vt est tex. in auth. de hæred. ab intest. venient. post princ. in illis verbis si quis igitur descendentium ei, qui intestatus moritur cuiuslibet naturæ,& gradus, & siue ex masculorũ genere, siue ex fœminarum descendens, & paulo infra in illis verbis nulla introducenda differentia siue masculi, siue fœminæ sint, ex masculorum, seu fœminarum prole descẽdant, quem textum vltra alios ponderat Mantic. d. tit. vlt. num. 14. & 15. & probatur etiam in cap. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis inuesti. accipit, vbi in materia feudali verba hæc descẽdentibus masculis intelliguntur de Nepotibus ex filia, cum tamen in feudis non solum fœminæ, sed omnis earum linea excludatur ca. 1. §. hoc autem qui feud. dare poss. nam propter vim illorum verborum etiam in materia feudali tales nepotes admittuntur, quod aperte liquet ex ratione in eo textu posita in illis verbis, non enim patet locus fœminæ donec masculus superest, ex quibus colligitur, quod talis masculus, qui ex fœmina descendit, comprehenditur, sub illis Verbis, descendentibus Masculis, vt perpendit Alciat. consi. 15. num. 2. & 3. lib. 8. quem refert & sequitur Mantic. d. ti. vlt. num. 16. Quam considerationem facit idem Alciat. consil. 34. num. 7. versic. Secundo probatur libr. 9. vbi etiam ad hoc ponderat illum textum, dũ dicit, quod si concessum sit feudum descendentibus masculis, & his non existentibus fœminis, si moriatur pater absque masculis, succedunt fœminæ, & filius masculus fœminæ excludit omnes fœminas, quia nisi in illis verbis descendentibus masculis comprehẽderetur masculus natus ex fœmina, debuisset ille æqualiter succedere cum fœminis, non autem eas excludere, & respondet Alciat. in vtroque loco, Aret. & Iason. l. Gallus §. nunc de lege, ff. de liber. & posthum. intelligentibus d. capitulum primum. quando à principio feudum fuerat concessum fœminæ, quæ non videtur excludere voluisse genus suum, quod ista intelligentia est contra illum textum in illis verbis, qui sibi, & contra Rubricam loquentem de eo, qui sibi, quæ verba sunt masculini generis, & non possunt de sola fœmina intelligi, adeo quod cum descendentes Masculi verè, & propriè dicantur etiam, qui ex fœminis proueniunt, vt ex prædictis apparet, & ex subijciendis clarius demonstrabitur, mirum non videtur si hic ad illud fideicommissum admittuntur, ad quod descendentes masculi reperiuntur vocati, vt in terminis tradunt Bald. consilio 157. sub num. 1. lib. 2. & ibi Calderin. & alij subscribentes num. 16. Fulgos. consil. 85. ex non

facto proponitur per totum Castr. in l. 1. in 2. not. num. 3. & 4. C. de conditionib. insert. & ibi etiam Corn. num. 17. & seq. versic. an autem dicatur, idem Castren. licet non multum clarè cons. 91. num. 4. lib. 2. Socin. in l. Gallus, §. nunc de lege num. 7. versic. tertio deciditur, & vers. quam tamen dupliciter, & ad fin. sub num. 10. versic. ex quibus infertur ff. de liber. & posth. Ruin. cons. 49. nume. 2. vers. sed tamen præmissis & cons. 120. num. 8. & 9. libr. 1. Rube. Alex. cons. 22. quod est repetitum in cons. 28. num. 11. & seq. versic. quartus Casus. Corn. cons. 246. nu. 9. & 10. versic. concurrit etiam lib. 2. Dec. in d. capi. nouit in 6. not. sub num. 32. 33. & 36. Socin. Iun. cons. 2. in toto libr. 3. Tiraquel. de Iure primoge. quæst. 13. num. 1. 2. 3. 4. & 5. Guid. Pap. quæst. 612. nume. 1. Alb. cons. 86. nu. 3. 4. & 5. & cons. 87. Item nume. 3. & sequent. Roland. à Val. cons. 76. num. 15. & 16. vers. quarto adducitur lib. 3. Alcia. cons. 15. num. 1. & seq. lib. 8. & cons. 104. num. 1. cum multis sequentibus lib. 9. Quos omnes refert, & sequitur Mantic. d. tit. vlt. num. 20. versicul. octauo & vltimo, & vltra eum Alciat. cons. 34. num. 6. 7. 8. vers. nec obstat primum, & cons. 127. num. 1. cum seq. lib. 9. Quam opinionem consulendo firmant Surd. consilio 368. in 1. dubio libr. 3. vbi etiam respondet auctoritatibus in contrarium adductis, & cons. 317. num. 13. vers. si verò alias eod. lib. 3. Beroi. cons. 77. nume. 8. vers. Item quia, & iterum num. 9. ad fin. versic. & propterea, & latius cons. 120. num. 53. & multis sequent. vers. quarto principaliter libr. 2. qui pariter respondet contrarijs, Curt iun. cons. primo, nu. 24. vers. Sexto aduertendum, Guid. Pap. cons. 176. in 4. dub. Veggi. qui consuluit in eodem casu cum Alba supracitato cons. 63. num. 75. & plurib. seq. Peregr. d. artic. 26. nu. 17. vers. contra verò, & est magis communis opinio, & ipsa veritas, vbi aliud in contrarium non extat, puta vel subiecta materia, vt in feudo, vel fauor agnationis, vel mens disponentis, vt dicit Alba in locis allegatis, & Beroi. d. cons. 120. numer. 57. & pluribus seq. vers. sed quoniam ex aduerso, Alciat. d. cons. 34. num. 8. vers. confirmatur hæc opinio lib. 9. cons. 104. sub num. 1. & sub num. 12. eod. lib. 9. & Mantic post plures per eum relatos d. tit. vlt. sub num. 20. & in fortioribus terminis tradit Cepol. cons. ciuili 7. sub num. 15. vers. [illegible]

Item quod ista verba in prioribus Impressis, vbi etiam dicit esse opinionem veriorẽ, & communem, & vti talem se eam tenere, & sequi, prout in proposito nostro nihil obstat, quia materia subiecta non repugnat, agnationis fauor non consideratur, & mens dispo-

disponentis est indifferens, vt propterea standum sit verborum proprietati, secundum quam descendentium masculorum appellatio masculos ex feminis descendentes cõprehendit, vt subdit Alba d.cons.86.sub nu. 5.& d.cons.87.sub num. 8. & dicit Surd. d. cons.308.num.14.quod est vera conclusio, quod vbi non fuit habita ratio agnationis appellatione descendentium masculorum veniunt masculi ex fæminis ex proprietate sermonis, quia censetur habitus respectus ad simplicem qualitatem sexus, quæ sufficit, quod reperiatur, & idem dicit d.consilio 317.sub num. 13. & copiosè tradit post plures per eum relatos Ludouic. de Molin. d. cap.5 num.48.& 49.versic. hęc autem conclusio, dicens secundum hanc opinionem decisam fuisse litem satis controuersam super quodam opulẽtissimo primogenio, quã decisionem secutus fuit Hondede.consil. 8. num.19.vers.& quia omnis, libro secundo, & cum ea etiam transit Aluar. Vallas.in tracta.de Iure emphyt.quęstio.41.nu.5.versic. eum autem, & secundum eandem opinionem pariter decisum fuisse per Supremum Senatum Regni Lusitaniæ testatur Ant. de Gamma.decis.294.qui opinionem hanc rationibus, & auctoritatibus probat, & illam etiam iudicando secuta fuit Rota Romana decis.15. in 2. parte in nouissimis diuersorũ, probans num. 1. quod ęquè propriè dicitur masculus tàm is, qui descendit ex linea fœminina, quam qui ex masculina, subdens nume.2.post Albam supra relatum, quod veritas est, & magis communis opinio, vt sub verbo masculorum etiam proprietate sermonis attenta comprehendantur omnes masculi tàm descendentes ex fæminis, quã ex masculis, nisi aliud suadeat subiecta materia, aut fauor agnationis, vel mens disponentis, & dicit eleganter Bald.in d.cap.1. de eo, qui sibi, & hæred. suis num.2. versic. sed immediatè oppono, quod siue per masculos, siue per fæminas nascantur posteri, dicuntur descendere ex corpore primi parentis per illum textum notabilem.

Nec masculinitatis qualitas expressa in substitutione sicut excludit fæminas nascẽtes ex dictis Magdalena, Constantia, & Lucretia testatoris Neptibus, ita & masculos descendentes ab eis excludere debet, quia illud verum est, quando fuit adiecta fauore agnationis, secus si fauor huiusmodi cessat, puta quia illa qualitas ad fauorem cognatorum, & collateralium per fæminas fuisset expressa, vt in occurrenti casu, quia tunc masculos per fæminam descendentes non excludit, qui sub verbis ex proprietate continentur, vt dicit Beroius d.cons.77.num. 11. versic. nec obstat, quod masculinitatis qualitas lib.2.& cum Testator nullam in primo capite substitutionis habuerit rationẽ agnationis propriæ substituendo neptes de aliena familia Tosingorum, & earum filios, & descendentes masculos, qui pariter nubentibus dd. neptibus de alienis familijs extituri erant, multo magis dicendum est, quod voluerit aliorum familias maximè ignotas, & incertas, & à futuris neptum coniugijs dependentes conseruare, vt propterea vocando filios, & descendentes ex neptibus masculos respexisse solũ dicatur ad ipsum genus masculinum, ad quod maiorem affectionem habuerit, quàm ad fæmininum, quo nobilius, dignius, & præstantius est, quę ratio affectionis propter nobilitatem, dignitatem, & præstantiam sexus locum habet non solum in filijs masculis dictarum triũ neptum, sed etiam in nepotibus masculis earundem ex filiabus fęminis prouenientibus, vnde pari ratione voluntatis, & affectionis admittuntur nepotes masculi dictarum neptum ex filiabus sicut si ex filio masculo prouenissent, admitterentur, vt in puncto dicit Mantic.d. tit. vltimo sub nume. 17. post vers.secundo dicebam, & antea in non absimili specie nu.4.vers.item si nullam, quod & antea eleganter scripsit Socin.iun.d. consil.2.nume. 27. vers. superest respondere ad quintum, & bene seruit Grat. cons. 120. in 6. fundamento sub nume.22.lib. 2. Nec est dicendum, quod vltra istam qualitatem masculinitatis expressam alia qualitas, quæ verbis non fuit expressa, subintelligatur, idest, & per masculum, vt considerat Beroi. dict. cons.120.sub num 31.ad fin.vers. & quamuis lib.2.maximè quia, si ita sensisset Testator, id ei facile fuisset exprimere, quod cum non fecerit, noluisse intelligatur l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C.de caduc.tollen. satisque videtur fuisse, quod testator admiserit vnam differentiam à legibus quasi naturæ accusatricem damnatam inter masculos, & fęminas, dum post neptes earum filios, & descendentes masculos tantum vocauit absque eo, quod aliam similem adderet in ipsis masculis, vt scilicet ex masculis, & non ex fęminis descenderet, vt aduertit Fulgos.d.cons.85.col.fin.versic. satisque sit, Quod præsertim dicendum est, cum nulli extent descendentes masculi, ex masculis dictarum neptum, neque in pari, neque in remotiori gradu, quorum fauore contenderetur contra propriam verborum significationem sub descendentium masculorum appellatione masculos ex fęminis non venire iuxta ea, quæ notat Aleiat. d.cons.15.sub num.6.vers. non obstat dicta lex. & versic.

non obstat,quod in donatione lib. 8. & dict. cons. 34. sub num. 8. & 9. versic. 2. principaliter respondetur lib. 9. & Mantic. post Ruin. per eum allegatum d. tit. vltimo, sub num. 20. circa medium versic. & in terminis legitur, & iterum ante numerum 31. versicul. præterea sine veri præiudicio, & ante eum Grat. cons. 120. in 6. fundamento sub num. 22. lib. 2. de quo non fuit immemor d. Mantic. vbi supra num. 27. versicul. neque in his terminis, quod ante hos omnes colligitur ex Ancha. & Florian. de Sancto Petro inter consi. ipsius Anchar. cons. 359. num. 3. vers. his non obstantibus, & infra, & ex Fulgos. d. consil. 85. col. 2. sub num. 2. versic. & Posito; Cui conclusioni potissimum inhæren dum est in specie nostra, in qua Testator deficientibus tribus lineis de propria agnatione primo vocauit neptes ex sorore de aliena familia, & mox earum filios, & descendentes Masculos eorum patrum familiam secuturos, initium substitutionis capiendo à fœminis, quo in casu masculorum mentio non intelligitur facta ratione conseruandæ agnationis, sed solum ex causa prælationis masculis tributæ, in quos bona fluere voluit, licet non essent de agnatione sua, vt in indiuiduo consuluit Rubeus d. cons. 22. num. 11. & seq. vers. quartus casus est, cum quo sentiunt Corn. in d. l. 1. sub num. 19. vers. sed aduerte, quia casus est dubitabilis, C. de conditionibus insertis, & consil. 246. circa finem sub num. 10. versic. & maximè cum alias lib. 2. Socin. in d. l. Gallus d. §. nunc de lege sub num. 6. in fin. versic. quibus etiam adde, & latius sub num. 7. versic. secundo potest etiam limitari Socin. Iun. d. consil. 2. num. 12. & 13. versic. tertio probatur, & Tiraquel. de Iur. primogen. quæst. 13. num. 11. versic. quartus Casus, quos omnes refert, & sequitur Mantic. loco sæpius citato num. 33. versic. præterea in illis, cum quibus conueniunt Ludouic. de Molin. d. cap. 5. num. 50. versic. Septima conclusio. Roland. consil. 76. num. 6. & seq. vsque ad fin. vers. verum præmissis non obstantibus lib. 3. & Peregr. d. artic. 26. nu. 13. versic. Quarto limitatur, & iterum nu. 17. versic. contra verò, & alij per eos relati, & sensit Alciat. d. consil. 34. sub num. 7. lib. 9. & Decian d. consil. 127. sub num. 17. in fin. lib. 3. & est decisio firmata per Anchar. con sil. 339. col. 5. & 6. sub num. 6. & 7. vers. sed dicere, & sentire oppositum & versic. tertio, quod proles fœminina; Nec ita strictè intelligenda sunt substitutionis verba, sed benignè potius, cum fideicommissum extare apertum sit, & disputatio tantum consistat circa personas, quibus debeat restitui, vt per Mantic. in tit. vlt. num. 36. versic. secundo respondi, vbi enim non voluntatis, sed verborum adest ambiguitas, lata fit interpretatio, vt idem Mantic. notat in eod. tract. lib. 7. tit. 1. num. 32. versic. Secundo non obstat, & tradit in proposito nostro Fulgos. d. consil. 85. col. fin. versic. & cum benignius etiam.

4 Nec repugnant authoritates in contrarium adductæ, quoniam intelligendæ sunt, vbi subiecta materia aliud suadet, vel fauor agnationis consideratur; vel voluntas Testatoris sic exposcit, vt ex supradictis apparet, vel loquuntur in alijs terminis, vt considerat Rubeus plures casus distingnens d. consil. 22. num. 6. & seq. quem sequitur Tiraquel. d. quæst. 13. num. 8. & seq. versic. porrò. Nec nocet Crauett. d. consil. 22. num. 10. quia intelligendus est, pront. docet Mantic. d. tit. vltimo num. 74. cum seq. versic. ad authoritatem, & ad dicta per Menoch. d. consil. 172 & Cephal d. consil. 581. copiosè, & subtilirer respondet idem Mantic. nihil intactum relinquens d. tit. vlt. numer. 21. & infra vsque ad fin. post quam opinionem suam optimis fundamentis probauit num. 11. & seq. Nec dictis per ipsum Mantic. replicat Peregr. d. artic. 26. & licet afferat contra ipsum Mantic. latam fuisse sententiam, non propterea ita facile à contraria opinione discedendum est, cum & pro ea iudicatum fuisse videremus ex attestatione Ludouici de Molin. & in eam sententiam etiam iudicando iuisse supremum Senatum Regni Lusitaniæ, & Sacram Rotam Romanam, opinioni quorum Tribunalium quantum deferendum ab omnibus alijs sit, nemo est, qui ignoret. Nec uis facienda est in allegatis per Surd. d. consil. 316. cum idem author contrarium tenuerit post longam articuli discussionem d. consil. 308. toto, & cum eadem opinione transiuerit postea d. consil. 317. num. 13. ultra quod in Casu d. consil. 316. fuerat habitus respectus ad fauorem agnationis, ut ipse dicit num. 8. 9. & 10. uersic. & quam uis, & rursus sub num. 12. uers. 2. redditur indubitata, & sic non obstat intentioni nostræ, prout pariter non obstat consil. 127. Decian. qui itidem loquitur, quando fuit habita ratio agnationis, ut ex eius lectura patet.

5 Et ad rationem, quod cum sint exclusæ filiæ fœminæ dd. neptum, matres horum masculorum agentium, debeant etiam excludi ipsi earum filij, cum ex radice infecta non possint prouenire nisi palmites infecti per regulam d. legis, si uiua matre, & d. §. reliquum, Respondetur, quod non procedit

dit argumentatio, nec locum habet dicta regula, quando filius venit vti vocatus ex sua persona, vt in casu præsenti, sed solum locum habet quando vult admitti ex persona ipsius matris, vt in specie respondet Rube.d.consil.22. num.14. versic. non obstat si dicatur Alba d.consil.87.num.9. Bero.d. consil. 120. num. 82. versic. secundo dato etiam, latè Cephal. consil.103. per totum Socin.Iun. d.consil.2. num.20. & seq. versic. vltimo comprobatur lib.3. Alciat.d. consil.15.nu.3. vers. confirmatur hæc opinio lib.8.dicens hoc videri communiter esse approbatum, & consil.34. num. 8. itidem versic. confirmatur hæc opinio lib.9. Socin. in d.§. nunc de lege sub num.7. versic. tertio diuiditur Mantic.d.tit.vltimo sub num.72.versic. sed huic, & ante fin.sub numer.75.versic. Addo etiam, qui tamen non omnes prædictos adducit,& nouissimè Rota Romana d.decis.15. num.6. versic. quia istud procedit,& Peregr.d.artic.26.num.6. versic. tertio limitatur, quicquid postea subdat in versic. Contrarium determinatiit, & copiosè Veggi. d. consil.63. & sensit Fulgos.d.consil.85. col.2.post versic. nam cum mulier sub num. 2. & Corn. in d.l. 1. num. 20. post versic. non obstant adducta in contrarium quam quidem opinionem ipse sequi magis quàm primam volui non solum ex iam allegatis, sed quia quæstio est admodum controuersa, & dubia, & non modici etiam ponderis, quo in Casu tutum non duxi recedere ab inueterata consuetudine huius Magnificæ Rotæ Florentinæ, in qua Iudex primarum appellationum non dicitur Iudex reuocationum, eo quod soleat reuocare sententias primi Iudicis, vel absoluere vt plurimum reos conuentos ab obseruatione Iudicij, ne faciat conformitatem, & parti præiudicium irreparabile inferat, nulla à duabus conformibus sententijs concessa appellatione, & ad effectum, vt causæ ventilentur coram tribus iudicibus secundarum appellationum,& maturius discutiantur, & plurium iudicio terminentur, vt punctualiter tradit Ioseph de Ludouic. in suis commun. conclus. tit. de sentent. conclusione vnica post medium versic.& quamuis exempli gratia, qui tamen subdit, quod in casibus claris per dictum Iudicem primarum appellationum fiunt conformitates sententiarum, & quod ita faciunt Iudices Docti, sapientes, & iustitiæ cultores. Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

Quando Testator instituit omnes filios natos & nascituros ex fratre, & si tempore mortis testatoris frater non haberet filios, substituit sorores, an filiæ fœminæ fratris excludant sorores substitutas.

SVMMARIVM.

1. *Appellatione filiorum in vltimis voluntatibus veniunt fœminæ, & quando hoc sit verum, per totum.*
2. *Masculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus.*
3. *Substitutio facta filijs fratris, si tempore Mortis testatoris frater non habebat filios, euanescit, si frater tempore mortis Testatoris habebat filios.*
4. *Mens testatoris est præferenda verborum significationi, & in testamentis totum facit.*
5. *Regula iuris non eliditur per dubias probationes.*

CONSILIVM CXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Stante testamento Reuerendi D. Thomę de Brillis de Raggiolo, in quo in omnibus suis bonis mobilibus, immobilibus, se mouentibus, nominibus debitorum, iuribus, & actionibus suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit omnes, & singulos filios nascituros ex Pasquino fratre dicti testatoris legitimos, & naturales, & si ex dicto Pasquino filij non extarent, sibi hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit omnes sorores Carnales ipsius testatoris, & quamlibet earum pro æquali portione, cum conditione, & declaratione, quod si tempore mortis dicti testatoris d. Pasquinus non haberet filios, & dicta de causa hęreditas d.D. Thomæ deueniret in d. eius sorores, & quod post eius mortem, quandocunque ex dicto Pasquino nascerentur filij legitimi, & naturales, tunc, & eo casu dictę eius sorores teneantur restituere prout eas grauauit ad restituendum dictis hæredibus

scilicet

scilicet dictis filio, vel filijs nascituro, seu nascituris ex dicto Pasquino post mortem dicti testatoris, quibus sororibus substituit dictum filium seu filios dicti Pasquini, & stante morte dicti testatoris, superstitibus Maria,& Gratiosa eius sororibus, & Vrsina, & Alexandra filiabus legitimis, & naturalibus dicti Pasquini, & agentibus prædictis sororibus contra dictas filias Pasquini ad hæreditatem dicti testatoris, & causa ad me transmissa per D. officialem Ortignani, coram quo pendebat, vt ei rescriberem quomodo de Iure in ea pronuntiandum esset. Viso processu in dicta causa facto, & eo mature considerato, Retuli dicto Domino officiali eius partes esse in absoluendo dictas Vrsinam, & Alexandram reas conuentas à petitis per prædictas Mariam, & Gratiosam testatoris sorores.

Ad ita referendum motus fum, primo quia dictæ filię Pasquini tempore mortis testatoris extantes videntur admittendæ ad dicti testatoris hereditatem vti heredes institutæ & expresse vocatę sub nomine filiorum dicti Pasquini, quorum appellatione in vltimis voluntatibus fœmina continetur l. quis quis mihi 116. & l. iusta interpretatione 200. ff. de verb. signific. l. si quis ita dixerit in princ. ff. de testament. tut. & l. si ita rescriptum 46 ff. de legat. secundo, & tradunt Doct. relati per Peregr. in tract. de fideicom. act. 25. num 1. vers. prius tamen, & alij plures, qui in re, de qua extant textus aperti, consulto omittuntur: & ratio est, vt subdit Peregr. num. 2. quia in vltimis voluntatibus, vbi de commodo tractatur, masculinum concipit fœmininum leg. prima leg. inter stuprum 101. §. fin. & leg. illa verba la secunda 161. §. Pueri ff. de verb. significat. d. leg. si ita scriptum ff. de legat. 2. le. qui duos mulos 60. leg. seruis legatis 79. in princip. & in vers. pueris etiã legatis ff. de legat. 3. & ponunt scribentes adducti per Peregr. vbi supra, & alij plures, de quibus meminerunt Tiraq. in tract. li. gnag. §. primo glos. 9. numer. 222. & seq. Anto. Gabr. titul. de verb. significat. conclus. 6. Mantic. in tract. de coniect. ultim. volunt libr. 8. titul. 11. & Menoch. in tract. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 84. & 85. si non ex propria verborum significatione, vt aliqui voluerunt, & non sine ratione, quos reconset Tiraq. in dicta glos. nona numero 256. & seq. versiculo nec omnibus placuit, & nouissime seq. Decian. cõs. primo numero 26. & seq. libro secundo, saltem ex impropria, & extensiua secundum Communem sententiam, de qua attestatur Peregr. loco citato numero 4. versiculo utrum autem, & probatur in dicta l. quisquis mihi, & in dicta l. iusta interpretatione ff. de verb. signif. & in l. cum in adoptiuis §. quæ in filio C. de adopt. in illis verbis, quæ in filio diximus, ad filias, & neptes extendimus, & notat glos. final. in dicta leg. inter stuprum §. fin. ff. de uerb. significatat, & magis in terminis loquendo, quod quãdo testator dispositiuè vocat filios in institutionibus, vel substitutionibus, filiæ feminæ in tali dispositione continentur, voluit Peregr. dict. artic. 25. nu. 43. vers. capio secundum Casum principaliter, quod præsertim in hoc casu procedere habet, in quo vocati sunt filij non simpliciter, sed adiunctis verbis omnibus, & singulis, propter quæ magis de plano ueniunt fœminæ, non secus ac masculi per l. filij appellatione 84. cum glos. in verbo omnes ff. de verb. significar. Et quamuis vbi constat, quod aliter senserit testator, & aliqua euidens coniectura extat in contrarium, filiorum appellatio filiam, non comprehendat, sed de Masculis tantum intelligatur, & proinde fœminæ non dicantur vocatæ vt subdit Peregr. in dicto vers. capio secundum Casum principalem nume. 43. & infra dicetur, tamen nulla videtur in præsenti casu extare coniectura, quæ sufficiat sororibus testatoris ex fratre Neptibus, ostendatque mentem testatoris fuisse, vt non fęminæ, sed masculi ex Pasquino instituti hæredes censeantur, ut patet ex his, quæ idem Peregr. subijcit in proprijs terminis sub eod. numer. 43. & plurib. seq. & nos statim dicemus in 2. fundamento principali exclusionis agentium ex defectu cõditionis in earum vocatione appositæ.

Secundo principaliter motus fui, quia dictæ sorores Actrices non sunt vocatæ simpliciter ad hæreditatem testatoris, sed conditionaliter, vbi tempore mortis testatoris non extarent filij ex dicto Pasquino ipsius testatoris fratre, quæ conditio non extitit, sed expirauit, cum testator mortuus fuerit superuiuentibus dictis Vrsina & Alexãdra filiabus dicti Pasquini, quæ sub nomine filiorum continentur, vt supra probauimus, vnde restitutio euanuit, & omnis eius effectus cessat, quia deficiente conditione institutionis, deficit ipsa institutio l. lega tũ C. de condit. insert. & agens ex conditionali dispositione obtinere nõ potest, nisi ostendat purificatã esse conditionẽ, cũ id sit proprię intentionis suę fundamẽtũ vt dicit Bellon. cons. 59. n. 4. Cõstat enim, quod vbi de filijs facta fuerit mentio conditionaliter nõ solũ masculi, sed etiã fęminæ designantur prout si de liberis dictũ fuisset quę fęminæ

propterea faciunt deficere conditionem, sub qua alius fuisset vocatus, vt est casus in l. prima C. de condit. insert. & in l. Lucius titius la 2. 85. ff. de hæred. instit. quæ Iura ad hoc allegat Pereg. ubi supra num. 9. vers. vbi autem, cum quibus conuenit, l. non est sine liberis 148. ff. de verb. signific.

Et licet conclusio hæc non procedat, quando alia defuncti voluntas apparet, vt dicit tex. in dicta l. prima in finalib. verbis C. de condit. insert. quia mens testatoris præferenda est verborum significationi l. cum Virum C. de fideicommis. & præsertim in conditionibus, in quibus primũ locum obtinet l. in conditionibus in princip. ff. de condit. & demonstrat. & in testamentis totum facit l. ex facto vers. rerum autẽ Italicarum ff. de hæred. instit. regit, & dominatur l. cum quæstio in fin. C. de legat. & tradit in terminis nostris Peregr. d. artic. 25. num. 10. vers. limitatur autem, & ante eum Corn. cõs. 124. n. 6. vers. pro cuius rei euidentia lib. 2. qui subdit, quod propterea vocatus conditionaliter admittitur, licet verba non verificentur, quando censetur conditio purificata ex coniecturata mente defuncti, tamen nulla in præsenti casu subest coniectura volũtatis testatoris, propter quam recendendum sit à verbis conditionis, sub qua actrices vocatę reperiuntur, cũ enim testator nullam vnquam in aliqua testamenti parte fecerit mentionem de masculis, nec aliquid dixerit, per quod agnationi prospicerę voluisse videatur, & dictæ eius sorores vocatę sub iam dicta cõditione non existentium filiorum ex Pasquino essent tales, in quibus non poterat perpetuare agnatio testatoris, planum est nulla ratione suadere posse, quin dictæ filiæ feminæ ex Pasquino faciant deficere conditionem prędictam ad exclusionem dictarum sororum sub dicta conditione vocatarum per ea, quæ in fortioribus terminis ad fauorem filiæ ex hærede instituto contra substitutum sub dicta conditione, si hæres sine filijs decessisset etiam propria testatoris filia, vel alia fęmina proximiore exclusa, tradunt ex modernioribus Marzar. in Epitom. de fideicom. qu. 21. per totam, Crass. in §. fideicommissum q. 35. etiam in tota Tessaur. decis. pedem. 188. Peregr. d. artic. 25. num. 16. cum plurib. seq. vers. vt autem materiam, & Surdus decis. Mantuan. 66. ad quorum dicta satis sit in hoc plura desiderantem remittere, dum tamen silentio non prætercam Alciat. in d. l. inter stuprum dict. §. fin. num. 4. ff. de verb. signific. dicentem, quod cum Ius diceret, & in testamento patris conditione filio apposita, si sine filijs decessisset, aliqui de masculis tantum intelligendum putarent quibusdam coniecturis, quod videlicet propriam filiam testator excluserat, & quod ex lege municipali masculi fęminis præferentur, consuluit quam plurimos notæ prudentiæ patres familias, an si ipsi illis verbis testarentur, decedente filio, neptem eius filiam excludi vellent, qui omnes negauerunt, & huiusmodi sermonem de vtroque sexu, seu cõmuniter intelligere professi sunt, scrupulosam recentiorum interpretationem omnes vno ore damnantes.

Nec releuat, quod cum Iure communi attento dictę sorores vtrinque testatori cõiunctę excluderent dictas filias Pasquini fratris ex vno tantum latere testatoris coniuncti, prout, & patrem earum exclusissent auth. cessante. §. primo & Auth. post fratres la prima, C. de legit. hæredib. & auth. itaque, C. com. de successionibus, ex hoc solo sint præferendæ in dicta institutione, in qua testator intellexerit se cum dispositione dicti Iuris communis conformare, vt latè deducit Corn. d. cõs. 124. n. 6. & seq. vsque ad fi. li. 2. quia vltra alias respõsiones quæ colligi possunt ex dictis per Docto. in locis citatis, dicitur, quod cõsideratio hæc nihil facit, quia cũ tẽpore mortis testatoris esset etiã superstes d. Pasquinus, qui adhuc viuit, ipse in successione fratris intestati, licet ex paterno tantum latere sibi coniũcti sororibus fęminis vtrinq; coniunctis vigore statutorũ pręferendus erat, vnde testator meritò prætulit sororibus sobolem fratris, quia voluit se conformare cum dispositione Iuris municipalis, & satis est, quod vocauerit descendẽtes ipsius fratris, cui si eũ instituisset, filij quicunque erant successuri, quam fratris sobolem adeo prędilexit testator, vt etiã si sorores admissę fuissẽt ad hæreditatẽ nullis ex fratre tẽpore mortis ipsi testatoris extantibus filijs, vbi tamẽ postea quãdocũque tales filij extarent, voluit eas teneri illis dictam hæreditatem restituere, quasi quod illa ad eos media persona patris ex Iure municipali spectet, quod optimè ex dictis per Corne. in contrarium allegatum comprobari potest.

Postremo cum dictæ filiæ Pasquini regulam habeant pro se; coniecturæ autẽ pro sororibus testatotis, si quæ sunt, nõ sint euidentes, vt requirit tex. in d. l. 1. C. de cond. insert. pro ea iudicandum est, quia regula Iuris non eliditur per dubias probationes Bald. in l. 2. sub nu. 5. C. de bon. possess. secundum tabulas Ias. in l. nõ hoc sub nu. 15. C. vnde legit. vnde bene in proposito dixit Peregr. d. art. 25. sub nu. 42. ad finem, quod parcis-

parcissimè agendum est pro tali substituto conditionale, quia nititur coniectura præsumptæ voluntatis, quæ fallax esse potest: & quia ei obstat conditio non verificata secundum verborum proprietatem. Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

Qui erat hæres ex testamento, si agat ab intestato, an censeatur nolle adire ex testamento: & si succumbat ex causa intestati, an sibi præiudicet in causa testati.

SVMMARIVM.

1. *Agens ex causa intestati dicitur nolle venire ex causa testati, idem è contra num. 3.*
2. *Adiens hæreditatem ex vna causa, cum hæreditas ei ex alia causa sit delata, nullo modo efficitur hæres.*
4. *Agens ex falsa causa, & probans de uera non obtinet.*
5. *Adire non potest, qui est incertus de viribus testamenti.*
6. *Agens ex causa ab intestato, si succumbat, agit ex testamento.*
7. *Agens ex testamento, & in prima sententia succumbens annullato testamento, potest in Causa appellationis obtinere ex causa intestati secũdum multos.*
8. *Quod tamen ab alijs impugnatur, & quare.*
9. *Iudex appellationis non potest cognoscere, nisi de his, quæ coram Iudice à quo agebantur: nec ad eum deuoluitur, quod in primo processu, & sententia comprehensum non erat.*

CONSILIVM CXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN controuersia vertẽte inter Franciscum Vanelli de Sacconibus agentem ex vna parte, & D. Dianorã de Pinis ream conuetam ex altera, requisitus à D. Vicario Vici pisani, vt viso processu ad me transmisso, rescriberem quid de Iure, & pro Iustia pronũtiandum esset, retuli partes dicti D. Vicarij esse in absoluendo dictam ream conuentã à petitis per dictum Actorem ex causa intestati per eum deducta, saluis eidem Iuribus agendi ex testamento, prout de Iure sibi competijsset.

Ad ita referendum motus fui, quia dict. Franciscus egit contra dictam D. Dianorã vti hęres ab intestato Sebastiani de Sacconibus eius Patrui, vt patet ex libello, replicationibus, capitulis, & alijs actis ipsius actoris, & tamẽ in processu constat dictũ Sebastianum testatum decessisse, quo casu non procedit eius petitio, quia causa testati facit cessare causam intestati, & hæreditas ab intestato non defertur, quãdiu adiri potest ex testamento l. quamdiu potest 39. ff. de acquir. hæredit. l. antequam 8. C. comm. de succession. & l. quamdiu possit 90 ff. de reg. Iur. causa etenim intestati contraria est causæ testati, ideoque vna præsupponit aliam cessare, quia tanquã repugnantes ad inuicẽ non possunt simul stare, vt in dictis Iuribus probatur, eoque ipso quod libellans deducit causã ĩtestati, cẽsetur dicere se nolle venire ex causa testati tanquam contraria. l. fin. cum glos. in verbo cupiens C. de Codicil. alias sequeretur, quod libellãs, & agẽs in suo libello posset deducere cõtraria, & repugnãtia & sibi ipsi cõtrariari, quod est falsum, et contra. l. 1. C. de furt. & l. vnicã C. si seruus extero & c. sollicitudinẽ extra de appell. & bene ad rẽ nostram facit tex. in l. si is ad quẽ 22. ff. de acquir. hæredit. ubi quod institutus hæres in testamento, si adeat ab intestato vti proximior, non efficitur hæres, nec valet aditio, quia debet esse certus ex quã causa sibi delata sit hæreditas, quam adit, vt ibi dicunt glos. & Doctor. & Marant. in repet. l. is potest num. 186. vers. nonum, & vltimũ requisitum ff de acquir. hæredit. qui enim credit hæreditatem sibi delatam ex vna causa, cum sit delata ex alia, si adit, non efficitur hæres aliquo modo, non quidẽ ex causa putatiua, quia nõ vult, licet possit, vt punctualiter dicit Alex. in d. l. si is ad quem in principio, nec mirum quia in aditione, quæ dependet ex mera volũtate, inspicitur potius opinio, quàm veritas, l. is, qui putat is cum l. sequenti ff. de acquir. hæredit. & ibi scribentes: habetque opinio alterare volũtatem, etiam quod id, quod est in opinione, tendat ad reddendum actum nullum, & id quod est in veritate, tendat ad eum validandum, vt notat. Castrens. in dicta. l. is, qui putat num. 3. vers. nota etiam. Et in puncto, quod agens tanquam hæres ab intestato nõ possit obtinere, sed debeat succumbere, etiã quod in processu, probet, quod sit hæres ex testamento, ostẽdit plenè, & elegãter Alex. cons. 121. viso processu causæ inter Morasũ li. 1. qui loqtur ĩ fortiorib⁹ terminis, scilicet in causa pupilli, & viduæ, & sic miserabiliũ

per sonarum, & in qua conclusio libelli erat generalis, & non restricta ad successionem ab intestato antea narratam, & cum clausulis salutaribus, videlicet super quibus omnibus, & singulis, non se astringens & quæ multum libellanti prodesse solent, & Alex. sequitur Marant. in d. l. is potest num. 191. versicul. quid autem si aliquis egit, qui etiā

3 idem dicit è conuerso, vt, qui egit tanquam hæres ex testamento, non obtineat, sed succumbat, licet in processu probet se hæredem ab intestato, quod etiam voluerunt in dicta l. si is ad quem Castr. nume. 2. vers. & per istam legem, & Alex. num. 2. vers. nota argumentum, & est regula generalis,

4 quod si egi ex falsa causa, & probaui de vera, non possum obtinere per leg. habebat 13. in princ. ff. de instit. action. & tradunt in dicta leg. si is, ad quem Castr. numer. 5. vers. item facit ista lex, & Alex. in fin. numer. 18. vers. vltimo inducit, & alij per eos allegati.

Quod tanto magis procedere videtur, cum dictus Franciscus agens expresse deduxerit nullitatem testamenti, quatenus illud per ream conuentam produceretur, quo casu, nec ex ipso testamento hæreditatem adiuisse dici potest, quoniam qui putat te-

5 stamentum nullum, non potest ex eo hæreditatem adire, veluti incertus de iuribus ipsius testamenti iuxta l. nec is qui 17. ff. de acquir. & ibi Doct. & præsertim Castr. & Alex. qui summant illum textum hoc modo, incertus de iuribus testamenti non potest ex testamento adire: secus si sit certus, licet per alium super viribus testamenti quæstio mota sit, & rectè, nam cum aditio pendeat ex mera adeuntis voluntate, non potest dici, quod uelit id quod ignorat se posse, quia fatua esset voluntas, & fatuitas non præsumitur, vt dicit Castren. in dict. l. nec is qui sub num. 1. ad finem.

6 Verum cum non conueniat, vt dictus Franciscus, qui ex falsa causa intestati egit, amittat Iura, quę, sibi ex vna causa testati competere possunt iuxta leg. Mater decedens 19 ff. de inoffic. testam & ibi notata per Bart. Bald. & alios scribent. per Afflict. decis. 53. num. 2. & 3. per Maran. in d. l. is potest nu. 189. vers. quid autem si quis, & per glos. Bart. Bald. & Castr. in d. leg. habebat in princ. ff. de institoria act. Ideo eidem Actori Ius ex dicta Causa testati, prout sibi de Iure competit agendi, reseruaui, iuxta l. Bebius in fi. ff. de pact. dotalib. cum ibi notat. per scribentes, & in alijs locis

7 vulgaribus, & fortius cum non desint qui velint, vt etiam huic defectui in causa appellationis mederi possit, & obtineri victoria ex vera causa in ipsa appellatione deducta, vt decisum fuit per Consilium Neapolitanum in eo, qui ex testamento egerat, & eo annullato per primam sententiam, in causa appellationis causam intestati probauerat, teste Afflict. d. decis. 53. quam decisionem secutus fuit Marant. in dicta leg. is potest num. 189. & 190. quod tamen fortè non transit sine difficultate, quando causa deducta in appellatione est penitus diuer-

8 sa, & nullo modo comprehensa in causa expressa in petitione primæ instantiæ, sed immo illi repugnans, & contraria, vt in casu præsenti per ea, quæ supra dixi, quia tunc Iudex causæ appellationis nihil posset in hoc facere, cum habeat iudicare super his, de quibus cognoscit Iudex à quo, in cuius locum succedit, & non super alijs, vt dicunt Bald. num. 2. vers. & nota hic. Castr. num. 9. & 10. vers. vltimo scias, & Alex. num. 16. vers. item in quantum in d. l. si is, ad quem ff. de acquir. hæredit. & est de mente Bart. ibidem sub num. 3. vers. sed aduerte, dum considerat tunc posse per Iudicem appellationis attendi aliam causam veram, quando primus Iudex ex illa idem iudicare potuisset, quod est quando qualitercunque saltem implicitè ea comprehendebatur in prima petitione, cum alias non posset Iudex appellationis de ea cognoscere, ex quo

9 ad eum deuoluuntur tantum ea, quæ fuerunt coram primo Iudice deducta, adeo quod materia noua, & non dependens à veteri deducta in primo Iudicio, vel libello, deduci non potest in causa appellationis, quæ non deuoluit ad Iudicem ad quem id, super quo non est lata sententia, vt ex prędictis apparet, quibus additur. Castr. cons. 306. quamquam longa, n. 1. 2. 3. li. 2. vbi si in prima causa fuit actum ad retroquenditionem, lata contra agentem sententia non potest in causa appellationis per eum deduci materia usurariæ prauitatis, & simulationis contractus, etiam stantibus clausulis alias salutaribus in fine libelli appositis, vt ibi per ipsum pulchrè loquentem. Anno 1581. Florentiæ.

EPITOME.

Agitur in hoc consilio de materia l. scripturas C. qui pot. in pignor. habeantur, & quomodo scriptura priuata carens testibus præfertur instrumento posteriori publico.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata præfertur instrumento publico posteriori, quando constat de ueritate diei, & temporis scripturæ, de hoc tamen non sufficit, quod constet per coniecturas.*
Cessante ratione legis, illiusque quoque dispositio cessat, ibidem.
2 *Hypotheca non requirit necessario scripturam, sed potest probari per testes.*
3 *L. scripturas C. qui potio. in pign. hab. habet locum etiam contra tertium, qui possidet bona titulo emptionis.*
4 *Scriptura priuata non recognita licet anterior, non præfertur scripturæ priuatæ posteriori recognitæ, immo post ponitur, etiam quod pro ea extent aliquæ verisimilitudines.*
5 *Cedentis confessio post cessionem non nocet cessionario.*
6 *Confessio partis, quod vera sint contenta in scriptura aduersarii non facit, quod dicta scriptura præferatur suæ hypothecę, nisi etiam fateatur tempus scripturę.*
7 *L. scripturas C. qui potior. in pignor. hab. non habet locum quando duæ scripturę concurrunt, quia tunc prior tempore potior est in Iure.*
8 *Sed quomodo, & qualiter hoc procedat, optimè declaratur.*
9 *Regula si vinco vincentem te, fortius uinco te, exornatur.*

CONSILIVM CXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVper controuersia vertente coram admodum Reuerendo D. Gabriele Baccionio Protonotario Apostolico, et Cathedralis Ecclesię Fesulanę Pręposito, Iudice delegato, & Commissario Apostolico mota per D. Petrum Dassium contra venerabile Hospitale Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia reruli partes dicti D. Iudicis esse in approbando binas sententias ad fauorem dicti D. Petri, & contra dictum hospitale latas, quoniam scriptura priuata dotis promissionem continens facta per Lazarum, & Alexandrum de Fabruzzis vsque sub die 18. Maij 1586. ad fauorem dicti D. Petri Dassij præferenda est publico Instrumento postea cõfecto de anno 1587. per eosdem Lazzarum & Alexandrum ad fauorem hospitalis prædicti, ex quo de veritate dictæ scripturæ priuatæ, & diei, & temporis in ea contenti constat ex fide gabellæ, ex testibus examinatis, & ex matrimonio subsecuto, cuius causa dotis promissio emanauit, quia & si ex dispositione legis scripturas C. qui potior. in pignor. habeantur, præferantur Creditores habentes instrumentum publicum etiam tempore posterius habentibus scripturam priuatam eiusdem debitoris tempore priorem, nisi ea habeat trium virorum subscriptiones, & alias solemnitates in d. leg. contentas, tamen vbi constat de 1 veritate diei, & temporis ipsius scripturę priuatę, hypotheca in tali scriptura priuata contenta anterior præfertur hypothecæ posteriori in publico instrumẽto contentæ an præiudicium alterius Creditoris, seu tertij publicum Instrumentum habentis, cui præcedens priuata scriptura verificata prę iudicat, vt in puncto tradunt Bald. consil. 198. li. primo, quod est repetitum in cons. 466. lib. 5. num. 4. vers. non obstat si dicas, Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. primo glos. 7. num. 55. vers. nec tamen omiserim & num. 59, vers. quid autem, Petrus lo. An car. lib. primo quæst. Iur. famil. quæst. 10. n. 2. & seq. Vinc de Franch. decis. 95. num. 5. 6. & seq. in prima parte, Couar. lib. pract. q. c. 22. sub num. 5. vers. poterit tamem, Sfort. Od. cons. 100. num. 67. & 68. vers. & quod temporis huius expressio lib. primo. Cum enim omnes fateantur rationem d. l. scripturas esse, ne fit in mero arbitrio solius debitoris ex scriptura priuata à se longo post interuallo confecta pręlato in ea die Ius prioris Creditoris tollere, prout sequi posset, si dicta scriptura priuata fidem faceret de tempore in præiudicium tertij, quia posset debitor præponere posteriorem anteriori, faciendo antidatam in dicta scriptura priuata, vt dicunt Bald. dict. cons. 198. repetito d. cons. 466. sub num. 1. Tiraq. dict. glos. 7. num. 43. vers. nunc. autem in mentem venit, & num. 48. vers. & vt redeamus, Gabr. tit. de probat. cõclus. 10. n. 2. Vinc. de Frãch. d. decis. 95. n. 5. & 8. & Sforz. Oddus d. cons. 100. nu. 58. & 66. dicens amplius, quod est vnica, vera, & indubitata ratio apud Doctores & quidẽ cessante dicta ratione legis, & sic suspicione fraudis, & antidatæ per uerificationem diei, & temporis in ea contenti illius quoque dispositio cessare debet l. adigere §. quamuis ff. de Iure patronat. l. quod dictũ ff. de pactis, & c. cũ cessante de appellationib. cum aliis allegatis per Tiraq. in tract. cessante causa, cessat effect. in verbo legis causa, & traduur in proposito nostro Doctores supracitati, & melius cæteris Vinc. de Franch. sub d. num. 5. & 8.

2 Nec mirum quia, & si nulla omnino scriptura interuenisset, sed per testes tantum de hypotheca anteriori tempore facta appareret, idem esset; cum hypotheca non requirat de necessitate scripturam, sed solo consensu contrahatur, & proinde testibus probari possit, l. 1. ff. de pignor. act. l. contrahitur ff. de pignor. Tiraq. d. glos. 7. num. 59. vers. quid autem. Petrus Io. Ancar. d. q. 10. num. 4. & 5. Sforz. Oddus d. consil. 100. nume. 86. & seq.

3 Et quamuis d. l. scripturas loquatur de duobus creditoribus cõtendentibus de priori hypotheca, tamen procedit etiam in omni alio casu, in quo agitur de præiudicio tertij, & specialiter quando creditor ex scriptura priuata prætendit habere hypothecã priorem tempore ex dicta scriptura contra emptorem, vel alium tertium possessorem prętendentem habere dominium rei ex publico instrumento posteriore, cum eadem militet ratio suspicionis, & fraudis, ne scilicet ea scriptura facta fuerit post dictam venditionem, vel alienationẽ, licet ex eius lectura contrarium appareat propter antidatam in illa positã: nec debet esse in facultate alienãtis, eiusdemq; debitoris peruertere alienationem à se factam per publicũ instrumẽtum prælato die in scriptura priuata, vt post Castren. cons. 134. col. pen. & fin. vers. & ex his patet, & infra lib. 1. & cons. 337. col. 1. lib. 2. Socin. cons. 41. col. fin. nu. 35. vers. confirmatur hoc fundamẽtum lib. 4. & alios firmat Tiraq. d. glos. 7. num. 44. & plurib. seq. vers. quæ quidem rationes, quibus addi possunt Negus. in trac. de Pignor. & hypothec. in 2. memb. quintæ partis sub nu. 49. vers. vlterius est aduertendum, Gabr. d. concl. 10. nume. 4. & seq. in 2. 3. & 4. ampliat. & Vinc. de Franch. d. decis. 95. num. 4. vers. sed pro parte conuentorum, quicquid aliqui velint in contrarium, de quibus meminerunt Tiraq. Negusant. & Gabr. supracitati.

4 Nec ex alia scriptura priuata per eosdem debitores confecta cum hypotheca bonorum ad fauorem ipsius hospitalis vsque sub die 6. Octobris 1584. & in dicto publico instrumento anni 1587. registrata, & per dictos debitores approbata potest dictus Dassius repelli, quia; & si dicta scriptura priuata recognitionis debiti ad fauorem Hospitalis ex eius inspectione videatur anterior tempore scriptura promissionis dotis factæ ipsi Dassio, non tamen propterea debet esse potior in iure, quia cum sit simplex, & non subscripta tribus testibus, nec aliter solennizzata secundum formam dictæ legis scripturas, nec circa diem in ea appositum verificata, non attenditur in præiudicium tertij habentis aliam hypothecam posteriorem ex instrumento publico, vel ex alia scriptura illi æquiparata propter suspicionem fraudis, & antidatæ, vt supra diximus per textum ipsius l. scripturas, & ibi notata per scribentes, & latè ostendunt Tiraq. d. glos. 7. nu. 43. & seq. Couarr. d. cap. 22. nu. 5. vers. hæc verò, & infra, Socin. cons. 274. nu. 1. lib. 2. & cons. 41. nu. 35. vers. confirmatur hoc lib. 4. Negusant. d. 2. memb. quintæ partis nume. 47. vers. octauo quia supra, Gabr. d. conclus. 10. in princ. nu. 1. Sforz. Odd. d. cons. 100. num. 57. & infra in 2. & seq. conclusionibus, & iterum num. 72. versic. quo verò ad præiudicium tertij, & num. 88. & 89. vers. quo verò ad probationem, etiam quod pro tempore apposito in ipsa scriptura priuata aliquæ concurrant verisimilitudines, vt ex pluribus subdit eleganter Negusan. vbi supra num. 50. vers. vltimo circa dispositionem, Felin. in cap. 2. sub num. 56. post vers. reliqua dic extra de fide instrument. Gabr. d. concl. 10. num. 3. vers. primo amplia.

Nec refert recognitio de dicta scriptura priuata per dictos debitores facta in dict. Instrumento publico de anno 1587. quia cũ sit facta post Ius quæsitum dicto D. Petro Dassio per scripturam anni 1586. illi non **5** pręiudicat, sicut nec cedentis confessio post cessionem cessionario, cui antea Ius quæsitum est, præiudicat, quia talis recognitio debitoris non nocet alteri etiam ab eo, per prius tamen causam habenti, & sic anteriori creditori, nisi aliter de ipso debito appareat, quia potuissent debitor, & Creditor ille inuicem colludere in præiudicium alterius, vt in terminis dicunt Castr. cons. 134. num. 1. & 2. cons. 110. num. 6. & 7. vers. an verò confessio, cons. 228. sub numer. 1. post vers. ex prædictis sequitur lib. 1. cons. 79. nu. 2. cons. 337. num. 1. 2. & 3. & in fin. vers. & dico lib. 2. Socin. cons. 266. num. 2. in fin. & num. 3. & cons. 274. num. 1. lib. 2. cons. 78. num. 2. lib. 4. Abbas in cap. 2. sub num. 2. in primo casu, & Felin. num. 12. in 5. Illmir. vers. item intelligo de fide instrum. Tiraq. dict. glos. 7. num. 47. vers. & pro priori sententia, Crauet. cons. 40. num. 6. in fin. & in tract. de antiquit. temporis in prima parte §. ampliatur nunc. num. 24. uers. quòd tamẽ sanè, & §. viso de verbis enunciatiuis num. 16. vers. istud tamen, Alex. de Neuo cons. 31. numero 13. Ant. de Butr. cons. 5. nume. 2. vers. item ex quo, Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 11. sub numero 4. versiculo, cui illud adijciendum, Cacher. decis. pedemon. 45. num. 6.

6 Quinimmo, & si ipsemet Dassius recognosce-

gnosceret dictam scripturam priuatam ad fauorem Hospitalis factam, & fateretur eam esse veram quo ad contenta in illa: non tamen propterea sibi præiudicaret in iure suæ hypothecæ anterioris, nisi etiam fateretur illam esse confectam die, & tempore in ea contento, quia vis non consistit in negatione facti contenti in scriptura, sed in negatione anterioris confectionis, quæ anterioritas est probanda specificè, & in indiuiduo, vt punctualiter dicit Sforz. Odd. d.consil. 100.nu.67. vers.& quod temporis huius expressio, & nu.94.& 95. vers.neque mouet, & infra.

Nec quicquam operari potest dictum instrumentum publicum anni 1587. factum post dictam scripturam promissionis dotis factæ Dassio, continens hypothecam ad fauorem hospitalis, quia cum se referat ad dictam scripturam priuatam anni 1584. continentem diem anteriorem die dictæ scripturæ Dassij, non potest plus importare, quam ipsa scriptura priuata, ad quā se refert, quæ, vt dictum est, tanquam simplex post ponitur scripturæ Dassij verificatæ, & publico instrumento æquiparatæ, vt dicit Castr.d.cons.337.num.3. versicul. & idem lib. 2.

7 Nec dicatur, quod scriptura illa priuata ad fauorem hospitalis prior in tempore prę ualere debeat scripturæ priuatę posteriori ad fauorem Dassij, etiam quod illa Dassij sit indubitata, & verificata quoad datam, illa autem Hospitalis non, quasi quod d. l. scripturas loquatur, quando scriptura priuata concurrit cum instrumento, non autem quando concurrit cum alia scriptura priuata, quia tunc procedit regula, quod prior in tempore potior sit in Iure, ita vt in concursu priuatæ scripturę cum alia scriptura priuata, is præferatur, qui priorem in tempore hypothecam habere appareat, vt est de mente glos. in dicta leg. scripturas in verbo suum robur propè finem vers. secus si agat contra etiam, & sentiunt Azo. in summ. C. qui potior in pignor. habeant. numer. 6. Odofred. in dicta leg. scripturas col. 1. vers. si autem volo experiri, & Din. in cap. qui prior, num. 10. de reg. Iur. in sexto.

8 Quia respondetur, quod prædicti patres intelligendi sunt quando vtraque scriptura est simplex, non habens solemnitates requisitas per dispositionem dictæ l. scripturas, nec est aliter verificata quo ad datam seu diem in ea appositam, tunc enim benè potest attendi regula, quod prior in tempore potior est in Iure: secus autem si una scriptura sit solennizzata secundum terminos d.l.scripturas, vel aliter indubitata respectu datæ seu diei, quia tunc non procedit dicta regula: sed scriptura solennizzata, vel verificata, & indubitata vt supra, quamuis posterior in tempore pręfertur scripturæ simplici non solennizzatæ nec uerificatæ quoad datam licet appareat anterior ex die in ea apposito ob suspicionem fraudis, & antidatæ, nam si talis scriptura priuata solennizzata, vel verificata quoad datam præfertur publico instrumento posteriori, vt probat textus in d.l.scripturas, & supra dictum fuit, vtique præferenda est anteriori scripturæ priuatæ non solennizzatæ, nec verificatæ vt supra, cui publicum instrumentum posterius pręfertur ex eadem l. scripturas, & dictis superius ob regulam si

9 vinco vincentem te, multo magis vinco te, de qua pulchre per Bald.cons.258.ante fin. libr. 2. & est textus ad literam, quem ipse non adducit in l. de accessionibus in fin. ff. de diuers. & temporalibus pręscripto: & aliter dicere, & velle, quod dicta scriptura priuata simplex non verificata præponatur alteri scripturæ priuatæ indubitatæ: & quę pręfertur publico instrumento, quod d. simplici scripturæ ante ponitur, esset valdè absurdum, & inconueniens, & contra prædictam regulam, quia superaret id, quod vincit illud, à quo ipsa vincitur, Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

De Dote congruenter constituenda Filiæ in Bonis Patris defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Dos (vt congrua dicatur) debet taxari inspecta quantitate, & valore bonorum, quæ remanserunt in hæreditate tempore mortis Patris.*

2 *Dos filiæ constituenda post mortem Patris non debet regulari iuxta mensuram aliarum Dotium in vita Patris alijs filiabus constitutarum, sed habetur ratio ad qualitatem, & quantitatem Bonorum in hæreditate remansorum.*

3 *Argumentum de præterito ad præsens non procedit in ijs, quæ tractu temporis variantur.*

CON-

CONSILIVM CXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Stante sententia lata per D. Officialem Montis Fatucchij inter Dominas Margheritam, & Catherinam filias olim Frãcisci quondam Matthęi de Mõte Fatucchio agẽtes ex vna parte, & D. Pasquinam filiam quondam Matthęi olim Angeli de Bifurco, Ream conuentam ex altera, per quam fuit declaratum dd. Actrices deberi congrue dotari de bonis hęreditate quondam Francisci earum Patris remansis secũ dum conditionem earum, & quantitatem bonorum dictæ hæreditatis ad minus pro quanto capit earum legitima declaranda, & liquidanda in executione ipsius sententię: & visis Actis hinc inde factis inter easdem partes super executione prædictę sententię: retuli D. Officiali Clusi partes eius esse in absoluendo dictam D. Pasquinam à petitis per dictas D.D. Margheritam, & Catherinam, reseruando nihilominus eisdem Iura melius liquidandi dictarum Dotium quãtitatem tam ex deductis, quàm ex deducendis. Nam cum ex processu non appateat probatum quid, & quantum remanserit in bonis, & hæreditate dicti earum Patris tẽpore eius Mortis, clarum est, quod nulla cõ1 gruæ Dotis declaratio sequi potest. Cum ad dictam taxationem faciendam considerandum sit tempus mortis dicti earum Patris, & quis eo tempore fuerit valor bonorum in eius hæreditate dimissorum, vt dicit sententia, & est de Iure, ex quo agitur de Dote filiabus post Patris obitum constituenda, vt in puncto tradunt Castr. consil. 73. sub nume. 1. vers. & venit dotanda lib. primo, quod est repetitum consil. 266. eod. lib. primo, Brun. in tract. quod stantibus masc. femin. exclud. artic. 9. sub numer. 42. vers. prædicta procedunt, Cotta memor. in verbo Dos cõstituta post medium vers. vbi uero veniret dotanda & Grammatic. decis. 57. numero 4. uers. si ergo exclusio, & alij per eos allegati.

2 Nec Dotes prædictæ uidentur commensurandæ cum Dotibus, alijs filiabus per Patrem viuentem constitutis: quia tunc potuit habere longe plures facultates, vt ampliores Dotes constitueret filiabus, quam 3 tempore mortis, nec de vno tempore ad aliud necessario inferri potest in similibus, quæ variari solent, & non in eodem statu permanere, cum qui hodie diues est, cras pauper sit, & è contra, vt colligitur ex his, quæ in istis terminis tradunt Brunus in d. art. 9. num. 40. vers. post prædicta quæri potest. Boer. decis. 62. fere in tota Menoch. in tract. de arbitr. Iudicum lib. 2. centur. 2. casu 149. num. 15. & pluribus sequentibus vers. declaratur secundus hic casus. Tessaur. decis. ped. 192. sub nu. 5. & 6. & Cotta d. mem. dos constituta ante medium vers. & in consideranda Dote, sed tamen quod dictis Actricibus defuit pro liquidatione dictę dealarationis Dotis faciendę, poterit alias mediante reseruatione suppleri, ne eorum bono Iure iã per sententiam declarato priuentur iuxta leg. Bebius in fin. cum ibi notatis ff. de pactis dotalibus. Anno 1601. Florentię.

EPITOME.

Pacto de retrouendendo semper, & quandocunque, quanto tempore præscribatur, & an præscriptio inchoata cum defuncto, procedat contra hæredem minorem.

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo semper, & quandocunque præscribitur 30. Annis.*

2 *Præscriptio conuẽtionalis incohata cum defuncto maiori currit contra minorem (quamuis pupillum) defuncti hæredem, sine spe restitutionis.*

3 *Minor quando restituatur aduersus pactum redimendi præscriptum, & quibus remedijs adiuuetur.*

Edictum de minoribus quando minori non patrocinetur, ibidem.

Clausula generalis si qua mihi iusta causa &c. quibus deseruiat circa Restitutionem petendam. ibidem.

4 *Restitutio ex capite ignorantiæ competit ei, qui in Ius alterius succedit, siue minor, siue maior sit.*

5 *Restitutio ex capite ignorantiæ Contractus initi cum defuncto competit hæredi aduersus pœnã caducitatem.*

6 *Præscriptio conuentionalis interrumpitur etiam per solam interpellationem extraiudicialem.*

CON-

CONSILIUM CXXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

1 QVia clara videtur decisio, quod pacto de retrouendendo semper, & quãdocunque præscribitur spatio triginta annorum iuxta ea, quæ notant Angel. cons. 55. num. 3. vers. hic tamen insurgit dubium. Ias. Dec. & alij scribentes in l. petens C. de pactis. Cagnol. in l. 2. in 8. quæst. nu. 70. & pluribus sequentibus C. de pact. inter empt. & vendit. Petr. Rebuf. in repet. leg. vnicæ C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur in primo notabili num. 52. & seq. vers. postremo, & infra, inquiens esse veriorem, & communiorem, & iudicando, & consulendo tenendam, Boeri. decis. 182. numer. 1. cum multis sequentibus attestans communiter illam in Curijs seruari. Balb. in tract. de præscript. in 4. parte quintæ partis principalis in 3. quæst. num. 1. & 2. dicens esse veriorem, & tutiorem opinionem, quam nouissime tanquam Communem, & magis communem sequitur Sfora. Odd. cons. 11. num. 62. lib. primo, quam sententiam latissime probat Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 7. & pluribus seq. & licet num. 15. & seq. referat multos contrarium tenentes, tamen num. 28. & seq. illam firmat, respondens rationibus in contrariũ adductis, inquiensque tandem esse approbatam à suprema Parisiensi Curia, & sequendam esse, cum etiam sit communior, & doctorum maioris doctrinæ authoritate fulcita. Quapropter cum post factam venditionem cum dicto pacto retrouendendi semper, & quandocunque decursi sint anni triginta, antequam lis ipsius pacti vigore moueretur coram D. Potestate Buggiani per Laurentium de Fracassis, seu eius Curatorẽ contra Franciscum de Puccinellis Pisciensem, ex hoc solo obtinere non poterat agẽs; sed Reus absoluendus erat talis præscriptionis exceptione tutus, nec refert quod di-

2 ctus Laurentius sit minor, quia dicta præscriptio conuentionalis procedens ex contractu alterius Lautẽtij Aui paterni ipsius minoris ex Ioanne dicti Laurentij senioris filio incohata cum defuncto currit contra minorem etiam Pupillum eius hæredem, sicut cucurrisset contra defunctum, sine spe restitutionis, vt est Casus in l. Aemilius ff. de minor. & in leg. ea quę à Patre C. de restit. milit. & vtrobique notant doctores, in l. fin. C. in quibus caus. in integr. restit. nõ est neces. Ias. cons. 226. per totum lib. 2. & tradit Balb. alios referens in tract. de præscript. in 6. part. principali in princ. num. 30. vers. prima conclusio est, & nouissime Tessaur. decis. pedem. 103. per totam. Et licet i-

3 ste minor potuisset petere restitutionem in integrum aduersus dictam pręscriptionem conuentionalem non ex edicto de minoribus, cum nihil gestum sit cum ipso, & tale ędictum requirat aliquid esse gestũ cum minore, vt illi detur restitutio l. 1. & per tot. tit. ff. de minorib. sed ex capite ignorantię, et ex clausula generali, si qua mihi iusta Causa esse videbitur, de qua in leg. prima in fin. & in l. sed & si, 26. §. item inquit Prętor ff. ex quibus caus. maiores: quia ex

4 quo successit in Ius alterius, probabilem habet ignorantiæ causam l. qui in alterius ff. de reg. iur. ita vt ne dum minori, sed etiã maiori ex hoc capite competat restitutio, vt not. in terminis Bart. in dicta leg. Aemilius in 2. opposit. quem sequitur Balb. in dicta 6. parte principali in princ. sub num. 32. vers. secũdo limita, & habetur per Tessaur. dicta decis. 103. num. 4. & sequent. & comprobatur ex traditis per Doctores communiter in leg. cum filius §. in hac ff. de verb.

5 obligat. vbi volunt, quod hęres etiam maior restituitur ex capite ignorantię aduersus poenam, & caducitatem procedentem ex contractu celebrato cum defuncto propter lapsum temporis, exemplificantes in hęrede Emphiteotę, qui non soluit Canonem per biennium, aut triennium, quia ignorauit rem esse Emphiteoticam: tamen hanc restitutionem non petijt, nec de illa aliquid in processu reperitur.

Et quamuis reperiam per D. D. informãtes pro actore, fieri mentionem de protestatione facta dicto Reo conuento ante lapsum termini dictorum annorum triginta, tamen non eam reperij in Processu, licet pluries illum inspexerim ad hunc particularem finem: scio autem licet ipsi non dicãt, quod præscriptio conuentionalis interrum-

6 pitur etiam sola extraiudiciali interpellatione, vt est Casus in leg. si mandato titij §. pen. ff. mand. quem text. ad hoc expressè notat, & singularem dicit Castrens. in leg. eum qui ita, §. ita il primò circa medium sub numero tertio versiculo & adde ff. de verb. obligat. sequitur Balb. in d. tract. in quarta quæst. principali tertiæ parti sextæ partis principalis num. 24. versicul. tertio

fallit

fallit notabiliter fol. 608. secundum paruã impressionem lugdunensem, & secundum prædicta retuli dicto D. Potestati iudicandũ esse contra dictum Actorem pro absolutione Reiconuẽti. Anno 1601. Florẽtię.

EPITOME.

De recusatione Iudicis, & de interpretatione Rescripti circa eam; & de alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in literis Apostolicis. In euentum recusationis, Assessorem iurisperitum neutri partium suspectum assumere tenearis, intelligitur de iusta, & legitima recusatione.*

2 *Rescripti verba sunt intelligenda secundum Ius commune.*

3 *Rescriptum numquam derogat Iuri communi, nisi expressè hoc dicat.*

4 *Iudex de Iure ciuili sola voluntate allegatur suspectus, secus de iure Cano. Nam debet allegari, & proponi coram eo causa probabilis, & legitima, quæ coram arbitris mox est probanda.*

5 *Litigare coram Iudice suspecto dura res est, & valde periculosa.*

Iudex ex omni leuissima causa recusari potest, At ex minima causa testis minime repelli potest. ibidem.

6 *Pontifex rescribens, quod Iudex suspectus recusari possit, intelligitur iusta subsistente causa.*

7 *Rescripta vltra Ius commune aliquid operari deberet, & sufficit vt quid minimum addatur iuri communi.*

8 *Rescriptum quamuis sit recitatorium iuris communis, tamen non potest dici frustratorium.*

9 *Verba conditionalia formam inducunt.*

Clausula (si est idoneus) in literis executorialibus importat monitionem, & non conditionem, ibidem.

CONSILIVM CXXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente coram admodum Magnifico, & Reuerendo Domino Michaele de Federicis Iudice delegato, & Commissario Apostolico, inter Ioannem, & Vincentium de Guadagnis, appellantes ex vna parte, & Reuerendum D. Paulum de Guidis Priorem Ecclesiæ Sancti Felicis ad Emam appellatum ex altera, retuli dicto D. Iudici Priori Ecclesię Collegiatæ Sancti Laurentij de Florentia, partes eius esse in pronuntiando, & declarando bene per admodum Magnificum & Reuerendum D. Andream de Adrianis Iudicem à quo fuisse iudicatum, & male per appellantes appellatum.

1 Motus ad ita referendum fui, quoniam credidi, quod illa Clausula in euentum recusationis, Assessorem Iuris peritum neutri partium suspectum assumere tenearis, apposita in literis Apostolicis, intelligenda sit de recusatione legitima, & iusta, prout de Iure, non autem de temeraria, & iniusta, & quod propterea dictus D. Andreas de Adrianis Iudex delegatus, & Commissarius Apostolicus à dictis de Guadagnis suspectus allegatus optimè se gesserit, declarando in dicta causa recusationis deueniendum esse ad electionem arbitrorum, qui de allegata suspicione, & eius Causis 2 cognoscant, quia verba rescripti intelligenda sunt secundum Ius commune cap. causam quæ, extra de rescriptis, & ibi notant scribentes, Paris. cons. 107. num. 25. lib. 4. Dec. in c. quoniam nume. 20. de constit. & latius in Rubrica de rescript. numer. 13. & seq. & in cap. ex parte il 2. num. 2. & seq. ex3 tra de offic. deleg. nec vnquam rescriptum dicitur deuiare à iure communi, nisi illi expressè deroget c. quamuis de rescript. in 6. Patris d. cons. 107. numer. 23. libr. 4. Vnde 4 quicquid sit de iure ciuili secundum quod habens Iudicem suspectum, potest sine causa illum recusare sola ipsius voluntate ad hoc sufficiente, vt per Doct. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & in l. apertissimi C. de Iudicijs, & tradit Dec. in c. cum speciali n. 2. extra de appellat. & latius Iafred. Lãfrãc. Balb. decis. 236. in principio, cum de Iure canonico volens Iudicem recusare vt suspectum, debeat corã eodem suspicionis causam probabilem, & legimã proponere, & mox corã arbitris super hoc eligendis probare c. 2. requiris §. 3. postulas, & d. c. speciali, extra de appellat. & c. suspicionis extra de offic. deleg. glos. in d. l. apertissimi in verbo recusare in fin. C. de Iudicijs, Iafred. dicta decis. 236. in fin. clare infertur, quod Summi Pontificis rescriptum non intellexit de recusatione sine Causa, ita vt à Iudice eligẽdus sit Assessor ex simplici recusationis vo5 luntate, Nam & si periculosum sit sub Iudice suspecto litigare, cap. quo suspecti tertia quæst. quinta, & d. c. cum speciali in final. verbis extra de appellat. & d. l. apertissimi

simi, C. de Iudicijs. Et omnis etiã minima suspicio est iusta Causa recusationis Iudicis, & minor, quam requiratur in teste repellendo, vt dicit Iafred. Lanfranc. Balb. decis. 111. per glos. ordinariam in c. cum Reuerendus Canonicus extra de officio delegat. cui est similis glos. quam non adducit in c. insinuante Reuerẽdo Rectore in glo. prima eod. tit. & tradit Dec. in c. postremo in secundo notabili num. 5. & seq & in d. c. cum speciali num. 21. & 22. extra de appel-

6 lat. Non tamen credendum est, quod Sũmus Pontifex voluerit, quod quis ex litigantibus frustratorie recusationis obtentu Iudicis possit declinare examẽ, vt dicit tex. in d. c. cum speciali, Ideoque de rationabili, & iusta Iudicis recusatione intellexisse videatur, vt ibi dicitur, & probatur, etiam in cap. super quæstionem §. quem verò delegatus, & §. eius ergo, extra, de officio delegati.

7 Nec obstat si dicatur, quod admissa hac intelligentia rescriptum nihil operaretur vltra Ius commune; sed esset frustratorium quia respondetur primo quod immo aliquid operatur, quia vult quod eligatur Assessor, vbi recusatio sit legitima, cum tamen de Iure Canonico causa suspicionis probata coram Arbitris, Iudex remittat negocium ad superiorem, vel causam committat de recusatoris consensu, vt in d. cap. cum speciali in versic. & ipsa probata, & ibi notant Doctor. & præcipuè Dec. numer. 27. & 28. vers. in glos. in verbo recusatoris, et satis est, quod rescriptum in minimo addat Iuri cõmuni, & aliquid, vel modicum operetur vltra illud, vt dicit Paris. d. cons. 107. sub nu. 23. libr. 4.

8 Secundo respondetur non reputari incõueniens, quod Rescriptum nihil operetur. Dec. d. c. causam quæ num. 13. vers. & dum Abbas, nec esse necessarium, quod rescriptũ semper disponat vltra Ius commune: nam, vt plurimũ idẽ continet, quod ipsum Ius commune, cum Rescriptum proprie dicatur quãdo rescribitur ad obseruationem Iuris cõmunis, puta quod fiat ius, vt p Dec. Rub. de rescript. n. 11. vers. quęnt Abbas, & in cap. prudentiam §. sexta num. 6. vers. & ad hoc facit, extra de offic. delegat. quo casu formam non inducit, sed admonitionẽ, & expressionem tantum eius, quod tacite

9 inerat, etiam si vtatur verbis conditionalibus quæ solent formam inducere, vt eleganter tradit Ruynus cons. 38. num. 4. vers. nec videtur lib. 5. exemplificans in illa clausula, si est idoneus, posita in literis executorijs, quæ facit monitionem, & non conditionem per allegata per ipsum, sibi.

Tertio respondetur, quod magis toleranduũ est, quod nihil operetur Rescriptũ, quã quod aliquid ex eo inferatur, quod Iuri cõmuni contrarium, vel dissonum sit, vt post Anchar. cons. 353. sub num. 2. & Alex. cõs. 34. ad finem, sub nu. 8. lib. 6. ponit Crauet. cons. 172. numer. 2. vers. & adeo hoc procedit, & ante eum Dec. in dict. cap. ex parte il 2. num. 31. Anno. 1601. Florentię.

EPITOME.

Omissum in sententia an habeatur pro expresso, quando suppletur in Motiuis: & quando hoc procedat, & quid in Motiuis facere possit Iudex, qui sententiam protulit.

SVMMARIVM.

1 *Sententię recipiunt declarationem à motiuis, præsertim Florentię.*
2 *Motiua an sint pars sententię, vel noua sententia.*
3 *Sententię duę in eadem Instantia regulariter pro ferri non possunt.*
4 *Statutum dans executionem paratam instrumento locationis contra Conductorem, intelligitur pręuia liquidatione.*
5 *Locatio fit per retentionem Dominij, & concessionem fructuum, & lapso termino intelligitur renouata.*
6 *Statutum dans executionem paratam Instrumento locationis, non extenditur ad locationem tacite renouatam.*
7 *Scriptum esse, vel pro scripto haberi differunt, quemadmodum differt veritas à fictione, & expressum à tacito.*
8 *Statutum dans Executionem paratam Instrumẽto guarantigiato, in quo sit promissum factũ, & promittens sit in Mora, non habet locum quo ad interesse causatum ob moram.*
9 *Scriptum quod non apparet expressè in instrumẽto, (licet virtualiter subintelligatur) tamen non dicitur esse de Instrumento.*
10 *Clausula (dicimus Iudicem à quo bene fuisse Iudicatum, & per appellantem male appellatum) quando confirmet in totum, vel in parte illius sententiam.*
11 *Sententia refertur ad acta, & probata, & non ad ea, quę in processu non apparent.*
12 *Verba (secundum prędicta) modificant, & restringunt pręcedentia.*
Actio, quę pendet à futuro euentu est reseruanda, quousque potentia actionis reducatur ad actũ, ibidem in fin.

CON-

CONSILIVM CXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

1 CLarissima est resolutio, quod Florentiæ sentētię M.M.D.D. Iudicum, & Auditorum Rotę declarantur ex motiuis, in quibus apparent causæ, & rationes ipsarum sententiarum, nec dictę Causæ, & rationes motiuorum adiectæ ad præcedentem sententiam dicuntur constituere nouam sententiam, sed talis declaratio trahitur ad tempus ipsius sententiæ declaratæ, adeò quod declaratio illa vna cum declarata sententia eodem tempore fingitur emanasse, & dicitur vnum tantum votum, & vnus, & idem actus, vt in terminis declarat Roman. cons. 45. super eo, num. 1. 2. & confirmatur ex traditis per Boer. decis. 172. nume. 23. & seq. vers. tum hęc declaratio, vbi etiam allegat. d. cons. Romani, vt merito secūdū allegata in dictis Motiuis debeat sententia intelligi, vt per Doctores in l. Iulianus verum debitorem ff. de condit. indebit. vbi præcipuè Bart. num. 4. versicul. prædicta vera, facit Aret. cons. 137. num. 5. vers. secunda ratio est, & Gozzad. latius in sistens cōs. 50. n. 17. vers. quinto considerandum. Quod pręsertim procedit Florentiæ, vbi per dictos Dominos Iudices motiua fiunt ex præcepto ipsis imposito ex l. anni 1560. super reformatione prouisionum anni 1505. quo tempore ordinatum, & con-
2 stitutum fuit dictæ Rotæ tribunal, quo casu dicta Motiua sunt pars sententiæ, vt in indiuiduo dicit Soc. Iun. consil. 181. n. 79. libr. 2.

Nec dicatur, quod prędicta procedunt quando motiua tendunt solummodo ad declarandum, quæ dubia erant in sententia non autem ad ampliandum, vel restringēdum, aut aliter alterādum id, quod erat clarum in sententia, secundum Aret. in cons. 56. ante finem post vers. secundum adhuc est clarius, & cons. 79. num. 5. vers. sed hoc non obstante, post Bart. in l. ab executore sub num. 7. vers. quęro secundo ff. de appellat. vbi etiam Alex. in addit. & late tradit Marc. decis. 668. quęritur an Iudex per rotam in prima parte, esset enim tunc non eadem sententia, sed noua, & secunda, quę
3 nulla esset, quia in eadem instantia non possunt proferri duæ sententiæ etiam ad inuicem concordantes, prima enim lata sententia finita est instantia, & proinde secunda sententia dicitur lata nulla instantia pendente; & sine actis causæ, & propterea non potest subsistere, ut egregie declarat Roman. d. cons. 45. num. 3. vers. ulterius, & facit Marc. decis. 670. quæritur quando eadem prima parte, vbi quod si mutatur sententia, censetur nouus actus, qui etiam notandus est sub sua data, & non sententiæ mutatæ.

Quoniam respondetur, quod motiua Dominorum trium Iudicum secūdarum appellationum pręfatę Rotæ non alterant in aliquo eorum sententiam, dum declarāt quod nihil dixerunt de fructibus, quos prętendunt Domini de Contuccijs contra D. Beatricem de Bartolis pro tempore decurso post sexennium, de quo in Instrumento venditionis facta est specialis pactio, quia nullum verbum reperitur in dicta sententia; quod loquatur de hoc tempore decurso post sexennium: in sententia enim dicitur, quod in calculis ineundis inter partes computanda sit ad fauorem Contucciorū quantitas capitalis, & fructuum conuenta in instrumento venditionis Vineę, in quo quidem Instrumentum conuentum fuit tantummodo de interesse sexennij, nec de fructibus ulterioris temporis actum fuit.

4 Et licet vigore dicti Instrumenti agi potuisset pro damnis, & interesse conuentis in genere, non tamen pro illis potuisset aliqua executio concedi ob statutum, quod publicis locationum Instrumentis contra conductorem, & eius bona, & heredes paratam dat executionem nulla facta liquidatione ante, vel post ipsam petitam executionem ex ijs; quæ late congerunt Couar. li. 2. variar. resolut. c. 11. col. 1. 2. & seq. Osasc. decis. pedem. 129. per totam, et Carpā. ad Stat. mediol. c. 42. sub Rubr. de execut. Instrumen. numer. 29. & seq. versicul. pro credito autem part. prima, & bene aduertunt dicti DD. Iudices in eorum motiuis,
5 quibus addo, quod vbi dici posset conuentionem expressam quantitatis fructuum sexennij importare locationem virtute dominii reseruati rei venditę, vt decidunt Abbas cons. 66. in primo dubbio per totum li. primo & Ruin. cons. 73. num. 3. in secundo casu, & nume. seq. lib. primo Anchar. quæst. 33. num. 6. & seq. lib. 2. ipsamque locationem exinde lapso sexennio durare, veluti tacito partium consensu prorogatam, iuxta l. item quæritur, §. qui impleto cum
6 l. seq. ff. locat. tamen pro ipsa tacita recon-
ductione,

ductione, & mercede debita pro alijs annis sequentibus post lapsum sex annorum in Instrumento contentorum, non potuisset tentari via executiua vigore prædicti statuti, quod intelligitur concedere executionē paratam ijs tantum, quæ expresse continentur, & leguntur in Instrumento locationis, non autem ijs, quæ in eo non videntur, sed extrinsecus veniunt, & subaudiuntur, vel alio modo virtualiter, & intellectualiter comprehenduntur, vt in terminis dicit Bal. in l. legem, num. 1. 2. & 3. C. locat. quem sequitur Ias. in l. certi conditio num. 21. vers. punctus est, ff. si cert. petat. & ita etiam tenere videtur Dec. ibidem num. 8. dum simpliciter adducit Bald in d. l. legem: & cum hac opinione transit expresse Afflict. dec. 365. num. 15. vers. non tamen, & eam etiam approbat Ias. cons. 49. sub num. 2. vers. secundo dicitur, lib. 3. Et dicit idem Bal. in l. generali in vlt notab. num. 4. C. de sacrosanct. Eccles. † quod scriptum, & non scriptum non differunt quantum ad essentiam, sed bene differunt quantum ad executionem, quia quod reperitur scriptum habet executionē, aliud non, quod dictum sequitur Ias. in d. l. certi conditio nu. 21. post vers. punctus est, & sequi etiam videtur Dec. ibidem nume. 8. dum citat dictum locum Bald. † Et coadiuuatur ex eo, quod si statutum det executionem paratam Instrumentis guarentigiatis, & in tali instrumento promissum sit factum, & promissor sit in mora faciendi, adeo quod de Iure succedat obligatio ad interesse, non poterit dictum interesse peti executiuè vigore dicti statuti, † quia non dicitur esse de Instrumento, ex quo in eo non legitur, etiam quod virtualiter, & intellectualiter comprehendatur, Alex. in l. 1. num. 13. circa fin. vers. prædicta intellige, ff. de leg. 2. Ias. in l. 1. nume. 33. versiculo tenendo tamen, ff. de edend. & latius in d. l. certi conditio, num. 20. vers. per istam Conclusionem, & licet postea nume. 21. multa in contrarium adducat, dicit tamen hanc esse Communem opinionem, & ab ea non esse recedendum, quam etiam approbat, & veriorem dicit Dec ibidem nu. 8. & 9. vers. & ex prædictis, & idem Dec. in cap. translato in 3. notabili num. 10. & seq. extra de constit. Otasc. d. decis. Pedem. 139. nume. 3. 4. post versic. cum igitur, & Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 42. Rubr. de execut. instrum. num. 33. vers. interesse autem hoc, parte prima, quæ omnia valde, ni fallor, corroborāt, prædictorum D. D. Motiua.

† Nec prædictis repugnant verba sententiæ per illam Clausulam dicimus per D. Vicarium Montis Sancti Sabini Iudicem à quo, bene fuisse, & esse iudicatum, & per appellantes male appellatum, quæ demonstrant sententiam Iudicis à quo in totum fuisse confirmatam. Bart. in l. eos, C. de appellat. num. 7. & 9. Alber. nume. 3. & 4. Castr. num. 4. & 7. Corn. num. 7. & 12. Bart. in l. Aemilius num. 4. ff. de minor. Papiens. in forma appellat. à sententijs diffinitiuis, in gl. super verbo etiam in quantum nume. 4. & in forma libell. appellat. in glos. bene appellatum, & in forma sententiæ in causa appellat. in glos. bene, & iuste, & in glos. causis nume. 4. quia vltra quod attentari posset, † quod sententia dicti D. Vicarij, quæ secūdum acta intelligenda est, vt per Doctores in d. l. Iulianus verum debitorem, ff. de condit. indebit. nō loquitur de fructibus decursis post sexennium, de quibus nominatim dictum non fuit in ea, nec in processu, respondetur, quod DD. tres Iudices Rotæ non simpliciter approbant sententiam dicti D. Vicarij per illa verba bene iudicatū, & male appellatum, in quibus terminis loquuntur præcitati Doctores, sed eam approbant restrictiuè secundum continentiam eorum sententiæ, & sic respectu tantum tēporis sexennij, de quo facta erat conuentio expressa interesse, de quo ipsi loquuti sunt in dicta sententia, & propterea appensate, & non ab re dixerunt non absolute bene iudicatum, & male appellatum, sed secūdum prædicta, vt denotarent nō simpliciter fuisse confirmatam priorem sententiam, sed in parte tantum per ipsos expressa. † Verba igitur illa secundum prædicta modificant, & restringunt sequentem Clausulam bene iudicatum, & male appellatum, & operantur, vt eorundem Iudicum motiua optimè conueniant cum Sententia, nec eam alterant, & ex istis retuli D. Vicario S. Sabini eius partes esse in pronunciando cōtra Dominos Mutium, & Marcum Antonium Contuccios à Monte Sancti Sabini, vt pro executione dictæ Dotalis sententiæ nō possint approbari calculi pro eorum parte producti, continentes mercedem, seu interesse eis debitam, seu debitum per dictam D. Beatricem de Bartolis pro tempore decursò post sexennium, de quo conuentio particularis erat facta in instrumento venditionis Vineæ, reseruando nihilominus Iura dictis Contuccijs, qualia eis competunt, pro dicto tempore post sexennium decurso experienda in alio Iudicio contra dictam D. Beatricem, emptoris Vineæ hæredem, iuxta leg. Bebius in fin. cum ibi notat. ff. de pact. dotal. lib. Anno 1601. Florentiæ.

X EPI-

emptorem, etiam absque speciali cessione Bald. in d. tract. sub num. 6. versic. sed insurgit quaestio ad fin. & latius Afflic. in §. 6. nume. 15. versi. item quaero, & num. 19. & 20. versi. vltimo quaero, & si agendo potest quis vti Iure sui Authoris, multo magis Ius retentionis consequitur, ne ab eo res empta retrahatur, cum faciliùs concedatur retentio, quàm actio, l. inuitus §. Cui damus, ff. de reg. Iur. l. per retentionem, & ibi Doctores C. de vsur. Crauet. consil. 148. num. 2. † & regulare est, quod omnes exceptiones competentes venditori competunt etiam Emptori, quia Ius excipiendi transit in singularem successorem. Castr. consil. 270. col. fin. nume. 4. lib. 2. Crauet. d. consil. 148. nume. 1. Prodestque † Ius auctoris singulari successori non solum quo ad conseruationem, sed etiam quo ad nouam acquisitionem. Crauet. consil. 206. num. 6. & videtur tex. in l. inuitus §. plerumque, ff. de reg. Iur. dum vult; quod † eadem causa sit emptoris, quae Auctoris fuerat, tam in agendo, quàm in defendendo, vnde possunt praedicti de Ciarpijs non solum à retractu excludere Falconium, sed ab eodem ipsi retrahere solarium, vtentes non solum proprijs, sed etiam suorum Authorum Iuribus, cum possit quis se iuuare ex pluribus titulis, † & rem semel acquisitam de nouo acquirere, si prima acquisitio sit dubia, vel secunda sit plenior. Oldrad. consil. 23. in fine. Dec. in l. nemo ex his, §. quoties nu. 2. & 3. ff de reg. Iur. Crauet. consil. 16. num. 6. Nec ex iuribus retrahendi cessis per dictam Petram Falconio potest ipse aliquid praetendere in retractu portionum, antea acquisitarum per dictos de Ciarpijs à Ioannetto, & Pellegrino, quia quando Ciarpij emerunt à Ioannetto, Ius retrahendi non competebat D. Petrae, sed Pelegrino magis confinanti, nec cum ex inde emerunt à Pelegrino, quia tunc magis vicini erant ipsi Ciarpij, adeo quod ex omni capite videtur concludendum pro dictis Ciarpiis. † Quibus etiam prodesse debet, quòd sint cognati, & de eadem parentela ex traditis per Afflict. in d. tract. in Rub. sub num. 12. & seq. versic. decimo, & vltimo, & quod vndique sint Confines solario, illoque excepto vniuersae Domus Domini, dictus vero Falconius in exigua admodum parte cohereat, quae in nulla, aut saltem modica consideratione habenda sit ex notat. per Afflict. in d. §. 6. nume. 10. vers. sed in contrarium. Anno 1603. Florentiae.

EPITOME.

Restitutio in integrum per viam gratiae, an impediat executionem Rei iudicatae, & quando.

SVMMARIVM.

1. *Executio rei iudicatae, an impediatur per restitutionem in integrum, & an per nullitatis dictionem, & quid per appellationem.*
2. *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam impedit executionem (cessante calumnia.)*
3. *Restitutione in integrum pendente aduersus sententiam, executio per viam attentati reuocatur.*
4. *Restitutio praedicta, vt executionem impediat, qualiter, & quando peti debeat.*
5. *Executio sententiae impeditur quando de laesione incontinenti apparere potest.*
6. *Iudex, cui euidenter non constat de laesione, non debet retardare executionem cautione praestita à victo de restituendo in casu succumbentiae.*
7. *Reintegratio ad docendum de Iure suo, differt à restitutione aduersus Rem iudicatam.*

CONSILIVM CXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa brachij militaris vertête inter Magnificum D. Amerigum de Grassis, agentem ex vna parte, & Magnificum D. Vincêtium de Gallis Reû Conuentum ex altera, coram Admodum Magnifico, & Excell. D. Iudice Quarteriorum Sancti Ioannis, & Sanctae Mariae Nouellae, Ciuitatis Florentiae pro executione sententiae, aliàs inter dictas partes latae, & in Rem iudicatam transactae; Retuli illud esse dicto Actori côcedendum iuxta per eum petita, reiciendo oppositionem rei conuenti, quod executio haec suspendenda esset; donec terminatum esset Iudicium motum super reuisione dictae sententiae ex Rescripto Serenissimi Magni Ducis Aetruriae ad preces ipsius Rei emanato. Quoniam & si in hoc puncto, † an scilicet victo petente Restitutionem in integrum aduersus sentêtiam in Iudicatum transactam, executio ipsius sententiae impediatur, varij varia dixerint, vt patet ex late congestis per Franc. Marc. decis. 53. per totam in 2. parte, & Bart.

& Bart. in l. 4. §. condemnatum, numero 3. ff. de re iudicata, tenuerit eandem esse adhibendam distinctionem, quæ in dicente de nullitate adhibetur, vt scilicet si causa, propter quam Restitutio postulatur, altiorem requirat indaginem, non impediatur executio, si vero incontinenti probari possit, impediatur, Imo. verò ibidem colum. 1. versic. sed si peteretur restitutio in integrũ, indistinctè voluerit executionem impediri, sicut in Causa appellationis impeditur, nisi adsit præsumptio malitię, seu calumniæ cõtra talem restitutionem petentem, quam opinionem in eodem §. sequuntur. Alexã. nu. 26. dicens esse veriorem, & magis Communem. Ias. num. ibidem 26. & seq. & Rip. num. 30. testantes de Communi. Capel. Tolosan. quæst. 54. in 2. dubio vers. sed an pendente, Afflict. decis. 356. nume. 3. Capic. decis. 53. sub num. 1. Io. Moedan. decis. 2. de restit. in integr. aiens, quod ita sæpè tentum fuit in Rota; Benintend. decis. 85. num. 11. & melius nume. 16. in fin. Matant. de ord. Iudic. in 6. part. princip. in 2. actu num. mihi 96. & 98. Couar. libro practic. quæst. cap. 25. num. 7. vers. duodecimo licet, vbi quod est opinio frequentiori calculo recepta, & alij relati per Contard. in repet. l. vnicæ, C. si de moment. poss. fuer. appella. in 8. limit. num. 50. vers. sed an victo, quibus adduntur Cuman. in d. §. condemnatum nu. 5. versic. in eo autem, vbi claris verbis concludit, 2 † quòd restitutio in integrum indistinctè impedit executionem sententiæ, nisi esset euidens calumnia, & dicit esse veriorem, & tutiorem opinionem. & Franc. Marc. d. decis. 53. num. 7. & plur. seq. qui refert plures de Communi testantes, cum qua sententia veluti Communi transit postea decis. seq. 54. num. 1, 2. & 3. & subdit priore loco nu-3 me. 20. vers. & vlterius, † quod si contra pręmissa fiat executio, reuocanda est per viam attentati; Tamen dicta opinio non procedit in pręsenti casu, in quo ante petitam executionem sententię nulla vnquam petita est reuisio illius, sed reuisio ipsa intentata fuit post iam petitam ipsius sententię exe-4 cutionem; † nam prędicta opinio Imol. & sequacium, quod executio sententiæ impediatur per petitionem restitutionis in integrum, vera est, quando principaliter petitur per viam libelli, & antequam Victor petierit executionem sententiæ, secus autem si post petitam executionem victus excipiendo, aut etiam principaliter agendo, petat se in integrum restitui, nam tunc potius est lo-5 cus distinctioni. Bart. supra relatæ, † vt scilicet impediatur executio; quando incontinenti de læsione apparere potest, alias vero si altior requiratur indago, non impediatur executio, vt punctualiter tradit Alex. consil. 223. numero 6. versic. bene fateor, lib. 6. post Bald. in l. fin. num. 4. versic. item quæro, C. si ex fals. instrument. quod dictum sequuntur Put. decis. 285. lib. 2. Benint. d. decis. 85. nu. 15. & Contard. in d. l. vnica, d. limitatione octaua, num. 59. versic. vltimò intellige, & vltra eum Franc. Marc. d. decis. 53. sub num. 13. post medium, vers. Franc. de Aretio, vbi præcisè dicit, quòd aut petita est executio sententiæ, antequam postularetur restitutio in integrum, & isto casu non impeditur executio, aut restitutio in integrum præuenit executionem, quia priùs postulata, & tunc impeditur executio. Et quamuis prædictæ decisiones in puncto de restitutione in integrum satisfuissent ad iustificandam executionem D. Americo victori concessam, tamen vt Domino Vincentio victo vberius consultum esset in casu victoriæ super dicto Iudicio restitutionis in integrum moto, volui addere concessioni executionis, quod dictus D. Americus caueat de restituendo possessionem bonorum, & quicquid pro executione dictæ sententiæ, & eius occasione perceperit, & de effectualiter reponẽdo omnia in pristinum statum, eo casu, quo postea succumbat in dicta causa reuisionis sententiæ, seu restitutionis in integrum aduersus eam concessæ, iuxta ea, quæ in terminis dicit Alex. d. Consil. 223. sub num. 6. versic. 6 & licet, vbi inquit, † quod quando nihil euidenter constat Iudici de læsione, quæ causat restitutionem in integrum, non debet supersedere in executione sententiæ, sed ad eam procedere debet præstita cautione per victorem de restituendo illud, quod accipiet pro executione sententiæ eo casu, quo victus obtineat in Causa restitutionis in integrum, quam opinionem probat Frãc. Marc. d. decis. 53. col. antepen. penult. & finali, vbi latè insistit, & sentit Benint. d. decis. 85. ante fin. Item ante eos voluit Cuman. in d. §. condemnatum num. 3. versic. supposita tamen, qui licet loquatur in nullitate, tamen adducit cap. suscitata, extr. de restitut. in integ. quod sequitur in proposito nostro, & in quo se fundant omnes Doctores, qui in hoc puncto loquuntur, sed magis in terminis nostris seruit Contard. in d. l. vnica in 8. quæst. in verbo supplicatio, ubi num. 41. versic. nam regulariter, inquit, quod licet restitutio in integrum regulariter impediat executionem sententiæ, sicut 7 appellatio, tamen † reintegratio facta alicui per Principem ex gratia per viam supplicationis ad sua Iura ostendenda contra sententiam non impedit executionem talis

X 3 sen-

2 Nec mirum quia, & si nulla omnino scriptura interuenisset, sed per testes tantum de hypotheca anteriori tempore facta appareret, idem esset; cum hypotheca non requirat de necessitate scripturam, sed solo consensu contrahatur, & proinde testibus probari possit, l. 1. ff. de pignor. act. l. contrahitur ff. de pignor. Tiraq. d. glos. 7. num. 59. vers. quid autem. Petrus Io. Ancar. d. q. 10. num. 4. & 5. Sforz. Oddus d. consil. 100. nume. 86. & seq.

3 Et quamuis d. l. scripturas loquatur de duobus creditoribus cōtendentibus de priori hypotheca, tamen procedit etiam in omni alio casu, in quo agitur de præiudicio tertij, & specialiter quando creditor ex scriptura priuata prætendit habere hypothecā priorem tempore ex dicta scriptura contra emptorem, vel alium tertium possessorem prætendentem habere dominium rei ex publico instrumento posteriore, cum eadem militet ratio suspicionis, & fraudis, ne scilicet ea scriptura facta fuerit post dictam venditionem, vel alienationē, licet ex eius lectura contrarium appareat propter antidatam in illa positā: nec debet esse in facultate alienātis, eiusdemq; debitoris peruertere alienationem à se factam per publicū instrumētum prælato die in scriptura priuata, vt post Castren. cons. 134. col. pen. & fin. vers. & ex his patet, & infra lib. 1. & cons. 337. col. 1. lib. 2. Socin. cons. 41. col. fin. nu. 35. vers. confirmatur hoc fundamētum lib. 4. & alios firmat Tiraq. d. glos. 7. num. 44. & plurib. seq. vers. quæ quidem rationes, quibus addi possunt Negus. in trac. de Pignor. & hypothec. in 2. memb. quintæ partis sub nu. 49. vers. vlterius est aduertendum, Gabr. d. concl. 10. nume. 4. & seq. in 2. 3. & 4. ampliat. & Vinc. de Franch. d. decis. 95. num. 4. vers. sed pro parte conuentorum, quicquid aliqui velint in contrarium, de quibus meminerunt Tiraq. Negusant. & Gabr. supracitati.

4 Nec ex alia scriptura priuata per eosdem debitores confecta cum hypotheca bonorum ad fauorem ipsius hospitalis vsque sub die 6. Octobris 1584. & in dicto publico instrumento anni 1587. registrata, & per dictos debitores approbata potest dictus Dassius repelli, quia; & si dicta scriptura priuata recognitionis debiti ad fauorem Hospitalis ex eius inspectione videatur anterior tempore scriptura promissionis dotis factæ ipsi Dassio, non tamen propterea debet esse potior in iure, quia cum sit simplex, & non subscripta tribus testibus, nec aliter solennizzata secundum formam dictæ legis scripturas, nec circa diem in ea appositum verificata, non attenditur in præiudicium tertij habentis aliam hypothecam posteriorem ex instrumento publico, vel ex alia scriptura illi æquiparata propter suspicionem fraudis, & antidatæ, vt supra diximus per textum ipsius l. scripturas, & ibi notata per scribentes, & latè ostendunt Tiraq. d. glos. 7. nu. 43. & seq. Couarr. d. cap. 22. nu. 5. vers. hæc verò, & infra, Socin. cons. 274. nu. 1. lib. 2. & cons. 41. nu. 35. vers. confirmatur hoc lib. 4. Negusant. d. 2. memb. quintæ partis nume. 47. vers. octauo quia supra, Gabr. d. conclus. 10. in princ. nu. 1. Sforz. Odd. d. cons. 100. num. 57. & infra in 3. & seq. conclusionibus, & iterum num. 72. versic. quo verò ad præiudicium tertij, & num. 88. & 89. vers. quo verò ad probationem, etiam quod pro tempore apposito in ipsa scriptura priuata aliquæ concurrant verisimilitudines, vt ex pluribus subdit eleganter Negusan. vbi supra num. 50. vers. vltimo circa dispositionem, Felin. in cap. 2. sub num. 56. post vers. reliqua die extra de fide instrument. Gabr. d. concl. 10. num. 3. vers. primo amplia.

5 Nec refert recognitio de dicta scriptura priuata per dictos debitores facta in dict. Instrumento publico de anno 1587. quia cū sit facta post Ius quæsitum dicto D. Petro Dassio per scripturam anni 1586. illi non præiudicat, sicut nec cedentis confessio post cessionem cessionario, cui antea Ius quæsitum est, præiudicat, quia talis recognitio debitoris non nocet alteri etiam ab eo, per prius tamen causam habenti, & sic anteriori creditori, nisi aliter de ipso debito appareat, quia potuissent debitor, & Creditor ille inuicem colludere in præiudicium alterius, vt in terminis dicunt Castr. cons. 134. num. 1. & 2. cons. 110. num. 6. & 7. vers. an verò confessio, cons. 228. sub numer. 1. post vers. ex prædictis sequitur lib. 1. cons. 79. nu. 2. cons. 337. num. 1. 2. & 3. & in fin. vers. & dico lib. 2. Socin. cons. 266. num. 2. in fin. & num. 3. & cons. 274. num. 1. lib. 2. cons. 78. num. 2. lib. 4. Abbas in cap. 2. sub num. 2. in primo casu, & Felin. num. 12. in 5. limit. vers. item intelligo de fide instrum. Tiraq. dict. glos. 7. num. 47. vers. & pro priori sententia, Crauet. cons. 40. num. 6. in fin. & in tract. de antiquit. temporis in prima parte §. ampliatur nunc num. 24. uers. quod tamē sanè, & §. viso de verbis enunciatiuis num. 16. vers. istud tamen, Alex. de Neuo cons. 31. numero 13. Ant. de Butr. cons. 5. nume. 2. vers. item ex quo, Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 11. sub numero 4. versiculo, cui illud adijciendum, Cacher. decis. pedemon. 45. num. 6.

6 Quinimmo, & si ipsemet Dassius recognosce-

gnosceret dictam scripturam priuatam ad fauorem Hospitalis factam, & fateretur eam esse veram quo ad contenta in illa: non tamen propterea sibi præiudicaret in iure suæ hypothecæ anterioris, nisi etiam fateretur illam esse confectam die,& tempore in ea contento, quia vis non consistit in negatione facti contenti in scriptura,sed in negatione anterioris confectionis, quæ anterioritas est probanda specificè, & in indiuiduo, vt punctualiter dicit Sforz. Odd. d.consil. 100.nu.67. vers.& quod temporis huius expressio,& nu.94.& 95. vers.neque mouet,& infra.

Nec quicquam operari potest dictum instrumentum publicum anni 1587. factum post dictam scripturam promissionis dotis factæ Dassio, continens hypothecam ad fauorem hospitalis,quia cum se referat ad dictam scripturam priuatam anni 1584. continentem diem anteriorem die dictæ scripturæ Dassij, non potest plus importare,quam ipsa scriptura priuata,ad quã se refert,quæ,vt dictum est, tanquam simplex post ponitur scripturæ Dassij verificatæ, & publico instrumento æquiparatæ, vt dicit Castr.d.cons. 337.num.3. versicul. & idem lib. 2.

Nec dicatur, quod scriptura illa priuata ad fauorem hospitalis prior in tempore præ 7 ualere debeat scripturæ priuatę posteriori ad fauorem Dassij, etiam quod illa Dassij sit indubitata, & verificata quoad datam, illa autem Hospitalis non, quasi quod d. l. scripturas loquatur, quando scriptura priuata concurrit cum instrumento, non autem quando concurrit cum alia scriptura priuata, quia tunc procedit regula, quod prior in tempore potior sit in Iure, ita vt in concursu priuatæ scripturę cum alia scriptura priuata, is præferatur, qui priorem in tempore hypothecam habere appareat, vt est de mente glos. in dicta leg. scripturas in verbo suum robur propè finem vers. secus si agat contra etiam, & sentiunt Azo. in summ. C. qui potior. in pignor. habeant.numer. 6. Odofred. in dicta leg. scripturas col. 1.vers.si autem volo experiri, & Din. in cap.qui prior, num. 10. de reg. Iur. in sexto.

8 Quia respondetur, quod prædicti patres intelligendi sunt quando vtraque scriptura est simplex, non habens solemnitates requisitas per dispositionem dictæ l. scripturas, nec est aliter verificata quo ad datam seu diem in ea appositam, tunc enim benè potest attendi regula, quod prior in tempore potior est in Iure: secus autem si una scriptura sit solennizzata secundum terminos d.l.scripturas,vel aliter indubitata respectu datæ seu diei,quia tunc non procedit dicta regula: sed scriptura solennizzata,vel verificata,& indubitata vt supra, quamuis posterior in tempore pręfertur scripturæ simplici non solennizzatæ nec uerificatæ quoad datam licet appareat anterior ex die in ea apposito ob suspicionem fraudis, & antidatæ, nam si talis scriptura priuata solennizzata, vel verificata quoad datam præfertur publico instrumento posteriori, vt probat textus in d.l.scripturas, & supra dictum fuit, vtique præferenda est anteriori scripturæ priuatæ non solennizzatæ, nec verificatæ vt supra, cui publicum instrumentum posterius pręfertur ex eadem l. scripturas, & dictis superius ob regulam si 9 vinco vincentem te,multo magis vinco te, de qua pulchre per Bald.cons.258.ante fin. libr. 2. & est textus ad literam, quem ipse non adducit in l. de accessionibus in fin. ff. de diuers. & temporalibus pręscripto: & aliter dicere, & velle, quod dicta scriptura priuata simplex non verificata præponatur alteri scripturæ priuatæ indubitatæ: & quę pręfertur publico instrumento,quod d.simplici scripturæ ante ponitur, esset valdè absurdum, & inconueniens, & contra prædictam regulam, quia superaret id, quod vincit illud,à quo ipsa vincitur, Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

De Dote congruenter constituenda Filiæ in Bonis Patris defuncti.

SVMMARIVM.

1. *Dos (vt congrua dicatur) debet taxari inspecta quantitate, & valore bonorum, quæ remanserunt in hæreditate tempore mortis Patris.*
2. *Dos filiæ constituenda post mortem Patris non debet regulari iuxta mensuram aliarum Dotium in vita Patris alijs filiabus constitutarum, sed habetur ratio ad qualitatem, & quantitatem Bonorum in hæreditate remansorum.*
3. *Argumentum de præterito ad præsens non procedit in ijs, quæ tractu temporis variantur.*

CON-

CONSILIVM CXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

STante sententia lata per D. Officialem Montis Fatucchij inter Dominas Margheritam, & Catherinam filias olim Frãcisci quondam Matthęi de Mõte Fatucchio agẽtes ex vna parte, & D. Pasquinam filiam quondam Matthęi olim Angeli de Bifurco, Ream conuentam ex altera, per quam fuit declararum dd. Actrices deberi congrue dotari de bonis hęreditate quondam Francisci earum Patris remansis secũdum conditionem earum, & quantitatem bonorum dictæ hæreditatis ad minus pro quanto capit earum legitima declaranda, & liquidanda in executione ipsius sententię: & visis Actis hinc inde factis inter easdem partes super executione prædictę sententię: retuli D. Officiali Clusij partes eius esse in absoluendo dictam D. Pasquinam à petitis per dictas D. D. Margheritam, & Catherinam, reseruando nihilominus eisdem Iura melius liquidandi dictarum Dotium quãtitatem tam ex deductis, quàm ex deducendis. Nam cum ex processu non appareat probatum quid, & quantum remanserit in bonis, & hæreditate dicti earum Patris tẽpore eius Mortis, clarum est, quod nulla cõ-
1 gruæ Dotis declaratio sequi potest. Cum ad dictam taxationem faciendam considerandum sit tempus mortis dicti earum Patris, & quis eo tempore fuerit valor bonorum in eius hæreditate dimissorum, vt dicit sententia, & est de Iure, ex quo agitur de Dote filiabus post Patris obitum constituenda, vt in puncto tradunt Castr. consil. 73. sub nume. 1. vers. & venit dotanda lib. primo, quod est repetitum consil. 266. eod. lib. primo, Brun. in tract. quod stantibus masculis femin. exclud. artic. 9. sub numer. 42. vers. prædicta procedunt, Cotta memor. in verbo Dos cõstituta post medium vers. vbi uero veniret dotanda & Grammatic. decis. 57. numero 4. uers. si ergo exclusio, & alij per eos allegati.

2 Nec Dotes prædictæ uidentur commensurandæ cum Dotibus, alijs filiabus per Patrem viuentem constitutis: quia tunc potuit habere longe plures facultates, vt ampliores Dotes constitueret filiabus, quam
3 tempore mortis, nec de vno tempore ad aliud necessario inferri potest in similibus, quæ variari solent, & non in eodem statu permanere, cum qui hodie diues est, cras pauper fit, & è contra, vt colligitur ex his, quæ in istis terminis tradunt Brunus in d. art. 9. num. 40. vers. post prædicta quæri potest. Boer. decis. 62. ferè in tota Menoch. in tract. de arbitr. Iudicum lib. 2. centur. 2. casu 149. num. 15. & pluribus sequentibus vers. declaratur secundus hic casus. Tessaur. decis. ped. 192. sub nu. 5. & 6. & Cotta d. mem. dos constituta ante medium vers. & in consideranda Dote, sed tamen quod dictis Actricibus defuit pro liquidatione dictę dealarationis Dotis faciendę, poterit alias mediante reseruatione suppleri, ne eorum bono Iure iã per sentẽtiam declarato priuentur iuxta leg. Bebius in fin. cum ibi notatis ff. de pactis dotalibus. Anno 1601. Florentię.

EPITOME.

Pacto de retrouendendo semper, & quandocunque, quanto tempore præscribatur, & an præscriptio inchoata cum defuncto, procedat contra hæredem minorem.

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo semper, & quandocunque præscribitur 30. Annis.*

2 *Præscriptio conuẽtionalis incohata cum defuncto maiori currit contra minorem (quamuis pupillum) defuncti hæredem, sine spe restitutionis.*

3 *Minor quando restituatur aduersus pactum redimendi præscriptum, & quibus remedijs adiuuetur.*

Edictum de minoribus quando minori non patrocinetur, ibidem.

Clausula generalis, si qua mihi iusta causa &c. quibus deseruiat circa Restitutionem petendam. ibidem.

4 *Restitutio ex capite ignorantiæ competit ei, qui in Ius alterius succedit, siue minor, siue maior sit.*

5 *Restitutio ex capite ignorantiæ Contractus initi cum defuncto competit hæredi aduersus pęna caducitatem.*

6 *Præscriptio conuentionalis interrumpitur etiam per solam interpellationem extraiudicialem.*

CON-

CONSILIVM CXXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

1 QVia clara videtur decisio, quod pacto de retrouendendo semper, & quādocunque præscribitur spatio triginta annorum iuxta ea, quæ notant Angel. cons. 55. num. 3. vers. hic tamen insurgit dubium. Ias. Dec. & alij scribentes in l. petens C. de pactis. Cagnol. in l. 2. in 8. quæst. nu. 70. & pluribus sequentibus C. de pact. inter empt. & vendit. Petr. Rebuf. in repet. leg. vnicæ C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur in primo notabili num. 52. & seq. vers. postremo, & infra, inquiens esse veriorem, & communiorem, & iudicando, & consulendo tenendam, Boeri. decis. 182. numer. 1. cum multis sequentibus attestans communiter illam in Curijs seruari. Balb. in tract. de præscript. in 4. parte quintæ partis principalis in 3. quæst. num. 1. & 2. dicens esse veriorem, & tutiorem opinionem, quam nouissime tanquam Communem, & magis communem sequitur Sforz. Odd. cons. 11. num. 62. lib. primo, quam sententiam latissimè probat Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 7. & pluribus seq. & licet num. 15. & seq. referat multos contrarium tenentes, tamen num. 28. & seq. illam firmat, respondens rationibus in contrariū adductis, inquiensque tandem esse approbatam à suprema Parisiensi Curia, & sequendam esse, cum etiam sit communior, & doctorum maioris doctrinæ authoritate fulcita. Quapropter cum post factam venditionem cum dicto pacto retrouendendi semper, & quandocunque decursi sint anni triginta, antequam lis ipsius pacti vigore moueretur coram D. Potestate Buggiani per Laurentium de Fracassis, seu eius Curatorē contra Franciscum de Puccinellis Pisciensem, ex hoc solo obtinere non poterat agēs, sed Reus absoluendus erat talis præscriptionis exceptione tutus, nec refert quod di-
2 ctus Laurentius sit minor, quia dicta præscriptio conuentionalis procedens ex contractu alterius Laurētij Aui paterni ipsius minoris ex Ioanne dicti Laurentij senioris filio incohata cum defuncto currit contra minorem etiam Pupillum eius hæredem, sicut cucurrisset contra defunctum, sine spe restitutionis, vt est Casus in l. Aemilius ff. de minor. & in leg. ea quę à Patre C. de restit. milit. & vtrobique notant doctores, in l. fin. C. in quibus caus. in integr. restit. nō est neces. Ias. cons. 226. per totum lib. 2. & tradit Balb. alios referens in tract. de præscript. in 6. part. principali in princ. num. 30. vers. prima conclusio est, & nouissime Tes-
3 saur. decis. pedem. 103. per totam. Et licet iste minor potuisset petere restitutionem in integrum aduersus dictam prę́scriptionem conuentionalem non ex edicto de minoribus, cum nihil gestum sit cum ipso, & tale edictum requirat aliquid esse gestū cum minore, vt illi detur restitutio l. 1. & per tot. tit. ff. de minorib. sed ex capite ignorantię, et ex clausula generali, si qua mihi iusta Causa esse videbitur, de qua in leg. prima in fin. & in l. sed & si, 26. §. item inquit Prętor ff. ex quibus caus. maiores: quia ex
4 quo successit in Ius alterius, probabilem habet ignorantiæ causam l. qui in alterius ff. de reg. iur. ita vt ne dum minori, sed etiā maiori ex hoc capite competat restitutio, vt not. in terminis Bart. in dicta leg. Aemilius in 2. opposit. quem sequitur Balb. in dicta 6. parte principali in princ. sub num. 32. vers. secūdo limita, & habetur per Tessaur. dicta decis. 103. num. 4. & sequent. & comprobatur ex traditis per Doctores communiter in leg. cum filius §. in hac ff. de verb.
5 obligat. vbi volunt, quod hęres etiam maior restituitur ex capite ignorantię aduersus pœnam, & caducitatem procedentem ex contractu celebrato cum defuncto propter lapsum temporis, exemplificantes in hęrede Emphiteotę, qui non soluit Canonem per biennium, aut triennium, quia ignorauit rem esse Emphiteoticam: tamen hanc restitutionem non petijt, nec de illa aliquid in processu reperitur.

Et quamuis reperiam per D. D. informātes pro actore, fieri mentionem de protestatione facta dicto Reo conuento ante lapsum termini dictorum annorum triginta, tamen non eam reperij in Processu, licet pluries illum inspexerim ad hunc particularem finem: scio autem licet ipsi non dicāt, quod præscriptio conuentionalis interrum-
6 pitur etiam sola extraiudiciali interpellatione, vt est Casus in leg. si mandato titij §. pen. ff. mand. quem text. ad hoc expressè notat, & singularem dicit Castrens. in leg. cum qui ita, §. ita il primò circa medium sub numero tertio versiculo & adde ff. de verb. obligat. sequitur Balb. in d. tract. in quarta quæst. principali tertiæ parti sextæ partis principalis num. 21. versicul. tertio

fallit

fallit notabiliter fol. 608. secundum parua impressionem lugdunensem, & secundum prædicta retuli dicto D. Potestati iudicandū esse contra dictum Actorem pro absolutione Rei conuēti. Anno 1601. Florētiæ.

EPITOME.

De recusatione Iudicis, & de interpretatione Rescripti circa eam; & de alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in literis Apostolicis. In euentum recusationis; Assessorem iurisperitum neutri partium suspectum assumere tenearis, intelligitur de iusta, & legitima recusatione.*

2 *Rescripti verba sunt intelligenda secundum Ius commune.*

3 *Rescriptum numquam derogat Iuri communi, nisi expressè hoc dicat.*

4 *Iudex de Iure ciuili sola voluntate allegatur suspectus, secus de iure Cano. Nam debet allegari, & proponi coram eo causa probabilis, & legitima, quæ coram arbitris mox est probanda.*

5 *Litigare coram Iudice suspecto dura res est, & valde periculosa.*

Iudex ex omni leuissima causa recusari potest, At ex minima causa testis minime repelli potest. ibidem.

6 *Pontifex rescribens, quod Iudex suspectus recusari possit, intelligitur iusta subsistente causa.*

7 *Rescripta vltra Ius commune aliquid operari debent, & sufficit vt quid minimum addatur iuri communi.*

8 *Rescriptum quamuis sit recitatorium iuris communis, tamen non potest dici frustratorium.*

9 *Verba conditionalia formam inducunt.*

Clausula (si est idoneus) in literis executorialibus importat monitionem, & non conditionem. ibidem.

CONSILIVM CXXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa appellationis vertente coram admodum Magnifico, & Reuerendo Domino Michaele de Federicis Iudice delegato, & Commissario Apostolico, inter Ioannem, & Vincentium de Guadagnis, appellantes ex vna parte, & Reuerendum D. Paulum de Guidis Priorem Ecclesiæ Sancti Felicis ad Emam appellatum ex altera, retuli dicto D. Iudici Priori Ecclesię Collegiatæ Sancti Laurentij de Florentia, partes eius esse in pronuntiando, & declarando bene per admodum Magnificum & Reuerendum D. Andream de Adrianis Iudicem à quo fuissé iudicatum, & male per appellantes appellatum.

1 Motus ad ita referendum fui, quoniam credidi, quod illa Clausula in euentum recusationis, Assessorem Iuris peritum neutri partium suspectum assumere tenearis, apposita in literis Apostolicis, intelligenda sit de recusatione legitima, & iusta, pro ut de Iure, non autem de temeraria, & iniusta, & quod propterea dictus D. Andreas de Adrianis Iudex delegatus, & Commissarius Apostolicus à dictis de Guadagnis suspectus allegatus optimè se gesserit, declarando in dicta causa recusationis deueniendum esse ad electionem arbitrorum, qui de allegata suspicione, & eius Causis

2 cognoscant, quia verba rescripti intelligenda sunt secundum Ius commune cap. causam quæ, extra de rescriptis, & ibi notant scribentes, Paris. cons. 107. num. 23. lib. 4. Dec. in c. quoniam nume. 20. de constit. & latius in Rubrica de rescript. numer. 13. & seq. & in cap. ex parte il 2. num. 2. & seq. ex-

3 tra de offic. deleg. nec vnquam rescriptum dicitur deuiare à iure communi, nisi illi expressè deroget c. quamuis de rescript. in 6. Patris d. cons. 107. numer. 23. libr. 4. Vnde

4 quicquid sit de iure ciuili secundum quod habens Iudicem suspectum, potest sine causa illum recusare sola ipsius voluntate ad hoc sufficiente, vt per Doct. in l. quia poterat ff. ad Trebell. & in l. apertissimi C. de Iudicijs, & tradit Dec. in c. cum speciali n. 2. extra de appellat. & latius Iafred. Lāfrāc. Balb. decis. 236. in principio, cum de Iure canonico volens Iudicem recusare vt suspectum, debeat corā eodem suspicionis causam probabilem, & legimā proponere, & mox corā arbitris super hoc eligendis probare c. 2. requiris §. 3. postulas, & d. c. speciali, extra de appellat. & c. suspicionis extra de offic. deleg. glos. in d. l. apertissimi in verbo recusare in fin. C. de Iudicijs, Iafred. dicta decis. 236. in fin. clare infertur, quod Summi Pontificis rescriptum non intellexit de recusatione sine Causa, ita vt à Iudice eligēdus sit Assessor ex simplici recusationis vo-

5 luntate; Nam & si periculosum sit sub Iudice suspecto litigare, cap. quo suspecti tertia quæst. quinta, & d. c. cum speciali in final. verbis extra de appellat. & d. l. apertissimi

simi, C. de Iudicijs. Et omnis etiã minima suspicio est iusta Causa recusationis Iudicis, & minor, quam requiratur in teste repellendo, vt dicit Iafred. Lanfranc. Balb. decis. 111. per glos. ordinariam in c. cum Reuerendus Canonicus extra de officio delegat. cui est similis glos. quam non adducit in c. insinuante Reuerẽdo Rectore in glo. prima eod. tit. & tradit Dec. in c. postremo in secundo notabili num. 5. & seq & in d. c. cum speciali num. 21. & 22. extra de appel-

6 lat. Non tamen credendum est, quod Sũmus Pontifex voluerit, quod quis ex litigantibus frustratorie recusationis obtentu Iudicis possit declinare examẽ, vt dicit tex. in d. c. cum speciali, Ideoque de rationabili, & iusta Iudicis recusatione intellexisse videatur, vt ibi dicitur, & probatur, etiam in cap. super quæstionem §. quem verò delegatus, & §. eius ergo, extra, de officio delegati.

7 Nec obstat si dicatur, quod admissa hac intelligentia rescriptum nihil operaretur vltra Ius commune; sed esset frustratorium quia respondetur primo quod immo aliquid operatur, quia vult quod eligatur Assesor, ybi recusatio sit legitima, cum tamen de Iure Canonico causa suspicionis probata coram Arbitris, Iudex remittat negocium ad superiorem, vel causam committat de recusatoris consensu, vt in d. cap. cum speciali in versic. & ipsa probata, & ibi notant Doctor. & præcipuè Dec. numer. 27. & 28. vers. in glos. in verbo recusatoris, et satis est, quod rescriptum in minimo addat Iuri cõmuni, & aliquid, vel modicum operetur vltra illud, vt dicit Paris. d. cons. 107. sub nu. 23. libr. 4.

8 Secundo respondetur non reputari incõueniens, quod Rescriptum nihil operetur. Dec. d. c. causam quæ num. 13. vers. & dum Abbas, nec esse necessarium, quod rescriptũ semper disponat vltra Ius commune: nam, vt plurimũ idẽ continet, quod ipsum Ius commune, cum Rescriptum proprie dicatur quãdo rescribitur ad obseruationem Iuris cõmunis, puta quod fiat ius, vt p Dec. Rub. de rescript. n. 11. vers. quærit Abbas, & in cap. prudentiam §. sexta num. 6. vers. & ad hoc facit, extra de offic. delegat. quo casu formam non inducit, sed admonitionẽ, & expressionem tantum eius, quod tacite

9 inerat, etiam si vtatur verbis conditionalibus quæ solent formam inducere, vt eleganter tradit Ruynus cons. 38. num. 4. vers. nec videtur lib. 5. exemplificans in illa clausula, si est idoneus, posita in literis executorijs, quæ facit monitionem, & non conditionem per allegata per ipsum, sibi.

Tertio respondetur, quod magis tolerandũ est, quod nihil operetur Rescriptũ, quã quod aliquid ex eo inferatur, quod Iuri cõmuni contrarium, vel dissonum sit, vt post Anchar. cons. 353. sub num. 2. & Alex. cõs. 34. ad finem, sub nu. 8. lib. 6. ponit Crauet. cons. 172. numer. 2. vers. & adeo hoc procedit, & ante eum Dec. in dict. cap. ex parte il 2. num. 31. Anno. 1601. Florentię.

EPITOME.

Omissum in sententia an habeatur pro expresso, quando suppletur in Motiuis: & quando hoc procedat, & quid in Motiuis facere possit Iudex, qui sententiam protulit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ recipiunt declarationem à motiuis, præsertim Florentiæ.*

2 *Motiua an sint pars sententiæ, vel noua sententia.*

3 *Sententię duę in eadem Instantia regulariter proferri non possunt.*

4 *Statutum dans executionem paratam instrumento locationis contra Conductorem, intelligitur præuia liquidatione.*

5 *Locatio fit per retentionem Dominij, & concessionem fructuum, & lapso termino intelligitur renouata.*

6 *Statutum dans executionem paratam Instrumento locationis, non extenditur ad locationem tacite renouatam.*

7 *Scriptum esse, vel pro scripto haberi differunt, quemadmodum differt veritas à fictione, & expressum à tacito.*

8 *Statutum dans Executionem paratam Instrumẽto guarantigiato, in quo sit promissum factũ, & promittens sit in Mora, non habet locum quo ad interesse causatum ob moram.*

9 *Scriptum quod non apparet expresſè in instrumẽto, (licet virtualiter subintelligatur) tamen non dicitur esse de Instrumento.*

10 *Clausula (dicimus Iudicem à quo bene fuisse Iudicatum, & per appellantem male appellatum) quando confirmet in totum, vel in parte illius sententiam.*

11 *Sententia refertur ad acta, & probata, & non ad ea, quę in processu non apparent.*

12 *Verba (secundum prędicta) modificant, & restringunt pręcedentia.*

Actio, quæ pendet à futuro euentu est reseruanda. quousque potentia actionis reducatur ad actũ. ibidem in fin.

CON-

CONSILIVM CXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

1 CLarissima est resolutio, quod Florentiæ sententię M.M.D.D. Iudicum, & Auditorum Rotę declarantur ex motiuis; in quibus apparent causæ, & rationes ipsarum sententiarum, nec dictę Causæ, & rationes motiuorum adiectæ ad præcedentem sententiam dicuntur constituere nouam sententiam, sed talis declaratio trahitur ad tempus ipsius sententiæ declaratæ, adeò quod declaratio illa vna cum declarata sententia eodem tempore fingitur emanasse, & dicitur vnum tantum votum, & vnus, & idem actus, vt in terminis declarat Roman. cons. 45. super eo, num. 1. 2. & confirmatur ex traditis per Boer. decis. 172. nume. 23. & seq. vers. tum hęc declaratio, vbi etiam allegat. d. cons. Romani, vt merito secūdū allegata in dictis Motiuis debeat sententia intelligi, vt per Doctores in l. Iulianus verum debitorem ff. de condit. indebit. vbi præcipuè Bart. num. 4. versicul. prædicta vera, facit Aret. cons. 137. num. 5. vers. secunda ratio est, & Gozzad. Ianus in sistens cōs. 50. n. 17. vers. quinto consideran dum. Quod præsertim procedit Florentiæ, vbi per dictos Dominos Iudices motiua fiunt ex præcepto ipsis imposito ex l. anni 1560. super reformatione prouisionum anni 1505. quo tempore ordinatum, & con-

2 stitutum fuit dictæ Rotæ tribunal, quo casu dicta Motiua sunt pars sententiæ, vt in Indiuiduo dicit Soc. Iun. consil. 181. n. 79. libr. 2.

Nec dicatur, quod prędicta procedunt quando motiua tendunt solummodo ad declarandum, quæ dubia erant in sententia non autem ad ampliandum, vel restringēdum, aut aliter alterādum id, quod erat clarum in sententia, secundum Aret. in cons. 56. ante finem post vers. secundum adhuc est clarius, & cons. 79. num. 5. vers. sed hoc non obstante, post Bart. in l. ab executore sub num. 7. vers. quæro secundo ff. de appellat. vbi etiam Alex. in addit. & late tradit Marc. decis. 668. quęritur an Iudex per rōtam in prima parte, esset enim tunc non eadem sententia, sed noua, & secunda, quę

3 nulla esset, quia in eadem instantia non possunt proferri duæ sententiæ etiam ad inuicem concordantes, prima enim lata sententia finita est instantia, & proinde secunda sententia dicitur lata nulla instantia pendente; & sine actis causæ, & propterea non potest subsistere, ut egregie declarat Roman. d. cons. 45. num. 3. vers. ulterius, & facit Marc. decis. 670. quæritur quando eadem prima parte, vbi quod si mutatur sententia, censetur nouus actus, qui etiam notandus est sub sua data, & non sententiæ mutatæ.

Quoniam respondetur, quod motiua Dominorum trium Iudicum secūdarum appellationum prę̄fatę Rotæ non alterant in aliquo eorum sententiam, dum declarāt quod nihil dixerunt de fructibus, quos prętendunt Domini de Contuccijs contra D. Beatricem de Bartolis pro tempore decurso post sexennium, de quo in Instrumento venditionis facta est specialis pactio, quia nullum verbum reperitur in dicta sententia, quod loquatur de hoc tempore decurso post sexennium: in sententia enim dicitur, quod in calculis ineundis inter partes computanda sit ad fauorem Contucciorū quantitas capitalis, & fructuum conuenta in instrumento venditionis Vineę, in quo quidem Instrumentum conuentum fuit tantummodo de interesse sexennij, nec de fructibus ulterioris temporis actum fuit.

4 Et licet vigore dicti Instrumenti agi potuisset pro damnis, & interesse conuentis in genere, non tamen pro illis potuisset aliqua executio concedi ob statutum, quod publicis locationum Instrumentis contra conductorem, & eius bona, & heredes paratam dat executionem nulla facta liquida tione ante, vel post ipsam petitam executionem ex ijs, quæ late congerunt Couar. li. 2. variar. resolut. c. 11. col. 1. 2. & seq. Osasc. decis. pedem. 129. per totam, et Carpā. ad Stat. mediol. c. 42. sub Rubr. de execut. Instrumen. numer. 29. & seq. versicul. pro credito autem part. prima, & bene aduertunt dicti DD. Iudices in eorum motiuis;

5 quibus addo, quod vbi dici posset conuentionem expressam quantitatis fructuum sexennij importare locationem virtute dominij reseruati rei venditę, vt decidunt Abbas cons. 66. in primo dubbio per totum li. primo & Ruin. cons. 73. num. 3. in secundo casu, & nume. seq. lib. primo Anchar. quæst. 33. num. 6. & seq. lib. 2. ipsamque locationem exinde lapso sexennio durare, veluti tacito partium consensu protogatam, iuxta l. item quæritur, §. qui impleto cum

6 l. seq. ff. locat. tamen pro ipsa tacita reconductione,

ductione, & mercede debita pro alijs annis sequentibus post lapsum sex annorum in Instrumento contentorum, non potuisset tentari via executiua vigore prædicti statuti, quod intelligitur concedere executionẽ paratam ijs tantum, quæ expressè continentur, & leguntur in Instrumento locationis, non autem ijs, quæ in eo non videntur, sed extrinsecus veniunt, & subaudiuntur, vel alio modo virtualiter, & intellectualiter comprehenduntur, vt in terminis dicit Bal. in l. legem, num. 1. 2. & 3. C. locat. quem sequitur Ias. in l. certi conditio num. 21. vers. punctus est, ff. si cert. petat. & ita etiam tenere videtur Dec. ibidem num. 8. dum simpliciter adducit Bald in d. l. legem: & cum hac opinione transit expressè Afflict. dec. 365. num. 15. vers. non tamen, & eam etiam approbat Ias. cons. 49. sub num. 2. vers. secundo dicitur, lib. 3. Et dicit idem Bal. in l. generali in vlt notab. num. 4. C. de sacrosanct. Ec

7 cles. † quòd scriptum, & non scriptum non differunt quantum ad essentiam, sed bene differunt quantum ad executionem, quia quod repetitur scriptum habet executionẽ, aliud non, quod dictum sequitur Ias. in d. l. 1. certi conditio nu. 21. post vers. punctus est, & sequi etiam videtur Dec. ibidem nu-

8 me. 8. dum citat dictum locum Bald. † Et coadiuuatur ex eo, quod si statutum det executionem paratam Instrumentis guarentigiatis, & in tali instrumento promissum sit factum, & promissor sit in mora faciendi, adeo quòd de iure succedat obligatio ad interesse, non poterit dictum interes-

9 se peti executiuè vigore dicti statuti, † quia non dicitur esse de Instrumento, ex quo in eo non legitur, etiam quod virtualiter, & intellectualiter comprehendatur, Alex. in l. 1. num. 13. circa fin. vers. prædicta intellige, ff de leg. 2. Ias. in l. 1. nume. 33. versiculo tenendo tamen, ff. de edend. & latius in d. l. certi conditio, num. 20. vers. per istam Cõclusionem, & licet postea nume. 21. multa in contrarium adducat, dicit tamen hanc esse Communem opinionem, & ab ea non esse recedendum, quam etiam approbat, & veriorem dicit Dec ibidem nu. 8. & 9. vers. & ex prædictis, & idem Dec. in cap. translato in 3. notabili num. 10. & seq. extra de con stit. Otasc. d. decis. Pedem. 129. nume. 3. 4. post versic. cum igitur, & Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 42. Rubr. de execut. instrum. num. 33. vers. interesse autem hoc, parte prima, quæ omnia valde, ni fallor, corroborãt

10 prædictorum D. D. Motiua.

† Nec prædictis repugnant verba sententiæ per illam Clausulam dicimus per D. Vicarium Montis Sancti Sabini Iudicem à quo, bene fuisse, & esse iudicatum, & per appellantes male appellatum, quæ demonstrant sententiam Iudicis à quo in totum fuisse confirmatam. Bart. in l. eos, C. de appellat. num. 7. & 9. Alber. nume. 3. & 4. Castr. num. 4. & 7. Corn. num. 7. & 12. Bart. in l. Aemilius num. 4. ff. de minor. Papiens. in forma appellat. à sententijs diffinitiuis, in gl. super verbo etiam in quantum nume. 4. & in forma libell. appellat. in glos. bene appellatum, & in forma sententiæ in causa appellat. in glos. bene, & iuste, & in glos. causis nume. 4. quia vltra quod attentari posset,

11 † quod sententia dicti D. Vicarij, quæ secũdum acta intelligenda est, vt per Doctores in d. l. Iulianus verum debitorem, ff. de condit. indebit. nõ loquitur de fructibus decursis post sexennium, de quibus nominatim dictum non fuit in ea, nec in processu, respondetur, quod DD. tres Iudices Rotæ non simpliciter approbant sententiam dicti D. Vicarij per illa verba bene iudicatũ, & male appellatum, in quibus terminis loquuntur præcitati Doctores, sed eam approbant restrictiuè secundum continentiam eorum sententiæ, & sic respectu tantum tẽporis sexennij, de quo facta erat conuentio expressa interesse, de quo ipsi loquuti sunt in dicta sententia, & propterea appensatè, & non ab re dixerunt non absolute bene iudicatum, & male appellatum, sed secũdum prædicta, vt denotarent nõ simpliciter fuisse confirmatam priorem sententiam, sed in

12 parte tantum per ipsos expressa. † Verba igitur illa secundum prædicta modificant, & restringunt sequentem Clausulam bene iudicatum, & male appellatum, & operantur, vt eorundem Iudicum motiua optimè conueniant cum Sententia, nec eam alterant, & ex istis retuli D. Vicario S. Sabini eius partes esse in pronunciando cõtra Dominos Mutium, & Marcum Antonium Contuccios à Monte Sancti Sabini, vt pro executione dictæ Dotalis sententiæ nõ possint approbari calculi pro eorum parte producti, continentes mercedem, seu interesse eis debitam, seu debitum per dictam D. Beatricem de Bartolis pro tempore decurso post sexennium, de quo conuentio particularis erat facta in instrumento venditionis Vineæ, reseruando nihilominus Iura dictis Contuccijs, qualia eis competunt, pro dicto tempore post sexennium decurso experienda in alio Iudicio contra dictam D. Beatricem, emptoris Vineæ hæredem, iuxta leg. Bebius in fin. cum ibi notat. ff. de pact. dotal. lib. Anno 1601. Florentiæ.

EPITOME.

Valor rei immobilis qualiter probetur, & iustum pretium quale sit.

SVMMARIVM.

1 *Valor rei qualiter probetur per testes.*
2 *Pretium iustum rei immobilis fructum producentis regulariter dicitur esse, quantum redditus 20. annorum capiunt.*
3 *Testes deponentes rem tanti valere communiter, vel quod tanti communiter emeretur, vel quod in regione communiter venditur ad rationem tanti pro tabula, probant sufficienter valorem rei.*
4 *Testis correctio non valet, nisi incontinenti, & ex rationabili causa fiat.*

CONSILIVM CXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

AEstimationem prædij D. Francisci Mariæ de Brunis vendendi Magnifico Domino Bernardino Capponio factam per duos ex tribus æstimatoribus, dissentiente tertio in scutis 450 ad totam Gabellam, & omnes expensas emptoris, reduxi ad summam scutorum septingentorum ad communem, seu mediam Gabellam, & alias expensas vtriusque partis.

1 Ad sic referendum motus fui, quia in tanta summa æstimatio prædij probata reperitur in processu per testes Bruni, qui de valore deponunt, per optimas, & iuridicas rationes, quia similiter de dicto prædio percipiuntur tot fructus quolibet anno, qui ascendũt ad tantam summam, quæ ad rationem tot pro centenario, prout communiter in regione vendi solet, constituit prædictum valorem, vt per Ias. in l. si fundum per fideicommissum, in primo not. num. 5. ff. de legat. primo, & per Corn. consil. 224. in fin. & consil. 347. ante num. 3. vers. nec deponunt testes, lib. primo, & tradunt communiter Doctores in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. vbi præcipuè Barto. nume. 2. in §. non nullam. Alberic. in princ. d. legis, nume. primo. Imol. sub num. 3. vers. quinto modo, Cagn. in l. 2. q. 48. sub nume. 233. & 235. & eo magis si talis depositio sit cõformis dispositio-
2 nis iuris communis, † secundum quod iustum pretium rei est, quantum capiunt eius redditus in 20. annis, vt sic multiplicando redditus per 20. annos, illud, quod in illis 20. annis percipitur, est iustum pretium, adeo quod si ex re percipiuntur quinque in Anno, eius valor sit in Centum, vt probat tex. in §. si vero alicuius Ecclesiastici, in Authen. de non alien. glo. in Auth. preterea, C. de Sacrosan. Eccl. in glo. fi. & late tradit Ias. in d. l. si fundum per fideicommissum in 1. not. nu. 5. ver. item adde quod iustũ, Corn. cons. 224. nu. 1. lib. 1. Cagn. d. q. 48. nu. 233. vers. verum quia, Corn. cons. 265. sub nu. 1. col. 2. vers. cum autem à tempore eodem lib. 1. licet hoc non sit semper verum, quia sæpe res est magni valoris, & modici redditus, qui cum non respondeat pretio, non habetur in consideratione, sed aliunde valor ipse percipitur, vt antea dixit Ias. vbi sup.
3 nu. 4. post Bar. per eum allegatum, † ideoq; sufficit, quod testes generaliter, & simpliciter dicant, vt in casu nostro dicunt, Rẽ tanti valere communiter, vel quod tanti communiter emeretur, & venderetur. Corn. d. cõs. 224. in princ. ante nu. 1. & ad finem sub nu. 3. vers. & potest attentari, & d. cons. 347. sub nu. 3. vers. & licet lib. 1. & voluerunt Bart. in d. l. pretia rerum, §. nonnullam, sub num. 2. vers. potes etiam, ff. ad l. Falcid. Imol. latius insistens in prin. d. l. sub nu. 2. vers. quid autẽ si non fiant, Bal. cons. 437. in 3. dubio, nu. 4. lib. 3. Cagn. d. l. 2. d. q. 48. sub num. 235. vers. propterea Bart. vel quod in Regione communiter emitur, & venditur ad rationẽ tot pro tabula, tornatura, vel simili mensura, & tunc probatur iustus rei valor etiam nulla redditũum habita ratione, vt per Corne. d. cons. 347. sub nu. 3. col. 5. vers. nec etiam probant ex eo capite, quod vltimum etiam optime taxatam æstimationem probat, habita ratione mensuræ starlorum prædij, & valoris cuiuslibet starlori per testes depositi, ad eamque taxationem firmandam libẽtius inclinaui, cum in eadem conuenire inuenerim, primum ipsius Domini Capponij testem in prima eius depositione, quam licet postea sequenti die in ea tantum valoris parte se ipsum corrigendo reuocauerit, tamen talis reuocatio, & correctio non in cõtinenti, sed ex interuallo facta non valuit. Alberic. de Rosat. in l. accusatus, nu. 2. ff. ad l. Iuliam, de adult. Io. Mille, in pract. crim. in verbo testium vocatio, siue recolamentum num. 12. & seq. vers. & eadem die, folio 82. Capyc. decis. 61. nu. 2. & latius decis. 142. n. 5. cum multis seq. sed prior attestatio attendẽda venit, & absque dubio cum iusta reuocationis causa non afferatur, sed ea, quæ adducta

cta est, re bene pensata pro depositione potius, quam pro ipsa reuocatione stet, vt per Mille. vbi supra nu. 25. & seq. vers. Iudex tamen, & per Capyc. diffusius insistentem d. decis. 142. sub d. nu. 3. & quampluribus sequentibus. Anno 1602. Florentiæ.

EPITOME.

De retractu, & iure congrui vicinorum, & consanguineorum: & de iure competenti singulari successori in hac materia.

SVMMARIVM.

1. *Vicinus proximior qualiter præferatur remotiori.*
2. *Vicinus confinans à parte superiori, vel inferiori anteponendus est confinanti à latere tantum.*
3. *Vicinus, qui habet plura, & ampliora confinia, præferendus est pauciora habenti.*
4. *Ius retractus competens venditori transit in Emptorem etiam sine speciali cessione.*
   Agens potest vti iure sui Authoris, & habet ius retentionis ibidem.
5. *Retentio facilius conceditur, quam actio.*
6. *Exceptiones omnes competentes venditori, vtique competunt emptori.*
   Ius excipiendi transit in singularem successorem. Ibidem.
7. *Ius authoris prodest singulari successori, ne dum quo ad conseruationem, sed etiam quoad nouam acquisitionem.*
8. *Causa emptoris dicitur eademmet causa Authoris in re empta, tam in agendo, quam in excipiendo.*
   Titulos plures habens potest vti vno ex eis, qui magis vtilior sibi videtur. ibidem.
9. *Res semel acquisita potest de nouo acquiri, si prima acquisitio patiatur difficultatem, & secunda sit plenior, & tutior.*
10. *Vicinus, & simul consanguineus est potior in iure retractus, quàm vicinus tantum.*

CONSILIVM CXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Consultus ab egregio iure Consulto D. Iacobo Niccolaio Bargense Arbitro electo in quæstione retractus vertente inter fratres de Ciarpijs ex vna parte, & Gherardum Falconium ex altera, quomodo sibi de iure in d. causa iudicandum esset, respondi eius partes esse in pronuntiando ad fauorem dictorum fratrum de Ciarpijs, & contra dictum Falconium.

Ad sic rescribendum motus fui, quia cũ statutum Bargense in materia iuris congrui præferat viciniorem, & fratres de Ciarpijs cohæreant Domui, seu solario vendito à D. Petra de Ciarpijs præfato Falconio, sequitur vt ad fauorem ipsorum de Ciarpijs proferenda veniat sententia ex clara ipsius statuti inspectione, & ex iuris communis dispositione, 1 † secundum quod in hac retractus materia ex pluribus vicinis propinquior præfertur remotiori, vt tradunt in tractat. de iur. protomys. Bald. numero nono, vers. sed quæro, sunt duo vicini, & Afflict. in principio, numer. 44. vers. item quæro duo sunt vicini, & in §. septimo, in primo notab. nu. 1. 2. & 3. & tanto magis cum ista Domus, seu solarium sit subtus Domum præfatorum de Ciarpijs, quo casu præferendi essent Falconio vicino à latere tantum, 2 † quia confinans ex parte superiori, vel inferiori anteponitur Confinanti à latere tantum, vt dicit Afflict. in d. §. 7. num. 2. versic. & est sciendum. Nec dictis de Ciarpijs obstare potest illud, in quo omne fundamentum Falconij consistit, quod scilicet ipse Falconius vti antiquior vicinus Domui, quam olim Antonius de Ciarpijs vendidit Ser Ioanni Ciarpio Patri dictorum fratrum retento sibi solario, de quo nunc contenditur, potest ipsam Domum retrahere vigore eiusdem Iuris congrui, quia difficultas hæc penitus cessat. Nam cum vniuersa Domus, quæ erat Iuliani Ciarpij fuerit diuisa inter Antonium venditorem prædictum, Ioannettum, & Pellegrinum eius filios, & hæredes, ad retrahendam portionem venditam per dictum Antonium dicto Ser Ioanni, non poterat admitti Falconius, sed Ius retrahendi competebat Ioannetto, & Pellegrino, quorum portiones magis cohærebant dictæ Domui, quàm cohæreret Domus Falconij, quæ cum quodam angulo tantum, & in minima parte erat Confinis dictę portioni Antonij 3 † cum ex pluribus vicinis ille præferatur, qui magis est vicinus, & plura, & ampliora habet confinia, vt supra diximus, quò fit, vt cum postea tam Ioannettus, quàm Pellegrinus vendiderint eorum portiones dictis fratribus de Ciarpijs, omneque eorum Ius illis cesserint, liceat eisdem Ciarpijs in vim prædictæ cessionis retinere Domum per eorum Patrem emptam ab Antonio, & excludere dictum Falconium ab eius retractu, 4 † quia Ius retractus competens venditori transit in

emptorem, etiam absque speciali cessione Bald. in d. tract. sub num. 6. versic. sed insurgit quæstio ad fin. & latius Afflic. in §. 6. nume. 15. versi. item quæro, & num. 19. & 20. veri. vltimo quæro, & si agendo potest quis vti Iure sui Authoris, multo magis Ius retentionis consequitur, ne ab eo res empta retrahatur, cum faciliùs concedatur retentio, quàm actio, l. inuitus §. Cui damus, ff. de reg. Iur. l. per retentionem, & ibi Doctores C. de vsur. Crauet. consil. 148. num. 2. † & regulare est, quod omnes exceptiones competentes venditori competunt etiam Emptori, quia Ius excipiendi transit in singularem successorem. Castr. consil. 270. col. fin. nume. 4. lib. 2. Crauet. d. consil. 148. nume. 1. Prodestque † Ius auctoris singulari successori non solum quo ad conseruationem, sed etiam quo ad nouam acquisitionem. Crauet. consil. 206. num. 6. & videtur tex. in l. inuitus §. plerumque, ff. de reg. Iur. dum vult; quod † eadem causa sit emptoris, quæ Auctoris fuerat, tam in agendo, quàm in defendendo, vnde possunt prædicti de Ciarpijs non solum à retractu excludere Falconium, sed ab eodem ipsi retrahere solarium, vtentes non solum proprijs, sed etiam suorum Authorum Iuribus, cum possit quis se iuuare ex pluribus titulis, † & rem semel acquisitam de nouo acquirere, si prima acquisitio sit dubia, vel secunda sit plenior. Oldrad. consil. 23. in fine. Dec. in l. nemo ex his, §. quoties nu. 2. & 3. ff de reg. Iur. Crauet. consil. 16. num. 6. Nec ex iuribus retrahendi cessis per dictam Petram Falconio potest ipse aliquid prætendere in retractu portionum, antea acquisitarum per dictos de Ciarpijs à Ioannetto, & Pellegrino, quia quando Ciarpij emerunt à Ioannetto, Ius retrahendi non competebat D. Petræ, sed Pelegrino magis confinanti, nec cum ex inde emerunt à Pelegrino, quia tunc magis vicini erant ipsi Ciarpij, adeo quod ex omni capite videtur concludendum pro dictis Ciarpiis. † Quibus etiam prodesse debet, quòd sint cognati, & de eadem parentela ex traditis per Afflict. in d. tract. in Rub. sub num. 12. & seq. versic. decimo, & vltimo, & quod vndique sint Confines solario, illoque excepto vniuersæ Domus Domini, dictus vero Falconius in exigua admodum parte cohæreat, quæ in nulla, aut saltem modica consideratione habenda sit ex notat. per Afflict. in d. §. 6. nume. 10. vers. sed in contrarium. Anno 1602. Florentiæ.

EPITOME.

Restitutio in integrum per viam gratiæ, an impediat executionem Rei iudicatæ, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Executio rei iudicatæ, an impediatur per restitutionem in integrum, & an per nullitatis dictionem, & quid per appellationem.*
2 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam impedit executionem (cessante calumnia.)*
3 *Restitutione in integrum pendente aduersus sententiam, executio per viam attentati reuocatur.*
4 *Restitutio prædicta, vt executionem impediat, qualiter, & quando peti debeat.*
5 *Executio sententiæ impeditur quando de læsione incontinenti apparere potest.*
6 *Iudex, cui euidenter non constat de læsione, non debet retardare executionem cautione præstita à victo de restituendo in casu succumbentiæ.*
7 *Reintegratio ad docendum de Iure suo, differt à restitutione aduersus Rem iudicatam.*

CONSILIVM CXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN Causa brachij militatis vertẽte inter Magnificum D. Amerigum de Grassis, agentem ex vna parte, & Magnificum D. Vincẽtium de Gallis Reũ Conuentum ex altera, coram Admodum Magnifico, & Excell. D. Iudice Quarteriorum Sancti Ioannis, & Sanctæ Mariæ Nouellæ, Ciuitatis Florentiæ pro executione sententiæ, aliàs inter dictas partes latæ, & in Rem iudicatam transactæ; Retuli illud esse dicto Actori cõcedendum iuxta per eum petita, reijciendo oppositionem rei conuenti, quod executio hæc suspendenda esset, donec terminatum esset Iudicium motum super reuisione dictæ sententiæ ex Rescripto Serenissimi Magni Ducis Aetruriæ ad preces ipsius Rei emanato. Quoniam & si in hoc puncto, † an scilicet victo petente Restitutionem in integrum aduersus sentẽtiam in Iudicatum transactam, executio ipsius sententiæ impediatur, varij varia dixerint, vt patet ex latè congestis per Franc. Marc. decis. 53. per totam in 2. parte, & Batt.

& Bart. in l. 4. §. condemnatum, numero 3. ff. de re iudicata, tenuerit eandem esse adhibendam distinctionem, quæ in dicente de nullitate adhibetur, vt scilicet si causa, propter quam Restitutio postulatur, altiorem requirat indaginem, non impediatur executio, si vero incontinenti probari possit, impediatur, Imo. verò ibidem colum. 1. versic. sed si peteretur restitutio in integrũ, indistinctè voluerit executionem impediri, sicut in Causa appellationis impeditur, nisi adsit præsumptio malitię, seu calumniæ cõtra talem restitutionem petentem, quam opinionem in eodem §. sequuntur. Alexã. nu. 26. dicens esse veriorem, & magis Communem. Ias. num. ibidem 26. & seq. & Rip. num. 30. testantes de Communi. Capel. Tolosan. quæst. 54. in 2. dubio vers. sed an pendente, Afflict. decis. 356. nume. 3. Capic. decis. 53. sub num. 1. Io. Moedan. decis. 2. de restit. in integr. aiens, quod ita sæpè tentum fuit in Rota; Benintend. decis. 85. num. 11. & melius nume. 16. in fin. Marant. de ord. Iudic. in 6. part. princip. in 2. actu num. mihi 96. & 98. Couar. libro practic. quæst. cap. 25. num. 7. vers. duodecimo licet, vbi quod est opinio frequentiori calculo recepta, & alij relati per Contard. in repet. l. vnicæ, C. si de moment. poss. fuer. appella. in 8. limit. num. 50. vers. sed an victo, quibus adduntur Cuman. in d. §. condemnatum nu. 5. versic. in eo autem, vbi claris verbis concludit, 2 † quod restitutio in integrum indistinctè impedit executionem sententiæ, nisi esset euidens calumnia, & dicit esse veriorem, & tutiorem opinionem. & Franc. Marc. d. decis. 53. num. 7. & plur. seq. qui refert plures de Communi testantes, cum qua sententia veluti Communi transit postea decis. seq. 54. num. 1, 2, & 3. & subdit priore loco nu- 3 me. 20. vers. & vlterius, † quod si contra pręmissa fiat executio, reuocanda est per viam attentati; Tamen dicta opinio non procedit in pręsenti casu, in quo ante petitam executionem sententię nulla vnquam petita est reuisio illius, sed reuisio ipsa intentata fuit post iam petitam ipsius sententię exe- 4 cutionem; † nam pręd icta opinio Imol. & sequacium, quod executio sententiæ impediatur per petitionem restitutionis in integrum, vera est, quando principaliter petitur per viam libelli, & antequam Victor petierit executionem sententiæ, secus autem si post petitam executionem victus excipiendo, aut etiam principaliter agendo, petat se in integrum restitui, nam tunc potius est lo- 5 cus distinctioni. Bart. supra relatæ, † vt scilicet impediatur executio, quando incontinenti de læsione apparere potest, alias vero si altior requiratur indago, non impediatur executio, vt punctualiter tradit Alex. consil. 223. numero 6. versic. bene fateor, lib. 6. post Bald. in l. fin. num. 4. versic. item quæro, C. si ex fals. instrument. quod dictum sequuntur Pur. decis. 285. lib. 2. Benint. d. decis. 85. nu. 15. & Contard. in d. l. vnica, d. limitatione octaua, num. 59. versic. vltimò intellige, & vltra eum Franc. Marc. d. decis. 53. sub num. 13. post medium, vers. Franc. de Aretio, vbi præcisè dicit, quòd aut petita est executio sententiæ, antequam postularetur restitutio in integrum, & isto casu non impeditur executio, aut restitutio in integrum præuenit executionem, quia priùs postulata, & tunc impeditur executio. Et quamuis prædictæ decisiones in puncto de restitutione in integrum satisfuissent ad iustificandam executionem D. Americo victori concessam, tamen vt Domino VIncentio victo vberius consultum esset in casu victoriæ super dicto Iudicio restitutionis in integrum moto, volui addere concessioni executionis, quod dictus D. Americus caueat de restituendo possessionem bonorum, & quicquid pro executione dictæ sententiæ, & eius occasione perceperit, & de effectualiter reponẽdo omnia in pristinum statum, eo casu, quo postea succumbat in dicta causa reuisionis sententiæ, seu restitutionis in integrum aduersus eam concessæ, iuxta ea, quæ in terminis dicit Alex. d. Consil. 223. sub num. 6. versic. 6 & licet, vbi inquit, † quod quando nihil euidenter constat Iudici de læsione, quæ causat restitutionem in integrum, non debet supersedere in executione sententiæ, sed ad eam procedere debet præstita cautione per victorem de restituendo illud, quod accipiet pro executione sententiæ eo casu, quo victus obtineat in Causa restitutionis in integrum, quam opinionem probat Frãc. Marc. d. decis. 53. col. antepen. penult. & finali, vbi latè insistit, & sentit Benint. d. decis. 85. ante fin. Item ante eos voluit Cuman. in d. §. condemnatum num. 3. versic. supposita tamen, qui licet loquatur in nullitate, tamen adducit cap. suscitata, extr. de restitut. in integ. quod sequitur in proposito nostro, & in quo se fundant omnes Doctores, qui in hoc puncto loquuntur, sed magis in terminis nostris seruit Contard. in d. l. vnica in 8. quæst. in verbo supplicatio, ubi num. 41. versic. nam regulariter, inquit, quod licet restitutio in integrum regulariter impediat executionem sententiæ, sicut 7 appellatio, tamen † reintegratio facta alicui per Principem ex gratia per viam supplicationis ad sua Iura ostendenda contra sententiam non impedit executionem talis

ſententiæ,ſed ſatis eſt,quod volens eam exequi caueat de reſtituendo, ſi ſupplicans obtinebit in cauſa, vt ibi per eum, qui etiam differentiæ rationem adducit, & ita ſeruatum fuit in Conſilio Neapolitano, teſte Capyc. d. deciſ. 53. num. 2. & ſeq. & quod reſtitutio in integrum per viam ſupplicationis ex gratia ad docendum de iuribus ſuis contra Rem iudicatam, non impediat executionem, diffuſe oſtendit Franc. Marc. d.deciſ. 53. ſub num. 16. & ſeq. poſt verſ. & idem tenet, vbi etiam p[illegible]nit cur diuerſum ſit in appellatione, & in integrum reſtitutione, quæ executionem impediunt. Anno 1602. Florentiæ.

EPITOME.

Legitima debita iure naturæ, quæ, qualis, & quanta ſit. Et an Dos data filiabus nuptis, imputetur in legitimam earum, & coaceruari debeat cum tota hæreditate, & eam augere ad augendam ipſam legitimam, ex toto patrimonio ſic aucto detrahendam, An vero dicta Dos habeatur tam quam æs alienum, & extra Patrimonium Defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Dotem imputari in legitimam differt à collatione Dotium fienda, & exemplifica vt ibi, & declara vt nu. 13.*
2 *Filia dotata, & poſtea inſtituta in certa re, vel quantitate, quę non ſufficit ad legitimam, non poteſt agere ad ſupplementum.*
3 *Dos data per Patrem filiæ, dum nuptui eam tradidit, non dicitur ipſo Patre moriente inueniri in hæreditate, ſed extra eam quaſi proprium filiæ Patrimonium.*
4 *Legitima eſt quota, ſeu portio eius, quod quis ab inteſtato habiturus eſt, & nu. 10.*
5 *Legitima debetur ex illa bonorum quantitate, quæ deducto ære alieno in hæreditate remanſit tempore mortis defuncti, & inf. nu. 8.*
Legitima non augetur auctis facultatibus Defuncti poſt mortem Patris, ante aditam hæreditatem, & nu. 8.
7 *Dos in vita Patris conſtituta filiæ nuptæ, quando in legitimam imputatur, cenſetur eſſe de patrimonio ipſius morientis.*
8 *Bona à Patre alijs donata inter viuos, computantur in eius ſubſtantia quo ad effectum augendi legitimam, & nu. 14.*
9 *Donatio inofficioſa, per quam donata non cenſetur exiuiſſe donantis patrimonium, auget legitimam.*
10 *Legitima quanta ſit, & ſupra nu. 4.*
11 *Dos materna tanquam à Patre profecta debet imputari in legitimam Nepti.*
12 *Filiabus fauendum eſſe, quando tractatur de ſupplemento legitimæ contra extraneum hæredem.*

CONSILIVM CXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DAta ſententia Rotali, in qua fuit dictum teſtamentum cōditum per Franciſcum de Mettis Piſtorienſem ad fauorem Ioannis Pauli de Mettis ſubſiſtere, & DD. Virginiæ, & Catherinæ filiabus ipſius Franciſci Teſtatoris deberi legitimam Iure naturæ debitam, aſcendentem ad tertiam partem bonorum hæreditariorum dicti Teſtatoris, deducto ære alieno, & funeris impenſa, & alijs de Iure detrahendis, in eam tamen imputari debere Dotes eis à Patre datas. Dubitatum fuit, an in diſcernenda dicta legitima, Dotes in ipſam legitimam imputandę debeant apponi, ſeu coaceruari, & cumulari cum reliquis bonis paternę hęreditatis, vt omnibus ſimul in vnum vnitis, & coaceruatis, ratio legitimę habeatur, & eius quantitas in tertia parte totius Patrimonij ſic cumulati filiabus debeatur. An verò potius attendendum ſit id, quod teſtator tempore mortis in bonis habuit dictis Dotibus non computatis, & ex eo tantum tertia pars prędictis filiabus debeatur pro earum legitima, in cuius tamen tertiæ partis conſequutione imputari eis debeant Dotes iam habitę, ita vt ſufficiat, quod computatis ipſis Dotibus nō connumeratis in Aſſe, habeant tertiam partem bonorum hęreditariorum Patris, in qua conſiſtit earum legitima. In qua difficultate primus Iudex de conſilio ſapientis 1 iudicauit contra filias, † quod cum nō agatur de collatione, ſed de imputatione, Dotes, quas à Patre tempore nuptiarū habuerunt, non ſint connumerandę in bona hęreditaria teſtatoris ad augendum eius patrimonium, & ſucceſſiuè etiam ipſam legitimam, ſed quod habenda ſit tantum ratio aliorum ipſius teſtatoris bonorū dictis Dotibus non computatis, quorum tertia pars dotibus ipſis computatis debeatur, quæ

opinio

opinio probari videtur ex notatis per Vasq. in tract. de success. tom. 1. lib. 3. §. 30. limit. 34. num. 264 qui formaliter dicit longam esse differentiam; vtrum agatur de Collatione, an verò de imputatione, nam si testator, qui 400. in bonis tenebat, filiumque, & filiam habebat, filiæ que dotis nomine Centum inter viuos dedit, aliaque 300. tantum sibi mortis tempore remanserunt, si is filiã ex triente hæredem scripsit, & filium ex reliquo Besse, idest octo vncijs, tunc si diceremus, quod filia teneretur in legitimam totam Dotem imputare, iam ex testamento præter ea, quæ inter viuos acceperat, caperet nihil, cum triens bonorum esset Centum tantum, & ipsa Centum quoque Dotis nomine accepisset. quod si dixerimus, quod Dotem in legitimam imputare non teneatur, sed tantũ conferre, & posteaquam per talem collationem Patris hæreditas aucta fuerit de 300. vsque ad 400. trientem iure institutionis caperet, tunc filia consequetur 133. Cum per modum imputationis Centum tantum consequeretur, & licet nihil alleget Vasq. tamen infrascripta pro eo facere videntur, & primo Castr. in l. quoniã nouella num. 3. vers. quarto, & vltimo modo, & num. 4. versic nunc oppono C. de inoffic. testam. dum notat differentiam collationis, & imputationis, de qua est tex. in leg. pen. C. de collat. 2. Idem Castr. in eadem l. quoniam nouella nu. 1. in primo casu, † vbi inquit, quod filia dotata, & postea instituta in certa Re, vel quantitate, quæ non sufficit ad legitimam, si petat supplementum, non est audienda, nec supplementum obtinet, si, dote computata habet integram legitimã, quia vt infra subdit in secundo casu, non debet habere legitimam vltra Dotem, sed sufficit, quod eam dote computata cum relicto consequatur, quod & voluit Vasq. in d. tract. de success. Tom. 3. ad d. l. quoniam nouella num. 5. vbi formaliter inquit, quod si filio, aut filiæ minus integra legitima relictum sit, & supplementum petatur, & opponatur de eo, quod titulo Dotis, vel donationis propter nuptias receptum fuerat, tũc facto aceruo eius, quod testamento relictũ fuerat, cum dote, vel donatione propter nuptias, siquidem adhuc legitimę satis non sit, quod deest, replebitur; quod si facto dicto cumulo satisfit legitimę, ita quod nihil desit, neque supersit, benè quidem, nec alio supplemento opus erit, quod si facto tali aceruo aliquid est vltra legitimam, illud cõferre debet, si vult succedere; quod si mallet abstinere, & dote, aut donatione contentari, poterit id facere, & eam retinere, nec conferre; tertio quod dos data per patrem filię, dum nuptui eam tradidit, non dicitur ipso Patre moriente inueniri in eius hęreditate, sed extra eam quasi proprium filię patrimonium. l. pater filiam in princ. ff. ad l. Falcid. l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. herciscun. l. fin. ff. de collat. dotis. & l. 3. §. sed vtrum in fin. ff. de minoribus, cum vbique notat. per glo. & alios scribentes, si enim extra Patris patrimonium est, non debet in eo connumerari, nec consequenter illud augere.

Quibus tamen non obstantibus, consultus à Magnificis DD. Prioribus Populi, & Vexillifero Iustitię Ciuitatis Pistorij Iudicibus appellationum, contrarium respondi, quod immo Dotes prędictę vniendę sint, & coaceruandę cum reliquo Patris patrimonio, & ex eo sic vnito, & coaceruato sumenda sit tertia pars pro legitima dictis filiabus debita, † cum enim legitima sit quota, seu portio eius, quod quis ab intestato habiturus esset, glos. in Auth. nouissima in verbo triens. C. de inoffic. testam. & est tex. in l. parentibus in princ. eod. tit. in l. penult. pariter in princ. C. de collat. & in l. Papinianus, §. si quis mortis causa, ff. de inoffic. testam. & sumat initium à causa intestati, & ab ea reguletur, secundum glos. in l. Papinianus, §. vnde si quis in verb. deberetur, ff. de inoffic. testam. quam esse communiter approbatam dicit Crass. in §. legitima quæst. 1. in princip. & ante eum, pulchrè Carol. Ruin. cons. 27. num. 5. lib. 3. † & debeatur ex bonis, quę defunctus habebat tempore mortis. l. cum quęritur, & Auth. nouissima, C. de inoffic. testam. in eaque consideretur tempus mortis, & secundum facultates, quę eo tempore reperiuntur, debeatur. Ruin. d. cõsil. 27. num. 6. lib. 3. & Boss. in pract. crimin. tit. de bonor. public. num. 6. vers. nota etiã; & hanc esse vulgatam Conclusionem dicit Crass. in d. §. legitima, quæst. 11. vbi subdit adeo esse tale tempus considerandum, † vt si post mortem Patris ante aditam hæreditatem bona augerentur, legitima tamen non augeretur, secundũ receptam Doctorum sententiam, quæ optimè probatur in l. in ratione la seconda, 30. ff. ad l. Falcid. videtur, quod si hæreditas paterna dotibus non computatis ascendat ad triginta millia, filiabus pro legitima debeatur 10000. quia si ab intestato tota 30000. consequutę fuissent, pro tertia eorundem 30000. parte, in qua est earum legitima, 10000. habere debent, alioquin dotibus in dicta tertiã imputatis, non tertiam bonorum hæreditariorũ partem, sed longè minorem portionem haberent, nam si Dotes essent in 2000. illis in tertiam imputatis, nõ haberent filię 10000. ex bonis relictis in hæreditate, sed 8000. tãtum,

tum,& hæres,cui duæ tertię partes remanere debent, non 20000. tantum, sed 22000. consequeretur,vt ergo filię non fraudentur dicta tertia parte bonorum hereditariorū, debent habere 10000. Ex dictis bonis, & præterea tertiam partem quantitatis ipsarū dotium,& hoc modo tertiam partem omnium bonorum prædictorum habebunt, & omne inconueniens cessabit, quod aliàs aduersus filias consideraretur in diminutionem earum legitimæ. Quod eo magis dicendum est, † ex quo dictæ Dotes à patre profectæ quo ad hunc effectum imputationis in legitimam filiarum, censentur esse de patrimonio ipsius Patris morientis, vt punctualiter dicit Castr.in d.l.quoniam Nouella sub num.1.in fin.& sub num. 4. post medium. Vnde non mirum,si illud augere debeant in computatione ipsius legitimæ, quod satis clare videtur voluisse Vasq. supra citatus ad eandem legem,quoniam nouella,qui postquam num.5. egit de supplenda legitima filio,aut filiæ, cui minus quam ea importet,relictum sit,& de imputatione Dotis, vel donationis propter nuptias in dictam legitimam facto aceruo relictorum in testamento cum dicta dote, vel donatione,subdit nume.6. quod si ea dos, vel donatio inofficiosa sit, quod facto cumulo ipsius dotis,vel donationis, quę mortis tempore defunctus reliquit intelligetur,fiet dotis,vel donationis diminutio, donec legitimæ aliorum fratrum repleantur.omne vero residuum permanebit apud eum, qui talem dotem,vel donationē acceperat. † Sed vltra prēmissa magis in terminis seruire videtur, quod ad augendam legitimam filiorum bona alteri inter viuos per Patrem donata computantur in substantia ipsius patris, perinde ac si in eius hæreditate reperta fuissent, quando decessit, ita quod si mille fuerunt donata inter viuos, & totidem superarant tempore mortis, calculetur legitima super tota summa duorum millium, & non super summa mille tantum in hæreditate patris reperta tempore mortis, licet regulariter legitima præstanda sit secundum quantitatem bonorum, quæ reperiuntur tempore mortis eius, cui succeditur, vt voluerunt Castr.conf.354.per totum,& conf. 356.etiam per totum lib.2.Soc.consil. 148. ante finem, vers.primum quod si, & ibi latius,& clarius. Bald.de Bartolinis in subscriptione col.2.vers.quæ legitima in casu isto, lib.1.Corn.consil.190.nu.8.& 9.vers.vnde concludo,lib.2.Crauet.cōs.165.nu.5.Gab. conf.137.nu.27.lib.2. & nouissimè Surd.late insistens,consil.333.in 2.dubio nu.13. & 14. lib.3. † volens hoc procedere etiam in donatione non inofficiosa, in qua loquuntur nonnulli ex citatis Doctoribus, licet facilius admittatur in Donatione inofficiosa, per quam non censentur donata exiuisse donantis patrimonium, sed in eo tempore mortis eius extitisse, vt considerant qui in ea loquuntur,& prēsertim Castr.consil.82. post princ. vers.secundo facit dubium lib.1. & cum prædictis conuenit Caball. in tract. de inoff.test.& donat.& dotib. ad l.si totas, C.de inoff.donationib.in prin.in glossemate ad contextum in verbo filij sub littera D & in verbo reuertitur sub littera E; & magis specialiter,& in puncto loquendo,quod vbi agitur de imputatione Dotis datæ per patrem filiæ in legitimam, debeat Dos ipsa computari in patrimonio ipsius Patris,& illud augere, & consequenter etiam legitimam pinguiorem facere, † vt sit tertia, vel dimidia secundum numerum liberorum, quibus debetur,totius patrimonij ipsa Dote computata, tradit in indiuiduo Corn. d. consil. 190. in fin. vers. sin autem haberet, † vbi dicit,quod quando Dos materna tamquam profecta à Patre debet Nepoti imputari in legitimam , tunc pinguior est legitima,quia talis Dos auget valorem patrimonij defalcandi, & proinde maior est legitima,idem colligitur in ijsdem terminis,licet non tam clare ex dd. per Castr. d.conf. 354. circa medium,vers.item etiam dos,cum sequen.sed clarius hoc decidit idem Castr. in l.huiusmodi,§.si Titio,& Meuio sub num. 2 ibi in computatione tamen,ff.de leg.1. vbi ait,quod quando tractatur de discernenda quantitate legitimæ debitæ filio masculo habenti sororem dotatam,& à successione exclusam, tota Dos data fœminæ computatur in patrimonio Patris; ita vt legitima sit tertia totius computata dicta Dote, & prius facienda sit dictæ Dotis cumulatio cum reliquo patrimonio, & postea legitimæ computatio,& licet in terminis, in quibus loquitur Castr. Decisio hæc dubitabilis esse possit,& varij varia dixerint,vt patet ex latè congestis per Brun. in tract. de stat.fœmin.exclusiuis artic.13.quæst.3.ferè per totam , tamen in terminis nostris difficultate videtur carere, ex quo non agitur de Coaceruatione Dotium cum patrimonio Patris ad augendam masculorum legitimam sed ad discernendam ipsarummet filiarum dotatarum legitimam,ne in ea ab extraneo fraudentur; † & in qua ipsis filiabus omnino fauēdum est, maxime contra hæredem institutum qui ex testatoris descēdentibus non est ex his,quæ colliguntur à Soc. consil. 150.lib.1.in pluribus locis; Addo quod his iam scriptus, & transmisso consilio inueni

Gabr.

Gabr.conf.132.lib.2.per totum,qui ex professo quęstionem hanc pertractat, & resoluit secundum opinionem meam,quæ propterea tutior redditur ex allegatis per eum.

13 † Nec huic sententię obstant adducta in contrarium,nam ad primum respondetur, quod differentia inter collationem,& imputationē nō consistit in eo, quod dicit Vasq. sed in alio, quod scilicet omnia, quæ imputantur in legitimam,regulariter conferūtur sed non è conuerso omnia,quæ conferūtur in legitimam imputantur,& ita dicit Castr. ibi adductus,& ita etiam loquitur d. lex penul. C.de collat.nec authoritas ipsius Vasq. magnifacienda est, cum alij contrarium in indiuiduo teneant, & præsertim Corn. cuius dicta cauillari non possunt, qui longè maioris auctoritatis est,quā sit ipse Vasq. & decisio Gabr. nouiter reperta omnem tollit ambiguitatem.

Ad secundum dicitur, quod non negatur,quin satis sit filiæ habere legitimam integram computata Dote cum eo, quod sibi relictum est in testamento Patris; immo hoc fatemur,sed dicimus, quod in computatione facienda ipsius legitimę debet Dos cumulari cum patrimonio,& tertia ipsius totius dicti cumulati patrimonij sibi pro legitima assignari, de quo non loquuntur Doctores in cōtrarium adducti, & ideo intentioni nostræ non obstant.

Ad tertium patet responsio ex antea dictis, quod scilicet respectu imputationis in legitimam,Dos per patrem data filię, censetur esse in patrimonio ipsius Patris, vt in specie voluit Castr. in l. quoniam nouella,

14 de quo supra mentio habita fuit, & facit Cabal.ad d.l.si totas in d. glos. ad contextū in verbo reuertitur sub littera E dicens, qđ in terminis Donationis inter viuos per Patrem factæ, vt supra, ideo habetur ratio in discernēda legitima filiorum dictorum bonorum donatorum,quia illa bona ad hunc effectum dicūtur reuerti ad patrimonium Patris donantis, ita vt illa censeatur dimisisse in eius bonis, & hæreditate tempore mortis,non secus ac alia non donata. Anno 1602. Florentiæ.

EPITOME.

De licitatione, & subhastatione Bonorum, & quis sit in eis præferendus, & de oblationibus validis,& inualidis, ac de restitutione in integrum aduersus licitationes,& oblationes, Minoribus,locis pijs,Fisco, & communitatibus concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Licitatione per edictum publicum facta, & oblatione sequuta, contractus venditionis statim dicitur perfectus,quod maiori oblatori res est concessa,& liberata.*

2 *Offerens pretium certum,clarum, & determinatum in re subhastata, ille est præferendus offerenti maius pretium,sed incertum, & determinatum.declara.vt inf.num. 3.*

3 *Pretium non solum est de substantia emptionis, & venditionis,sed debet esse certum.*

4 *Oblator maior in licitationibus non dicitur ille, qui offert præstare aureos 50. vltra quamcunque summam ab alijs oblatam.*

Oblatio vnius certa, quæ refertur ad oblationem alterius incertam,non tenet.vi num.5.6.7. cum sequent.

5 *Pretium, quod confertur in personam innominatam,& incertam, non attenditur, nec operatur validitatem emptionis,& venditionis.*

Æstimator debet ab initio emptionis nominari expressè ad hoc,vt æstimatio sit loco pretij certi. ibidem.

6 *Venditio non valet,si pretium confertur in personam incertam.*

7 *Pretium est de forma Emptionis,& venditionis,*

8 *Locatio,& conductio æquiparatur emptioni, & venditioni, & ideo commissa mercede arbitrio personæ incertæ, non tenet.*

9 *Nemo præsumitur velle iactare suum.*

Oblatio quando dicatur cautelosa, captiosa, & inefficax ibidem.

10 *Oblatio secunda certa, qualiter excludat primam maiorem incertam.*

11 *Termino in licitationibus transacto, res remanere debet regulariter ei,qui maiorem oblationem fecit. limita vt ibidem.*

12 *Minor aduersus licitationem restituitur, si existat qui plus offerat.*

13 *Respublica, Ciuitas, Minor, Ecclesia, & Fiscus restituuntur aduersus licitationem, idem de sacra Religione Diui Stefani magni Ducis Aetruriæ.*

14 *Textus clarus non est cauillandus, & à Verbis tex. clari recedere non licet.*

15 *Licitatio sine Statutorum, aut Rescriptorum solemnitatibus facta,est nulla.*

16 *Oblationis nouissimæ augumentum, & fides publica habentur in consideratione in rebus personarum priuilegiatarum subhastatis ad læsionē considerandam, & in integrum restitutionem concedendam.*

17 *Interest pij loci factis proprijs haud contrauenire, & in futuris negocijs secum contrahentem reperire.*

18 *Li-*

18 *Licitatio noua ex abrupto admittenda non est, sed re bene cognita, & perpensa.*

CONSILIVM CXXX.

Serenissime Princeps.

Facili (ni fallimur) negotio iustificatur suprascripta relatio nostra circa inualiditatem oblationis Praesbyteri Dominici Sabinij in licitatione bonorum Religionis Diui Stephani, & Restitutionem eidem Religioni ad nouum incantum concedendam, 1 † Nam quò ad primum caput, cum licitatio bonorum fuerit facta per edictum publicum, vt plus offerenti, vltra taxatam in ipso edicto summam, venderentur; statim quod apparet de maiori oblatore, dicitur cum eo perfectus contractus venditionis, Bart. in l licitatio, in prin. num. 4. ff. de publican. & vectigal. & ibidem Cuman. nu. 3. & latius idem Bar. in l. si tempora nu. 3. & seq. C. de fid. instrum. & iure hastæ fiscal. lib. 10. 2 † Qui quidem maior oblator ille est, qui maius pretium certum, clarum, & determinatum obtulit, cum pretium non solum debeat interuenire in emptione & venditione de necessitate, sed & illud certum esse debeat, nec sine illius certitudine talis contractus esse possit, §. pretium autem, Instit. de 3 empt. & vend. † Non autem dicitur maior oblator ille, qui obtulit præstare aureos quinquaginta vltra quascumque summas à quibuscumque oblatoribus legitimè oblatas, aut offerendas in termino edicti, 4 † quia oblatio hæc nullum constituit certũ pretium, cum per se nullam contineat certam quantitatem, nec etiam per relationem ad aliud pretium per alios oblatores oblatum, ex quo non se referat ad oblationem certæ alicuius personæ, sed cuiusuis maioris oblatoris penitus incerti, vt sic tam quam omnino incerta nulla sit, nec in consideratione ad perficiendam emptionem, & venditionem habeatur, vt per glo. in d. §. 5 pretium autem in verbo nominatus, † volentem non valere emptionem, si pretium conferatur in personam innominatam, & incertam, puta vendo tali pro quanto extimabitur, & sequitur ibi Aret. nu. 1. in fin. inquiens id esse notandum contra id, quod sæpenumero vulgares faciunt, quia dicunt, quando non possunt conuenire de pretio, faciamus æstimare & quod extimatum fuerit, dabo tibi pretij nomine, quia non valet, nisi in specie dicatur quis esse debeat æsti-6 mator, & arbitrator. † Idem quod non valeat venditio, si pretium in incertum hominem confertur, vult glos. in l. si fundus, §. fin. in glos. vlt. ad finem, ff. de pign. quam ibi sequuntur Barto. num. 1. & 2. & Fulgos. num. 1. & tradit etiam glos. 1. in l. si merces, in prin. ff. locat. quæ etiam dicit esse rationẽ, quia contrahentes nec personam certam, nec quantitatem certam diffinierunt, nec oblatio illa se refert ad pretium taxatum edicto, sed ad pretia contenta in oblationibus aliorum oblatorum factis, aut de cætero faciendis, quę omnes omnino incertæ erant, & si quæ iam factæ erant, adhuc tamen ignotæ erant, & ad certum tantum futurum diem propalandæ, aliæque deinceps non existere poterant, omnesque rursum eiusdem naturæ, & qualitatis, & incertitudinis, cuius erat illa Sabinij, esse potuissent, vt proinde maior resultet incertitudo. 7 † Et cum negari non possit certitudinem pretij esse pro forma emptionis, & venditionis. absque dubio dicta oblatio non admittitur tamquam certa per generalem, & incertam; relationem ad alias oblationes ignotas factas, aut faciendas per alios, per ea quæ eleganter tradit Dec. in cap. consuluit; 8 il secondo, num. 9. & seq. vers. † sic etiam in simili, extra de appellat. sicut locatio, & conductio, quæ emptioni, & venditioni similis est, non valet, si eius Merces committitur arbitro incertæ personæ, l. si merces, in prin. ff. locat. & ibi Bar. Bal. in addit. ad lect. Fulg. & Castr. qui omnes ita præcisè illum tex. summant, captiosa est ergo, nimisque generalis dicta oblatio, necnon & animosa, cum esse posset, quod inter oblatores adessent, qui longe plus iusto pretio obtulissent, nec credibile sit vltra pretium illud immoderatum, & excessiuum, voluisse oblatorem 9 hunc dare aureos quinquaginta, † & hoc modo suum iactare contra præsumptionem, l. cum de indebito, ff. de prob. & si volebat bona emere, suam oblationem facere debebat certam, & claram, & pretium determinatum continentem, & qualem Regionis consuetudo, & vsus admittunt, non autem cautelosam, & captiosam, ac insolitam, & in alijs tribunalibus etiam supremis causa cognita reiectam vt per Cremen. Boe 10 ri. & Strac. statim citandos; † Data autem nullitate dictæ oblationis, alia cęteris maior Mutij Lanfranchij firma manet, cui inualida illa minime nocuit, vt in proposito dicũt post antiquiores Cremẽs. sing. 40. Boet. decis. 248. & Strac. in tractat. de Mercatura, tit. de decoct. in 5. parte, nu. 8.

Quo

11 Quò vero ad secundum caput animaduertendum duximus, quod licet post lapsum terminum licitationis regulariter res maiori oblatori liberata censeatur, nec noua subhastatio fieri debeat, aut nouus oblator audiri, Barto.in d.l.licitatio,in principio, in vltima quæst.num.5.& diffusius in d.l.si tempora, numero sexto,& septimo: tamen
12 † hoc fallit in minore, qui aduersus licitationem restituitur, si existat, qui plus offerat, ita est text. in l. etsi sine dolo, §. primo, ff. de minor. Quæsitum est inquit ibi Iureconsultus,ex eo,quod in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur, si res eius venierit,& existat,qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum restituendus sit, & quotidiè Prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio, hactenus ille textus,quem adhoc propositum adducunt, Bart.in d.l.licitatio. quæstio. vlt. in fine sub num.5.&in d.l.si tempora sub num.7.vers. prędicta vera, Corne.conf.184.num.7.vers. & restituitur minor lib.3. Guid. Pap. decis. 536.colum.2.versic.sed quid si res, Alciat. appellans hanc esse regulam generalem cõsil.12.num.14.vers.non obstat romo 3. lib. 8.in vltimo impressis.& Oddus.in tract.de restit.in integr. part 2.quæst.57.artic.3.numero 17.& dicit Guid. Pap. supra citatus,
13 † quod cum in materia restitutionis in integrum Respublica, & Ciuitas Iure minoris vtantur.l. Rempublicam,C.de Iur.Reipub.lib.11,ita vidit per illum rex. semel obseruari in facto Ciuitatis Gratianopolis, & subdit idem credere in rebus Ecclesiæ per ea,quæ notantur in d.l. Rempublicam, & benè,vt ibi tradit Luc.de Penna,in fine, qđ & in fisco procedere admittit Alciat.d.cons. 12.num.24.& Peregr de Iur.& priuileg. fisci lib.6.tit.4.de vendit.& empt. fiscalibus nu.42.& generaliter in minore, Republica, Ciuitate,Ecclesia,& Fisco tradit Alberic.in eod.§.num.4.declarat tamen Alciat. illum tex.vt non procedat in rebus, quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, nam tunc nulla indulgetur restitutio,nisi sordes,aut gratia allegentur per eundem text.in vers. & districtè probãdum est. Et quamuis non ignoremus varios varia circa hoc dixisse, vt per Alberic.vbi supra,& per Odd.d.artic.3.per to-
14 tum; † non tamen videtur à claris verbis tex. recedendum,vt volunt Guid.Pap.& Alciat.supra relati, quos nõ cõsiderauit Odd: qui propterea cum negare non possit textũ illum expressum esse, recurrit ad quasdam distinctiones illũ penitus destruentes, quas si pateretur,vtique Bar.in d.l. licitatio,& in d.l.si tempora,dum illum adduxit,non fuisset loquutus ita generaliter, & indistinctè, pro vt fecit.Quę quidem Restitutio ex iam allegato textu,Religioni,quam & minoris, & fisci, & Ecclesiæ priuilegijs gaudere non
15 negatur † eo magis concedenda videtur, ex quo ad eius bonorum stabilium alienationem proceditur sine solemnitatibus ab eius statutis requisitis, sed alia, & quidem noua forma à Celsitudine vestra tanquam magno Magistro præscripta, vt Alberic. in eod.§.tradit num.4. etiam ex mente eorũ, qui non ita simpliciter dictum §.intelligũt, & præsertim re nondum totaliter absoluta, sed adhuc in suspenso remanente,& instrumento nõ celebrato,ex notat per Cremẽs. d.sing.4).per Boeri.d.decis.248.& per Stra. d.part.5.nume.8.quod nec simpliciter, sed cum grano Salis fieri posse proposuimus, si scilicet notabiliter, & verè Religio ipsa lęsa est, & ad nouum incantum deuenire videatur expediens, etiam habito respectu ad æ-
16 stimationem ipsius Religionis, † vt non tãtum attendatur augumentum nouæ oblationis in quingentis,octingẽtis,& vltra pretij scutorum 7031.iam primo per Lanfranchium oblati, & eiusdem Religionis asser-
17 tio valoris octomillium, † & vltra, sed & ratio habeatur fideipublicæ,& quantum interfuit loci pij factis proprijs non contrauenire,& in futuris negocijs secum contrahẽtem de facili non reperire ex his, quæ disertè colliguntur ex Alciat.d. conf. 12.col. 1.2.& 3. & ex Alberic. in loco relato nu. 4. & Bartolom. Cepol. de simul. contract. in 2.præsump.num.21.quod totum compendiosè perstrinxisse videtur Iureconsultus in d.l.& si sine dolo,d.§.1. ff. de minorib. in illis verbis,quod circumscriptè erit faciendũ,
18 † vt scilicet secundum glos. ibi admittatur noua licitatio,quasi quod non ex abrupto, sed re bene pensata, & ex Causa concedatur,vt & Alberic.ibidem aduertisse videtur in princip.dum verbum illud circumscriptè interpretatur; Et ex his, quæ vera, & communi Doctorum calculo recepta, immo potius ab omnibus nemine contradicente approbata,& Iuribus,rationibus,& authoritatibus corroborata reperiuntur, propositis difficultatibus satisfactum credimus, ea tamen libentissimè cuiuslibet rectius sententis Iudicio subijcientes, potissimum autem celsitudinis vestrę,in cuius pectoris Scrinio omnia Iura clausa esse dicitur. Anno 1603. Florentiæ.

Compillatum fuit præsens Cõsilium decisiuum per me Petrum Caballum habito tamen prius colloquio cum Clarissimo D. Paulo Vinta Auditore, & Aduocato fisci suæ Celsitudinis Serenissimæ Iuteconsulto peritissimo, & Senatore Florentino, cum ambo

inuentarium ead.parte prima,vbi quod hæres non conficiens inuentarium ex præcepto, vel remissione testatoris non tenetur 3 legatarijs vltra vires hæreditarias, † quia quo ad eorum præiudicium potuit dictum inuentarium prohibere, seu remittere, licet non ad præiudicium creditorum, cum potuisset ab initio illis non relinquere, 4 † Respectu vero alimentorum motus fui, quia cum debeantur per Reum conuentum tamquam hæredem eius,qui ea præsta re dictis Puellis tenebatur de iure ex notatis per Bar.in tract.de Aliment.num.40.& 41. vers. quæro an extraneus hæres, debentur secundum facultates defuncti, l. cum alimenta, ff.de aliment. & Cibar.legat. l.officio,vers.si vero prætor,& vers. hoc amplius & vers.sed si pater,& l.ius alimentorum, in prin.& in §.fin.ff.vbi pupill. educa. debeat, & l.2.in prin. C.de aliment pupill. præstan, Alber in l.quæro,num.2.ff.de iu.do. Franc. 5 Mar.decis.886 nu.2.par.2. † & in his etiam rario habenda est vltra facultates defuncti, consuetudinis eiusdem, & Regionis, qualitatis,& ætatis alimentatij, & varietatis temporum,vt dicunt Rom.consi.189.in princ. Alex.in addit ad Bar.in d.l.2.C.de aliment. pupill. præstan. in addition. in verbo quod plerumque ad finem, & latius, & melius Bar.in tract.de alim.nu.22.ver.quæro legata sunt alicui,& Franc.Marc.decis.118. nu. 2.in 2.parte,& probatur in l.cum vnus, §.fi. & in d.l.cum alimenta,ff.de alim.& Cibar. legat. in l.si cui annuum, ff.de annuis legat. & in l.cum hi,§.modus autem iuncto vers. sed & personarum,& vers.seq.ff.de transac. 6 † & cum non constet de viribus hæreditatis & facultate defuncti,nulla potuit fieri liquidatio,nec certa taxatio,dato etiam,quod in reliquis in ea reconsiderandis sufficiens in processu fuisset probatio,& tanto minus dicta taxatio fieri potuit,ex quo eisdem Puellis alimentarijs fuit Dos à defuncto legata in testamento,in certa,& taxata quantitate, quæ tamen ad aliam minorem reduci potest,si ad eam summam taxatam hæreditariæ vires non sufficient,vt in capite ipsarum 7 dotium diximus,† nam quando alimentarijs Dos relicta est à testatore,vtique alimeta,quæ præter Dotem debentur, à bono viro arbitranda sunt,non pro viribus hæreditatis,sed pro modo legatæ Dotis, eaque crescunt crescente ætate,vt est tex.ad litteram in d.l.cum vnus,§ fin.ff.de alim.& Cibar.legat.quasi quod,vt ibi inquit gl. eodem modo defunctus videatur dilexisse in alimentis quo dilexit in dote,quod ex superabundanti dictum sit,cum sufficiat ad excludendam taxationem non constare de facultatibus defuncti;& eo magis,quia vt dicit Bart.in l. Imperator, in fin.nume.4. ff.ad Trebellian. 8 † leges dicêtes, quod alimenta debent moderari secundum facultatem patrimonij, debent intelligi respectu fructuum ipsorum bonorum,non autem valoris eorum, quod & tradit Roman.consil.310.ad fi.num. 31. vers.præterea per legem,qui bonis suis,ff de cess. bonorum, & facit d. lex. Ius alimentorum,post princ.ff.vbi pupill.educar.debeat, 9 † adeo quod si fructus hæreditatis non sufficerent ad ipsa alimenta, non teneretur hæres proprietatem vendere, vt ex pretio alimenta præstentur, vt in puncto decidunt Bar.in d.l.cum alimenta,in prin.ff.de alim. & Cibar.legat.& ibi addentes ad eum,& latius ijdem addentes ad eundem Bart. in d.l. Imperator post Ang.ibi,ff.ad Trebe.& præsertim Pomar.in apostil.in verbo vltimo dicit,Roman.in eadem l.Imperator,qui eam legit cum l.si hæredi 47.nu.8.ver.nota vltimo,Franc. Marc.d.decis.323.nu.2. vers. sed in contrarium parte prima,nisi quando alimenta essent præstanda ei,ad quem sunt teuetsura bona,qui scilicet futurus est hæres, quia tunc proprietas potest vendi,vt illa præstentur. Roma.in d.l.Imperator sub d.nu.8. in fi.& ibidem Pomat.in addit.ad Bar. in d. verbo vltimo dicit, & sentit licet non multum clarè Franc. Marc.d.decis.323.nu.2.ad 10 fin. part.1. † Interim tamen volui certum quid singulis mensibus ad bonum computum dictorum alimentorum dictis pupillis præstari,ne donec taxentur,victu,& vestitu careant,iuxta tradita per Bar.in tract.de Alimen.num.43.vers.item Monachus. Anno 1603. Florentiæ.

EPITOME.

Quod hæres tenetur soluere legata, & satisfacere creditoribus hæreditarijs. & quid si ob eius delictum hæreditas confiscata sit eo Bannito. Quid si postea fuerit rebannitus. Et an & quando intelligatur etiam restitutus ad bona, & successiue teneatur ad debita. Et an Legatarius, cui Legatum fuit aliquid sub conditione potestatiua, (quam ob captiuitatem adimplere nequiuerit) si postea reuertatur, debeat consequi Legatum totius temporis, & sic durante etiam captiuita-

Tte.

te. De qua materia, & de iure Postliminij multa hic dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Heres tenetur præstare legatum, & cogi potest actione personali, & etiam hypothecaria, si possidet.*

2 *Hæres an dicatur liberatus ab onere soluendi legata, si post adeptam hæreditatem fuit bannitus cum confiscatione bonorum, & inf. num. 4.*

Agens contra fiscum pro excorporando legato nõ liberat hæredem, ob cuius delictum hæreditas fuit confiscata. ibidem.

3 *Fiscus in bonis confiscatis succedit in locum hæredis, & tenetur satisfacere creditoribus. declara vt supra.*

4 *Hæres bannitus si in gratiam restituatur, an adhuc sit obnoxius debitoribus hæreditarijs, vel sit liberatus, pulcrè explicatur.*

5 *Bannitus præsumitur restitutus ad omnia bona, nisi doceat contrarium, & ideo tenetur creditoribus.*

6 *Legatum in diem Nuptiarum tantum, dicitur conditionale, & non debetur nisi adueniente conditione.*

7 *Debitum annui affictus à creditore remissum debitori, ipsius debitoris fructus auget, sicut ante remissionem minuebat.*

Legatum annuæ præstationis fructuum bonorum immobilium non est vnum, sed multiplex, singulis annis debetur, & variatur. ibid.

8 *Legatum fructuum bonorum immobilium præstandum est ad ratam fructuum deductis expensis.*

9 *Folia Mori, quibus vermes serici vescuntur, dicuntur fructus bonorum stabilium.*

Sues, seu Porci appellatione se mouentium veniunt ibidem.

10 *Fructus pendente captiuitate percepti, captiuo reuerso debentur, & semper ab ipso reuerso percepti fuisse iure Postliminij intelliguntur.*

Captus ab hostibus, & reuersus præsumitur retro fuisse in Ciuitate iure postliminij, adeo quod si testator legat centum alicui si in Ciuitate permanserit, debet habere legatum, ibidem.

11 *Postliminium est ius rei recuperandæ, & in pristinum restituendæ.*

12 *Postliminij fictio quoad omnem iuris effectum de æquitate habetur pro veritate.*

Aequitate naturali cessante, fictio cessat, ibidem.

13 *Verba testatoris sunt naturaliter, & non ciuiliter intelligenda.*

14 *Conditio pro forma à Testatore tradita est ad vnguem adimplenda, nec potest adimpleri per æquipollens.*

15 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

Verba ista si & casu quo à testatore prolata limitant dispositionem, eamque restringunt, & eo magis stante dictione taxatiua tantum, ibidem.

16 *Clausula (& non aliter, nec alio modo) restrictionem importat, & extensionem excludit.*

17 *Fictio translatiua quæ dicatur, & qualiter extendatur, & quæ requirantur ad eius essentiam, & vt locum habeat.*

18 *Captus, & reuersus ab hostibus non potest recuperare, nisi illud ius, quod habebat tempore captiuitatis.*

CONSILIVM CXXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

CAusa ad referendum de iure mihi commissa per Excellentem Iureconsultum D. Miniatum specialẽ Miniatensem Iudicem ordinarium Ciuitatis Pistorij inter D. Iacobum olim Matthęi de Belincionibus nomine suo, & aliorum agentem ex vna parte, & D. Petrum quondam Zenobij, etiam de Belincionibus Reum conuentum ex altera, quamplura continebat capita, in tribus quorum pro ipso Actore iudicandum censui, in alijs vero pro Reo, prout ex infrascriptis apparet.

Quo ad primum Caput librarum Centum debitarum D. Alexandræ Actoris sorori pro eius dote sibi, cum nuberet, legata per S. Grimum Belincionum, cuius est hæres dictus D. Petrus, nullum videtur dubiũ, 1 † Quin dictus hæres, dictum Legatum præstare teneatur; cum pro eo nedum actione personali tanquam hæres defuncti, sed etiam hypothecaria, vt ipsius defuncti bonorum possessor conueniri potuerit, iuxta l. primam cum ibi not. C. commun. de legat. nec d. Domino Petro prodest ipsum post adeptam hæreditatem bannitum fuisse, & omnia eius bona confiscata, dictamque D. Alexandram sententiam obtinuisse aduersus fiscum, vt sibi dictæ libræ Centum 2 soluerentur ex dictis bonis cõfiscatis, quasi quod ex hoc liberatus fuerit ab omni ære alieno, nec à Creditoribus molestari possit. l. si debitor, C. de sent. pass. & l. pen. C. de fideiuss. & vtrobique Doctores, Grammat. decis. 85. in fin. num. 5. & 6. Boss. in practic. crim. tit. de proclamat. quod fit bon. public. sub num. 14. ante finem, vers. aduerte tamẽ quia fiscus, Peregr. de Iur. fisci lib. 5. titul. 1. de public. bonorum num. 55. vers. & adeo 3 debitor liberatur, † sed Fiscus, qui loco hæredis

redis habetur, & successor est, in illius locū subintrat, & Creditoribus satisfacere tenetur.l.si marito in princ.ff solut. matrim. l.2. C. ad l. Iuliam de vi public. & priuat. Boss. vbi supra, & antea tit. de bonor. publicat. num.11.& seq.vers.an fiscus, Peregr. d. tit. 1.num.53.vers.secundus effectus est,& nu. 54.post medium,vers.sic etiam,& est communis opinio.Crauett. cons. 263. nume. 7. vers.sed præmissis,sequitur Clar. in practic. criminal.quęst.78.num. 29. vers. sed an teneatur Fiscus,Franc.Beci. cons.57. num.5. vers.& in Fiscum,Corn.cons.190.nume.4. 4 vers.insuper Fiscus,lib.1.† In tantum quod si postea debitor ipse redeat in gratiam, nō teneatur ad antiqua debita, nec molestari possit à prioribus Creditoribus, etiam in bonis postea quęsitis,quæ dicuntur quęsita per nouum hominem,qui nihil negotij am plius habet cum prioribus Creditorib. suis l.tutor filiorum,& ibi scribentes,C de sent. pass. Alex.in d.l.si marito num.4.vers.quæ rit Bald.ff.solut.matrim.Boss.d. tit.de proclamat.quod fit bonis public. sub num. 14. vers.aduerte tamen quia Fiscus, Peregr. d. tit.1.de public.bonor.sub num.55.post versic.& adeò debitor liberatur, quoniam respondetur,quod prædicta procedunt,quando penes fiscum extant bona condemnati sufficientia ad satisfactionem Creditorum, secus autem si non sufficiunt, quia tunc nō liberatur debitor,cum Fiscus non teneatur vltra vires bonorum, sed tantummodo pro quanto capit,& non vltra,Corn.cons. 190. sub num.4,vers.& dato lib. 1. Boss. titul.de bon.public.num.23.Peregr.d. tit. 1. nu. 64. vers.quarto hęres tenetur,& est communis opinio etiam nullo per ipsum Fiscum confecto Inuentario.Clar.in pract.crim. quæst. 78.num.30.vers.vnum scias. Præterea respondetur, quod prędictę liberationis debitoris locus non est,quando recuperauit bona amissa, vel eorum partem sub nomine quotę,quia tunc ad onera, & debita antiqua tenetur proportionabiliter pro rata bonorum recuperatorum,d.l. si debitor, & d.l.tutor filiorum,C.de sentent. pass. Alex. in d.l.si marito nu.4.Boss.d.tit. de proclam. quod fit bonis publicat.sub d.num.14. dict. vers. aduerte tamen quod Fiscus, Nell. in tract. de Bannit.in prima parte tertij temporis,quæst.21. & præcipuè quando Creditores in termino cridarum, seu Bannimentorum publicari solitorum, vt prætendentes Ius, vel interesse in bonis Confiscatis comparuerunt, dictis proclamatibus contradixerunt, & eorum Iura deduxerunt, vt in proposito nostro euenit,ex his, quę subij 5 cit Boss. vbi supra num.15.16.† Et cum rebannitio manifesta sit ex proprio rebanniti ore,quæ & re ipsa pater, eo publicè per banniendis territorium deambulante plena esse intelligitur cum omnium amissorum restitutione, postquam ille eam limitatam, aut restrictam esse nō docuit,vt tradit Nell. in d prima parte tertij temporis.quæstio. 4. 6 plures adhoc adducens rationes, † quod eò magis dicendum videtur, cum dictum legatum non statim esset debitum, sed in diē tantum nuptiarum d. Alexandræ.leg. Titio Centum,§. Titio genero,vers.ante nuptias, ff. de condit. & demonstrat. quæ & si illud sibi debitum in bonis confiscatis declarari obtinuerit, nō tamen illud consequuta fuit ante tempus.l.Statius, §.Cornelio,ff.de Iur. Fisci,vnde postmodum cum nupsit d. Domino Petro iam rebandito, & bonis recuperatis,iuste legatum prædictum ab eo petijt, l.cedere diem,ff.de verb.sign.

7 Quo ad secundum caput de portione affi ctus olim debiti D. Matthæo de Odaldis ab hæredibus ser Grimi, & eisdem postea per dictum D. Matthæum remissi, putaui dictum D. Petrū teneri ad petita per Actorem, quia cum ei debeat præstare Ratam fructuum bonorum immobilium testatoris,quæ ab intestato ad ipsum pertinet,nulli dubium est, quod sicuti onus hoc soluendi affictum D. Matthæo fructus hæreditariorum bonorum stabilium,ex quibus erat soluendum,diminuebat,ita remissum, & sublatum eos auget,argumento l.fructus,ff.solut.matr. vnde sicut ante liberationem minorem fructuum Ratam propter dictum onus præstabat hæres legatario,ita ipso one redempto maiorem præstare debet, cum deducta oneris impensa maiores sint fructus secundum l.supra allegatam, est enim legatum hoc pręstationis annuę fructuum, non vnum tantum, sed multiplex.l.si in singulos Annos,ff.de annuis legat. & l.cum in annos,ff.quando dies legat. cedit, singulisq; annis incipit deberi.l.nec semel, ff. quando dies legat. ced. ob idque variare potest, & vno anno esse maius,& altero minus, cum ex immobilibus præstandum sit, quorum redditus non est semper æqualis,sed varius, argumento eorum, quæ Doctores tradunt in l.2. C.de rescind.vend.

8 Quò ad tertium de fructibus Arborum Mori, & portione Carnis Suinæ, satis esse existimaui dicere per D. Petrū Actori præstandam Ratam fructuum bonorum immobilium sibi ab intestato spectantium iuxta testamenti tenorem,quia hoc modo, & earum rerum fructus percipiet deductis tamen expensis per dictum D. Petrum factis circa dictos Arbores, & earum fructus, &

folia,iuxta d.l.fructus,& habita ad fauorem Actoris ratione eius, quod Sues de fructib. terræ in alimentis percipiendis consumunt, 9 † Nam folia Mori fructus esse bonorum stabilium non ambigitur, quemadmodum & herbas,Glandes,& alia,quæ humi, vel in Arbore nata Sues comedunt, l. frugem 77. & l.qui fundum 205.ff.de verb.signific.Ipsi autem Sues immobilium appellarione non veniunt,l.mouentium 93.eod.tit. & proinde nec eorum Caro, & in prædictis tribus capitibus pro Actore sensi. In alijs autem omnibus pro absolutione Rei,de vno quorum tantum omissis cæteris veluti perspicuis,& nulla iustificatione egentibus, rationes reddere statui,quod erit postremum huius relationis Caput.

Quo igitur ad vltimum caput de annua præstatione fructuum petita per Actorem à præfato hærede pro octo Annis, quibus ipse Actor stetit in captiuitate apud Turcas, videbatur primo aspectu dicendum petita fieri debere, ex quo enim postquam recessit à Ciuitate, & districtu Pistorij captus fuit ab hostibus,quam primum ab illis reces- 10 sit, † Iure postliminij fructus tempore captiuitatis decursos recuperasse intelligitur, ac si semper in Ciuitate,& districtu permansisset, prout ex testatoris voluntate stare tenebatur, quia retrò creditur in Ciuitate fuisse,qui ab hostibus aduenit, l. retro 16. ff. de capt.& postlim. reuers. & sic reuerso per inde omnia restituuntur Iura, ac si captus ab hostibus non esset, l. postliminij Ius quinta 11 post principium eod. tit. † Est enim postliminium Ius amissæ rei recuperandæ, & in statum pristinum restituendæ.l.postliminium 19.in princip. tit. eod. Estque Ius hoc quadam naturali æquitate introductum, vt qui per iniuriam ab hostibus detinebatur, postquam in fines suos redijt,pristinum Ius suum recipiat,vt subijcit tex.in d.l.postliminium,ideoque dicit tex. in §. si ab hostibus, Instit.quib.mod.Ius patr.potest.solu. quod qui captus ab hostibus est,si reuertatur, omnia pristina iura recipit, quia postliminium fingit eum,qui captus est, in Ciuitate semper fuisse,quæ omnia latius ostendit Barto. in l.si is qui pro emptore,column. 2. & seq. vers.venio ad oppositiones,& infra, ff de v- 12 sucap. † Hæcque postliminij fictio veritati contraria, quò ad omnem Iuris effectum pro veritate habetur,vt per Mascard. de probat part.prima,quæst.16.num.12.post Bar. in d.l.si is qui pro emptore,col.2.& sequen. cumque introducta sit ex quadam naturali æquitate,vt dictum est, meritò locum habet,vbicunque dicta naturalis æquitas militat,sicut cessat, ipsa naturali æquitate cessante,vt declarat Bart.in dict.l.si is qui pro emptore,col.3.num.2. vers. ad solutionem igitur,& iterum in 5.quæst.princip.nume. 44. vers.ad primum. Quibus tamen non obstantibus visum fuit dictum Actorem non posse victoriam reportare, quoniam Ser Grimus testator expresse voluit d. Petrum eius hæredem teneri, & obligatum esse ad dictam pręstationem fructuum solum si, & casu,quo dictus Iacobus, & alij habitent familiariter in Ciuitate,& districtu Pistorij, & nõ aliter,nec alio modo, adeo vt effectus sit,quod qui ex prædictis non habitet, non debeat de fructibus ipsius participare, quia cum dictis modis, & conditionibus prænominatos omnes in dicta rata fructuum sibi hæredes instituit, declarando quod ille ex eis,qui staret in publico studio causa studendi,& studeret, debeat de dictis fructibus, vt supra participare, durante eius studio prędicto,qua dispositione stante,prætensio d. Ia- 13 cobi non iuridica videtur, † quia in testamentis verba sunt intelligenda naturaliter, & propriè,non autem ciuiliter,& ficte. leg. fin. C.de ijs,qui veni.ætatis impetr.leg. fidei commissum,ff.de condit.& demonstr. leg. Starius,§.Cornelio,ff.de iur.fisci,& optimè Bald.cons.373.num.8.lib. 1. Anchar. cons. 225.nume.1.Curt.iun.cons.145.nume.26. Manti.de coniect.vltim.volunt. lib.8.titul. 10.num.1. Surd.decis.203.num.1.Cæphal. cons 82.num.71. & seq. & cons. 111. nu.3. 14 Maxime autem hoc procedit, † in conditione, quæ in forma specifica adimplenda est,& non per æquipoliens impleri potest. l.qui hęredi,& l. Meuius,ff.de condit. & demonstrat.& fortius cum testator vnum tãtum casum exceperit,in quo voluit fructus deberi legatarijs,etiam si familiariter in Ciuitate,vel districtu Pistorij non habitarent, 15 † per quem omnes alios casus exclusisse videtur Docto.in l.prima, ff.de regul.iur.vbi Dec.num.26.& Cagnol.num.37. & seq. & adhuc vrgentius cũ testator in legato visus fuerit verbis restrictiuis,si,& casu quo,quia tunc dispositio extendi non potest vllo modo. Anchar.cons.356.col.pen. vers. 3. hoc probatur,Roman.cons.131.num.1.Alciat. cons.37.num.11.& cons.44.num.27. lib. 9. Menoch.alios referens cons.243.num. 35. pręcipuè cum etiam adiecerit dictionem taxatiuam, solum, omnes alios casus excludentem,Doct.in leg.prima,ff. si quis Ius dicenti non obtemperauerit.Crauet.consilio 201.num.40. & seq. & multo etiam magis 16 cum addiderit aliam Clausulam † & non aliàs, nec alio modo, &c. quę similiter restringit dispositionem, & impedit extensionem,Menoch.cons.243.num.43.Alciat. d.

cons.

conf.44.num.28.qui etiam subdit num.29. quod inducit quandam formam, à qua nō licet recedere. Crauet.d.conf.201.sub num. 43.post vers& adeo præcisa est, quod indubitanter admittendum est, cum non vna tantum Clausula restrictiua, & extensionē impediens, sed plures simul concurrāt, quę fortius operari debent, vt in istis terminis ponderat Crauet.d.conf.201.nu. 42.

17 Preterea dicitur, quòd in terminis nostris ista fictionis species, quę translatiua dicitur, seu extensiua, & id quod vno modo, vel vno tempore existit, ad alium modum, vel ad aliud tempus porrigit, & extendit, non potest habere locum, quia duo requirit extrema habilia, quorum si quod deficit, fictio non procedit, vt per Bart. in d.l.si is qui pro emptore, colum.3.num.3.& seq. versi. pro solutione, & in dicta 5.questio. princip. num.43.quę quidem extrema non concurrunt, nam & si vltimum extremum, à quo reperiatur habile, quia ex quo rediit, statim est liber factus, & Ius suum retro recuperat, tamen primum extremum, ad quod tu vis extendere, non est habile, quia tempore captiuitatis, captus non erat capax legati, cū captus fuerit extra Ciuitatem, & districtū, & tempore quo non habitabat in Ciuitate, & districtu, vbi morari tenebatur, nec vo-

18 luntarie abesse poterat, pro vt abfuit, † non enim potest recuperare Ius, quod tempore captiuitatis non habebat, sed tantum quod sibi tunc competebat, vt declarat Bartol. in loco citato nume. 3. & seq. & est responsio tuta, licet hactenus non ponderata; & ex his pater responsio ad allegata in contrarium, quia procedunt non secundum veritatem, sed secundum fictionem, quę veritati contraria est, quam veritatem, & non fictionē attendendam esse, testatoris verba demonstrant, & quando etiam fictio admittenda esset, ea tamen non procederet propter inhabilitatem extremi, ad quod, vt ex prędictis apparet. Anno 1603. Florentię.

EPITOME.

Caducitas quando ipso iure incurritur, & quando non, & Mora ob Canonem non solutum qualiter, & quando purgari possit, & quando tempus sit declarandi Caducitatem; pulcre hic explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus trienuij ob non solutum Canonem incipit à die concessionis rei emphyteoticæ, & non à die destiuatæ solutionis, vt caducitati locus sit.*

2 *Mora de ęquitate Canonica ab emphyteota purgari potest aduersus tempus Canonis non soluti. declara nu.9.*

3 *Caducitas non est nimis festinanter declaranda, sed demum conductore non solum in mora constituto, sed lapso etiam tempore, quod datur ad illam purgandam, & inf.nu.17.*

4 *Caducitas minus legitime declarata substinetur per alteram caducitatis declarationem successiue, & tempore debito factam, & nu.5.*

5 *Emphyteotæ negligentia non in soluendo Canonem constituit illum in continua contumacia donec soluat.*

6 *Caducitas primo loco declarata, tempore triennij adhuc non transacto, si pendente lite triennij tempus fluxerit, tenet, & effectum habet.*

7 *Ius superueniens actori ex causa de præterito, illi prodest ad obtinendam intempestiuam caducitatis declaratæ victoriam.*

8 *Caducitas ob Canonem non solutum, declaratione Domini sequuta ipso iure committitur absque iudicis sententia, aut alia declaratione.*

9 *Moræ purgatio non admittitur, quando Dominus suam uoluntatem declarauit circa caducitatem, idem quando executio conceditur à lege ipso iure.*

10 *Pactum in inuestitura appositum, quod non facta solutione per triennium continuum, prædium emphyteoticum ipso iure reuersum esse intelligatur ad Dominum, qui possit propria authoritate ingredi possessionem sine licentia alicuius iudicis, excludit purgationem moræ.*

11 *Partes in dubio censentur voluisse se conformare cum iure communi.*

12 *Emphyteota Ecclesiæ secundum ius commune cadit a iure suo ob Canonem per biennium non solutum, sed opus est declaratione caducitatis. Secus videtur stante pacto, quod ob Canonem non solutum per triennium quis cadat a Iure Emphyteotico.*

13 *Pactum resolutiuum excludit purgationem moræ.*

14 *Emphyteota, qui contra pacta in inuestitura contenta venit, sibi imputet, si cadit a iure suo.*

15 *Moræ purgatio non admittitur quando quis incurrit caducitatem ipso iure, tum ex legis dispositione, tum ex partium conuentione.*

Geminatio multa operatur in qualibet dispositione.

16 *Singula, quæ non prosunt, simul iuncta iuuant.*

17 *Tempus declarandæ caducitatis est duorum mensium post incursam caducitatem ob Canonem non solutum.*

18 *Emphyteota ob Canonem non solutum expulsus à Domino intra tempus purgandi moram non te-*

 netur

netur soluere, & per consequens non incurrit caducitatem declara vt ibidem.

19 *Emphyteota ad euitandam caducitatem tenetur soluere, vel saltem intra tempus purgandi moram, Canonem deponere.*

20 *Expulsio non impedit purgationem moræ.*

21 *Emphyteota expulsus a Domino ob Canonem non solutum, non per hoc releuatur a solutione Canonis decursi.*

22 *Mora purgatio non habet locum ob caducitatem ipso iure incursam, nisi per viam exceptionis fuerit opposita, alioquin non tollit effectum caducitatis.*

CONSILIVM CXXXIV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Opponitur pro parte Fratrum de Guadagnis contra R. Priorem Ecclesiæ Sancti Felicis ad Emam, quod nimis properè egerit ad caducitatem prædij liuellarij per ipsos tenti, cum de mense Augusti Anni 1596. quo tẽpore declarauit dictos fratres cecidisse ab eorum Iuribus, & prædium ad Ecclesiam fuisse reuersum, nondum ipsi Emphyteotæ defecissent in solutione Canonis in totum, vel pro parte per triennium continuum, secundum tenorem in Emphyteosim con-1cessionis. † Nam licet transactum esset triẽnium continuum à die destinatæ solutionis debiti Canonis, non tamen transierat à die celebrati contractus, seu obtentæ concessionis, quod tempus in hoc proposito inspiciendum est, adeo quod cum concessio fuerit facta die 25. Augusti anno 1509. & Canon singulis Annis soluẽdus fuisset pro medietate in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & pro alia medietate in festo Sancti Ioannis Baptistæ, non sufficiat quod transiuerint omnes termini præfixi solutionibus per tres Annos continuos, qđ Emphyteotæ non soluerint, vt ab eorum Iure cadant, sed necesse esset, quod decursum fuisset integrum triennium à dicta die 25. Augusti impetratæ concessionis numerandum, vt in terminis tradunt Alex. in leg. diuortio, §. ob donationes num. 10. ff. solut. matrim. & cons. 105. colum. 2. sub nume. 3. vers. sed dico primo lib. 3. Gratus cons. 79. nu. 8. 9. lib. primo, Corbol. in tract. de Causis ex quibus Emphyteota iur. suo priu. tit. de causis priuat. ob non solut. canon. q. prima, in princip. & alij per ipsum allegati.,
2 † & tanto magis cum etiam non expectauerit Prior tempus ad purgandam moram Emphyteosis ex æquitate Canonica concessum per dispositionem cap. potuit in fi. de locat. & subijcit Grat. d. cons. 79. sub nu. 10. & 11. quod cum ex arbitrio Iudicis veniret taxandum secundum Communes traditiones, vt testantur scribentes in d. cap. potuit, Fulgos. cons. 7. in secundo dubio nu. 6. Clar. in §. Emphyteosis, quæst. 8. nume. 15. vers. item quæro. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centuria prima, casu septimo num. 13. & 14. vers. septima fuit; & Corbo. d. titul. de causa priuat. ob non solut. canon. limita. 41. quæ est vltima num. 25. vers. septima fuit, Thesaur. decis. Pedem. 77. nume. 3. & Rot. decis. 572. num. 2. in prima parte in nouissimis diuersorum, saltem inspecta Emphyteotarum paupertate, & maxima temporũ penuria duorum mensium fuisset. Bald. cõs. 157. num. 2. lib. 2. & clarius Fulgos. dict. cons. 7. sub d. num. 6. & Corbol. dicta limitatione vltima in fine, qui alios refert, & ita sæpius vidisse iudicari testatur.

3 Sed huic obiectioni pro parte d. Prioris respondetur, quod esto, quod prima declaratio facta fuerit ante lapsum d. Triennij à die Contractus, cum tamen postea Prior ingressus fuerit possessionem prædij tanquã deuoluti ad eius Ecclesiam lapso iam longè dicto triennio à die receptæ inuestituræ, dicitur ex hoc facto declarasse caducitatẽ, istudque per se satis fuit absque alia declaratione expressa præcedente, vel sententia priuationis, vel etiam absque aliqua partis citatione, vt concludit Ruin. consil. 166. in fin. num. 14. lib. primo, & alij, quos refert, & sequitur Corbol. d. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 45. nu. 9. quam etiam iterato post longum temporis internallum declarasse videtur, dum die 21. Aprilis sequentis Anni 1597. lapso per plures, & plures Menses dicto triennio continuo à die celebrati Contractus porrexit libellum corã Iudice pro caducitate ipsa per sententiam declaranda, per quem actum intelligitur dictus Prior declarationem suam fecisse, vt in terminis tradit Dec. cons. 146. sub nume. 4. quem sequutus est Benint. decis. Bononieñ. 4. num. 4. & nouissimè Corb. d. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. dicta ampliatione 45. num. 11. vers. item conueniendo Em-4phyteotam, † vnde quamuis tempore primæ declarationis factæ per Priorem non fuisset incursa caducitas, & consequenter dicta declaratio nihil operaretur, tamen sufficeret post incursam exinde caducitatem alia

alia declaratio ex prædictis duobus Actibus sequentibus facta per authoritates supra citatas. † Quibus additur, quod ex quo negligentia Emphyteotæ in non soluendo Canone est actus successiuus, qui Emphyteotarum continuam continet Contumaciam, donec fiat solutio, si tempore declaratæ Caducitatis ea non erat perfecta, potuit perfici postea, & illa perfecta potuit de nouo caducitas ipsa declarari, vt colligitur ex notat. per Anton. de Butr. consil. 22. sub num. 3. post medium, versic. nisi non insubtiliter diceretur, & per Bero. consil. 116. numero 12 libro 1. & tradit Surd. alios citans decis. Mantuana 221. num. 18. & in proprijs terminis nostris, † quod si tempore, quo fuit declarata caducitas, vel lis contestata, non fuerint lapsa tempora ad eam inducendam ob non solutionem Canonis; si tamen postea transeant pendente lite, caducitas dicatur commissa, quia coniungitur tempus decursum post declarationem, vel litis pendentiam cum tempore antea translacto, † & Ius hoc superueniēs Actori ex causa de præterito illi prodest ad obtinendam super caducitate victoriam, tradit Capic. decisio. 16. sub num. 6. post versic. sed quoniam, quem sequuntur Put. decisio. 426. in princip. lib. 3. & Corbol. alios citans d. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 16. in fin. sub num. 4. & Surd. d. decis. 221. num. 25. versic. facit etiam.

Nec quæ de purgatione moræ dicta sunt obstare videntur, quoniam uera, & Communis Doct. sententia est, † quod caducitas propter non solutionem Canonis sequuta Domini declaratione ipso Iure committitur, neque Iudicis sententiam, aut declaratoriam requirit. Alexand. inquiens ita communiter teneri, consil. 6. sub num. 18. & pluribus sequentibus lib. 3. Corn. consil. 165. num. 22. & seq. lib. 2. Cæpol. consil. ciuili 25. num. 3. in fin. & num. 4. & 6. dicens ita communiter seruari, Dec. consil. 146. numero 8. versic. non obstāt allegata, vbi ait esse Communem, Rum. consil. 153. num. 6. lib. 1. consil. 57. num 2. lib. 4. Iaf. in l. 2. num. 12. C. de Iure Emphyteotico, Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, num. 10 & seq. & iterum num. 186. & seq. Codic. de reuocat. donat. Clarus in §. Emphyteosis, quæstio. 9. versic. aut vero quæris, inquiens in practica non esse aliquo modo recedēdum ab hac opinione, quam communis Doctorum Schola, & Consuetudo approbauit, Caballin. in addit. ad Butr. d. consil. 22. sub numero 1. in verbo, Canonem littera D. & nouissimè Corbol. d. tit. de cau. priu. ob non solut. Canon. ampliat. 45. nu. 1. qui & communem, & in practica obseruatam fatetur, & veram nulleq. varijs rationibus ostendit, † quo in casu non admittitur purgatio moræ, quando Dominus declarauit suam voluntatem super caducitate, nam cum decla rata ipsius Domini voluntate statim emphyteota ipso iure priuatus intelligatur, nec alia sententia declaratoria requiratur, vt supra probatum est, non videtur tractandum de purgatione moræ, vbi enim executio fit à lege ipso iure absque alia declaratione, mora purgari non potest, ita in indiuiduo dicit Dec. d. consil. 146. num. 4. post versic. vltimo non obstat, & ante eum Cæpol. in tractatu cautel. cautela 135. incipiente tu scis, quod Emphyteota, cum quibus conuenit Ias. in d. l. 2. num. 79. Gozadin. consil. 57. num. 18. versic. tertio respondeo, Rip. in l. si insulam, num. 38. ff. de verb. obligatio. Cotta. memor. verbo, Emphyteota non soluendo, versic. est verum, Dec. consil. 138. col. 3 sub num. 6. post versic. sic ergo, & infiniti alij, quos refert, & sequitur Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 310. & 311. quæ opinio vbi aliquam in Iure pateretur difficultatem ex his, quæ congerit Corbol. dicta limitatione 41. num. 6. & seq. versic. extenditur secundo, admittenda tamen esset in hoc casu propter expressam conuentionem factam in Instrumento concessionis, † quod non facta solutione Canonis per triennium continuum, vt supra, Prædium ipso iure, & facto reddat, & reuersum esse intelligatur ad Ecclesiam, & eius Rector possit propria authoritate, & sine licentia alicuius Iudicis, vel Curiæ illud ingredi, quod quidē pactum debet aliquod vltra ius commune operari, nec debet esse superfluum, & sine aliqua operatione, iuxta dictum Bald. communiter approbatum in Rubr. C. de contrahend. emption. quæst. 9. num. 16. ad quod faciunt, quæ tenent Oldrad. cons. 235. sub num. 12. vers. præterea verbum libere, & magis in terminis nostris Cuman. consil. 3. sub nu. 1. post vers. in contrarium, Afflic. decisio. 174. numer. 3. & 4. & Tiraq. d. verbo reuertatur numo. 136. & alij relati per Corbol. dicta limitatione 41. num. 15. vers. tertio videtur; & quamuis nō desint, qui contrarium teneant, quod adhuc purgationi moræ sit locus, vt per Corbol. ibi, tamen eorum opinio non procedit in ca su isto, in quo pactum non est conforme dispositioni iuris communis, † cum quo Doctor. illi volunt, quod partes voluerint se cō formare, & proinde, quod nihil operetur, veluti expressiuum eius tantum, quod a iure subintelligebatur, sed est difforme, & diuersum à iure communi, cum pactum imponat

ponat Caducitatem ob non factam solu-
12 tionem per triennium, † & tamen secundum Ius Commune sufficit biennium, cum simus in Emphyteota Ecclesiæ, vt sunt textus aperti in d. cap. potuit, & in d. Auth. qui rem, adeo quod cessat ratio prædictorum Doctorum, & maior partis negligentia in non soluendo detegitur, vt propterea merito moræ purgationi non detur locus, pro quibus bene facit Grat. cons. 93.
13 nu. 61. versic. secundo quis, lib. primo † vbi quod quãdo in Instrumento adest pactum resolutiuum Contractus ipso Iure in aliquem euentum, numquam admittitur purgatio moræ, si casus ille eueniat, & loquitur in terminis nostris, in quibus eum sequitur Put. decis. 66. lib. 3. & idem vult Rota decisio. 572. num. 3. in prima parte in nouissimis diuersorum, & optime ante eos hoc tenuit Afflict. d. decis. 174. num. 3. qui pariter loquitur in proposito nostro, & in contractu
14 eadem pacta continente; † Nec nouum est, quod Emphyteota à Iure suo cadat venien do contra pacta concessionis, Bald. in l. fin. §. fin. in vlt. col. sub num. 6. ibi si enim res, C. comun. delegat. in l. vnica §. in primo nume. 13. versic. fallit si deficiat C. de caduc. tollend. & in l. fin in vltim. not. ante numerum tertium C. de iur. Emphyteot. Ias. in l. 1. num. 17. vers. item secundo eod. tit. adeo quod stante Caducitate ipso Iure incur-
15 sa tum ex lege, tum ex conuentione, nimirum non est si locus non sit purgationi moræ, etiam quod cessante pacto forte aliud dicendum esset, argumento l. Ballista, cum ibi notat. per Doctores, ff. ad Trebell. solet enim geminatio multum operari, & varios effectus parere, vt ibi notant Doct. & in alijs locis vulgaribus, & in proposito ob concursum plurium clausularum ad fauorem Domini directi, quarum multę leguntur in concessione, de qua agitur, notat Afflict. d. decisio. 174. numero 4.
16 † Solent namque quę singula non prosunt, simul collecta iuuare, vt latissime probat Ant. Gabr. tit. de probat. conclus. 1. in princ. Vlterius dicitur, quod cum tempore adeptę possessionis per Priorē lapsi essent dies 55. post triennium à die celebrati cōtractus, & nulla canonis solutio, aut depositio facta reperiatur, non est quod agatur de immatura expulsione emphyteotarum, eo quod nō
17 non esset decursum tempus duorum mensium ad purgandam moram concessum, quia vt supra dictum est, opinio communis & vera non est, quod sit duorum mensium sed iudici arbitrarium, dummodo tamen dictum spatium duorum mensium non excedat, vt pręcipuè dicit Corbol. supra citatus, d. limitatione vltima, in fine, adeo quod satis superque videtur fuisse tempus illud fere dictos duos menses attingens; & quando prędicta non procederent & purgationi morę locus fuisset, etiam quod de iure, & ex cōuentione caducitas ipso iure incursa fuisset, dicitur quod cum nec tempore adeptę per Priorem possessionis, nec postea tempore porrecti libelli super ipsa caducitate coram iudice, nec vmquam exinde pendente lite, & ea diu, & per multas instantias ventilata emphyteotæ soluerint, nec quidē deposuerint canones decursos, frustra agi videtur de purgatione ipsius morę, quę ad sūmū duorum mensium terminum habebat, nec illū excludere poterat, vt affirmat Corb. d. lim. 41. quæ est vltima in fine, & dictum fuit su
18 pra; † Nec ad rem facit, quod antequam lapsi essent dicti duo menses, Prior accepit possessionem prædij, & quod ideò dicti Emphyteotæ, tanquam non possidentes, non tenebantur soluere Canonem, & proinde nec ex non solutione potuerunt ab eorum Iure cadere secundum communiorem, & veriorem, & æquiorem Doct. sententiam, de qua attestatur Clar. in d. §. Emphyteosis, quæstio. 8. num. 5. versic. sed quæro. Quia respondetur, quod non agitur de Canone decurso post adeptam per Dominum directum possessionem, in quo casu procedit dicta Conclusio, sed agitur de Canone decurso ante apprehensam per Ecclesiam possessionem, & propter cuius non factam solutionē debitis temporibus Emphyteotę ceciderunt ab eorum Iuribus,
19 † quem quidem soluere, vel deponere tenebantur intra tempus ad purgandam moram concessam post iam decursum integrum triennium continuum à die celebrati contractus, si pœnam caducitatis incursę euitare volebant: vnde licet tempore expulsionis non esset lapsum integrum triennīū, debebant nihilominus morā purgare, & canones decursos soluere, aut deponere intra tempus congruum, & possessionem recu-
20 perare, † quia expulsio non tollit emphyteotis ius, & facultatem purgandi Moram, vt concludit Aluar. Valasc. in tracta. de iur. emphyt. q. 21. num. 8. versic. quarto limita, & ante eum videtur sentire Bal. in Authen. qui rem sub nu. 1. ante finem, versic. aut nihil est actum, & ibi etiam addentes ad cum
21 C. de Sacrosan. Eccles. † quia Emphyteota Ecclesię etiam quod fuerit à Domino expulsus, tenetur Canones pręteritos, & tempore expulsionis iam debitos soluere, nec ab eis propter dictam expulsionem potest se excusare, vt est tex. apertus, in d. Authen. qui rem, & ibi notant gl. & Doctores, Cast. in

in l. Colonus, nu. 3. in fi. ff. locat. Clar. in d. §. Emphyteosis, quæst. 10. num. 2. versic. quæro nunc in fine. † Præterea dicitur, quod cum lapso triennio continuo a die concessionis ob non solutum Canonem emphyteotæ ceciderint ab eorum iure, & caducitas ipso iure inducta fuerit statim, purgatio autem moræ ex quadam æquitate concessa sit, vt vtrumque supra probauimus; non videtur posse de dicta purgatione morę tractari, nisi per viam exceptionis, l. qui æquitate, ff. de doli except. cum ibi notat. quæ exceptio cum non fuerit per partem opposita, minime sublatus est effectus caducitatis ipso iure inductus, nec in hoc iudex supplere potest partis non excipientis defectum ad ipsam Ecclesiam agentem repellendam, vt post Bar. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, nu. 18. in 1. & 2. notabili, ff. de pactis, in l. lecta, nu. 19. ver. quæro vtrum, ff. si cer. pet. & in l. eum qui ita 56. §. qui ita nu. 4. ver. moueo tibi, ff. de ver. oblig. & in l. exceptionem, nu. 4. ver. sed quæro, & in lectura antiqua, in fine, nu. 12. C. de probat. Abb. in cap. exceptionē, nu. 14. ver. ad idem quæritur extra de exceptio. & plures alios, late tradit Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo reuertatur, nu. 345. & 434. C. de reuoc. donat. & secundum prædicta retuli admodum Magnifico, & Reuerendo Domino Donato Malegonnellę Decano Metropolitanæ Ecclesiæ Florentię iudici delegato, & Commissario Apostolico inter suprascriptas partes confirmando sententiam per admodum Illustrissimum, & Reuerendissimum Do. Alexandrum Cacciam nunc meritissimum Episcopum Pistorij, tunc vero Vicarium Illustrissimi Cardinalis Archiepiscopi Florentini. Anno 1603. Florentiæ.

EPITOME.

Proxeneta, Mediator, & huiusmodi an sint testes idonei, & an dictum vnius testis minus idonei suppleatur per dictum alterius testis idonei, & quando testes sunt hinc inde pares, quibus magis credendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo contestes circa locum, & tempus, & de propria scientia deponentes optime probant.*
Vox viua præualet mortuæ, ibidem.

2 *Proxeneta regulariter non est idoneus testis, & nume. 14.*

3 *Proxeneta in causa matrimonij est testis idoneus.*

4 *Iudicis ab arbitrio pendet quanta fides testibus sit adhibenda.*

5 *Testes etiam inhabiles admittuntur quando præsumptio iuris concurrit cum eorum dicto.*

6 *Testium defectibus an suppleatur ob idoneitatem & integritatem aliorum testium, quamuis singularium circa locum, & tempus.*

7 *Testes actoris in paritate an præferantur testibus rei, & nu. 12. & 13.*

8 *Testibus pro actore affirmantibus magis credendum est, quam testibus negantibus pro reo.*

9 *Negatiua coarctata loco, & tempore an præponderet affirmatiuæ; & nu. 10. vbi late.*

10 *Ens melius imprimitur in intellectu, quam non ens.*

11 *Testibus verisimiliora deponentibus magis credendum, & inf. nu. seq.*

12 *Testi minus idoneo creditur, quando verisimilia deponit.*

13 *In paritate affirmatiuæ, & negatiuæ standum est testibus verisimiliora, & probabiliora deponentibus, iuxta l. ob Carmen, §. si testes, ff. de testibus.*

14 *Testes minus idonei admittuntur in probando matrimonio, & dotis promissione.*

15 *In dubio semper pro dotibus iudicandum est.*

CONSILIVM CXXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi ad referendum commissa, per Magnificum D. Vicarium terræ Plebis Sācti Stephani inter Petrum Ioannem de Martinis a Monte alto actorem ex vna parte, & Baptistam de Stelladoris a Cirigno Reum conuentum ex altera, putaui partes dicti Domini Vicarij esse in pronuntiando ad fauorem Actoris pro consecutione scutorum sexcentum sibi pro Dote Margheritæ eius Vxoris promissorum ab Augustino de Stelladoris, cuius est hæres dictus Baptista Reus conuentus, cum de tali promissione deponant quattuor testes, qui conclusioni parentelæ, & promissioni dotis fuerunt præsentes, & omnino circa locum, tempus, & substantiam verborum Contestes, quibus standum videtur, tam respectu numeri, [1] † cum duo ad hoc sufficerent,

l. vbi

l. vbi numerus, ff. de testibus, quam respectu fidei, cum nō minus viuæ voci testium, quam mortuæ Instrumentorum credendum sit, l. in exercendis, C. de fide instrumentorum. Et licet duo ex dictis testibus fuerint mediatores ad Matrimonium, & Dotem, nihilominus probant, † quia quamuis regulariter proxenetæ non videantur idonei testes, quando non deponunt vtraque parte volente, sed vna tantum instante, etiam si sponte testificarentur, & etiam si nullum sentiant commodum, vt in hoc casu propter affectionē, quam habere præsumuntur, quod negotium ab eis gestum suum sortiatur effectum ex veriori, & receptiori Scribentium sententia, de qua attestantur Imol consil. 134. num. 2. Alexand. consil. 13. num. 14. lib. 1. consil. 128. num. 1. lib. 2. consil. 154. num. 5. lib. 5. Ruin. consil. 34. num. 1. consil. 164. num. 6. lib. 4. consil. 99. numero 5. lib. 5. & alij plures, quos referunt, & sequuntur Gabr. tit. de testibus, conclusio. 20. num. 1. & seq. & Strac. in tract. de proxenet. in 4. parte, in princip. sub num. 4. versic. proxenetam igitur, & nouissimè Mascard. de probatio. lib. 2. conclusio. 1036. nume. 2. 3. & 6. & Farin. lib. 2. q. crimin. qu. 60. nu. 406. 408. & 409. † Tamen in causa matrimonij, & dotis admittuntur; integrique, & idonei censentur, vt concludit Ruin. d. consil. 34. num. 4. & pluribus sequentibus, vers. quibus non obstantibus, lib. 4. vbi hoc latè multis rationibus probat, & contrarijs respondet, quem refert Gabr. dicta conclusione 20. in 7. limitatione, num. 19. & latius Strac. loco citato num. 12. & multis sequentibus, Mascar. dicta conclusio. 1036. sub nume. 11. & 13. & Farin. d. qu. 60 nu. 442. in 16. lim. & nu. 445. in 17. lim. & licet multi contrarium teneant, vt subdit Gab. d. limit. 7. & copiosius Strac. nu. 17 & seq. ver. verum, & aduertunt etiam Mascar. d. concl. 1036. nu. 12. & 14. & Farin. d. q. 60. nu. 443. & 446. tamen secundum eundem Strac. nu. 21. in fi. opinio prædicta Ruin. admittenda est quò ad hoc, vt non repellantur a testimonio, † sed iudicis arbitrio relinquatur quanta fides illis præstanda sit, consideratis circunstantijs, & qualitatibus personarū, & causę, Farinac. d. q. 60. nu. 445. & 447. dicens hanc esse veritatem, hocque casu procedere potest opinio eorum, qui generaliter voluerunt proxenetam altera parte non assentiente admittendum esse ad perhibendum testimonium sed iudicem considerare debere quantum illi sit credendum, & circunstantijs, & qualitatibus personarū, & causæ, inter quos in primis connumeratur. Abb. in capit. dilectorum, nume. 3. extra de testibus cogend. quem probant, & commendant Alex. consil. 127. in fin. lib. 7. Corn. consil. 33. num. 17. lib. 2. & alij quos ipse Strac. refert, & sequitur vbi supra ante numerum 7. versi. tertia in proposito, cum quibus concordant Gab. dicta conclusione 20. sub num. 11. vers. limita, & declara, Mascar. d. conclus. 1036. nu. 5. & Farin. d. q. 60. nu. 414. in prima limitatione, quæ conclusio in casu præsenti magis recipienda est, cum pro eo, de quo deponūt proxenetæ, concurrat præsumptio, vt inferius opportuniori loco dicetur, † quia tunc etiam testes inhabiles admittuntur Alexa. in l. si duo patroni, colum. 3. numer. 7. vers. plus dicit, ff de iureiurando, & in consil. 56. nume. 22. in fine, libro secundo, & Gabr. dicta conclusione 20. in prima limitatione, num. 4. & post eum Mascard. dicta conclusione 1036. nu. 28 & Farin. d. q. 60. nu. 438. in 12. limit. & fortius, quia cum dictis duobus proxenetis concurrunt alij duo testes idonei, qui nec circa matrimonium, nec circa dotem se interposuerunt, & optimè tam de matrimonio, quam de dote, & eius quātitate & promissione per dictum Baptistam facta deponunt, qui quidem alij testes coadiuuant dictorum mediatorum attestationes, & ad integrandam eorum personam sufficiunt, † est enim nota traditio, quod testium defectus suppletur ex integritate, & idoneitate aliorum testium Bal. in l. si quis ex argentarijs, §. primo, in fine, ff. de ædend. Roman. consil. 486. in fin. Alex. consil. 56. num. 22. lib. 2. Ruin. consil. 67. nume. 12. lib. primo. Corn. consil. 42. ad finem, lib. primo. Dec. in cap. causam quæ colum. prima, nume. 4. de offic. delegat. Crauet. consi. 73. sub num. 27. vers. similiter, Gabr. tit. de testibus conclusio. 5. in princ. vbi quamplures alios refert, & de communi testatur, & in terminis istis tradunt Ruin. d. consil. 34. nume. 6. & Corn. d. consil. 33. sub num. 27. circa medium vers. sed dubitatur, & Mascard. dicta conclusio. 1036. sub num. 28. & Farinac. d. quæstio. 60. num. 438. quod vult procedere Ruin. etiam si dicti alij testes essent singulares ratione loci, & temporis, quia ad hoc sufficerent quo ad integrandas personas mediatorum quamuis propter singularitatem non coadiuuarent illorum dictum, sequitur Mascar. d. conclus. 1036. sub d. num. 28. Nec probationi per dictos quatuor testes actoris factę obstat contraria depositio aliorum trium testium ex parte rei examinatorum, † quia cum testes actoris sint plures numero, & qualitate si non superiores, saltem æquales paucioribus præferuntur, cap. licet causam, vers. ex præmissis igitur, extra de probat. l. ob carmen, §. si testes, & ibi glo. ff. de

ff.de testibus, l.prima, in princip. & in §. in omnes, vel plures, ff.de vent. inspicien. Gab. alios referens tit.de testib.conclus.4.nu.50. quibus in proposito nostro additur Roma. consil.157.num.1.tradens, quod quando vnius partis testes sunt plures numero, & testibus alterius partis paucioribus qualitate æquales, pro ea semper iudicatur, quæ ex sua parte plures produxit: & quando etiam dicti testes Actoris numero, & qualitate essent pares testibus rei, † adhuc magis credendum esset istis testibus actoris affirmatiuam deponentibus, quàm testibus rei deponentibus negatiuam, glos.in l.diem proferre, §.si plures, ff.de arbitr. Bar.in l.prima, in princip. numer.7.ff.de ventre inspiciend. Alexan.consil.169.ad fin.num.12.lib.5. Aret.consil.71.colum.3.ver.sed quod isti probantes, & consil.65.colum.2. vers. sed salua riuerentia, Ias.consil.13.colum.2. vers.item isti, lib.3.& consil.137.nume.9.vers.quinto ad idem lib.4.Soc.reg.426.in prin.Crau.cõ si:226.nu.11.Gab.d.conclus.4.nu.1.vbi plures alios refert, † & licet quando negatiua coarctata est certo loco, & tempore, illius probatio sit paris potentiæ probationis affirmatiuæ secundum Bar.in d.l. diem proferre, d.§.si plures in fi.ff.de arbitr.& in l.hæredes palám, in prin.nu.7.ff.de testa. Aret.in c. in nostra, extra de testib.col.4.nu.17. & seq. Cur.Sen.consi.72.nu.8.Soc.consi.96.nu.12. lib.1.& d.reg.426.in tertia fallentia, Gabr.d. cõcl.4.nu.2.vers.1.limita, tamen secundum alios etiam in negatiua coarctata data in cæteris paritate magis creditur testibus affirmantibus, quàm negantibus. † Ex quo ens melius imprimitur in intellectu, quam non ens, quantumcumq; circumscriptum Bal. in l.2.circa fin.C. de rescin venditio.in l.testium, col.fi.C.de testib. & in l.actor, col. 3. C.de probat.Imol.in l.inter pares, colu.2.ff. de re iud. Aret.d.cons.71.col.3.circa finem, vers.& cum ex parte, & in d.c. in nostra col. 5.nu.21.Soc.reg.426.in tertia fallẽtia, Gab. d.conclus.4.nu 4.ver contrarium, quorum opinio absque dubio videtur procedere in casu isto, in quo cum probatione negatiuæ coniuncta non est affirmatiua, quia scilicet testes non deponunt de negatiua per mediũ affirmatiuæ, nec testificando de negatiua testificantur etiam simul de affirmatiua, in quo casu procederet Bar. & aliorum sententia de æquali efficacia, & vi affirmatiuæ, & negatiuæ, sed est probatio negatiuæ simplicis per remotionem actus affirmatiui a sensu, quo casu locum habet opinio Bald. & Imol.de prælatione affirmatiuę, vt eleganter & per exempla clara conciliando hanc opinionum contrarietatem, tradit Aret.in c.in nostra, de testib.sub nu.21.in fi. & num.22. vers. sed tamen pro nunc, quem sequitur Gab.d.conclu.4.in casu 5. vers concorda, & vbi etiam admittenda esset paritas probationis negatiuę, & affirmatiuę, nihil hoc nocet agenti, qui plures testes habet affirmãtes, quam Reus negantes, vt punctualiter vult Bar.in d.l.hæredes palam, in princ. sub nu.7. et notat etiam Afflict. decis. 324. nu. 12.ver.item datur excessus, et ita etiam tenet expresse Aret.in d.c.in nostra, col.4.nu 17.et Soc.d. regula 426. in prima fallentia, et cum ex processu liqueat Baptistam in domum propriam recepisse dictam Margheritam infantem propriæ vxoris consanguineam, et a parentibus ob eorum paupertatem destitutam, et tanquam filiam alimentasse, et in omnibus tractasse, eamque in testamento tempore quo illam actori nuptui tradidit, vigente, hæredem vniuersalem sibi instituisse, et preterea Dotem specialiter eidem prælegasse in eadem sexcentum scutorum quantitate: ampliusque constet dictũ actorem tanta dote, et maiori etiam fuisse dignum, illamque attentis facultatibus, et conditione dicti Baptistæ diuitis, propria sobole carentis immoderatam, et excessiuam non extitisse, notumque sit non solere viros vxores sine dotibus accipere; vtique probatio actoris, vtpote habentis pro se omnem verisimilitudinem, & præsumptionem anteponenda est probationi Rei verisimilitudine, & præsumptione carenti, † nam testibus deponentibus verisimiliora, magis creditur, etiamsi numero essent inferiores, Mars.sing.343.post prin. Cast.cons.192.nu. 4.lib.2.Cur.Sen.consi.72.sub nu.7.ver. quo vero ad testes, Ias.cons.13.col.4.ver. sed magis lib.3.& consi.137.col.5.ante numerum 8.vers.confirmatur quia, lib.4.Crau.cons.6. nu.65.& est tex.in c.in nostra, ext.de testib. & in l.ob Canonem, § si testes, ff.de testib. & tradit Gabr.d.concl.4.nu.28.& 36.etiam si probantes verisimiliora essent pro actore & contrarij pro Reo, Curt Iun.cons.17.sub nu.6.vers.quod adeo Ruin.cons.67.sub nu. 1.lib.1.Gab.d.concl.4.nu.31. Nec hoc casu consideratur qualitas testium, † quia creditur non idoneo, quando deponit verisimilia. Ang cons.367.col.fi.sub nu.12. Crauet. cons.35.nu.7.cons.75.nu.23.& cõs 275.nu. 9. similiter vbi testes sunt hinc inde pares, statur illis, pro quibus sunt præsumptiones, & coniecturę. Crau.cõs.73. nu.41. vbi alios refert, quibus adiungitur Alexan. dicens ita communiter teneri in l.si duo patroni, sub num.7.post vers.in glos.in verbo authoritates, ff.de iureiuran. & istud est, quod in istis terminis vult Aret. in d. c.in nostra, nu.20. vers.

vers. aliquando testes deponunt negatiuam 13 † quod scilicet quando nulla est differentia inter probationem affirmatiuę, & negatiuę & adest in reliquis paritas ad cognoscendū, quęnam probatio pręferenda sit, recurritur ad l. ob carmen, §. si testes, ff. de testibus, & idem tenet Socin. dicta regula 426. in tertia fallentia, per quam quidem legem, & ibi notata per Doctores, data paritate testium, statur dicto probabiliori, & verisimiliori: qđ etiam probat tex. cum ibi traditis per Scribētes in d. cap. in nostra, de testibus, immo etiam pauciores hoc casu præferuntur pluribus. Castr. consil. 192. columna secunda, ad finem, sub numero quarto, libro secundo.

14 † Nec tunc habilitas testis est necessaria, quia etiam non idonei admittuntur, & pro integris habentur. Alexand. in dicta l. si duo patroni, sub numero septimo, in fine, versic. plus dicit, quem sequitur Marsil. d. singul. 343. circa medium, cum enim in materia probationum maxime omnium attendatur verisimilitudo: Bald. & Salic. in l. scripturæ, C. de fide instrumentorum: Curtius Iunior, dicto consilio 17. sub numero sexto, vers. & subdit, & Crauett. dicto consilio 73. numero 41. mirum non est, quod etiam pauciores pro verisimilitudine, & præsumptione deponentes pluribus præferantur, vt dictum est, nedum plures pro actore, paucioribus pro Reo deponentibus, vt in proposito nostro, in quo longè facilius præualebit Actoris probatio ad fauorem Dotis, pro 15 qua † in dubio iudicandum est, l. in ambiguis, ff. de iure dotium, & l. in ambiguis, ff. de regulis iuris, quia deponentibus pro causa fauorabili, pro qua alias in dubio ferenda esset sententia, magis creditur, quam deponentibus contra Ruin. consilio 139. numero vndecimo, vers. & quamuis, libro quarto & alij, quos refert, & sequitur Gabr. dicta conclusio quarta, in 27. illatione, nume. 81. Anno 1603. Florentiæ.

EPITOME.

Positi in conditione, an & quando censeantur vocati, & an fideicommissum conditionale, ante conditionis euentum transmittatur. Et quando Ius repræsentationis locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non censentur dispositiue vocati, secundum magis communem opinionem, & num. 8.*

2 *Filij in condisione positi censentur vocati concurrentibus simul pluribus coniecturis, nec vna sola sufficit, & nu. 5.*

Coniectura vna est, quod testator voluerit liberos vocare, quando digressus est ad plures substitutionum gradus, ibidem, sed contrarium dicitur, nu. 3. & declara nu. 4. & 11.

3 *Coniectura alia est, quando testator vsus est verbo masculinitatis, quod vocauerit dispositiue positos in conditione.*

4 *Coniectura alia est, quando testator digressus est ad alios substitutionum gradus, & procedit in descendentibus testatoris extraneo substituto & inf. nu. 11.*

5 *Positi in conditione (quamuis sint de descendentibus testatoris) non censentur vocati, quando substitutus est pariter de descendentibus, & proximior in gradu.*

6 *Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes etiam filios præcedente fideicommissario ante purificatam conditionem.*

7 *Fideicommissum etiam pendente conditione transmittitur ad hæredes, quando ex coniecturis ab ipso testamento desumptis colligi potest quod testator ita voluerit.*

8 *Ius transmissionis dicitur fauorabile.*

9 *Inter plures institutos ad inuicem substitutos, si aliquis eorum decedat sine filijs, alij superstites succedunt excluso filio decedentis.*

10 *Transmissio non habet locum quando substitutus est ex descendentibus testatoris, & filij ex alio substituto præmortuo in conditione positi sunt pariter ex descendentibus testatoris, vide supra num. 5.*

11 *Testator quando non censetur vocasse positos in conditione, & de differentia inter transmissionem, & vocationem.*

12 *Repræsentatio, seu subintratio non habet locum, nisi in successione, quæ ex dispositione legis defertur, secus in dispositione testatoris, tamen hæc nō est tuta opinio. Et in quorum successione repræsentatio locum habeat.*

13 *Qui a testatore non est nominatus, non potest dici vocatus, & ideo frustra quæritur, an repræsentatio locum habeat in exclusionem expresse vocati, & nominati a testatore.*

14 *Nominatio est duplex, alia per nomen proprium, altera per nomen appellatiuum, & qui est nominatus proprio nomine, præfertur nominato per nomen appellatiuum.*

Vocatus in specie præfertur vocato in genere.

CON-

CONSILIVM CXXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DOminicus Mariotti in eius testamento instituit suum hæredem vniuersalem Vincentium eius filium legitimum, & naturalē, cui decedenti sine filijs masculis, vel fœminis substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Antoniam, & Sanctā eius filias æqualibus portionibus, quibus morientibus sine filijs masculis, vel fœminis, voluit eius hereditatem recadere ad Bartholomæum ipsius fratrem carnalem. Mortuo testatore Vincentius hæres institutus hæreditatem adiuit, eoque adhuc viuente decessit dicta Antonia relictis filijs, deinde obijt dictus Vincentius iam pubes factus nullis relictis filijs, vel descendentibus, sed superstitibus præfata Sancta ei expresse substituta, & filijs dictæ Antoniæ prædefunctæ pariter substitutæ. Quare cum venerit casus dicti fideicommissi cōditionalis ob mortem dicti Vincentij sine filijs, & descendentibus, orta est in Curia Domini Vicarij Anglaris controuersia inter dictam Sanctam, & filios dictæ Antoniæ, prætendente dicta Sancta totum fideicommissum ad ipsam spectare, dictis vero filijs contendentibus sese ad illius medietatem admittendos esse, causaque mihi ad consulendum de iure transmissa, retuli partes Domini Vicarij esse in pronuntiando pro Sancta Attrice contra filios Antoniæ reos conuentos rationibus ex causis infrascriptis.

Nam aut filij Antoniæ volunt admitti ex propria ipsorum persona, & proprio iure tāquam a testatore vocati dispositiue virtute eorum positionis in conditione ad dictum fideicommissum, & concurrere cum dicta Sancta, & non possunt, † quia filij positi in conditione non censentur dispositiue vocati secundum opinionem glos. communiter approbatam in l. Lucius Titius, la seconda, ff. de hæredibus instituen. quam tamquam veriorem, receptiorem, & omni tempore, pro magis communi habitam, & tam in Scolis, quam in palatijs canonizatam, & a qua in consulendo, & iudicando nefas esset recedere, sequitur insignis modernus, & magnæ scientiæ, & eloquentiæ Doctor, & maxima beneuolentia mihi coniunctus D. Ioseph. de Rusticis in tractat. an, & quando filij positi in conditione censeantur vocati, lib. primo, cap. 2. in 2. & in 3. par. per totum, & in cōsilijs positis post dictum tractatum consil. primo, num. 11. 53. & 54. consil. 2. num. 10. & consil. 3. nume. 15. in quibus locis recenset omnium antiquorum, & modernorum authoritates, vsque ad hodierna tēpora, & post eum Anton. Tessaur. decisio. 96. nume. 5. & multis sequentibus, & Peregrin. in tractat. de fideicommissis, artic. 28. numero primo, & quinto, & quampluribus sequent. & est opinio Florentiæ canonizata per Rotam, vt dicit Magon. in decisio. ipsius Rotæ Florentinæ, decisio. 73. numero 4. Nec dissentit Marz. de fideicomm. quæstio. 10. in princ. † Nec ex eo, quod testator fuerit digressus ad plures substitutionum gradus, euitari potest dicta opinio glos. quamuis ex coniecturis in contrarium apparentibus recedatur a dicta conclusione, vt latissime firmat ex infinitis Scribentium authoritatibus D. Rusticus in d. tractatu, lib. secū do, capit. primo, numero primo, Tessaur. d. decisio. 96. num. 8. Clar. in §. testamentum, quæst. 77. in fin. Magon. decisio. Florent. 27. numero secundo, dicens, quod nemo est, qui hoc neget, Rustic. d. consilio primo, numero 55. d. consilio secundo, numero 38. & 39. & abj per eos allegati, tamen dicta cōiectura non videtur sufficiens ad eliciēdam testatoris mentem, quod voluerit liberos in conditione positos vocare, licet enim multi teneant hanc esse coniecturam sufficientem, sequentes Ancharan. consil. 74. columna prima, & secunda, de quibus diffuse meminit Gabr. de fideicomm. conclusio. quarta, in tertia limitat. numero 13. & post eum Rustic. in d. tractat. lib. tertio, cap. primo, numero primo, & d. consilio primo, nume. 58. d. consilio secundo, numero 45. & dicto cōsilio tertio, numero 40. 50. & sequen. sequitur Tessaur. decisio. 60. numero tertio, & d. decisio. 96. numero 15. & 17. tamen sunt alij contrariam tenentes sententiam, dictam que coniecturam minime per se sufficientem esse audacter asserentes, & ita communem opinionem se habere attestantes, quos longa serie refert Gab. d. conclusio. quarta, numero 14. vers. contrarium tenent, & longe diffusius D. Rustic. in d. tractat. lib. tertio cap. primo, numero quinto, vers. nec omittendum est, & dicto consilio secundo, num. 12. & dicto consilio tertio, numero 17. post ver. hecque negatiua, ibi etsi vlterius & post eum Tessaur. dicta decisio. 96. numero 16. vers. sed contra Ancharan. † Et hæc opinio, quod digressio ad aliquos substitutionum

Z gradus

Gradus non sufficiat ad vocationem positorum in conditione, etiam cum masculinitatis qualitate seruata fuit in Rota Florentina in quadam celebri, & satis ardua causa, in qua ita iudicatum fuit per vnum ex iudicibus primarum instantiarum, cuius sententia in vltima instantia fuit confirmata per DD. tres iudices secundarum appellationum, & causa ex Principis gratia recommissa iudicio totius Rotę, idem per quatuor ex sex Iudicibus fuit tentum, vt refert idem Rustic. in dicto tractat. lib. secundo, cap. septimo, sub numero primo, vbi etiam dicit, quod tunc pro hac parte plures insignes Iurisconsulti consuluerunt, de qua causa meminit etiam Magon. dicta decis. 27. in principio, & in fine, cum qua sententia veluti communi transeunt Rip. in l. Centurio, numero 165. vers. tertia coniectura, ff. de vulgari, & pupillari substitut. Clarus in §. testamentum, quęstio. 79. numero tertio, versic. quarta allegatur coniectura, Mantic. de coniect. vltim. volunta. lib. 11. tit. 3. numero 13. Magon. decisio. Florent. 27. numero nono, & decisio. 73. numero sexto, & dicit Ruin. consilio 128. col. penultima, sub numero 19. in fin. vers. non obstat etiam lib. 3. quod dicta limitatio Anchar. non est vera, & quod loquitur sine lege, & Alexand. consil. 64. ad fin. lib. 5. quod Ancharan. non bene probat opinionem suam, & ibi subdunt addentes ad eum, quod fuit phantasia Ancharan. qui ab omnibus reprobatur, & dicit Socin. in l. cum auus, col. antepenultima, in fine & col. penultima, sub numero 113. vers. alias autem allegabatur, ff. de condit. & demonstratio. quod opinio Ancharan. est fundata sola eius authoritate, & contra eum sunt multę authoritates, immo ipsemet Ancharan. sibi ipsi non constans contrarium tenuit in cap. si pater, in 12. not. numero quarto, de testament. in sexto, & seruiunt, quę infra ad hoc idem dicta improbandum circa caput transmissionis dicuntur in ver. altera etiam coniectura.

4 † Sed & quando affirmatiua opinio tenēda esset, ea tamen in pręsenti casu minime obstaret, quia dictę digressionis coniectura vbi sufficiat ad vocationem, procedit tantummodo in descendentibus testatoris, & extraneo substituto, Alexand. consilio 64. numero quinto, vers. corroborantur prædicta lib. 5. & alij adducti per Rustic. lib. 3. cap. primo, numero secundo & tertio, qui etiam postea sub numero quinto, ante finem, satis claré Ancharan. ipsum in alijs terminis, quā

5 in nostris loqui ostendit, † nam etsi in conditione positi sint descendentes testatoris, substitutus tamen non est extraneus, sed pariter descendens, & ipsi etiam proximior in gradu, quam positi in conditione ad latè notat. per Hieronymum de Laurent. decisio. Auenion. 37. & per Anton. Tessaur. decisio. Pedemontan. 65. & ante eos per Couarr. lib. practic. quæstio. cap. 38. sub num. 4. vers. tertio, ad intellectum, vt ideo nullum sequatur absurdum, quod diffusius probaui infra, dum de transmissione ago, in vers. quæ opinio præsertim in casu isto, & cum in Rota Florentina nunquam fuerit recessum ab opinione d. glos. nisi ex concursu plurium coniecturarum, vt testatur Magon. dicta decisio. 73. sub numero quinto, vers. & omnibus, eaque consueuerit vix contentari de concursu duarum, vel trium, vt subdit Magon. ante fin. vers. neque in hoc, & hic vna tantum adsit, & ea à tot, & a tantis Doctoribus reprobata, nephas quodammodo esset illam admittere. Aut volunt filij prædictæ Antoniæ ad dictam partem fideicommissi aspirare ex persona dictæ earum Matris prædefunctæ, quæ ad illam cū præfata Sancta vocabatur iure transmissionis, vel iure subintrationis, siue repræsentationis, & neutro modo videntur posse audiri.

6 Iure enim transmissionis admitti non possunt, quia cum fideicommissum a Patre inductum ad fauorem dictæ Antoniæ esset conditionale, & ipsa ante purificatam conditionem decesserit, non potuit illud transmittere ad hæredes, l. vnica, §. sin autem aliquid sub conditione, C. de caduc. tollen. & ibi glos. & scribentes, Zanc. in l. hęredes mei, §. cum ita. in quarta part. num. 2. & sequen. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Gabr. tit. de hæred. institut. conclusio. secunda, numero primo. Rustic. d. consilio secundo, numero 18. & dicto consilio tertio, numero 19. & ante numerum 55. Peregrin. in tractat. de fideicommis. artic. 31. numero 6. Crass. in §. fideicommissum, quæstio. 67. numero octauo, vers. primus est, in tantum vt nec ad filios transmissio fiat per text. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. vt notat ibi gloss. in verbo susceperit, quam Doctores ibi communiter sequuntur, & præcipuè Barto. numero secundo, Castren. numero tertio, Alexand. numero sexto, Socin. numero nono, & Zanc. in d. quarta par. numero 89. vers. vltimo, amplia, & numero 96. vers. cæterum, Tiraquel de retract. consanguin. §. primo, glos. secunda, numero 24. Natta consil. 551. numero 15. 16. 19. 32. & sequen. consilio 688. numero primo. Gabr. consil. 91. numero primo, sexto, & decimo, lib. 2. Gab. tit. de hæredib. instituen. conclus. secunda, in secunda ampliatio. numero 10.

Mantic.

Mantic. de coniect. vltim. voluntar. lib. 11. titul. 20. ante numer. 2. & Peregrin. de fideicomm. dicto articul. 31. numero sexto, & octauo, & infiniti alij per eos adducti, Crass. dicta quæstio. 67. sub numero sexto, vers. secundus casus, vbi dicit etiam communem opinionem, & in iudicando sequēdam, Menoch. de arb. tr. iudic. lib. 2. Centur. secunda, casu 165. numero primo, qui pariter ait esse communem.

7 † Et quamuis hoc non procedat, quando ex coniecturis de testatoris intentione constare potest, quod voluerit etiam pendente conditi one dispositionem ad hæredes transmitti Gabriel. dicta conclusio. secunda, in tertia limitatio. numero 15. Crass. dict. quæstio. 67. numero 8. vers. sed quid. Narta d. cō sil. 551. sub numero 19. & sequent. & dicto consilio 688. numero secundo, Gabr. d. consilio 91. numero primo lib. secundo Rustic. dicto consilio secundo, numero 54. & dicto consilio tertio, numero 55. & Peregr. dicto articu. 31. numero nono, dummodo tamen tales coniecturæ ex ipso testamento, & dispositis in eo colligantur, vt dicunt Zanch. d. 4. parte, num. 181. vers. deueniendo, Crass. d. quæstio. 67. in fine, Rustic. dicto consilio secundo, numero 55. & dicto consilio tertio, numero 56. Peregrin. d. artic. 31. numero decimo, quia potest fideicommissum nō transmissibile effici per testatorem transmissibile, Rustic. dicto consilio secundo, numero 34. Zanch. d. parte quarta, nume. 103. 8 vers. bene verum est, † maxime cum ius transmissionis fauorabile sit, vt subdit Rustic. d. consil. 2. num. 135. & ante eum Zanch. d. quarta parte, sub numero 201. vers. & ad rationem allegatam, cum vt ipse dicit, non agatur de aliquo de nouo inducendo, sed de iam inducto extendendo: tamen nulla sufficiens videtur in proposito extare, illa enim, quæ resultat ex eo, quod positi sint in conditione, etsi a nonnullis approbatur, vt per Gabr. d. conclusio. secunda, in nona coniectura, numero 35. Rustic. dicto consilio secundo, numero 56. vers. quarum prima, & d. consil. tertio, numero 58. & seque. vers. secunda est, Peregr. d. artic. 31. sub numero 12. & sequent. vers. contra vero, & ea facilius, admittatur ad hanc inducendam transmissionem, quam ad causandam vocationem, vt postquam antiquos, & modernos scribentes tradit Rustic. in dictis locis, & præter eum Zanch. d. 4. parte, nume. 202. vers. non obstant; tamen communiter non recipitur, eam enim impugnant Narta consil. 555. numer. 19. in fine, & quampluribus sequent. Mantic. de coniect. vltim. volunta. lib. 11. tit. 20. numer. 17. vers. verumtamen, Zanch. in d. 4. parte, numero 325. vers. septimam coniecturam ponunt, Gabr. consi. 91. numero nono, decimo, vers. nec obstat, numero 14. & sequent. vers. quicquid, libro 2. Viui. decisio. 398. numero sexto, ver. quam nempe, lib. secundo, & alij citati per Rustic. d. consil. secundo, sub numero 56. vers. & licet, & d. consilio tertio, sub numero 58. ver. & quamuis, & nouissime Peregr. d. articul. 31. nume. 17. vers. quarta est conclusio, in princip. & post medium vers. in conflictu harum opinionum, ex quorum dictis, ni fallor, opinio hæc venor, & iustior apparebit, quæ etiam optime corroborari potest ex traditis per Narta in d. consil. 551. col. penultima, & finali, numero 30. & sequent. vers. decreueram, vbi ex plurium antiquorum 9 Doctorum auctoritatibus firmat, † quod inter plures institutos, & inuicem substitutos, si aliquis eorum decederet sine filijs, vno sic decedente superstes tantum succedit ex fideicommisso, non autem filij eius, qui ante euentum conditionis prædecesserunt, quia ad eos spem talis fideicommissi non potuit transmittere, vt ibi per ipsum, qui præsentem casum decidere videtur, quæ opinio præsertim in casu isto videtur admittenda, quia filij Antoniæ, quæ fuerat substituta, non excluduntur ab extraneo, sed a testatoris filia ipsorum matertera, in quo casu videtur cessare absurdum per tenentes affirmatiuam consideratum, quod substitutus extraneus præferatur liberis testatoris, & ita in terminis tenet Peregr. d. artic. 31. in 4. conclusio. sub d. numer. 17. post medium, vers. in conflictu harum opinionum, & ante eum idem voluit Zanch. in d. quarta parte, numero 329. ver. limita secun 10 do, † dicens, quod quando substitutus non est extraneus, sed descendens testatoris, & si hi ex alio substituto præmortuo positi in conditione sunt pariter descendentes testatoris, non habet locum transmissio, vltra quod; si bene aduertatur, Doctores affirmatiuam tenentes videntur loqui, quando ageretur de vltimo substituto ad excludendum filios ex primo substituto in conditione positos, non autem quando tractatur de primo substituto, qui filios alterius substituti prædefuncti in conditione positos vult excludere, & est descendens, prout ipsi, testatoris, & eidem in gradu proximior, vt supra dixi, vt constat ex dictis per Gab. de hæred. instit. conclusio. 2. num. 21. & sequen. vers. prima igitur coniectura, vbi plures citat, & cōmunem dicit, per Zanch. in d. 4. parte, num. 325. & sequen. & per Peregr. d. artic. 31. numer. 17. & sequent. & per Crass. in d. §. fideicommissum, quæstio. 68. in princip. num. 1. & late,

& late,& pulcre ostendit Hieron.Gabr. dic. consil.91.numero 11.12.& pluribus sequ. vers.quintus casus est, & numero 18. & sequent.vers.verum neque libro secundo, & facit Natta dicto consilio 688.numero sexto, vers.subiungitur nunc, & Rip.in l.Centurio, numero 151.vers.sed pone, ff. de vulga.& tetigi supra,dum de vocatione ob positionem in conditione egi,ver. sed & quando affirmatiua opinio.

11 Altera etiam coniectura, quæ ex eo deducitur, quod testator digressus est ad plures substitutionum gradus, recipienda non videtur, nam quamuis illa in terminis istis transmissionis admittant Gabr. d. conclus. secunda,in septima coniectura,numero 31. Natta d.consilio 688.numero quarto,& sequen. Rustic.dicto consilio secundo,numero 62.vers.tertia coniectura,vbi plures citat sequentes Ancharan.dicto consilio 74.col. prima, & secunda, illam tamen expresse in hoc reprobant Doctor.supracitati circa caput vocationis ex positione in conditione, vers.nec ex eo, quod testator, & in terminis transmissionis eamdem expresse reijcit, Natta dicto consilio 551. numero 30. post vers.decreuerant,& post eum Gabriel. dic. consilio 91.numero 18.& sequen.& nouissime Peregrin.d.artic.31.numero 18. vers. alij vero in tertia opinione, dicens formaliter non esse tutam, nec dissentit Zanch. in d.4.parte,sub numero 326. vers.cæterũ pro prædictorum declaratione, & infra, vbi inquit dictum illud Anchar.procedere quando factæ sunt plures successiuè substitutiones, & agitur de filiis primi substituti positis in conditione ad exclusionem secundi substituti,quia tunc admittitur coniectura, quod ad eos fiat transmissio primæ substitutionis,ne ab extraneo excludantur,ita vt dictum Consilium Ancharan.minime faciat ad propositum præsentis casus, quod latius supra probaui in dicto vers. sed & quando affirmatiua opinio,& in d.vers. quæ opinio

12 præsertim in casu isto. † iure etiam repræsentationis ad idem fideicommissum aspirare non possunt filij dictæ Antoniæ, quia omisso,quod quamplures non modicæ authoritatis tenent, quod subintratio locum non habeat,nisi in successione,quæ ex legis dispositione defertur,quos recenset Rustic. dicto consilio secundo, numero 17. & sequent. versic. secundo casu, & dicto consilio tertio,numero 20. vers. aut vult venire, Gabr.titul. de fideicomm.conclusio.tertia, numero secundo; & admisso quod etiam admittatur in successione, quæ ex hominis dispositione defertur, & sic procedat in fideicommissis,vt est verior,& receptior sententia,de qua attestatur idem Rustic.d.consilio 2.numero 84.& 85.vers. quarto de iure,& dicto consilio tertio,numero 61. vers. quarto non releuat, Gabr.dicta conclusio. tertia,in principio, & alij statim citandi, & quod vera sit, & communis Doctorum opinio, quod subingressio hæc in fideicommissis procedat, vbi eam prætendens agit de succedendo ascendenti, aut patruo, seu auunculo,auitæ,seu materteræ,vt in præsenti casu siue grauantis siue grauati personam inspiciamus, secus si alijs transuersalibus in gradu remotioribus,vt post antiquiores tradunt Couarr.lib.pract.quæstio.cap.38.ante numerum quintum,vers.nono seclusis, inquiens esse opinionem communem, & veram sine dubitatione. Marzar.de fideicom. quæstio.18.dicens ita fuisse iudicatum Paduæ per Excellentissimum Totaiellum,& in Rota Florentina,Gabr.de fideicommiss. conclusio tertia,in sexta limitatione,numero 11. Mantic.de coniectur. vltim. volunta. lib.8.tit.9.numero tertio. Simon de Præt. de interpret. vltim.voluntat.lib.3.dubitatio ne quarta,solut.vltima,quæstio.6. numero 21.fol.318.& sequent. Beaint.decisio. Bononiens. 88. numero tertio,& quarto, Tesfaur. Decisio. Pedemont.65.numero tertio Sforz. Odd.consilio 39.numero 27. vers.ad primum,libro primo,referens plures de magis communi attestantes, & quod ita fuerit pluries iudicatum, Rustic.d.consilio secundo,numero 89.& sequent. vers. sed his opinionibus, Peregrin. de fideicomm. articul. 21. numero sexto, & sequent. vers. constat autem, & infra, & infiniti alij per eos allegati.

13 Tamen dicta opinio in hoc casu admittenda non esset, quia cum Antonia, quam eius filij repræsentare volunt, fuerit specialiter vocata, & proprio nomine substituta Vincentio vna cum Sancta, ipsi autem filij Antoniæ non fuerint vocati,nec nominati cessat subintratio, & Sancta specialiter nominata præfertur dictis filiis Antoniæ non nominatis, vt in indiuiduo decidunt Dec. consil.480.colum.quarta, numero vndecimo,vers. & hoc idem alia ratione comprobatur,Curtius iunior, consil.161. columna quarta, sub numero septimo, vers. ex præmissis videtur colligi clara responsio, Rub. Alex.consil.40. columna tertia, & quarta, numero sexto, & sequent. post vers. alia etiam ratione dico, Paris.consil.30.columna septima,numero 52.vers.quod enim libr.2. Ruin.consil.101.columna quinta,numero 11. vers. & per hæc colligitur clara responsio consil.134. columna nona, sub numero 23.& sequent.vers.alia etiam ratione dico, consil.

consil. 169. columna quarta, sub numero se ptimo, ad finem, vers. tertio confirmatur, & colum. quinta, sub numero octauo, ante finem, vers. quarto etiam respondetur lib. secundo, consil. 112. columna finali, numero 13. vers. nec etiam ex substitutione sequenti, & vers. nec obstat, & consil. 152. col. secūda, numero secundo, vers. sed tamen præmissis non obstantibus, & col. quarta, sub numero quarto, vers. quartus & vltimus casus lib. 3. quos refert, & sequitur Gab. d. conclusio. tertia, in tertia limitatione, numero sexto, cum quibus conueniunt Angel. consilio 306. numero quarto, vers. circa quęstionem iuncto principio, Alex. consil. 123. numero primo, libro primo, Ruin. consilio 115. col. 9. numero 19. vers. sed dato quod Nepotes, lib. 3. & in eodem casu Paris. consi. 18. num. 71. & seque. vers. præterea in isto fideicommisso, lib. secundo, & consil. 37. numero 49. vers. hinc est, & consil. 39. in fine, numero 17. vers. tertio prędicta, eod. lib. secundo, Couat. d. cap. 38. sub numero quarto, vet. quinto idem, & vers. sexto constat, qui censet esse communem opinionem, Simon de Prætis, de interpret. vltim. voluntat. lib. 3. dubitat. quarta, solut. vltima, numero 24. vers. secundo non venit nepos cum patruo, folio 339. Sfor. Odd. consilio 39. sub numero 27. vers. præsertim cum hic lib. primo, & nouissime Peregrin. de fideicomm. d. articul. 21. sub numero 23. ver. secundo, vt filij, & infra vbi quosdam alios refert, quibus additur Hieronymus de Laurentijs, decisio. Auenionensi 37. numero 19. vers. respondebat D. Iacobus, & subdit Gabr. d. conclusio tertia, sub numero septimo, vers. amplia quia, quod idem est si vnus esset nominatim vocatus, alij vero sub nomine appellatiuo filiorum, vel collectiuo liberorum, aut descen-14 dentium, vel similium, † quia & tunc specialiter nominatus præfertur, & solus alijs exclusis admittitur, vt ibi per eum solum Ruinum adducentem d. consi. 112. col. fin. lib. 3. qui id optime dicit in secundo dubio, numero 12. & 13. sed idem per omnia tenent ipsemet Ruin. & omnes alij Doctores supracitati, & tam per Gabr. adducti, quam per me superadditi, nam loquuntur non solum quando filij substitutorum nullo modo sunt vocati, sed tamen in conditione positi, sed etiam quando sunt vocati non nominatim, sed modo præmisso, vel alio simili cum alijs nominatim; & specialiter vocatis, quibus tales filios postponendos affirmant, & istud est, quod idem Gabr. eodem loco notat in nona limitatione, numero 16. quæ res a fortiori fecit casui nostro, quia si aliquo modo vocati excluduntur a nominatim, & specialiter vocato, facilius excludentur nullo modo vocati, vt de se patet. Anno 1604. Florentiæ.

EPITOME.

His verbis Testator legauit victum, & vestitum Vxori suæ commorando, & habitando in Domo ipsius Testatoris, & vitam vidualem, & honestam seruando, & non stando, neque habitando in dicto Domo, ei reliquit Ducentum. An hoc legatum sit conditionale, vel modale; Et an secundum succedat loco primi non obseruati. Et de cautione Mutiana præstanda.

SUMMARIUM.

1 *Gerundium quando importet conditionem, vel modum, & inf. num. 7. 8. & seq.*
2 *Verba hæc: seruando vitam vidualem, quod importent.*
3 *Cautioni Mutianæ quando locus non sit, & infra per discursum.*
4 *Aduerbium (dummodo) videtur importare modum, & nu. 10.*
5 *Hæres, qui aliquo tempore præstitit legatum vxori defuncti non petita prius cautione Mutiana, an ei renunciasse videatur pro futuro tempore, vide nu. 14.*
6 *Legatum victus, & vestitus si sit sub hac conditione factum, videlicet si legataria habitauerit in Domo testatoris, & si non habitauerit cum legato Du centorum, conditione non adimpleta, primum legatum cessat, & secundum succedit loco primi.*
7 *Verba ista: habitando, & commorando in Domo testatoris, quid importent.*
8 *Gerundia iuncta verbo (reliquit) temporis praeteriti perfecti, non faciunt conditionem.*
9 *Dictio (tamen) est limitatiua præcedentium.*
Ablatiuus casus importat conditionem, ibidem.
10 *Verba ista: Donec, quousque, quamdiu, importāt modum, & non conditionem.*
11 *Mulier vidua tenetur cautionem Mutianam præstare antequam consequatur legatum ab eius viro, si vidua vixerit, vel sub alia consimili conditione potestatiua relictum.*
12 *Cautio Mutiana debet præstari antequam percipiatur legatum, & etiam si ab hærede non fuerit petita, & an sufficiat verbalis oblatio.*
13 *Cautio Mutiana quando in effectu, & cum satisdatione*

tisfdatione dari debeat, & quando iuratoria cautio sufficiat.

14 *Cautioni iuratoriæ dicitur tamdiu renuntiatum fuisse ab hærede, quamdiu illam non petierit, at si in futurum petatur, omnino dari debet. declara vt ibidem.*

15 *Actio non competit mulieri viduæ aduersus hæredem pro legato victus, & vestitus, si in Domo testatoris habitauerit, antequam cautio Mutiana ab ea præstetur.*

16 *Habitatione legata vxori in Domo viri, intelligitur de aliqua parte domus arbitrio boni viri, & non de tota domo, & sat est quod in parte commode habitare possit.*

CONSILIVM CXXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VErba legati facti per D. Flaminium Porcelottum Dominę Elisabethæ de Sartis eius vxori ita se habēt. Item iure legati per hos præsentes Codicillos reliquit Dominæ Elisabethæ eius dilectissimæ vxori tam pro se, quam etiam pro vna Ancilla victum, & vestitum condecentem, habitando tamen, & commorando in Domo ipsius Domini Codicillatoris, & vitam vidualem, & honestam seruando, & non stando, neque habitando in dicta Domo, supradictæ Dominæ Elisabettæ reliquit scutos Ducentos dādos, & soluendos per eius hæredes vniuersales.

Huius legati vigore agente Domina Elisabetha ad victum, & vestitum condecentē pro se, & Ancilla, cum oblatione habitandi, & commorandi in Domo viri, & prætendentibus hæredibus eam excludere ob non præstitam cautionem Mutianam, & causa mihi ad consulendum de iure transmissa, per Magnificum Dominum Capitaneum Castilionis Terzerij de ambarum partium consensu. Primo aspectu videbatur referendum ad fauorem dictæ Dominæ Elisabethæ, 1 † quia licet gerundia illa, habitando, commorando, & seruando videantur interpretanda hoc modo, idest si habitauerit, & commorata fuerit, & seruauerit, vt tradit glos. in l. si tu ex parte, ff. de acquiren. hære. quam ibi sequuntur Barto. ad finem, & Aret. in secundo notab. Dec. consil. 433. numero sexto, & in terminis nostris Bald. consil. 267. sub numero quarto, vers. & videtur primo, & iterum vers. ista quæstio, lib. quinto, & Ruin. eum sequens, consil. 170. quod est penultimum, libro tertio, & videantur importare conditionem, vt præfati Doctores dicunt, tamen hoc ita demum procedit, quando gerundia coniunguntur cum verbo, vel participio futuri temporis, prout loquitur dicta glos. de gerundio adeundo iuncto cum participio habiturus, secus si coniungantur cum verbo præteriti, vel præsentis temporis, vt in casu nostro, in quo coniunguntur verbo reliquit, quod est temporis præteriti, quia tunc non interpretantur modo præmisso, nec conditionem faciunt, sed solummodo dispositionem qualificant seu modificant, vt declarant Barto. & Aret. in loco citato, quos sequitur alios idem tenentes referens Tiraquell. in tractat. cessante causa, cessat effectus, limitatio. prima, numero 81. vers. sed vtrumque sit, cum quibus conuenit Ruin. d. consil. 170. numero secundo, qui propterea in proposito nostro 2 inquit, † quod verba ista seruando vitam vidualem iuncta verbo instituit, non exponuntur, idest si seruauerit, & sic conditionaliter, sed potius important quoddam onus vidui tatis, & exponuntur, idest quamdiu, vel donec seruauerit vitam vidualem, secundum quam expositionem dispositio est pura, & 3 acceptari potest, † non præstita cautione Mutiana, cui tunc locus non est secundum Doctores communiter in l. fin. C. de indict. viduit. tollen. & ita ait tenuisse Bald. in quodam eius Consilio incipiente proponitur, quod Manfredinus volumine quinto, secundum vltimam impressionem, quod est consil. 267. supra allegatum, & idem tenet Benedict. de Ghitland. Senen. consil. 68. num. 7. & 8. inter consil. diuers. vltim. voluntat. lib. primo, qui tamen loquitur, quando dispositio est facta cum ablatiuo, videlicet viuente casta, & in vita viduali, & dicit hanc esse veriorem expositionem. Idem etiam voluit Marc. Modest. de Callio eodem lib. primo, consi. diuers. vltim. voluntat. consilio 160. numero 22. & 25. loquens quando testator dixit dummodo honestas seruetur, 4 & viduitas, † volens dictum aduerbium dummodo non importare conditionem, sed modum, qui actionis ortum non impedit, si non adimpleatur, quod tanto magis videbatur dicendum, quia cum hæredes iam per aliquod tempus eidem mulieri, & Ancillæ præstiterint victum, & vestitum in Domo mariti, nulla per ipsam præstita Mutiana cautione, nec etiam illa per eos petita; 5 † videtur quod ipsi hæredes, in quorum fauorem præstanda erat talis cautio, patiendo legatarium percipere legatum sine dicta cautione, tacite eam remiserint, & legatariam

riam ab illa liberauerint, eorum fauori renuntiantes, prout facere possunt, vt in indiuiduo tradit Alberic. de Rosat. in Authent. hoc locum, sub numero decimo, vers. & eodem modo videtur, C. si secundo nupser. 6 mulier. † Verumtamen re maturius considerata contrarium referendum censui, nam Dominus Codicillator duplex videtur fecisse vxori legatum: vnum affirmatiuum de victu, & vestitu condecenti pro se, & Ancilla, si habitauerit, & commorata fuerit in Domo ipsius Codicillatoris, & vitam vidualem, & honestam seruauerit: alterum negatiuum de scutis ducentis, si non habitauerit neque commorata fuerit in dicta Domo. Adeo quod primum legatum dicitur sub conditione affirmatiua factum, secundum autem sub contraria conditione negatiua, subrogatum tamen loco primi adempti, ita vt voluerit Codicillator, quod si vxor non habitet, & commoretur in Domo ipsius, & non seruet vitam vidualem, & honestam non consequatur primum legatum, sed illud transferatur in secundum, vt punctualiter in istis terminis decidit Castren. consil. 167. columna prima, & secunda, lib. primo.

7 † Nec dubium est quin gerundia habitando, & commorando in Domo, & seruando vitam vidualem, & honestam hoc casu importent conditionem, & interpretari debeat idest si habitauerit, & commorata fuerit in Domo, & seruauerit vitam vidualem, & honestam, ex quo adest legatum negatiuum in euentum non obseruatæ affirmatiuæ primi, vt considerat Ruin. d. consil. 170. numero quinto, post vers. sed præmissis non obstantibus, nec vt subijcit ibidem Ruin. refert

8 † quod gerundia iuncta verbo reliquit temporis præteriti perfecti non faciant conditionem, quia conditio in isto casu non inducitur ex natura gerundij, sed per ademptionem primi legati, & translationem in aliud sub contraria conditione, & propterea, vt inferius tradit idem Ruin. sub numero sexto, vers. per prædicta, reijcitur expositio Bald. in supra allegato consilio, quia dicta expositio non potest habere locum propter conditionem contrariam, quæ mētem Codicillatoris de prima conditione affirmatiua ostendit; vltra quod, vt idem Ruin. sub necti numero sexto, dicta gerundia sunt exponenda conditionaliter, si habitauerit, & commorata fuerit in Domo, & seruauerit vitam vidualem, & honestam, quia licet verbum reliquit, cui adiunguntur, sit præteriti temporis, tamen habent effectum in futurum, & post mortem Codicillatoris, & in illud tempus collatum, & legatum. Vnde sicut effectus legati confertur in futurum euentum, ita & onus habitationis, & viduitatis differtur post mortem Codicillatoris, & ideo satis videntur gerundia iuncta verbo, vel participio futuri temporis, attento effectu, qui præualet, & attendi debet. Nec recipienda est interpretatio Bal. in allegato consilio, in quo tamen non bene videtur firmare pedem, sed potius de rigore inclinare in hanc vltimam partem, quam melius de iure defendi posse ait, & ita etiam ipsum Baldum intelligere videtur. Natta consil. 459.

9 num. 15. vers. melius, † & non sine ratione cum gerundia soleant importare necessitatem, licet non semper, vt dicit Angel. in Rubric. C. de edendo, & eo magis quando, vt in hoc casu, immediate sequitur, Dictio tamen, quæ limitatiua præcedentium est, & restrictiua, l. ea tamen adiectio, ff. de legatis tertio, & pro prædictis bene faciunt notata per Benedict. de Girland. d. consil. 68. numero primo, & sequent. de huiusmodi relicto per ablatiuum, quod sit conditionale, & nō modale, & veram, & propriam conditionē importet, et proinde etiam Mutianam cautionem requirat, & licet, vt supra dixi, postea dicat alteram opinionem esse veriorem, tamen reperio, quod cum prima transit Alberic. de Rosat. in d. Authent. hoc locum, numero decimo, vers. item quæro, vbi loquens in legato facto a viro vxori ea custodiente lectum, & honorem suum, et non exigente Dotem, & donationem propter nuptias, & sic per ablatiuū, tenet quod sit legatum conditionale, ex quo vult, quod

10 sit suppositum Mutianæ cautioni, † quod non esset, si interpretaretur tamquam modale, idest donec, vel quousque, aut quamdiu custodierit, cum tunc non præstetur cautio, sed eo solum casu, quo legatum sit conditionale, vt supra dictum est ex mente Doctorum in dicta l. fina. C. de indict. viduit. tollend. & volunt omnes supra citati, & inferius citandi Doctores, nec hoc aliquod dubium habet; seruiunt etiam notata per Modest. dicto consilio 160. numero quinto, de aduerbio dummodo, quod importet conditionem, & legatum conditionale faciat, & proinde Mutianam cautionem exigat, quamuis postea contrarium in suo casu concludat ex multis, quæ in præ-

11 senti casu non concurrunt. † Cum ergo legatum, ad quod agit Domina Elisabetha sit conditionale, idest si habitauerit, & commorata fuerit in Domo ipsius Domini Codicillatoris, & vitam vidualem, & honestā seruauerit, clarum est, quod illud consequi non potest, nisi præster cautionem Mutianam de conditionem obseruando, & vbi contrauenerit, quicquid ex eo legato perceperit,

petit, restituendo, vt post plures per eum relatos tradit Simon de Prætis, de interpretat. vltim. voluntat. libro quarto, dubitatio. decima, numero 100. vers. quid si legato vxori vsufructu, fol. 418. Bald. d. consil. 267. sub numero quarto, vers. ista quæstio, lib. quinto. Ruin. d. consil. 170. numero septimo, libro tertio, & antea consil. 17. sub numero 14. in fine, & numero 15. & consil. 34 nu. 4. libro secundo. Natta consil. 459. nume. 17. Bened. de Girland. d. consil. 68. numero tertio, & sequent. & Marc. Modest. d. consil. 160 numero quarto, & octauo, Grat. consil. 12 102. numero 45. libro secundo, † subdens, quod debet esse cum fideiussore, & quod non sufficit oblatio verbalis, sed realis requiritur, etiamsi non petatur a parte, & quod sit præstanda etiamsi non petatur, volunt Simon de Prætis, sub dicto numero 100. Ruin. d. consi. 170. numero septimo, in fine lib. 3. Modest. d. consil. 160. numero 12. & Socin. in l. Mutianæ cautiones, in tertio notab. numero quinto, ff. de conditio. & demonstratio. & locus est dictæ cautioni Mutianæ, etiam quod conditio concepta sit verbis affirmatiuis, ex quo habent implicitam negatiuam, nec sonus ipsorum verborum attenditur, sed eorum sensus, qui est in effectu quod vxor non consequatur legatum, si non habitauerit in Domo mariti, & non seruauerit vitam vidualem, & honestam, vt dicunt Ruin. d. consil. 34. numero quarto, & d. consilio 170. sub numero septimo, vers. si ergo institutio, & Grat. d. consil. 102. numero 47. libro secundo, & ante eos Barto. in l. Mutianæ cautiones, numero tertio, ff. de conditionibus, & demonstrationibus; sed quod dictum est de oblatione verbalis cautionis, quod non sufficiat, & quod cum fideiussore præstanda sit, non est ita simpliciter verum, nam tunc solum non sufficit 13 oblatio verbalis, † quando satisdatione opus est, Socin. in d. l. Mutianæ cautiones, in quarto notab. numero septimo, quæ quidem satisdatio non semper est necessaria, sed in legato mobilium tantum, vbi legataria non est per se idonea, & potest illum reperire, alias sufficit iuratoria cautio, vt est text. in §. quæ vero nunc sequitur in authe. de Nuptiis, & in Authent. cui relictum, C. de indict. viduit. tollend. Barto. in d. l. Mutianæ cautiones, numero nono, & decimo, et Socin. in quarto notab. numero septimo. Barto. in l. quibus diebus, §. Termilius, numero 26. ff. de conditio. et demonstratio. et tradunt omnes Doctores in dicta Authen. cui relictum, et in corpore, vnde sumitur. Nec obstant in contrarium adducta, quia ad primum, quod non simus in legato conditionali, sed potius in quodam onere, responsum fuit supra, et probatum, quod immo legatum est vere cōditionale. Nec Modest. quatenus, quæ postremo loco dicit, veriora essent, loquitur in terminis nostris, sed in aduerbio dummodo, quod modum importare dixit Barto. in l. quibus diebus, §. Termilius, numero quarto, ff. de conditio. et demonstratio. quem non adducit ipse Benedict. Girland. vero non firmat pedes, et prima opinio videtur verior, cum pro ea stet authoritas Alberic. de Rosat. vltra, quod nec isti loquūtur in terminis nostris. 14 † Ad aliud fundamentum de remissione cautionis dicitur, quod cum dictum legatum non sit instantaneum, seu momentaneum, sed perpetuum, successiuum, et perseruantiam requirat in futurum pro obseruatione conditionis, sub qua factum est, clarum videtur, quod tacita hæredum renunciatio quo ad dictam cautionem non præstitam, non potest eis præiudicare pro tempore futuro, sed tantum pro præterito, si quod mulieri dederunt, repeterent, cum sibi ipsis imputare debeant, cur soluerint sine tali cautione, sed quo ad tempus futurum secus, quia pro eo cautionem exigere possunt, ita colligitur ex Ruin. d. consi. 170. numero septimo. vers. et vbi etiam testator libro tertio, et clarius antea d. consil. 17. sub numero 14. et 15. vers. et alia ratione, et infra, lib. secūdo. Et dicit idem Ruin. consilio 84. numero 12. eodem libro secundo, quod etiam ad excusandum mulierem a restitutione percepti legati, data contrauentione pro tempore seruatæ conditionis, non potest imputari hæredi, quod dictam cautionem non exegerit, quod etiam tenent alij adducti per Marc. Modest. d. consilio 160. numero 6. et 9. qui tamen postea numero 27. contrarium tenet, ex quo mulier bona fide eos percepit, et nulla cautio sibi ab hærede sciente, et patiente petita fuit, quam opinionem communem dicit, et in facti contingentia obseruatam; Alberic. in dicta Authent. hoc locum, sub numero decimo; 15 vers. item quæro. † Vlterius dicitur, quod cessat hæc consideratio renunciationis, ex quo mulier tenetur dictam cautionem præstare, etiam si non petatur, nec aliter agere potest, quia antequam præstetur nulla oritur actio, Ruin. dicto consilio 17. sub numero 14. et 15. libro secundo, Simon de Prætis, dicto numero 100. qui non citat Ruin. in dicto loco, Benedict. de Girland. dicto consilio 68. numero secundo, in fine, et numero sexto, et ante eos Bartol. in d. l. Mutianæ cautionēs, numero secundo, et Socin. numero sexto. Vnde quicquid euenerit in

præ-

præteritum, fatis eſt quod in futurum non poterit conſequi legatum, niſi præſtita dicta cautione, ſine qua audiri non debet, veluti ſine actione agens. † Cæterum vt omnis tollatur ambiguitas, de qua in proceſſu diſceptari vidi, aduertendum eſt, quod cum Codicillator non legauerit vxori habitationem, vel vſumfructum Domus, ſed voluerit ſolummodo, quod in ipſa Domo habitet, et commoretur, non poteſt legataria conſequi totam Domum pro habitatione, ſi in illius parte commodè, et condecenter ſecundum conditionem ſuam habitare poteſt cum Ancilla, quæ pars domus eo in caſu ſibi aſſignanda eſſet arbitrio prudentis, et diſcreti iudicis tamquam boni viri. Bald. conſil. 137. numero ſecundo, libro quinto. Addent. ad Caſtrenſ. dicto conſilio 167. in Appoſt. in verbo conſiderandum ſub littera A, libro primo, Ruin. conſil. 35. numero quarto, et ſexto, libro ſecundo, et latius Deci. poſt longam ad partes diſcuſſionem, cõſilio 355. in tertio dubio, numero quarto, et quinto, et ita etiam in hac parte faciendum eſſe retuli eidem Domino Capitaneo. Anno 1604. Florentiæ.

EPITOME.

De vno ex pluribus debitoribus, vel fideiuſſoribus in ſolidum obligatis ſolidum ſoluente creditori, & quomodo poſſit à correo, vel confideiuſſore, repetere, quod pro parte ad eum ſpectante ſoluit; & tam ceſſione à Creditore impetrata, quàm non impetrata; & quo tempore dicta ceſſio fieri debeat, vt valeat; & quid ſit in extraneo pro debitore ſoluente, & ceſſionem à creditore non habente.

SVMMARIVM.

1 *Rei debendi, ſeu promittendi qualiter conſtituantur.*

2 *Obligatus in ſolidum cum alio ſoluens ſolidum, repetit a correo, vel a confideiuſſore ſolutum pro parte ad eum ſpectante.*

3 *Debet tamen contra eum impetrare ceſſionem à creditore, & num. 4. ſed & ſine ceſſione agere poteſt, & partem ad alium ſpectantem repetere nu. 10. maximè ſi ex cauſa onerosa ſit obligatio, num. 11.*

5 *Ceſſio iurium impetranda à creditore per vnum ex obligatis in ſolidum ſoluentem ſolidum, vt agere poſſit contra correum, vel contra confideiuſſorem pro parte ad eum ſpectante, fieri debet ante ſolutionem, vel in actu ſolutionis, non poſtea ex interuallo, niſi præceſſerit pactum de cedendo, aliter non valet, & numero 6. vbi declaratur.*

7 *Ius extinctum cedi non poteſt, nec in alium transferri illud, quod cedens non habebat, & ſupra nume. 5. & 6.*

8 *Extraneus ſoluens pro alio creditori, liberat debitorem, ſed ex perſona creditoris contra ipſum debitorem agere non poteſt, niſi actione ſibi ceſſa, ad quam ceſſionem creditorem cogere non poteſt ſed & ſine ceſſione creditoris repetere poteſt a debitore, nu. 12.*

9 *Nec hypothecam, aut ius in bonis ipſius debitoris habere dicitur talis extraneus ſoluens.*

13 *Actori ſuccumbenti ex cauſa intentata, ſi ex alia ius ſibi competere dignoſcitur, illud ei reſeruandum eſt aliàs experiendum.*

CONSILIVM CXXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN cauſa mihi ad referendum, de iure commiſſa per Dominum Poteſtatem Pontis Heræ, inter Petrum de Borghinis à Ponte Sacco agentem ex vna parte, & Sixtum Milliani, & Coſmum de Gallis à Calcinaria reos conuentos ex altera, Dixi partes dicti Domini Poteſtatis eſſe in abſoluendo dictos Sixtum, & Coſmum à petitis per dictum Petrum ex actione hypothecaria per eum intentata, reſeruando eidem alia iura alias experienda, contra quos de iure ſibi agere licebit talia, qualia ei competunt.

Ad ita referendum motus fui, quia agit dictus Petrus hypothecaria contra dictos Sixtum, & Coſmum poſſeſſores bonorum dicti Milliani, cum quo mutuo ſub cambijs accepit ſcutos tercentum à Magnificis Dominis Ricardis, & ſocijs Campſoribus in ſolidum, cum obligatione generali omnium bonorum præſentium, & futurorum, tamquam ceſſionarius dictorum Dominorum creditorum, & tamquam Procurator Pauli de Matteis de Blentina pro ſolutionibus per ipſum, & dictum Paulum factis prædictis campſoribus pro parte debiti ad dictum Milianum

Milianum spectante, in qua actione minime obtinere potest, quia respectu solutionum factarum per ipsum Petrum, cum simus in duobus reis debendis principaliter, & in solidum obligatis pro capitali mutuo accepto, & cambijs, iuxta l. 2. ff. de duobus reis, cum ibi notat. per Barto. & per Benintend. decisio. Bonon. 81. numero 7. vers. ex aduerso, clarum videtur, quod victoriam reportare non potest, etiam quòd pro dicto Milliano correo soluerit, quia etsi duobus constituentibus obligationem in solidum, qui soluit solidum habeat regressum contra correum pro portione ad illum spectante, l. 2. C. de duobus reis, & ibi glos. & Doctot. tamen debet contra eum impetrare iura à creditoribus, qui illa ei cedere tenentur, l. cum apparebit 50. ff. locati, & l. si diuisa, C. eod. tit. & vtrobique glos. & Doctor. Barto. in l. Modestinus, 76. col. penultima, sub nume. 8. vers. circa secundum, ff. de solut. Alexan. consil. 38. in fine, numero 7. vers. quo tad vlumum lib. 5. Soc. consil. 200. in principio, libro secundo, Neguf. in tractat de pignor. & hypothec. in prima parte, tertij membri, quintæ partis principalis, numero 35. vers. adde insuper in hac materia, latè Ronchegal. alios referens in tracta. de duobus reis, ad l. reos, 11. in principio, numero 54. & sequen. vers. Barto. hoc loco. Quòd & in fideiussoribus in solidum obligatis procedit, nam & vnus ex eis solidum soluens actiones contra alios confideiussores obtinere debet à creditore, qui eas cedere tenetur, leg. cum alter, C. de fideiussor. & ibi glo. & Doctor. & tradunt Soc. Neguf. & Ronchegal. in locis citatis.

Quæ quidem cessio, siue simus in correo, siue in confideiussore soluente solidum, impetranda est contra correum, vel confideiussorem, antequam soluat, vel in actu solutionis, non autem postea ex interuallo, nisi præcesserit pactum de cedendo, alias non valet, vt est text. in d. l. Modestinus, ff. de solutio. quia per solutionem sublata est omnis obligatio, & actio, Institutio. quibus mod. toll. oblig. in principio, & obligatio, seu actio semel extincta non potest reuiuiscere, l. qui res, 98. §. Aream, ff. de solutio. & cedens ius, quod habet, nihil cedit, si nullum ius habet, l. si sic legatum, 78. §. si mihi, ff. de legatis primo, & ibi Scribentes, & licet si fideiussor soluat proprio nomine etiam ex interuallo, post solutionem possit cessionem obtinere, quia adhuc debitor mero iure obligatus est, tamen vbi est principaliter obligatus cum debitore, ita vt censeantur duo rei debendi, secus est, quia tunc soluens, quocunque nomine soluat, se & correum liberat ipso iure, vnde sublata obligatione, & actione in totum, non potest cessionem impetrare ex interuallo, nisi antè solutionem, vel in actu solutionis de ea pactum fuerit, vt optimè declarat Angel. Aret. Instit. quib. mod. tollit. oblig. in principio, numer. 9. vers. in eadem glosa, subdens quod iste est propriè casus dictæ legis Modestinus, vbi idem apertissimè tradit Barto. col. prima, & secunda, sub numero quarto, vers. tu tamen magis perfectè, quem sequitur Soc. d. consil. 18. num. 9. vers. ex quibus verbis, libro primo, adeò quod cum dictus Pettus agens post iam factas solutiones ex satis longo interuallo temporis, & nullo præcedente cedendi pacto, actiones a creditoribus imperrauerit, nihil egisse videatur, cum nullum tunc ius penes cedentes extaret, nec potuerit ius extinctum cedi, nec in alium per cessionem transferri, quod cedentes non habebant, vt in proposito dicit Ronchegal. in d. l. reos, in principio, sub numero 56. ad finem, vers. ad hoc facit, post Soc. dicto consil. 18. columna secunda, numero 9. vers. & sic clarissima sequitur conclusio, libro primo.

Respectu vero Pauli de Matteis res magis clara videtur, quia ipse non est ex correis debendi, & nullam à creditoribus obtinuit cessionem, nam etsi extraneus soluens creditori liberet debitorem, l. soluendo, ff. de negot. gest. & l. nulla, C. de solutio. tamen ex persona dicti creditoris, non potest agere contra debitorem, immo nec ipsum creditorem cogere potest, vt sibi actionem cedat contra debitorem, vt est text. clarus in d. l. nulla, C. de solutio. nec ius aliquod in bonis dicti Milliani habere dignoscitur, ex solutionibus pro eo factis illius creditoribus, cuius vigore hypothecaria contra tertios possessores agere possit, per ea quæ leguntur, & notantur in § item Seruiana, Institu. de action. & per tradita per Neguf. in tract. de pignor. & hypothec. in primo membro, tertiæ partis principalis, numero primo, & plur. seq.

Quia tamen etiam sine cessione correis datur actio inuicem, & qui solidum soluit, à correo partem ad eum spectantem petere potest, Barto. in d. l. Modestinus, colum. penultima, sub numero sexto, post vers. quarto quæro ibi, sed glosa dicit, ff. de solutio. gl. & Doctor in d. l. 2. C. de duobus reis, & diffuse Ronchegal. in d. l. reos, in principio, nu. 32. & plur. sequ. vers. nunc videndum est, & vltra eum Soc. dicto consil. 18. sub numero nono, ad finem, versic. solum ergo potuit, & maximè in terminis nostris, in quibus Millianus, & Petrus correi debendi in solidum

dum se obligauerunt propter pecuniam mutuò sub cambijs receptam, & sic ex causa onerosa, quo casu ad solutionis effectum catenus quisque intelligitur alteri obliga-
11 tus quasi fideiussor, quatenus ille ex ea consecutus est vtilitatem, vt concludit Ronchegal. in loco relato, numero 37. vers. alio modo; Et quia etiam extraneus soluens pro debitore non excluditur a repetitione soluti,
12 vt notatur in d. l. soluendo, ff. de negot. gestis vbi Bartol. & Bald. vterque sub numero secundo, Alberic. sub numero tertio, Fulgos. numero primo, & Castr. numero secundo, & Doctores in d. l. nulla, C. de solution. vbi praecipuè Bald. sub numero primo. Idcirco
13 reseruaui dicto actori iura ex propria ipsius, & dicti Pauli persona aliàs experienda contra quos de iure sibi licebit, ne indebitè damnum patiatur, & priuetur eo, quod pro alio soluit tam ipse, quam Paulus iuxta l. Bebius cum sua materia, ff. de pact. dotalib. Anno 1604. Florentiae.

EPITOME.

Quod obligatio facta per mulierem sine solemnitatibus à statuto requisitis est nulla ipso iure, etiam quod statutum illam expresse non annullet, ita vt nec naturaliter ipsa mulier obligetur; Et quod tali obligationi accedere non potest fideiussor: vel si accedere potest secundum quorundam opinionem, non tamen habet regressum contra dictam mulierem; Et quod maritus non tenetur pro debito vxoris, nec ex eius contractu conueniri potest.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dicente, quod mulier non possit se obligare sine certa solemnitate, contractus aliter factus est nullus ipso iure.*

2 *Etiam quod statutum expresse non annullet, & penam etiam contrahenti imponat.*

3 *Mulier contrahens, vel se obligans non seruata forma statuti, non obligatur etiam naturaliter.*

4 *Fideiussor non potest accedere mulieri se obliganti non seruatis solemnitatibus statuti secundum aliquos, ex eo quod mulier non sit obligata, nec naturaliter quidem, & nu. 6.*

5 *Alij tamen in casu dicti statuti contrarium volunt, & vide nu. 7.*

6 *Negatiua tamen opinio, quod accedere non possit, firmatur.*

7 *Fideiussor potest accedere mulieri sine solemnitatibus à statuto requisitis contrahenti, si se principalem debitorem constituerit, & in solidum obligauerit.*

8 *Fideiussor accedens mulieri contrahenti non seruata solemnitate statuti, dato quod teneatur, ex tali fideiussione, non habet regressum contra mulierem, pro qua intercessit, & quare, ibidem.*

9 *Mulier se obligans sine solemnitatibus, a statuto requisitis, promittens indemnitatem fideiussori pro ea intercedenti, non tenetur illam de iure seruare, nec ex illa dicto fideiussori obligatur, & supra nu. 8.*

10 *Maritus non tenetur pro contractu, & obligatione vxoris sine ipsius consensu.*

11 *Nemo ex alterius contractu, vel obligatione tenetur, si illi non consenserit.*

CONSILIVM CXXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa vertente inter Magistrum Petrum olim Dominici de Anglare agentem ex vna parte, & Paulum de Chelis, & Elisabeth de Musettis eius vxorem Reos conuentos ex altera occasione solutionis, per dictum Magistrum Petrum factae Bartholomaeo Arrigonio vti creditori dictę Elisabeth pro mercibus ei venditis sub fideiussione ipsius magistri Petri, Retuli Magnifico Domino Vicario Anglaris, qui causam mihi de iure consulendam commisit, eius partes esse in absoluendo dictos reos conuentos à petitis per dictum actorem.

Et ad ita referendum motus fui, quia obligatio facta per dictam Elisabeth dicto Bartolomaeo cum fideiussione dicti magistri Petri per scripturam priuatam a Testibus subscriptam, & in iudicio recognitam de iure non subsistit, tamquam facta non seruata forma statuti Anglaris libr. 2. rubr. 55.
1 qualiter mulier possit se obligare. Ex quo enim statutum expressis verbis vult, quod non possit mulier se obligare sine certa solemnitate, contractus aliter factus est nullus ipso iure, quia censetur statutum resistere actui ab initio, & inducere dictam solemnitatem pro illius forma, Angel. cons. 160. columna secunda, vers. contrarium dico, &

col.

col. fin. vers. sed quia ex prædictis, Roman. consil. 437. in primo dubio, Socin. consilio 93. columna penultima, versic. postremo hæc conclusio, & consil. 112. col. sexta, versic. quarta difficultas est, libro primo, & con sil. 230. columna secunda, versic. & quantumcumque, libro secundo, Calcan. consil. 13. columna prima. Aret. consil. 22. colum. vltima, versic. venio nunc ad secundum, & consil. 73. columna quarta, versic. his ergo præmissis, & plures alij quos refert, & sequi tur Tiraquell. de legib. connubialib. glos. quarta, numero secundo, & sequent. versic. ex quo illud assumitur, & versic. sequent. quibus adduntur Plot. de in litem iurando, § quinto, numero 47. versic. lex autem, & Lamberteng. in tractat. de contract. eorum quibus sine cert. solemn. contrah. permissi non est, glos. 16. in verbo non valeat, quæstio. prima, numero primo, etiam si statutum expresse non annullet, & amplius pœ-
2 nam contrahentibus imponat, vt concludit Angel. consil. 170. in toto, quem sequitur Tiraquell. dicta glos. quarta, numero quinto, versic. & bene facit, vbi alios idem tenentes refert, & præter illos Alexand. consi. 37. post principio, libro primo. In tantum vt mulier sic contrahens ne quidem naturaliter obligetur, Barto. in l. cum lex, columna penultima, versic. sed iuxta prædicta, ff. de
3 fideiussoribus. Angel. dicto consil. 160. columna secunda, versic. cum igitur, & col. fi. vers. sed quia ex prædictis, Roma. dicto consil. 437. in primo dubio, Castr. consil. 124. col. 1. libr. 1. Aret. in dicto consil. 22. col. vlt. versic. venio nunc ad secundum, Socin. dicto consil. 93. col. penultima, vers. postremò hæc conclusio, Calcan. dicto consil. 13. col. prima. Tiraquel. in loco citato, numero 12. versi. ex his autem. Plot. in dicto § quinto, numero 47. versic. lex autem, & rursus, versic. ergo sequitur ex præmissis, Lamberteng. in dicta glos. 16. in verbo non valeat, quæstio. tertia, numero quinto. Quo fit, vt huiusmodi obligationi mulieris sine solemnitate statuti accedere non possit fideiussor
4 ex eo, quod mulier, nec naturaliter obligatur, & fideiussor non accedat non obligato saltem naturaliter, per text. in l. fideiussor obligari, §. fideiussor, ff. de fideiussor. Tiraq. in dicta glos. quarta, numero 14. versic. hinc diei potest. Et quamuis contrarium quod immo fideiussor hoc casu accedere possit,
5 & efficaciter obligari creditori, vt post Iacob. de Arena tenet Alberic. de Rosat. de stat. libro primo, quæstione 181. & post eū Alexan. in additio. ad Barto. in l. Marcellus, in principio, in addition. in verbo regreditur sub littera A, ff. de fideiussor, quos refert Tiraquel. vbi supra sub dicto numero 14. post versic. hinc dici potest, cum quibus concordat Cast. consil. 434. col. fin. numero tertio. versic. quarto videtur obstare, libro primo, & sentiunt alij relati per Lamberteng. dicta glos. 16. quæstione quarta, numero nono, tamē negatiuam opinionem tenuit Ias.
6 in l. si non sortem, in principio, in quarto notabili, ff. de condit. indeb. sequitur Plot. in lo co relato dicto num. 47. dicto versic. lex autem, & dicto versic. ergo sequitur, eamque nouissimè ex pluribus probat Lamberteng. dicta quæstione quarta, numero decimo, & plur. sequent. vbi etiam respondet adductis per tenentes contrarium: Et quicquid sit de hoc puncto, cuius etiam disputatio cessare videtur, cum in eadem scriptura fideius-
7 sor principalem se debitorem constituerit, & insolidum se obligauerit cum dicta Elisabeth, quo casu sustinetur eius obligatio, per ea, quæ latè tradit idem Lamberteng. dicta glos. 16. quæstione sexta, numero 15. Illud verissimum est, quod talis fideiussor licet teneatur contrahenti cum muliere, non tamen habet ipse mulierem obligatam ex mandato, nec cōtra illam habet regressum, & est ac si intercessisset pro ea animo do-
8 nandi, cum statutum annullet omnem obligationem mulieris sic contrahentis, & per consequens obligationem mandati, qua teneretur eius fideiussori, vt formaliter, & in indiuiduo concludit Alberic. dicta quæstio. ne 181. quem sequutus fuit Tiraquell. dicta glo. quarta, sub numero 14. post dictum versic. hinc dici potest, idem apertè voluit Castr. dicto consil. 434. sub numero tertio, post versic. quarto videtur obstare, libro primo, inquiens quod sibi debet imputare fideiussor, qui se obligauit si contra suum principalem non legitimè contrahentem non habet actionem mandati, quos sequutus fuit Lamberteng. dicta glos. 16. quæstio. 9. numero 22. & quæstio. decima, numero 23. qui amplius subijcit quæstio. 11. numero 24. post Alex. consil. 29. columna quinta, & sexta, sub numero 14. & 15. versic. alia ratione libro septimo, quod etsi tali fideiusso-
9 ri mulier indemnitatem promiserit, non tamen ab eo conueniri poterit, quando statutum prohibet obligationem sine certa solemnitate, licet secus si alienationem prohiberet, quod casui nostro optimè applicatur, in quo statutum de obligatione loquitur, Ex quibus quò ad mulierem satis perspicuè constat locum fuisse absolutioni.

Quò verò ad Paulum eius virū res breuius expediri potest, cum maritus non teneatur pro obligatione vxoris, nisi per eam
10 se obligari consenserit, l. tertia, ibi cum neque

que maritum pro vxoris obligatione conueniri posse constet, nisi ipse pro ea se obnoxium fecit, & toto titulo, C. ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore conueniatur; Est enim certa iuris regula, neminem ex alterius contractu obligari sine ipsius consensu, per ea quæ habentur per Castr. consi. 242. in toto libro primo, per Ronchegal. in 11 l. eandem, in principio, numero 155. versic. nunc præterea sciendum est, ff. de duobus reis, & per Rotam Genuens. decisio. 14. numero 32. & 33. versic. nec refert; Nec immorandum est circa dicti Pauli consensum aut circa versionem in eius vtilitatem, cum de neutro legitimè appareat in processu, vt diffusè ostendit Dominus Informans pro ipsis Iugalibus. ad cuius dicta potius in facto, quam in iure consistentia libentissimè me remitto. Anno 1604. Florentiæ.

EPITOME.

Quod stante statuto exclusiuo filiarum à successione paterna ab intestato extante masculo, filiæ fœminæ in discernenda legitima non computantur in numero filiorum, sed ratio tantum habetur numeri masculorum, ac si fœminæ non essent in rerum natura, Et quod tunc dotes fœminarum tamquam æs alienum de toto partimonio detrahuntur, & de residuo legitima in tertia, vel dimidia parte secundum numerum masculorum deducitur. Quod heres grauatus onere fideicommissi deducit ex hæreditate debita testatoris de proprio soluta creditoribus hæreditarijs; Quodque alienata pro satisfactione dictorum debitorum hæreditariorum sibi non imputat in legitimam, & Trebellianicam, alienata autem voluntariè secus, sicut & dissipata, & mobilia quæcumque consumpta. Quod alienata cum pacto redimendi intrà certum tempus à Testatore, vel hærede pro ære alieno hæreditario, & mox redempta de corpore hæreditatis censenda sunt, & fideicommissario restituenda, pretio tamen hæredi de proprio redimenti restituto. Quodque in discernenda legitima attenditur tempus mortis Testatoris, & secundum illud bona, & eorum valor considerantur, nec ratio habetur alicuius augumenti, vel diminutionis ex tempore, uel aliter.

SVMMARIVM.

1. *Filiæ fœminæ exclusæ per existentiam masculi à successione patris ab intestato per statutum mã dans eas dotari, si dotatæ non sint, non connumerantur in numero filiorum in discernenda legitima, sed persona tantum masculi attenditur, ac si fœminæ mortuæ essent, adeo quod legitima debetur secundum numerum masculorum tantum.*
2. *Quæ legitima detrahitur tunc de eo, quod superest, detractis dotibus ipsarum filiarum de toto patrimonio tanquam ære alieno, ita vt prius deducantur dicta dotes de tota hæreditate, & de residuo postea legitima pro masculis.*
3. *Filius grauatus à patre onere fideicommissi vniuersalis sub conditione, si sine filijs decederet, deducit debita Testatoris per ipsum de proprio soluta de hæreditate in damnum fideicommissarij.*
4. *Alienata per filium vt supra grauatum pro soluendis debitis defuncti, non imputantur ei in legitimam, & Trebellianicam.*
5. *Alienata autem voluntariè extra causam dependentem ab oneribus hæreditarijs imputantur in dictas quartas.*
6. *Item & dissipata per dictum filium grauatum.*
7. *Similiter, & suppellectilia, pecuniæ, & alia mobilia, & se mouentia tempore mortis Testatoris extantia, ex mox per grauatum consumpta.*
8. *Alienata per filium grauatum, vt supra, si excedunt legitimam, & Trebellianicam sibi debitam, primo alienata imputantur in dictas quartas, & vsque ad earum portionem sustinentur alienationes, reliqua verò per fideicommissarios à possessoribus vendicari possunt.*
9. *Bona per Testatorem vendita cum pacto redimẽdi intra certum tempus, & per hæredem redempta, veniunt in restitutione fideicommissi, facta tamen per fideicommissarium restitutione pretij hæredi de proprio redimenti.*
10. *Et idem est, si ab ipso hærede pro satisfactione debitorum hæreditariorum fuerint vendita, & postea de proprio redempta.*
11. *Legitima consideratur secundum tempus mortis Testatoris, habitâ ratione valoris bonorum eius temporis tantum.*

CONSILIVM CXL.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVperioribus mēsibus requisitus à Domino Vicario Anglaris de modo iudicandi in causa coram eo vertēte inter Dominam Sanctam quondam Dominici olim Mariotti de Tichiena agentem ex vna parte, & Dominicum Cęsaris de Monte Acuto vti filium, & hæredem quondam Antoniæ præfati Dominici Senioris filiæ Reum conuentum ex altera, super fideicommisso per dictum Dominicum Seniorem iniuncto Vincentio eius filio, & hæredi vniuersali instituto sine filijs decedenti, Retuli pronuntiandum pro purificatione dicti fideicommissi ad fauorem dictæ Dominæ Sanctæ, excluso dicto Dominico Iuniore, cui Dominæ Sanctę relaxari deberent per dictum Dominicum Iuniorem bona in hæreditate dicti Testatoris tempore eius mortis dimissa, cum fructibus a die litis contestatæ, vsque ad Realem relaxationem, deductis tamen, & detractis per dictum Dominicum Iuniorem pro medietate ad ipsum spectante legitima, & Trebellianica dicto Vincentio grauato in bonis paternis debita, & alijs omnibus de iure deducendis, & detrahendis iuxta liquidationem alias faciendam, vt patet in Consilio CXXXVI. supra posito, secundum quod fuit lata sententia per dictum Dominum Vicarium, quæ a partibus acceptata, & comprobata fuit.

Et cum modo pro eius executione multa petierit dictus Dominicus Iunior, & pro eo Cæsar eius pater contra dictam Dominam Sanctam, quæ eundem Dominicum reconueniendo non pauciora contra illum prætendat, & super ambarum partium petitionibus, & prætensionibus factus fuerit ingens processus, Idem Dominus Vicarius de ipsarum partium consensu, iterum me requisiuit, vt quid per eum pronuntiādum de iure esset, consulerem.

Vnde visis omnibus actis transmissis, & illis consideratis, retuli quænam eius partes essent in sententiando super hinc inde petitis.

Et quia aliqua dubia notabilia fuerunt discussa, placuit de illis rationem reddere, & causas, ex quibus motus fui ad ea, vt retuli, decidenda ostendere, omittendo motiua in alijs punctis claris, & iurium allegationę nō egentibus pro eorum iustificatione.

Primo igitur dixi, quod in consideranda, & discernenda legitima debita dicto Vincentio Testatoris filio, & hæredi instituto, & onere vniuersalis fideicommissi grauato si sine filijs decederet, prout decessit, persona ipsius Vincentij tantummodo attendenda est, nulla habita ratione personarum Dominæ Sanctæ, & Dominæ Antoniæ eius sororum tempore mortis communis patris existentium, quia cum ex statuto Anglaris, libro secundo, Rubr. 48. de successione ab intestato, filiæ fœminæ extante masculo non succedant patri ab intestato, sed congruè dotari debeant, si dotatæ non sint, dictæ filiæ non faciunt partem in legitima cum filio masculo hærede, nec quo ad eam connumerantur in numero filiorum, ex quo illis tanquam exclusis a potentia succedendi ab intestato nulla debetur legitima, quæ est portio portionis debitæ ab intestato, sed ipsius masculi tantum persona attenditur, ac si fœminæ non extarent, & mortuæ essent, vt pinguiorem habeat legitimā, Angel. consil. 105. in fine, & consil. 300. circa medium, versic. in contrarium, & infra, Castr. consil. 286. columna secunda, sub numero tertio, versic. breuiter, libro primo, & consil. 445. numero secundo, versic. sed dubitatur, libro secundo, Fulgos. consil. 26. columna secunda, numero quarto, versic. rursus non mouet, Cuman. consil. 35. numero quarto, & sequent. versic. in contrarium, & infra, columna secunda, Aret. consil. 19. columna prima, & secunda, Corne. consil. 199. columna secunda, libro tertio, dicens hanc esse communem opinionem, & tenendam Dec. consil. 299. numero secundo, versic. & in tali computatione, vbi pariter ait esse communem, Soc. consil. 82. columna penultima, & finali, sub numero 36. versic. tertia opinio, libro quarto, & antea consil. 150. numero 19. versic. postremo hæc conclusio, libro primo, & consil. 75. columna finali, sub numero 11. versic. aliquando & secundo statutum, libro tertio, & idem Socin. & Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino eius præceptor in consilio decisiuo per eos communicato colloquio reddito, quod impressum reperitur in lecturis ipsius Soc. post Tit. ff. ad Trebell. columna secunda, & tertia, in tertia quæstione, de quo in alijs recitatis consilijs meminit ipse Soc. Ruin. consil. 24. columna secunda, numero quinto, libro primo, & consil. 52. columna quinta, numero decimo, libro secundo, dicens esse communem,

1

nem,

nem, idem tenuit Angel. in l. Papinianus, §. vnde si quis, numero secundo, versi. diligenter nota, quem ibi sequitur Fulgos. numero quarto, versic. ex hac tamen glosa, ff. de inofficios. testament. vbi etiam Bald. idem notat numero secundo, vers. in glosa, quam sententiam amplectitur etiam Gabr. tit. de legit. conclusio. secunda, numero tertio, versic. secunda opinio, vbi plures alios idem tenentes refert, quibus ex modernioribus adduntur Simon de Praetis, de interpretat. vltim. voluntat. libro tertio, interpretatio tertia, dubitatio quinta, solutio sexta, numero quinto, versic. prima conclusio, fol. 363. inquiens quod licet variae sint Doctorum opiniones, tamen ista est communis, & tenenda, pro qua plures alios refert, & Peregrin. in Tractat. de fideicommiss. articul. 38. sub numero 19. post versic. nonnulli vero ibi, ac ideo maiores nostri, & iterum sub numero 24. versic. at in alijs causis, dicens esse opinionem communiter receptam, & secundum eam alias fuisse iudicatum: Adeo quod, cum in casu nostro de filijs masculis Dominici Senioris Testatoris adesset solum dictus Vincentius, & dictae duae filiae foeminae ipsius sorores tanquam exclusae à successione ab intestato in numero Filiorum non sint habendae, legitima dicti Vincentij tanquã vnius tantum filij erit triens, seu tertia pars totius haereditatis paternae, §. primo, in authent. de triente, & semisse, & authent. nouissima, C. de inofficios. testam. Quam legitimam in dicta tertia parte consistentem detrahẽdam esse dixi de eo, quod superèrit deductis debitis, & omni aere alieno dicti Testatoris, computando in dicto aere alieno dotes dictarum filiarum foeminarum dicti Testatoris sororum dicti Vincentij, quas vt aes alienum deducendas esse ante praedictae legitimae detractionem existimaui, prout punctualiter determinauit Angel. in d. l. Papinianus, §. vnde si quis, ff. de inofficios. testament. numero secundo, vbi formaliter sic dicit, diligenter nota hanc glosam, quae decidit expresse, quod si filia foemina succedere debet solùm in dote extante masculo, vel debet dotari congruè ex patrimonio, quod de residuo tantum, cum quaerimus de legitima masculi, haberi debet consideratio, & habetur consideratio respectu residui: perinde, ac si filia non esset in rerum natura, vnde si esset vnus filius, & vna filia, ea habebit dotem, & illa detrahetur, tanquã aes alienum, & de toto residuo masculus habebit tertiam, non autem sextans, sicut deberet habere, si filia vocaretur vna cum eo, & Angel. sequitur ibi Fulgos. num. 4. versic. ex tamen Glosa, & idem in eodem §. vult Bald. num. 2. inquiens quod stante huiusmodi statuto dos filiae detrahitur, vt ęs alienum, & de toto residuo filius debet habere tertiam pro sua legitima, & quod est notandum, & tenendum menti, quia quotidianum est, quam sententiam sequitur Soc. dicto Consil. 75. ad fin. versic. illud autem lib. 3. & dicto Consil. 82. col. penult. sub num. 36. versic. tertia opinio, lib. 4. inquiens priori loco se hoc habere pro indubitato, & ibidem, & in dicto Cons. 82. quòd ita aliàs fuit determinatum in magna causa in Consil. decisiuo communicato colloquio per ipsum, & Dominum Ioannem Baptistam de Sancto Seuerino eius praeceptorem reddito, quod, vt supra fuit dictum, reperitur in Lectur. ipsius Soc. post Tit. ff. ad Trebellian. vbi in 3. quaestio. opinio haec ex multis probatur, quam etiã sequuntur Corne. dicto Consil. 199. col. 2. versic. communis ergo lib. 3. aiens esse communem, Rum. dicto Consil. 52. num. 10. lib. 2. Gabr. de legit. conclusio. 2 num. 3. referens plures de ver[illegible]ri, communiori, & aequiori testantes, cum quibus transeunt Simeon de Praet. dicta Solut. 6. num. 5. versic. prima conclusio est folio 363. & Peregrin. dicto artic. 38. sub numero 19. & 24. aiens esse opinionem communiter receptam, & alias iudicando secutam, a qua ego numquam recessissem, licet non ignorem esse quaestionem valde controuersam, in qua varij varia dixerunt, & multi sibi ipsis contrarij fuerunt.

3 Secundo dixi habendam esse rationem debitorum testatoris ex quacunque causa, quae post eius mortem per dictum Vincentium eius filium, & haeredem soluta fuerunt de proprio, quia quicquid sic solutum est, tanquam aes alienum deducendum est de haereditate, & ipsi haeredi reficiendum, l. prima, C. ad Trebell. Rom. dicto consi. 276. in septimo dubio, numero sexto, Paris. consil. 55. numero 27. lib. tertio, Fulgos. consil. 84. in primo dubio, Crauett. consil. 292. numero secundo, Natt. consil. 55. numero 9. Boeri. decisio. 44. numero 26. & sequen. versic. si verò loquimur, Marzar. de fideicommiss. quaestio. 67. & alij plures, qui consulto omittuntur.

4 Tertiò dixi, quòd alienata per dictum Vincentium haeredem pro satisfactione dictorum debitorum haereditariorum, ei non sunt imputanda in legitimam, & Trebellianicam, quia potest haeres vendere bona haereditaria pro satisfactione debitorum Testatoris, licet fideicommisso subiecta sint, l. filius familias, §. diui, il secondo, ff. de legatis primo, & ibi notant Doctores, & in l. peto,

§.prædium, ff.de legat.secundo, tantoque minus dicitur esse in hæreditate restituenda, quia prius detrahendum est æs alienum, l.æris alieni, ff ad l. Falcid. nec ea sic alienata sibi imputat grauatus in legitimam, & Trebellianicam, immo cedunt in damnum, & portionem fideicommissarij, vt in puncto decidit Soc.consil.16.sub numero 12.& sequen.lib.tertio, quem sequitur Boer. decis. 44.numero 27.& post eum Peregr.de fidei commiss.art.40.numero 18. versic.in com pluribus tamen, & idem tradit Molin. de Hispanor. primogen. lib.1.cap.10. nu.1. in fine,& seq.

Alienata autem voluntariè per dictum Vincentium, & extra causam ab oneribus 5 hæreditarijs dependentem in eius legitimã & Trebellianicam computanda esse dixi, l. Marcellus, §.res quæ, ff.ad Trebell. & ibi omnes Doctores communiter, Castr.consil.267.numero primo,& secundo, & cons. 268 in quarto dubio, columna finali, lib.secundo, Alexan consil.178. columna finali, numero quarto,& quinto, vers.vnde bona, lib.quinto. Aretin.consil.18. in 3. & 4. dubijs, numero quinto, & sexto, vbi dicit esse communem opinionem,& consil.156. columna finali, numero octauo, Dec.consilio 202.columna penultima, numero octauo, Rube. Alexand.consil.157. in primo dubio per totum, Ias.consil.161.in principio, libro quarto, Ruin.cons.135.numero vndecimo versic. vlterius quæritur, libro tertio, Socin. d.consil.16. numero 14. libr.tertio. Alciat. consil.29.in fin.numero octauo, lib.9. Gab. tit.de legit.conclusio. quarta, numero 9. in quarta limitatio. Sim.de Prçt.dicta solutio, 6.numero 14.versic.septima conclusio, Peregr.de fideicommiss. artic.39. numero secundo, & tertio. Immo & dissipata eodem 6 modo imputantur hęredi, Bald.consil.407, in quæstione, quæ vertitur, numero quinto lib.primo, quem sequutus est Sim.de Prætis, in dicta septima conclusio. sub dicto numero 14.circa medium, versic.non solum folio 365. Sic & supellectilia, pecunias,& a-7 lia mobilia,& se mouentia tempore mortis dicti Testatoris extantia, & mox per hæredem consumpta in ipsam legitimam imputanda esse retuli, Capr.consil.32.in secundo dubio, numero octauo, Sim.de Præt.dicta solutio. sexta, sub numero 17. post versic. item imputatur, & alij per eos allegati; Ita vt vltra consumpta, & dissipata, si alienata 8 huiusmodi excedunt portionem legitimæ, & Trebellianicæ, prius alienata imputentur in legitimam, & Trebellianicam,& pro ea parte sustineantur alienationes, reliqua verò à possessoribus per fideicommissariũ vendicari possint, vt punctualiter voluerũt Castr.dicto consil.267.sub numero primo, & secundo, lib.secundo, Alex.dicto consil. 178.columna finali, numer.quarto, & quinto, libro quinto, Aret.dicto consil.18.col.penult.sub numero 5. & 6. versic. & ex his sequitur cum duobus sequ. Ruin.dicto cons. 135.numero 11.lib.tertio, Sim.de Præt.dicta solut.sexta, numero 16. versic.prius autem,& Peregr.in dicto tract.artic.39. nu.4, & alij per eos allegati.

Quartò dixi, quòd bona per hæredem alienata cum pacto resolutiuo pro soluendis debitis dicti Testatoris, & mox redempta, computanda sunt in bonis,& hęreditate te-9 statoris ad fauorem fideicommissarij, restituto tamen per ipsum fideicommissarium pretio hæredi de proprijs pecunijs redimenti, prout voluit Dec.in consil.288.in quinto dubio, numero quinto, vbi consuluit, quod si Testator vendiderat bona cum pacto retrouẽdendi intra certum terminum,& post eius mortem hæres grauatus de restituendo redemit dicta bona, ea veniunt in restitutione, & ad fideicommissarium spectant, quia post recuperationem ex prima causa, apud hæredem esse dicuntur, qui tamen a fideicommissario pretium recuperat tamquam de proprio, vt præsumitur, exbursatum, quam decisionem sequuti sunt Cagn. in l.secunda, quæstio.94.numero 254.C.de pact.inter empt.& vendit. Tiraq.in tractat. de retract.lignag.§.19.glos.2. numero 4. & 5.& apertius de retract.conuent. ad fin. numero 87.& 88.versic.vndecimo quæro, & infra, Grat.consil.160.ad finem, in sexto dubio, numero 52. libro secundo, & post eos Marzar.de fideicommiss.quæstio.sexta, per totam,& ex recentioribus, Mantic.de coniect.vltim.voluntat.libro septimo, tit.octauo, numero 10.& Peregrin.de fideicomm. artic.35.numero 35.fol.325.à tergo; Et in proprijs terminis nostris, quando hæres a-10 lienauit cum dicto pacto pro soluendis debitis testatoris, & postea facta est recuperatio, idem tradit ipse Peregrin.in eodem tractat.artic.40.num 30.versi.septimo quęro, fol.362.

Vltimo dixi, quod in habenda considera tione dictæ legitimę, attendendum est tempus mortis testatoris, l.cum quæritur, C.de inofficios. testament. & ibi notant Docto-11 res, ita vt bona hæreditaria consideranda sint in eo statu, in quo erant tempore mortis Testatoris, & secundum illud tempus æstimentur, nec ratio aliqua habeatur augumenti, vel diminutionis eorum valoris ex tempore, vel aliter, vt post antiquiores tradunt Cagnol.in l.Papinianus, §.quarta,

numero

numero octauo, versic.quinto præmittendum est,ff.de inofficios.testament. Sim.de Prætis,in dicto tractat.lib.tertio, interpret. tertia,dubitatio.quinta,solut.sexta, numer. 11.versi.sexta conclusio, fol.364. Peregrin. de fideicommiss.artic.36.numero 26.& sequent.versic.sed iterum,& infra,& alij infinitis per eos adducti. Ex quorum dictis hanc esse verissimam, & receptissimam omnium sententiam constat. Anno 1604. Florentiæ.

EPITOME.

Quod libris Confraternitatis Disciplinatorum standum est contra ipsam confraternitatem de pretio recepto ab emptore eius bonorum,quodque dictus emptor agens ad consequutionem rei emptæ, vel ad pretij pro ea exbursati recuperationem, non tenetur probare illud fuisse versum in vtilitatem dictæ societatis,& quod quando teneretur,id ex coniecturis, & præsumptionibus probare posset.

SVMMARIVM.

1 *Libro scribentis statur contra ipsum scribentem.*

2 *Confessioni alicuius statur contra ipsum confitentem.*

3 *Emens ab Ecclesia, vel loco pio aliquam rem, & pro ea exbursans pretium, & agens vigore sui contractus contra dictam Ecclesiam, aut locum pium,non tenetur probare pretium illud in dictæ Ecclesiæ,vel loci vtilitatem fuiße versum.*

4 *Licet quidam distinguant, quòd si agat emptor, tenetur id probare,si verò conueniatur,secùs,immo quod tunc pars aduersa agens probare debet non fuiße versum.*

5 *Pecuniam Ecclesiæ, vel loco pio solutam in eius vtilitatem versam fuisse probatur ex coniecturis,& præsumptionibus.*

CONSILIVM CXXXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi Commissa ad referendum de iure inter Dominum Bernardum de Sirigattis ex vna parte, & Societatem, & homines, seu confratres Societatis Sancti Iosephi de Florentia ex altera, Retuli Admodum Illustri, & Reuerendo Domino Raphaeli Medices Præposito Metropolitanæ Ecclesiæ Flotentinæ Iudici Delegato; & Commissario Apostolico eius partes esse in approbando binas sententias antea latas ad fauorem dicti Domini Bernardi contra dictam Societatem, quoniam cum solutio scutorum ducentorum quinquaginta,pro quorum restitutione agit Dominus 1 Bernardus repræsentans Mariottum de Sirigattis,appareat ex libris dictæ Societatis, cui facta fuit,& stetur libro,& simplici scripturæ scribentis,contra ipsum scribentem, l. Publia,§.fin.ff.deposit.l.quidam,ff.de constit.pecun.l.generaliter,C.de non num. pecun.& l.cum de indebito,§.fin.ff. de proba. Bald.cons.466. ad intelligentiam sub nu. 1. lib.5.Castren. cons.312.in 2.dubio num. 2. lib.2.Gemin.cons.9. num.2. versic. in contrarium,Crauet.in Tract.de antiquit. tempor.in prima parte, §. viso, de verbis Enunciatiuis sub num.2.& rursus num. 15. sicut 2 statur confessioni contra confitentem cap. primo,& secundo de Confess.& cap.per inquisitionem de electiõn. videtur ex hoc solo fundata intentio Domini Bernardi absque eo, quod teneatur probare pecuniam per Mariottum eius Auctorem exbursatã; seu pretium Capellaniæ sibi à dicta Societate venditæ,& per eam retentæ cõuersum fuisse in vtilitatem dictæ Societatis, quia quicquid sit in mutuo, & in quibusdam alijs casibus particularibus,in contractu venditionis emptor agens contra Societatem, aut alium locum priuilegiatum vigore sui 3 contractus, non tenetur probare pretium per ipsum solutum,versum fuisse in vtilitatem dicti loci, vt punctualiter tradunt Doctores in capit.primo, extra de deposit. vbi præcipuè Innoc.col.prima, sub nume. 1. & Abb.num.9.versic.in glossa,quos sequitur Corne.cons.181. sub nu. 32. post medium lib.2.& notant etiam Doctores in leg. Ciuitas,ff.si cert. petat. vbi præsertim Castrens. num.11.vers.sed quæro,& Areт.num.7.versic.circa quartum, & est communis opinió secundum Decium cons.36. sub nume. 8. versic.tertio principaliter, Idem tenet Menoch.de arbitrar.Iudic.lib.2. Centur.5.Casu 432. num. 15. versic. declaratur hęc sententia,& cons.114.num.8. versic. & in specie accedit,& num.9.versic.ita etiam lib. 2. & nouissimè Surd.cons.181.num.43. vers. vltimo lib. 2. qui pulchrè loquitur, & Mascard.de probat,conclus.616. in verbo emptor num.1.volum.2.& conclus. 1160. nume.19.vbi citat Deci.vt supra de communi dicentem,& Arrium Pinel. de magis communi testantem vol. 3. Et colligitur etiam

ex latè traditis per Redoan. in Tract. de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 56. in princ. per totu m diſcurſum, cum quibus conuenit ex antiquis ſcriptoribus Bart. in Authent. hoc ius porrectum num. 12. & 13. verſic. quæro dicitur hic. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et licèt non deſint, qui diſtinguendo dicant, quòd cum res Eccleſiæ, vel loci Pij pretio numerato vendita fuit, ſi emptor ad eius rei conſecutionem agat, probare debeat pretium in ipſius Eccleſiæ, ſeu loci pij vtilitatem fuiſſe verſum: ſecus verò ſi non agat emptor, ſed conueniatur à Prælato, ſeu Rectore, vel alio Gubernatore Eccleſiæ, ſeu loci pij, qui velit dictam rem venditam, & iam Emptori traditam recuperare, quia tunc ipſe ſic agens probare debet pretium illud non fuiſſe conuerſum in Eccleſiæ, vel loci pij vtilitatem, vt dicit Soc. conſ. 15. ſub nume. 26. verſic. ſexto probatur lib. primo, quem ſequutus eſt Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 55. nu. 1. & 2. & dicto conſ. 114. num. 8. verſic. & clarius lib. 2. cum qua opinione tranſeunt Dec. d. conſ. 36. ſub nu. 8. verſic. 2. pro reſponſione, Surd. d. conſil. 181. num. 44. verſic. reſpondeo ſecundo, & Maſcard. de probatio. concluſ. 1160. in fine num. 36. verſic. quarto limitatur volum. 3. & benè ſeruiunt dicta per Alex. conſ. 4. nu. 4. & 8. lib. 3. & per Oſaſc. deciſ. Pedemont. 169. ferè in tota; Tamen præcedens opinio indiſtinctè videtur procedere, & communiter à Doctoribus admitti, vltra quòd quando diſtinctio hæc admittenda eſſet, non videretur locum habere in præſenti caſu, in quo Emptor non agit præcisè ad conſecutionem rei, ſed vel ad eam, vel ad pretij recuperationem, ſi ſocietas rem pro ſe retinere velit, pro vt vult retinere, & eò magis, cum verſio iſta in vtilitatem ex coniecturis probari poſſit, Caſtrenſ. conſil. 338. num. 2. libr. primo, Rimin. Sen. in d. l. Ciuitas, ff. ſi cert. petat. col. vlt. verſic. ex quo colligitur, Roman. num. 8. Dec. num. 10. & Alciat. nume. 6. Ruin. conſ. 142. nume. 4. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 581. in verbo Eccleſia non obligatur in fine num. 6. vol. 2. Menoch. dicto caſu 432. num. 33. & dicta præſumptione 55. num. 4. & alij, qui conſultò omittuntur, quæ cõiecturæ non deſunt, vt latè oſtendunt Domini Informantes pro dicto Domino Bernardo, ad quorum dicta me remitto. Anno 1605. Florentiæ.

EPITOME.

An, & quando donatio inter viuos indigens inſinuatione ex diuturnitate temporis præſumatur inſinuata, maximè donatore modico tempore ſuperuiuente. Et an facta donatione per patrem filijs maſculis eorum vita durante, & poſtea ipſorum deſcendentibus maſculis in perpetuum, cũ clauſula conſtituti, & pacti executiui, promiſſione de non contraueniendo, obligatione bonorum pro obſeruatione, & alijs clauſulis conſuetis, facta alienatione per aliquos ex donatarijs, liceat alijs ſequentibus donatarijs agere hypothecaria actione contra tertios poſſeſſores bonorum donatorum ad conſequendum eorum intereſſe, ſeu pretium dictorum bonorum. In quorum duorum articulorum diſcuſſione multa eleganter, & ſubtiliter tradita reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ratio authoritati præponderat.*
2 *Iudex in dubijs quomodo gerere ſe debeat, & quã opinionem ſequi, & nu. 3.*
4 *Iudex eligens in diuerſitate opinionum, quam credit eſſe bonam, excuſatur, habetque latum arbitrium in alterutram partem inclinandi, & numero 5.*
6 *Arbitrium iudici conceſſum non debet eſſe abſolutum.*
7 *Iudex in caſibus dubijs partes ad concordiam cogit.*
8 *Iudex in caſibus dubijs ſententiando poteſt more ruſticorum rem per dimidium diuidere, & partibus æqualiter dare.*
9 *Opinionem, & ſententiarum varietas vnde procedat, & an ſit damnabilis.*
10 *Statuta humana ex temporum varietate mutantur.*
11 *Donatio excedens valorem quingentorum aureorum non inſinuata, nulla eſt in exceſſu omnino, & dicitur carere conſenſu donatoris & num. 18. 25. 26.*
12 *Etiam facta a parentibus in filios, ac deſcendentes.*
13 *Et nullam producit obligationem, nec Ciuilem nec naturalem.*
14 *Inſinuatio donationis ex temporis diuturnitate non præſumitur, ſed contrarium firmatur nu. 66. & ſeq. vbi etiam declaratur quomodo negatiua procedat opinio.*
15 *Maximè ſi donator modico tempore ſuperuixit.*

xis, & quare numeris sequentibus, & numero 29.30. de quo tamen vide infra nu.70.

Insinuatio a donatore solo, vel ipso citato, & non contradicente fieri debet, ibidem, & quare num. sequen.

16 Insinuatio mortuo donatore etiam de hæredis con sensu fieri non potest, & num. 22.26.27.33. & quæ sit ratio, eodem num. 16. & sequen. & quare sit inuenta, ibidem, & numero 20. contrarium tamen multi tenent, saltem de hæredis consensu, numero 69. quod tutum esse Author non putat.

17 Actus voluntariæ iurisdictionis in inuitum non exercetur, & nu. 18.

19 Actus nullus per alium validandus. vtriusque partis consensum requirit, & num. 21.

23 Insinuatio donationis eo tantum tempore fit, quo donatio fieri posset, postea vero non.

24 Insinuatio dicitur præcedentis nulliter factæ donationis ratificatio.

Ratificatio fit infra tempus infra quod actus fieri posset, postea vero secus, ibid.

26 Actus nullus postea ratificatus valet ex nunc, non ex tunc: non retrotrahitur, sed nouus reputatur, & à ratificante factus non à primo faciente.

28 Hæres repræsentat defunctum solum in iure actiue, & passiuè formato in persona defuncti, secus in non formato.

Lex fingere potest, quod id, quod est vnum sit aliud, homo tamen id efficere non potest, ibidem ad finem.

29 Solemnitas extrinseca præsumitur ex cursu triginta, uel saltem decem annorum.

30 Præsumptio non cadit, ubi ueritas locum habere non potest.

31 Tempus decursum in minori ætate, non computatur ad inducendam præsumptionem insinuationis, donationis, uel alterius extrinsecæ solemnitatis.

32 Tempus in quo solemnitas extrinseca interueniri non potest, non computatur ad eam præsumendam.

33 Solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis non præsumitur in eo actu, quem quis gerere non poterat, sed contra nu.73.

Insinuatio sicut post mortem donatoris fieri non potest, ita nec præsumi, ibidem in fine.

34 Solemnitas extrinseca non præsumitur ex cursu annorum triginta, & ultra, sed requiritur tantum tempus, quod hominum memoriam excedat, puta centum annorum, non concurrentibus alijs adminiculis, maximè autem si in contrarium extent coniectura aliqua.

35 In obseruantia do[illegible]tionis, cuius insinuatio non extat, arguit [illegible] insinuata non fuerit, & numero 45.

Obseruantia, uel inobseruantia actus præcedentis cognitionem demonstrat, ibidem, illum interpretatur, & declarat, & nu.36.

37 Solemnitas extrinseca regulariter non præsumitur, sed contra num. 52.

38 Maxime si scripturam requirit, & nu. 39. contrarium tamen probatur, nu.68.

Insinuatio scripturam requirit, eodem nu.38. & sequen.

40 Solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis præsumitur, & quantum esse debeat hoc tempus, num. 41.43.44.54. & plurib. seq. & num. 67. & 74.

41 Tempus triginta annorum non sufficit ad præsumendam extrinsecam solemnitatem de per se, sed necessaria est etiam patientia partis, & numero 54.

Patientia non cadit in mortuo, eodem nu.41.

42 Tempus decursum post oppositum insinuationis donationis defectum non habetur in consideratione ad præsumendam ipsam insinuationem ex diuturnitate temporis.

43 Antiquum in materia probationis dicitur de annis centum, maximè verò vbi agitur de probatione solemnitatis extrinsecæ ex solo temporis cursu, & nu. 55.

44 Tempus immemorabile, seu cuius memoria non existat, centum annorum esse dicitur.

46 Præsumptio interuentus solemnitatis extrinsecæ ex diuturnitate temporis non est iuris, & de iure, sed iuris tantum, & probationem in contrarium admittit, etiam per alias præsumptiones, & coniecturas.

47 Et est valde friuola, & fragilis, & paruifacienda apud graues, & æquos iudices.

48 Præsumptio una tollit aliam, & fortior vincit debiliorem.

49 Insinuatio donationis separatim ab ipsa donatione, & ex interuallo fieri potest.

50 Et quandocunque vsque ad triginta annos.

51 Insinuationis donationis solemnitas extrinseca dicitur.

52 Solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis præsumitur.

53 Etiam si principaliter agatur de magno præiudicio alterius.

54 Tempus triginta annorum sufficit ad præsumendam solemnitatem extrinsecam concurrente possessione allegantis interuentum dictæ solemnitatis, & patientia alterius partis, & supra nume. 42.43.

56 Tempus ad præsumendam solemnitatem extrinsecam quantum esse debeat, iudicis arbitrio relinquitur.

57 Bona oneri alicui supposita penes vnum existentia, si in alium transferantur, cum sua qualitate & causa transeunt.

58 Duplicem personam quis repræsentare potest, puta hæredis, & donatarij, & tanquam vna persona facere, quod tamquam alia non posset.

59 Possessionis causam quis potest sibi mutare, si in re vno modo possessa, ius aliter possidendi superuenit.

60 Antiquum tempus dicitur, quod fere tangit metam annorum centum, puta 99. aut 98. vel 90. immo

immo & 70. & secundum aliquos etiam 56. & nu. 61. 62. 63. & 64.

Res inter alios acta alijs non uocatis non nocet eodem nu. 64.

65 *Solemnitas extrinseca, quæ potest separatim ab actu, & ex interuallo interuenire, de facili præsumitur, cum possit esse, quod interuenerit, licet non appareat.*

66 *Insinuatio donationis ex temporis diuturnitate præsumitur.*

70 *Insinuatio donationis præsumitur ex cursu triginta annorum, vel alterius temporis de iure necessarij a die factæ ipsius donationis, vsque ad tempus moti iudicij, licet donator interim decesserit & in eius uita totum illud tempus non fluxerit, dummodo tanto tempore superuixerit, quo insinuatio fieri potuerit, & nu. 71.*

72 *Tempus, quod allegatur ad præsumendum actum non allegatur ad ipsum actum hodie inducēdum sed ad præsumēdum ab initio extitisse: trahiturque præsumptio retro, & operatur ab ipso principio, & non ex nunc, sed ut ex tunc.*

Præsumptio solemnitatis extrinsecę, ubi procedit usque ab initio interuenisse dicitur, & retrotrahitur, ibidem.

75 *Donans pluribus successiuè eandem rem puta filio, & eius descendētibus, tenetur non solum primo, sed & sequentibus donatarijs tradere, & in eos dominium transferre, ex quo cum omnibus contraxit, & num. 104. & 105.*

76 *Emphyteosi pluribus successiuè concessa, possunt posteriores vocati etiam prioribus admissis contra concedentem agere, vt & ipsis rem tradat, sed contra num. 114. nisi res ipsa aliquo casu ad dominum peruenerit, qui tunc rei vendicatione conuenitur, vt ibidem.*

77 *Bona donata, vel aliter concessa veniunt in obligatione generali bonorum donatoris, vel aliter concedentis pro adimplemento dispositionis, maximè si obligatio concepta sit verbis prægnantibus, & num. 78.*

79 *Donatarijs sequentibus datur actio vtilis personalis contra primos, in quos bona donata peruenerunt, vt illa ipsis restituant.*

80 *Clausula pro quibus omnibus, & singulis contenta in instrumento comprehendit omnes dispositiones non solum principaliter, sed etiam incidenter, & accessoriè contentas.*

81 *Hypotheca expressè apposita in contractu operatur non solum in eo, quod principaliter agitur, sed etiam trahitur ad aliud, quod ex natura contractus venit, vel de iure subintelligitur, aut ex verisimili contrahentium mente colligitur, & num. 118.*

82 *Obligatio generalis, & impersonaliter facta, refertur ad omnes personas in dispositione contentas, & regulatur à dispositione ipsa principali, nec extenditur, & nu. 119.*

83 *Dispositio ita non est intelligenda, vt disponentis mens elusoria reddatur.*

84 *Obligatio bonorum inducitur ex verbis generalibus, immo & ex sola verisimilitudine mentis disponentis, vide tamen infra num. 130.*

85 *Hypothecaria in bonis defuncti legantis competit omnibus legatarijs, & fideicommissarijs successiuè vocatis.*

86 *Quisque in traditione rei suæ potest, quam vult legem ponere, cum in ea sit moderator, & arbiter.*

87 *Quis pro facto, & obligatione aliorum potest propria bona obligare.*

88 *Licentia per vnum ex contrahentibus data alteri de ingrediendo possessionem bonorum propria authoritate inducit de per se ipsorum bonorum hypothecam.*

89 *Hypotheca apposita in contractu post factam traditionem, & translatum dominium per constitutum in vnum ex contrahentibus nihil operatur ad fauorem alterius, pro quo esset apposita in præiudicium dicti contrahentis habentis constitutum.*

90 *Contrarium tamen, quòd etiam post constitutum, ante absolutum contractum liceat apponere hypothecam rebus concessis ad commodum concedentis; aut alterius defenditur, & numero sequenti.*

91 *Contenta in eodem instrumento, aut etiam in pluribus quorum vnum ab altero dependet, dicuntur inesse, nec eis datur prius aut posterius, & num. 92.*

93 *Pactum in contractu appositum etiam post constitutum, et rei traditionem factam, operatur in præiudicium eius, cui facta est traditio, & antea nu. 90. & seq.*

94 *Clausula saluis infrascriptis importat facultatem limitandi, & moderandi dispositionem, nec tunc dicitur aliquid factum, donec totum fuerit perfectum, & absolutum.*

95 *Res aliena obligari potest Domino consentiente.*

96 *Donatarius agens hypothecaria contra tertios bonorum donatorum possessores, ea ab illis auocat, & pro eius interesse retinet, usque ad integram eius satisfactionem, quod est tantum, quanti bona ualent, & per indirectum consequitur, quod directo consequi non potest.*

97 *Hypotheca constitui nō potest sine principali obligatione personali, & num. 117.*

98 *Hypotheca accessoria est ad personalem obligationem, a qua regulatur, & regitur.*

Ideoque si personalis nulla, et inefficax est, etiam hypothecę adiectio erit inualida, & si illa ad alios casus extenditur, ad illos similiter hypotheca porrigitur, prout si ad certos casus, vel ad certas personas restricta sit, similiter hypotheca restricta intelligitur ibidem, & numero 99. & 100.

101 *Hypotheca non auget, nec extendit principalem obligationem, sed in suis terminis tantum roborat, & faciliorem dat exactionem.*

102 *Hypotheca modici est præiudicij, quia nihil plus per eam debetur, sed cautius, & efficacius tantum, quod fuit conuentum debetur.*

103 *Clau-*

103 *Clausulæ accessoriæ, & pro executione principalis obligationis apposita, non ampliant, vel aliter alterant principalem dispositionem, sed eam tantum in suo primo intellectu confirmant, faciliorem que executionem illi præstant.*

106 *Donans pluribus successiuè vocatis, si primo donatario bona donata tradidit, ad aliam traditionem erga sequentes donatarios post primum vocatos non tenetur, sed ipsis primis donatarijs sequentibus cōtra primum, aut eius hæredes actio datur, prout, & ipsi donatori, vt illis restituat, & num.* 108. 109. 110. *& sequent. vbi latè insistitur, & ratio adducitur, maximè autem si primus etiam pro sequentibus recepit nu.* 112.

107 *Actio personalis singularem successorem non sequitur.*

111 *Bona alicui tradita, etiam conditionaliter, vt aliquo casu ad concedentem reuerterentur, purificata conditione non redeunt statim in dominiū concedentis, nisi contractus hanc reuersionem per verba ipso iure resolutiua contineat.*

Venditor tenetur rem emptori tradere, & tradens eam, cui probabiliter tradere posse credidit, vlterius tradere non tenetur ibidem.

113 *Hypotheca extinguitur extincta personali obligatione.*

115 *Promissio omnis stricti iuris est, & ad vnam personam restricta, vel in vno casu loquens ad alias personas, vel ad alios casus non extenditur.*

116 *Clausula, quę omnia, & singula, & cæt. refertur ad principalem dispositionem, nec eam restumat, aut alterat.*

117 *Quilibet intelligitur in dubio promisisse, & bona sua obligasse pro facto solummodo suo, non etiam pro contrauentione, & facto aliorum.*

120 *Omissum pro omisso habetur, & quod quis non fecit, cum posset, noluisse facere dicitur.*

121 *Quis ex facto alterius non tenetur, nec ex eo damnum patitur.*

122 *Promissio qualibet restricta intelligitur respectu promittentis, & eius hæredis, nec ad alios, de quibus non loquitur, extenditur, & numero* 130.

123 *Licentia ingrediendi bona propria authoritate adiecta clausulæ Constituti, intelligitur quo ad apprehensionem facti, qua cum effectum semel habuit, statim ipsa licentia euanescit, prout, & Constitutum, etiam quod ipsa licentia pluribus successiue data sit, quia sufficit quod in persona vnius tantum effectum habuerit.*

Constitutum nihil operatur collatum in illud tempus, quo constituens omne ius a se abdicasset, nec dominium, & possessionem haberet, aut defunctus fuisset, ibidem.

124 *Licentia de ingrediendo diuersa est a clausula Cōstituti, & diuersos parit effectus.*

125 *Si tamen talis licentia adijciatur Cōstituto, eius effectus cessat, cessante Constituto.*

126 *Licentia de ingrediendo parum operatur adiecta Constituto, & quare.*

127 *Licentia ingrediendi propria authoritate adiecta Constituto effectum sortiri potest constituente viuente tantummodo, ipsoque mortuo nihil operatur.*

128 *Licentia de ingrediendo propria authoritate annexa Constituto nihil operatur, sicut nec Cōstitutum, quando possessio per translationem eius in singularem successorem fuit interuersa.*

129 *Dictio donec conditionem resolutiuam, & extinctiuam inducit.*

Constituti virtus temporalis est, quousque constituarius possessionem actualem capiat, qua accepta expirat, & eodem modo licentia de ingrediendo illi adiecta, ibidem.

130 *Obligatio bonorum ex quibuscunque clausulis nō inducitur, nisi verbis expressis, aut aliter ea clare colligatur.*

131 *Hypotheca ad fauorem plurium donatariorum successiue vocatorum apposita in contractu donationis contra tertios bonorum donatorum possessores non operatur ad fauorem posteriorum donatariorum donationi non interuenientium, nisi ante alienationē in tertios factam ratificauerint donationem, etiam si pater, & notarius pro illis acceptauissent.*

Constituens possidere nomine absentis, non transfert in illum possessionem, nec illi ius acquirit, antequam ratificet, etiam si pro eo pater, & notarius stipulentur, ibidem.

CONSILIVM CXXXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN presenti controuersia mota per Dominos Cosmum, & Subsidium de Landis cōtra Magnificos Dominos Nicolaū, Georgium, & Franciscum Mariam de Vgolinis, Dominos Rubertum, Carolum, Camillū, Nicolaum, & Capitaneum Franciscum de Strozzis, & plures alios litis consortes, & mihi ad referendum de iure commissa per admodum Magnificum, & Excellentem D. Iudicem Quarteriorum Sancti Spiritus, & Sanctæ Crucis Ciuitatis Florentiæ, quā altiorem, difficiliorem, & grauiorem, quam pro ipsius natura faciunt permultorum, & quidem magnorum Iureconsultorum ingenia, à quibus contraria processerunt responsa, quædam nimirum pro actoribus, quædam verò pro Reis, quorum authoritas tanta fuit, vt & Iudicantiū animos quādoque in vnam, quandoque in alteram traxerint opinionem, ob idque cōtrariæ appareant

reant sententiæ, & nedum singulorum iudicum, sed & collegiorum. Extant enim Dominorum trium iudicum secundarum appellationum magnificæ huius Rotæ Florentinæ sententiæ tres, quarum prior in hoc ipso puncto, cuius est disputatio, stat pro Reis conuentis, posteriores verò actoribus fauent, quique antea ius dixerant, non eiusdem, sed diuersi extiterant voti, ex qua & consulentium, & iudicantium, tam manifesta contrarietate, & opinionum varietate negare minimè possum, quin aliquando adeo dubius fuerim, vt duas habens vias, vtram eligerem, nescirem: nec animum magis ad actores, quam ad reos, pro condemnatione, vel absolutione applicarem, cum tamen electionis locus omnino esse debeat, nulla penitus habita ratione authoritatis, aut nominis Priorum Iudicum, sed solis iuris rationibus attentis, quæ cuiusque authoritati scribentium anteponuntur, vt per Crauett. de antiqu. tempor. in tertia parte principal. in principio, sub numero 13. versic. ex quibus vides, eam volui sequi sententiam, quam veriorem esse existimaui, prout in his casibus iudicem facere debere docet Neuizan. in Sylua Nuptia li, lib. 6. numero quarto, post Baldum, & alios per eum citatos: sequitur Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumptio. 71. numero 38. versic. cæterum, benè facit Bald. consil. 420. numero tertio, libro primo, vbi quod quando pari modo vtraque pars fundat intentionem suam, potest iudex ex discreto animi sui motu, solo Deo inspecto, & non adhærendo per viam alicuius carnalitatis, vel amicitiæ, vel alterius passionis eligere, quam partem vult obtinere; sentiunt Petr. de Ancharan. & Anton. de Butr. inter consil. ipsius Anchar. consil. 210. sub nu. 1. ver. excusatur autem, Socin. consil. 150. ante nu. 41. versic. excusatur, lib. 1. Dec. consil. 176. num. 6. versic. & omnibus, Neuizan. consil. 34. num. 53. & 54. versic. & Iudex, & alij adducti per Menoch. loco citato, volentes Iudicem excusati penes Deum, & homines, qui in dubijs elegerit opinionem, quam secundum eius bonam conscientiam credit esse veram, etiam si postea contrarium declaretur per habentem potestatem: Nec peccare Iudicem, qui in argumentorum, rationum, & sententiarum hinc inde vrgentium conflictu, quod iuri, & æquitati conuenire crediderit, elegerit, vt voluerunt Anchar. & Butr. dicto consil. 210. sub nume. 1. quos sequutus est Socin. dicto consil. 150. ante num. 41. versic. item Iureconsulti, & tradit etiam Boer. decis. 155. num. 27. versicul. & quamuis; Immo in his casibus latum habet Iudex campum, & liberum arbitrium, quod sibi placuerit faciendi, et in alterutrā partem inclinandi absque vllo iustæ reprehensionis timore, Grat. consil. primo, num. 27. versic. tertio si in dubijs, lib. 2. Crauett. cons. 155. nume. 40. quod ad aliud propositum ante eos tradidit Alex. consil. primo, num. 9. versic. vltimo pro hoc lib. 2. & diffuse ostendit Menoch. de retinend. possess. remed. tertio, numero 762. & sequen. versic. septima fuit opinio, & de arbitr. iudic. lib. 2. Centur. 2. casu 177. numero sexto, & septimo, & ponit etiam Tiraqu. in tractat. de iure primogenior. quæstio. 17. in secunda opinione, numero quinto, vers. alia item, quod tamen arbitrium absolutum esse non admittit Boer. dicta decis. 155. numero 28. & copiosius ostendit Menoch. dicto remed. 3. numero 764. in fine, & plur. seq. & de arbitr. iudic. lib. secundo, Centur. quarta, casu 339. numero 22. & multis sequent. versic. hęc prima, sed partium concordiam laudat Boeri. ad quam cogi posse ait Deci. consil. 42. numero 8. & consil. 445. numero secundo. Hieron. de Monte, de finibus regend. cap. 101. numero 2. Additur quod & ipse Iudex sententiando potest rusticorum more rem per dimidium diuidere, & partibus equaliter assignare, vt consulendo dixerunt Ancharan. & Butr. dicto consilio 210. numero tertio, versic. postquam autem, sequuntur Socin. dicto consil. 150. nume. 41. Dec. dicto consil. 176. sub numero sexto, Menoch. dicta præsumpt. 71. numero 50. & latius antea de retinend. possess. remed. tertio, numero 755. versic. quinta opinio est, vbi alios eiusdem sententiæ refert, quibus addo eundem Dec. consil. 445. numero primo, & in cap. primo, in vltimo notabili, numero 46. & in cap. licet causam, numero 213. de probat. Hieron. de Monte, in tractat. de finib. regend. cap. 101. nu. 2. et 3. et Boeri. decis. 42. ad finem, num. 39. vbi latè insistit.

Nec est quod quisquam de scribentium et iudicantium in eisdem articulis dissensio ne miretur, quoniam sicuti hoc non est nouum, ita nec reprehensione dignum, cum et iureconsulti inter se contrarientur, et vnus alterum corrigat, idque ex conflictu rationum in diuersas partes tendentium procedat, quæ non eodem modo in caput cuiuslibet hominis intrant, et eius animum mouent, vt notant Anchara. et Butr. dicto consil. 210. post principium, et post eos Socin. dicto consil. 150. sub numero 40. et quot homines tot sententiæ sint, vt ex comico dicit Dec. consil. 271. in appendice incipiente superiori anno, in principio, qua ratione videmus

videmus vno tempore approbatam opinionem, alio reprobari, prout & statuta humana ex temporum varietate variari, ca. non debet, de consanguin. & affinit. & quod vnus facit alter destruit, & reuocat cap. 1. ad finem, de sequest. possess. & fruct. Cæterum cum duo iuris articuli discutiendi veniant, in vnoquoque rem ad partes ex nostrorum doctorum instituto disputandam duxi, incipiendo ab his, quæ prima consideratione partem victam victrice potiorem, illique præferendam ostendere videbantur, eaque singula deinde confutando, coniunctimq; causam ipsius victricis partis æquam, & iustam confirmando.

Aggrediendo itaque primum litis huius articulum, dicēdum videbatur, quod cum donatio, in qua Domini de Landis actores eorum fundant intentionem excedat valorem quingentorum aureorum legalium, & careat insinuatione, nulla omnino sit in excessu, l. sancimus, in principio, C. de donation. & §. perficiuntur, Institu. eodem titu. etiam si facta sit a parentibus in filios, ac descendentes, l. data, C. de donation. & l. donationes, quas parentes in liberos, C. de donation. intes vir. & vxor. tradunt Doctores, quos refert, & sequitur Gabriel. tit. de donatio. conclusio. prima, numero tertio, Franc. Vegi. consil. 52. sub numero primo, & antea Angel. consil. 179. columna penultima in fine, versic. sed incidenter, Pute. decisio. 136 in principio, libro secundo, ita vt nullam penitus producat obligationem, nec ciuilem, nec naturalem, vt per Vegi. vbi supra, & per Franc. Bec. consil. 66. sub numero 13.

Nec ex temporis diuturnitate dicta insinuatio præsumitur, vt in puncto dicunt Bal. in l. 2. sub numero tertio, C. de legitim. hæredibus, & ibidem Ias. sub numero 16. versic. confirmo istam partem, Roman. in l. sciendum, sub numero 40. versic. facit quia, ff. de verbor. obligat. Gozadin. consil. 73. numero sexto, Surd. decisio. Mantuan. 231. numero septimo, versic. non etiam, Beroi. consil. 173. numero 60. libro primo, & Rota Se ienſ. inter decis. Florentin. Magon. decis. 64. numero 75. & 76. quę opinionem hanc pluribus comprobat rationibus, & tradit etiam Tiraqu. in tract. de præscriptionibus, §. 1. glo. 4. in versic. trigesimo nono post principium, ibi & quamquam sunt plerique.

Quod in præsenti casu absque dubio procedere videtur, in quo donator post factam donationem per quinquennium tantum superuixit, quia ab ipso donatore solo, vel saltem ipso citato, & non contradicente fieri debet insinuatio, Aretin. consil. 123. in primo, & in secundo dubio, Gabr. consilio 158. numero sexto, libr. primo, nec eo mortuo etiam de hęredis consensu fieri potest, inuenta est enim ipsius donatoris fauore ad fraudes euitandas, & vt pœnitentiæ locus esse possit, l. in hac, C. de donation. l. purè, §. si donaui, ff. de exceptio. doli, & est actus voluntariæ iurisdictionis, qui in inuitum non exercetur, l. actus, cum ibi notat, ff. de ferijs, & donatio ipsa ante insinuationem est nulla ipso iure, d. l. sancimus in principio, C. de donatio. & per insinuationem est validanda, quæ quidem validatio non vnius tantum partis, sed vtriusque consensum requirit, l. contractus, cum ibi nota. C. de fid. instrumen. & maxime donatoris, ad commodum cuius fuit inducta insinuatio, vt interim deliberet, an sibi donasse expediat, & vt sicut donatio consistit in mera voluntate donantis, ita consistere debeat illius inualidæ confirmatio, vt concludunt Aretin. dicto consil. 123. colum. 1. 2. & 3. & Corne. consil. 71. col. 2. & 3. lib. 2. & consil. 99. col. 2. & 3. lib. 4. Vnde meritò ab ipso solo donatore viuente, non etiam eo mortuo ab eius hærede fieri potest insinuatio, quod in indiuiduo voluerunt Bald. consi. 167. numero quinto, libro quinto, Aret. dicto consil. 123. per totum, Corne. dicto consil. 71. in toto, lib. 2. Gabr. dicto consil. 158. numero 1. 2. 3. libro primo, Rimin. iun. consi. 118. numero 92. & 93. & in §. primo, num. 558. instit. de donation. Beci. dicto consil. 66. numero 19. & sequent. Turret. consil. 86. numero tertio, lib. primo, Curt. iun. consi. 224. numero 9. Anton. de Canar. de insinuatio. parte prima, quæstio. 29. Surd. decisio. Mantuan. 111. numero tertio, & bene seruit Corne. dicto consil. 99. numero quinto, & sequen. vsque ad finem, libro quarto, quorum opinio ex infrascriptis rationibus vltra supra adductas iustificari videtur.

Primo quia donatio eo tantum tempore insinuari potest, quo ex integro fieri posset, postea vero quam amplius fieri non posset, non potest etiam insinuari, vt probatur in l. fina. §. similique modo, C. de donat. ante nupt. & in l. fin. in principio, C. de iu. dot. per quæ iura ita tradunt Aretin. dicto consi. 123. columna prima, versic. ad primum pręmitto, & versic. secundo idem probatur, Corne. dicto consil. 71. numero 11. lib. secundo. Anton. de Canar. dicta qu. 29. Beci. dicto consil. 66. numero 19. versic. tamen hisce non obstantibus, sed post mortem donatoris donatio illa fieri non posset, quia mortuus donare non potest, Aretin. dicto consil. 123. numero secundo, versic. quod autem,

autem, Corne. dicto consil. 71. numero 11. Beci. dicto consil. 66. numero 19. Anton. de Canar. dicta quæstio. 29. nimirum ergo, si post mortem donatoris insinuari nequeat.

Secundo, quia insinuatio nihil aliud est, quam donationis prius nulliter factæ ratificatio, d. l. sancimus, §. fin. in verbo conualescat, C. de donatio. Aretin. dicto cons. 123. num. 2. Bec. dicto cons. 66. num. 22. quæ ratificatio sicut solummodo fieri potest infra tempus illud, infra quod actus ex integro fieri potest, postea verò secus, Bart. in l. bonorum per illum tex. ff. rem rat. habet. Aretin. dicto cons. 123. num. 2. Beci. dicto cons. 66. num. 23. Ossasc. decis. Pedem. 119. num. 23. Surd. decis. Mantu. 111. num. 3. ita & insinuatio solum fieri posse debet infrà tempus ipsum, quo donatio fieri non posset, postea verò non, adeò quòd cum donatio fieri non possit, postquam quis iam mortuus est, nec insinuatio post donatoris mortem fieri poterit.

24

Tertio, quia donatio antequam insinuata fuerit, in eo, quod excedit legitimam summam, est ipso iure nulla, habetur pro non scripta, & pro non intellecta, & ac si facta non esset, dicta l. sancimus, in principio, C. de donatio. & nullitas ista pendet à defectu consensus, quia lex fingit donatoris cōsensum abesse, donec insinuatio superuenerit, vt ibi declarat Bald. numero septimo, versic. ibi in auro, quem sequuntur Gabri. dicto consil. 158. numero sexto, libro primo, & Rimin. iunior, dicto consil. 119. numerò 92. & pulcrè ponit Bec. dicto consil. 66. numero 13. versic. at de iure communi, & notat etiam Franc. Vegi. consil. 52. sub numero primo, versic. & ob id ex tali donatione; Vnde si donator decedat, antequam insinuatio superueniat, præsumitur in eadem voluntate iuris præsumptione cōformi decessisse, quod scilicet donatio sit ipso iure nulla, & quod pro non scripta, & pro non facta habeatur ex defectu consensus ipsius, vt in terminis dicunt Gabr. Rim. iunior, & Beci. in locis statim citatis, proptereaque impossibile est, quòd post eius mortem insinuari possit, cum voluntatem, in qua decessit, mutare, & consensum nouum cōtrarium illi, in quo decessit, accommodare amplius non possit.

25

Quarto, quia cum donatio sine insinuatione sit ipso iure nulla, & pro non scripta, & pro non facta habeatur, vt supra dictum est, & mediante ipsa insinuatione, ratificationem, confirmationem, & validitatem recipiat, vtique sequitur, quod illa solum valeat, vt ex nunc, non autem vt ex tunc, quia ratificatio, & confirmatio cuiuslibet actus ipso iure inualidi operatur, quod talis actus solum valeat vt ex nunc, non autem vt ex tunc, & retro non trahitur ad tempus ipsius actus celebrati, sed nouus actus reputatur: & ab eo, qui illum ratificat, vel confirmat, factus censetur, non autem ab eo, qui primo illum nulliter fecit, quia confirmās actum nullum, dicitur illum de nouo facere, & confirmanti, non autem primo facienti actus tribuitur, prout hæc omnia plenè tradunt scribentes relati per Surd. decisio. Mantu. 245. per totam, & in terminis Bald. consil. 475. numero tertio, libro primo, & optime probat Aret. consil. 128. numero tertio, & sequ. versic. secunda species ratificationis, & alij, qui consulto in re notissima omittūtur; Ex qua re inferri videtur, quod post mortem donatoris ab hærede donatio insinuari non potest, quia esset noua donatio hæredis, non autem ipsa donatio facta per defunctum, qui ex nunc insinuare, & nouam donationem facere non poterat. Nec refert, quod hæres repræsentet personam defuncti, & propterea factum ab ipso videatur factum à defuncto, quoniam ad huiusmodi obiectum respōdet pulcherrimè Aret. dicto consil. 123. numero quarto, quòd hæres repræsentat defunctum solum in iure actiuè, & passiuè formato in persona defuncti, quod ad ipsum transfunditur, in iure autem non formato, seu creato actiuè, vel passiuè tempore mortis in persona ipsius defuncti, hæres illum repræsentare non potest, quia cum penes dictum defunctum nulla obligatio vnquam fuerit, vigore dictæ donationis ipso iure nullæ, impossibile est, quod hæres eum repræsentet in eo, quod non fuit; In donatione igitur non insinuata, quæ propter insinuationis defectum non valet & ex qua nulla penitus obligatio orta fuit, non potest hæres repræsentare defunctum, & ideo si ipse donationem a defuncto factam confirmaret, hæc esset quædam noua donatio, & facta ab alio, non ab illo primo donatore, vt per ipsum Aret. Nec fingi potest, quod hæc sit illa donatio, & quod valida sit, cum prius esset nulla, quia licet lex id fingere posset, homo tamen per suam confirmationem id efficere non potest, Surd. dicta decisio. 245. & ante eum Aret. dicto consilio 123. numero quarto, versic. nec obstat præmissis, & consil. 128. numero tertio, & sequent. versicul. secunda species ratificationis, & infra.

26 27 28

Non ergo in proposito nostro considerari potest, quod decursa sit diuturnitas tēporis, ob quam solemnitas extrinseca præsumatur,

29 sumatur, quia requiritur cursus triginta, vel saltem decem annorum, vt volunt omnes doctores in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & in l. qui in aliena. §. sed si non adierit, ff. de acq. hæred. & tradit Crauet. de antiq. tẽpo. in tertia parte in princ. quod tempus decursum non fuit in vita donatoris, prout necessariũ videbatur, quia decursum post ipsius mortem non habetur in consideratione, nam si post mortem donatoris, verè donatio insinuari non potest, vtique nec insinuata præsumi, ex quo præsumptio non cadit, vbi veritas locum habere non potest, l. qui 30 ad certum, ff. locat. & tradit Deci. cõs. 442. num. 22. 23. Vasq. lib. 2. Controu. Illustr. & vsu freq. c. 64. nu. 14. vers. sexto limita, & patet ex eo, quod præsumptio cadit super dubio, & incerto, & super eo, quod esse, vel nõ esse poterat, non autem super eo, quod certum est, quòd verum esse non poterat, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 8. nu. 2. & nu. 32. & ita in puncto tenuit Rota Senens. dicta decis. 64. num. 76. versi. item sine eius interuentu in fine, dum inquit, quod in casu suo, cum Achilles Donator decessisset nondum elapso triennio à die factæ donationis, decennium, quod aliàs operatur præsumptionem extrinsecæ solemnitatis opitulari non poterat ad effectum, vt ex lapsu temporis præsumeretur interuenisse solemnitas insinuationis.

Quod corroboratur ex traditis in fortioribus terminis per Gabriel. cons. 36. nu. 52. ver. 1. quia non sunt lapsi lib. 1. vbi post Deci. cons. 442. nu. 23. & alios per eum relatos concludit, quod etiam tempus minoris æta31 tis non consideratur, nec computatur ad istud propositum per text. in l. fi. C. si maior factus, vbi probatur, quòd solemnitas extrinseca in contractu minoris necessaria nõ præsumitur, ex lapsu temporis, quod effluxit durante eius minori etate, quia solummodo attenditur tempus decursum post maiorem etatem, & Deci. sequitur Tiraq. in tract. de præscript. §. 1. glo. 4. vers. trigesimonono ante finem, ibi rursus ipse Deci. & ita etiam tenet Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 133. nu. 93. 94. in decima declaratione, quòd etiam antea uoluit, Bald. cõs. 45. sub nu. 2. vers. istud est verum, & consi. 282. ad finem, lib. 2. quem sequitur Crauet. cons. 19. nu. 4. & benè facit Felyn. in c. sicut nu. 30. vers. secundò aduerte circa medium de sentent. & re iudicat. vbi formaliter no32 tat, quod in istis terminis non sit computãdum tempus, in quo solemnitas verè interuenire non potuisset, sequitur Gabr. dicto cons. 36. nu. 50. & tradit etiam Mascard. de probat. concl. 1316. nu. 38. vbi motus authoritate Deci. & Tiraq. in locis citatis inquit, 33 quòd non præsumitur solemnitas extrinseca ex cursu temporis antiqui in eo actu, quem quis gerere non poterat; & quidem cum insinuatio sit quædam ratificatio donationis præcedentis, & ratificatio post donatoris mortem fieri non possit, cũ eo tempore defunctus donare non posset, vt supra probatum fuit, meritò ipsa insinuatio post donatoris mortem sicut fieri non potest, ita nec præsumi. l. si tibi. §. vnius. ff. de option. legata, quo argumento in proposito nostro vtuntur Corne. dicto cons. 71. nu. 11. vers. 4. insinuatio, & Aret. d. cons. 123. col. 1. in 3. fundamento. Prædictis additur, quòd non concurrentibus alijs considerationibus, sola diuturnitas temporis etiam annorum tri34 ginta, & vltra non sufficit ad præsumendã extrinsecam solemnitatem, imo requiritur tantum temporis, vt probatio sit pœnè impossibilis, puta, quòd transiuerint centum anni, Alex. cons. 218. ferè per totum, lib. 6. Ias. cons. 148. ad finem sub nu. 7. 8. lib. 4. Corne. cons. 181. nu. 22. lib. 2. Gabr. dicens esse veram, & receptissimam sententiam dicto cons. 36. nu. 52. vers. nec obstat, & infra, sequitur Mascard. dicta conclus. 1316. ad finẽ num. 49. idem sentit Ias. cons. 140. col. 3. ad medium sub nu. 5. lib. 4. & post eum Osasc. decis. Pedem. 171. nu. 8. quòd à fortiori seruit in casu nostro, in quo ne dum aliud cũ tempore non concurrit ad præsumendam solemnitatem insinuationis pro validitate donationis, sed imò tam Andreas de Landis donator, quàm Iulianus primus donatarius, & alij ferè omnes eius filij donatarij plura ex bonis donatis alienauerunt, nam si donatio insinuata fuisset, & propterea cõfirmationem, & validitatem suam reccipisset verisimiliter nec ipse donator contrauenisset, nec Iulianus alienationibus per illum factis consensisset, nec ipse quoque, nec filij ipsius toties alienauissent, & contrauenissent, nec emptores etiam verisimiliter inuenissent; Ex huiusmodi enim inobseruantia 35 donationis vrgens sumitur coniectura, ꝙ insinuatio facta non fuerit, cum ex obseruantia, uel inobseruantia subsequta optimè auguratur ad cognitionem actus præcedentis, Dec. cons. 6. nu. 16. cons. 96. nu. 13. 14. & cons. 101. nu. 49. Surd. cons. 140. nu. 42. cum seq. libro 1. Nec vlla melior interpretatio actus sumi potest, quàm quæ ex obseruantia, vel inobseruantia subsequta desumitur, 36 Alb. cons. 62. nu. 8. etiam si esset contra verum intellectum actus præcedentis, Onded. cons. 35. nu. 45. lib. 2. in tantum, vt ex ea præstetur fides instrumento non solemni, Bald. cons. 37. lib. 1. cons. 402. in fine lib. 5. Craue.

conf. 158. nu. 1. & conf. 177. nu. 2. Beci. cōſi. 103. nu. 26. & in puncto, quòd ex inobſeruantia donationis arguatur nullitas ipſius notat Ondede. conſilio 47. num. 27. 28. libro primo.

Quæ omnia planiùs videntur admittenda, ex quo in iſta materia ſolemnitatis extrinſecæ concluſio communis, & ab omnibus recepta eſt, quòd regulariter non præſumatur, vt per Doctores in d. l. ſciendum, & in alijs locis adductis per Maſcard. de probatio. concl. 1315. nu. 1. & ſeq. per Fely. in c. ſicut, nu. 26. de ſent. & reiud. & per Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. num. 28. cum ſeq. per text. in l. quæcunque, §. fi. ff. de publicia. in rem actione, & maximè quando agitur de actu, qui ſcripturam requirit, vt iniunatio, Come. d. conſ. 71. nu. 10. verſ. 3. deducitur, lib. 2. Anton. de Canar. de inſinuatione par. 1. q. 2. Deciſ. Senenſ. ſupra allegata, nu. 76. verſ. item non procedit, Maſcard. d. concl. 1316. num. 41. limit. 10. Menoch. dict. præſumpt. 132. nu. 87. in vndecima declaratione, & actus qui in ſcriptis debet fieri nunquam factus præſumitur, Caſſane. in conſuetud. Burgund. de re iud. fol. 308. col. 2. nu. 37. verſ. & ſicut, Gabr. de præſumptionib. concl. 1. nu. 60. in 8. limit. Maſcard. d. concl. 1316. nu. 41. in 10. limit. Alex. conſ. 219. nu. 25. lib. 6. Deciſ. Senenſ. ſupra allegata ſub nu. 76. verſ. item non procedit, & iterum, verſ. item per ea, Dominus Cephal. præceptor meus colendiſſimus, conſi. 171. nume. 5. verſ. 3. tempus, Roman. in d. l. ſciendum in fine nu. 82. ff. de verb. oblig. dicens eam eſſe rationem, quia ius non cenſetur ex alio ſcripturam voluiſſe interuenire, niſi vt per illam actus ſolemnitatis interueniſſe probetur, vnde ea non interueniente non præſumitur.

Et licet regula iſta limitetur per ſcribentes ex diuturnitate temporis, propter quam ſolemnitas extrinſeca præſumatur per tex. in l. ſi filius familias, C. de petit. hæredit. in l. qui in aliena, §. ſed ſi non adierit, ff. de acq. hæred. in l. cum de in rem uerſo, ff. de uſur. in c. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. capit. in c. illud de præſumpt. & in cap. peruenit de empt & vendit. & tradunt ſcribentes in d. l. ſciendum, & in alijs locis vulgaribus, de quibus habetur per Maſcard. de probat. concl. 75. ſub nu. 14. verſic. quòd etiam intellige, lib. 1. & concl. 1316. in princ. lib. 3. per Gozadin. conſ. 11. nu. 11. & conſ. 73. ſub nu. 20. & 21. & per alios infra citandos, tamen aduertendum eſt, quòd cum prædicta iuta vario modo intelligātur circa tempus ad hoc neceſſarium, an ſcilicet decem anni ſufficiant, an verò triginta requirantur, & an ſolus ipſius temporis curſus efficax ſit, an verò etiam concurrere debeat ſcientia, & patientia ex parte illius de cuius præiudicio agitur, & poſſeſſio ex parte alterius, vt in dictis locis notatur per ſcribentes, & per Crauet. de antiquit. tempor. in 3. parte in princ. vno tamen ore omnes concordare videntur, quòd vbi de magno agitur præiudicio, vt in caſu noſtro, ſolus curſus etiam triginta annorum per ſe non ſufficit, ſed neceſſaria etiam eſt per dictum tempus patientia alterius partis, contra quā præſumptio interuentus ſolemnitatis extrinſecæ allegatur, vt egregiè declarat Gabr. d. conſ. 36. nu. 48. & plur. ſeq. & ante eſt, Alex. d. conſ. 218. col. 2. 3. lib. 6. & colligitur etiam ex Dec. conſ. 409. num. 13. verſ. & pro vera, Aretin. in d. l. qui in aliena d. §. ſed ſi non adierit, col. 2. 3. Oſaſc. deciſ. Pedem. 171. nu. 5. & ex alijs per eos allegatis; quæ patientia per dictum tempus minimè conſiderari poteſt in donatore, qui annis quinque tantum poſt donationem vixit, poſt quòd tempus nulla patiētia cadere poteſt, & proinde nec conſenſus aliquis tacitus, argum. leg. mater decedens, ff. de inoffi. teſtam. vnde negocium hoc reducitur ad ſolam, & ſimplicem temporis diuturnitatē, quæ niſi ſit ſaltem annorum centum ſufficere non videtur, vt infra dicetur.

Nec obſtare videtur, quòd à facta donatione de anno 1506. de mēſe Martij vſque ad litem hanc per agentes motam contra reos conuentos de anno 1602 etiā de menſe Martij decurſi ſint anni nonaginta octo, & ſic ferè centum, quia aduertendum eſt, quòd iſtamet donatio fuit in iudicio propoſita vſque de anno 1578. & ſic per multum tempus antea, & fuit tunc de huiuſmodi inſinuationis defectu oppoſitum, quo tempore lapſi tantummodo fuerant anni ſeptuaginta duo, quòd tempus ſolum videtur conſiderandum, quia poſt factam oppoſitionem non poteſt amplius inſinuatio fieri, nec proinde ex lapſu temporis poſtea decurſi præſumi, Corne. latè inſiſtens, conſ. 99. ſub num. 5. & ſeq. lib. 4. Beci. d. conſ. 66. nu. 30. Peregr. conſ. 76. nu. 23. Marſil. ſing. 489. quando à lege, & ante iſtos omnes Angel. conſ. 179. ad finem verſic. ſi tamen donatio, quem ſequutus eſt Alex. conſ. 217. in fine, nu. 13. lib. 6. & Ruin. conſ. 44. ſub nu. 21. poſt verſic. non obſtat quarto lib. 2. Quę quidem antiquitas annorum ſeptuaginta duorum, imò nec dictorum annorum nonaginta octo, vt ſupra decurſorum vſque ad tempus præſentis motæ controuerſiæ ſufficit ad præſumendam extrinſecam inſinuationis donationis ſolemnitatem, quia ceſſan-

cessantibus adminiculis, & requisitis superius adductis ad præsumendam solemnitatem extrinsecam cursus annorum centum necessarius est ad illius probationẽ, ex quo in materia probationis tanti temporis cur-
43 sus exigitur, vt in antiquis esse dicamur ex communiori, & receptiori Doctorum sententia, de qua testantur Crauet. de antiq. tempo. in 1. par. in princ. nu. 4. & 5. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 3. nume. 6. & Mascard. de probatio. concl. 103. num. 1. & 7. lib. 1. qui infinitos alios pro eadem opinione referunt, & in terminis nostris, quod vbi agitur de probatione solemnitatis extrinsecæ ex solo temporis cursu, tẽpus annorum centum neccessarium sit, tradunt Alex. cons. 218. ferè in toto, lib. 6. Ias. consil. 140. col. 3. post medium sub nu. 5. & consil. 148. ad finem sub num. 7. & 8. lib. 4. Corne. cons. 181. num. 22. lib. 2. Gabr. d. consil. 36. nu. 52. Osasc. decis. Pedem. 171. nu. 8. & Mascard. d. conclu. 1316. nu. 49. Menoch. dicta præsumpt. 132. nu. 59. vers. quarta fuit opinio ad finem, & alij per eos allegati, ex quorum dictis hanc esse receptissimam, & verissimam opinionem facilè constat. Pro qua adduci etiam possunt illi omnes, qui in proposita hac materia dicunt requiri tantũ tempus, vt probatio sit penè impossibilis, cum tale tempus ad minus centum annorum esse debeat, vt de tempore immemorabili, seu cuius memoria non existat, vo-
44 lunt Couar. in c. possessor in 2. par §. 3. nu. 6. & seq. de reg. iur. in 6. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 3. num. 7. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. num. 59. versic. quarta fuit opinio; Quæ sententia maximè recipienda est stante inobseruantia dictę donationis, vt præter iam supra allegatos cõsiderat, Ias. cons. 140. num. 5. vers. 1. per illud,
45 lib. 4. inquiens hanc esse vehementissimã, & vrgentissimam præsumptionem non seruatæ solemnitatis, & tanquam fortiorẽ tollere contrariam debiliorem pro obseruantia ipsius solemnitatis, quod non est mirũ, quia huiusmodi præsumptio ex diuturnitate temporis resultans non est iuris, & de iure, sed iuris tantum, & ideò probationẽ ad-
46 mittit in contrarium, & non modo per veras, & directas probationes, verum & per alias coniecturas, & præsumptiones contrarias, Crauet. de antiquit. tempor. in 3. parte in princ. in 7. limi. nu. 26. 27. 28. & 29. Gabr. dicto tit. de pręsumpt. 1. conclus. num. 62. in 10. limit. Andre. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 71. nu. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. nu. 83. & seq. Mascar. dicta concl. 1316. nu. 33. & seq. Ondede. cõs. 80. nu. 22. lib. 2. & est præsumptio ista valdè friuola, atque fragilis secundum Nattam
47 cons. 162. nu. 29. lib. 1. Mascard. d. conclus. 1316. nu. 42. & Ondede. d. cons. 80. num. 26. quæ propterea apud graues, & æquos iudices parui facienda est, vt ipsi dicũt, cui ideo præualere debet cõtraria iuris præsumptio, de qua supra egimus, cum vna præsumptio
48 tollat aliam, & fortior vincat debiliorem, vt ijdem dicunt, & tradit Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 30. in princ. & est text. in l. diuus. ff. de integr. restit. minorum, in l. non solum. ff. de rit. nuptiar. & in lege, quia autem, §. non simpliciter. ff. si quis omiss. caus. testam.

Prædictis tamen non obstantibus contrarium de iure respondendum censui, quòd scilicet valida sit donatio, & insinuata præsumatur ex infrascriptis rationibus, & fundamentis.

Primo quia, cum à tempore dictæ donationis factę de anno 1506. ad tempus præsentis moti iudicij de anno 1602. lapsi sint anni nonaginta octo, talis donatio absque dubio insinuata præsumitur, quia cum insinuatio
49 separatim ab ipsa donatione, & ex interuallo fieri possit, l. fi. §. similique modo, C. de donationib. propt. nupt. & l. in hac sacratissima, C. de donationib. Angel. cons. 179. columna fi. versic. secundò est vidẽdum, Cor. cons. 71. nu. 2. lib. 2. cons. 99. sub nu. 5. lib. 4. Anton. de Canar. in tract. de insinuat. q. 3. in prima parte, Guid. Pap. decis. 325. nume. 4. Beci. cons. 66. nu. 17. vers. 1. quia, D. Cęphal. cons. 162. num. 19. cons. 171. num. 13. & 14. & quandocunque vsque ad triginta annos,
50 vt per Angel. d. cons. 179. col. fi. uersic. & ex hoc, per Ruin. cons. 44. sub num. 21. lib. 2. & per Corne. d. cons. 71. nu. 16. vtique eius solemnitas extrinseca dicitur, vt tradit Me-
51 noch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. numero 3. quæ quidem solemnitas extrinseca ex diuturnitate tẽporis præsumitur, Alex.
52 cons. 50. nu. 6. lib. 5. cons. 218. nu. 1. consil. 219. nu. 15. 23. & seq. lib. 6. cons. 101. sub numero 9. & 10. lib. 7. vbi testatur de communi, Martin. Garat. Laudens. cons. 45. num. 6. & seq. Socin. cons. 46. num. 39. & seq. lib. 4. Deci. cons. 409. nu. 1. & seq. & nu. 8. dicens esse communem, Ruin. cons. 217. nu. 6. lib. 1. Corne. cons. 181. nu. 21. & 22. lib. 2. inquiẽs esse magis communem, cons. 144. nume. 2. lib. 4. vbi pariter ait esse communem, Cur. Senior, cons. 76. nu. 3. 4. Curt. Iun. consilio 200. nu. 30. & seq. & cons. 213. nu. 94. & seq. Gozadin. cons. 1. 1. nu. 11. cons. 73. nu. 20. & 21. dicens vbique de communi, imo posteriore loco sub nume. 26. vers. ad secundum dico, quòd contrarium est falsissimũ, Grat. cons. 91. nu. 47. & seq. & cons. 117. nume. 7.

 lib. 1.

lib.1.& conf.142.nu.15.& seq.lib.2.Craue. conf.317.nu.2.D.Cæphal. conf.162.nu.17. & seq.conf.170.nu.22. Gigas, conf.84.nu. 29.& seq. attestans de communi, Marsil. sing.323.diuturnitas temporis, Crauet. de antiq.tempor.in 3.par.principali in princ.fe rè per totam,& §.vidimus in genere eiusdē 5.part.etiam in toto, Vasq.lib.2. controu.Il lustr.& vsu freq.c.64.nu.6.& 7.versic.quin quagesimoquarto, & infra, Andre. Gail. pract.obseruat.lib.2.obseruat.71.num.7.& seq.vbi dicit esse communem, Cagno.in l. 1.C.qui admitti,nu.69.versic.modo,Capic. decis.16.num.1.Boeri.decis.281.nu.15.vbi ait esse communem,Franc.Marc.decis.decis.472.nu.3.in 1.parte,& decis. 188.nu.4. in 2.parte,Magon. decis. lucens.14.nu.32. & ibi etiam addentes ad eū littera C. Surd. decis.Mantu.231.nu.19.versic.quinto interuenit,Mascard.de probation. concl.75.nu. 14.versic.quòd etiam intellige,lib.1.& con clus.1316.in princ.lib.3.in quibus locis plures alios de communi, & magis communi attestantes adducit,Gabri.tit.de præsumpt. cōcl.prima in princ.Menoch.de præsumpt. lib.3.præsumpt.132.nu.55.& seq.& alij per eos allegati tam in l.sciendum,ff. de verbo. oblig. & in c. Albericus extra de testibus, quam in pluribus alijs locis,& latissimè Felyn.in c.sicut num.29.versic.fallit tertio de sent. & re iudicat. etiam si principaliter de

53 magno præiudicio alterius,seu tertij tracte tur, vt præcise quāplures ex citatis Doctoribus dicunt, & in proprijs terminis nostris Pute.decis.136.nu.2.lib.2 per text.in d.cap. peruenit de empt. & vendition.cum ibi notatis,& est verissima conclusio intellecta tamen secundum infrascriptam temporum distinctionem,nam si cum tempore cōcurrit possessio partis allegantis interuentum solemnitatis,& patientia alterius partis, tēpus annorum triginta sufficit,vt ex Alexan.

54 Aretin. Deci. Gabriel. & Olasc.dixi supra in versic. & licet regula ista, quibus addo Bellon. testantem de communi consil. 39. num.6.& 7. Mascard. dicta conclus. 1316. nume.49.& Menoch.dicta præsumpt.132. num.64.in 2.opinione quinti casus,vbi plures alios eiusdem sententiæ refert; Quod si solus temporis cursus interuenit,centū an-

55 ni requiruntur, vt supra probaui in versic. Nec obstare videtur,& infra,vbi plures adduxi authoritates,vel totum hoc iudicis arbitrio committitur,vt is vtroque casu, siue

56 scilicet cum tempore concurrat possessio dicentis solemnitatem interuenisse cum patientia eius,contra quem allegatur, siue nō concurrat,æstimare habeat,quantum tempus requiratur ad dictam extrinsecam solemnitatem probandam, Ruin. testans de communi,conf.154.sub nu.7.lib.3. Aretin. dicens pariter communem in cap. quoniā contra sub num.71. versic. sed quæ dicatur extra de probation. Menoch. de arbitr.iudi. lib.2.cent.1. casu 3.nu.2.dicens esse crebriorem opinionem, cui in tanta doctorum varietate se libenter accedere inquit Mascard. dicta concl.1316.nu.47.versic.sed vt nihil, vbi etiam fatetur esse forte æquiorem sententiam,& pro ea nonnullas adducit authoritates,& ita etiam tenuit idem Menoch.dicta præsumpt.132.in 5.opinione quarti casus,nu.60.& in 4.opinione quinti casus,nu. 66. Gabri.d.tit.de præsumpt. concl.1.num. 69.versic. alij voluerunt, Crauet.de antiq. tempor.in 1.parte in princ.nu.3.& in 1.par. in princ.sub nu.12.ad fi. versic. rursus eiā, Alba,conf.83.sub nume.9.in fi.Surd. decis. Mantu.103.ante finem,num.11.& melius decis.231.in fi.nume.31.& ante istos, Alex. conf.79.sub num.5.lib.1. Quæ omnia casui nostro applicata optime agentium intētionem probant, nam cum post factam donationem donatarij possederint bona, de quibus agitur,per annos triginta,& vltra,sciente,& patiente ipso donatore dum uixit, & eo mortuo eiusdem donatoris hærede,vtque insinuatio præsumitur etiam in præiudicium reorum conuentorum, in quos postea dicta bona alienata fuerunt,quæ in eos

57 transiuerunt cum eorum qualitate, & cau sa,l.si prædium,C. de euictiōn. & l. si debitor C.de distract.pignor.quæ esset futura si pœnes alienantes mansissent, l. alienatio.ff. de contrah.empt.etiam quòd ijdem fuerunt hæredes,qui & donatarij, quia cum duplicem repræsentarent personam iuxta,l.1.§. si

58 quis suspectam,et §.fi.ff.de separatio.poterant tanquam hæredes donatoris reuocare donationem non insinuatam,quemadmodum donator viuens reuocare poterat,licet non reuocauerit, vt dicit Rota Senens. sæpius allegata sub nu.76.versic. non obstare etiam visum fuit,idque plusquam verisimiliter,& probabiliter fecissent, si illam non insinuatam reperijssent, cum ipsorum interesset magis habere bona illa libera iure hæreditario,quam fideicommisso subiecta titulo donationis,et potuissent sibi ipsis cau sam possessionis mutare,& quòd tanquam donatarij tenebant, vti hæredes possidere, per ea,quæ leguntur,& notantur in l.3.§.il-

59 lud quoque,ff.de acq.possess. & in l. cū nemo,eo. tit. non reuocando igitur donationem ,& bona vti donatarij possidendo per tantum tempus,quod ad insinuationē præsumendam sufficit, sibi ipsis vti hæredibus præiudicauerunt quò ad dictam insinuationem

tionem præsumendam,& successiue etiam reis conuentis ab ipsis causam habentibus, vt supra dictum fuit; Quod si dictam possessionem donatariorum cum scientia,& patientia hæredum,postquam tempus in vita donatoris lapsum,sufficiens non est, cõsiderare noluerimus, sed solum ac simplicẽ temporis cursum, cum ab ipsa donatione ad motam litem effluxerint anni nonagintaocto,insinuatio pariter præsumetur, nec aliter iudex arbitrabitur, ex quo tẽpus hoc
60 ferè tangit metam annorum centum, & à communiter contingentibus excedit vitã hominis,& memoriam, ideoque antiquũ iure dici potest, nam si quadraginta annos sufficere multi voluerunt,de quibus meminerunt,Crauet.de antiquit. tempor. in prima parte in princ.nu.2.Menoch. de arbitr. iudic.lib.2.cent.1.casu 3.nu.5.& Mascard. de probat. concl. 103.nu.3.& tradit Curt. Iun.cons.200.num.30.& seq.post alios per eum allegatos, multo magis nonaginta
61 octo satis erunt,vt de nonaginta nouem dicit Ruin.cons.154. sub nu.7. lib.3. nec mitum, nam & tempus nonaginta annorum
62 antiquum dici voluit Deci.cons.195.num. 7. quem refert Menoch. dicto casu 3. sub nu.5.in fi. versic.sexta est opinio,imo & septuaginta,vt per Aretin.cons.36.col.fi.sub
63 nu.6.relatum pariter à Menoch. vbi supra sub dicto nu.5.ante finem versi. quinta eorum,de quo tempore nonaginta,& septuaginta annorum loquitur etiam Mascard. dicta concl.103 num.3. Quinimo & spatiũ annorum quinquaginta sex antiquum esse considerata communi hominum vita ho-
64 diemi temporis breuiori, quam anterioribus temporibus esset, tradit Alex. cons 90. num.8.& 9.lib.6. quem sequuti sunt Alba, cons 83.num 9.& seq.& Mascard.d.concl. 103.nume.4.& seq.& faciunt congesta per Iaso.cons.114.col.pen. versic. secundo respondeo,lib.1.per Alex.cons.79.num 4. & 5.lib.1.per Deci.cons.36.sub nu.8. col.pen. per Curt.Iun.cons.213. nu 98. & per Albã dicto cons.83.nu.12.& 14.loquentes de varijs temporibus à quinquaginta annis supra,infra tamen annos centum, ita vt & si subduceretur de medio tempus decursum à primis litibus super ista donatione motis, & antea lapsum solummodo computaretur,quòd saltem est annorum septuaginta duorum,quod non admittitur, cum lis illa inter alias personas fuerit agitata, & opposi tio ista,si facta legeretur, illis actoribus in iudicio illo non comprehensis nocere non posset,tot.tit.C.res inter alios not.alijs non præiud. adhuc diceremur esse in antiquis quò ad hanc solemnitatem præsumendã,

vt ex prædictis patet,maximè quia cũ simus in solemnitate,quæ separatim ab actu principali potest interuenire,& postea ex inter-
65 uallo,& possit esse,quòd fuerit adhibita,licet non appareat,vt dicit Corne. cons. 144. nu.3.versic.& licèt possit imputari,lib.4.de facili est præsumenda, Alex.cons.50. nu. 7. versic. sed posito, lib.5. quẽ sequitur Deci. cons.442.nu.22. quòd apertius ex infrà dicendis apparebit.

Et hanc partem tenendo, quam verissimam infrascripta ostendunt,non obstãt in contrarium allegata, quia ad dictum Baldi
66 in d.l.2.C.de legit.hæred. quòd insinuatio non præsumatur ex diuturnitate temporis, respondetur, quòd contrarium est verius, vt in specie dicunt, Ias.in d.l. sciendum sub nu.16.ff.de verb.oblig.in l.r. sub nu.13. C. qui admitti,Gabr.tit.de præsumpt.concl.1. nu.56.Hieron.Gabr.d.cons.36.sub nu. 52. lib.1.Vasq.lib.2.controu.Illustr. & vsu frequent.c.64.nu.11.versic.ex superioribus,& iterum sub nu.32.post versic.hactenus, D. Cephalus,cons.170.sub nu.36.versic.sic igitur, & rursus versic. non obstat igitur, & cons.171.num.38.& seq. versic.secundò respondetur,& infrà,Rimin.Iun. consil.164. nu.69.& 70.lib.2.cons.142.nu.22.lib.3.Pute.decis.136.nu.2. lib.2. Et quatenus sustineri posset tale dictum Baldi, procederet in tempore tantum annorum decem, vel vi-
67 ginti,prout intelligunt, Alex. cons.17. sub nu.8.lib.4.& clarius Gozadin. cons.73. sub nu.26.versic.nec obstat Bald.sentit Cepha. dicto cons.171.sub nu.39.versic. item quando,vel nullum tempus,et sic quatenus esset verum, minimè obstaret in præsenti casu, in quo longè maius tempus effluxit.

Nec verum est,quòd cesset præsumptio ista,ex quo insinuatio requirit scripturam, quia etiam solemnitas extrinseca requirens scripturam præsumitur ex diuturnitate tẽporis,Bald.cons.116.col.1.nu.2.lib.1. cons.
68 24.col.1.nu.1.lib.4. Alex. cons.79. sub nu. 4.lib.1.& cons.219.sub nu.25.lib.6.Abb.in c.sicut,nu.23.& 24.de re iudic. & ibi. Fely. nu.39.vers.fallit secundo,Vasqu.lib.2. controu.Illustr.& vsu frequent.c. 64. nume. 8. Tiraq.de præsumption.sub dicto versic.trigesimo nono ibi sunt item qui hoc intelligunt ad finem, dum sequitur declarationẽ, Alex.in loco citato, Crauet. de antiq. tempor. in 3.par.55. vidimus in genere, nu.40. uersi.decimoquarto præsumitur, Menoch. de præsumpt.lib 3 præsumpt.132.nu.88.& 89.D.Cæphal.præceptor meus,consil.171. sub num.37.& seq. Surd.decis. Mantu.231. sub nu.25.et plur. seq. uersic. et non est uerum, et rursus, nu.29. versic. ex præmissis,

Rota decis.5.nu.3.parte 1.in nouissimis diuersor.et est opinio uerissima, quia aliàs reprobarentur infinitæ doctorum conclusiones de præsumenda solemnitate extrinseca in quampluribus actis, in quibus neccessaria est scriptura, ut cuilibet diligenti lectori patere poterit facilè.

Ad id autem, quod cum mortuo donatore insinuatio fieri non possit etiam de hæredum voluntate, et proinde nec facta præsumi, et donator ipse post factam donationem per quinquennium tantum uixerit, et successiuè in eius uita tantum tempus non fluxerit, quod ad insinuationem præsumēdam sufficiat, cessare uidetur consideratio præsumptionis prædictæ solemnitatis, cui non opitulatur tempus post mortem donatoris transactum, quemadmodum nec opitulari posset in minori ætate decursum, vel alias eo tempore, quo actus geri non potuisset. Respondetur in primis attentari posse, quod etiam mortuo donatore insi-69 nuari possit donatio saltem de consensu, & voluntate eius hæredis, vt in puncto voluerunt Aretin.consil.113.in tertio,& vltimo dubio,col.fina.Corne.consi.71.numero tertio,& sequ. & iterum numero 16. & sequ. & in finalibus verbis, libro secundo, sentit Angel.consi.179.columna finali, versic.ad vltimum vero, dum vult, quod possit insinuatio fieri mortuo donatore ad instantiam donatarij citato ipsius donatoris hærede, & Angel.sequuntur Alexan. consil.157.numero 9.post versic. ad prædictorum confirmationem, libro secūdo, Ruin. consilio 44.numero 21.versic.non obstat, libro secundo,& Alba consilio quarto,numero 54. versic. neque etiam obstat,idem sentit Ias.consil.51.columna tertia, versic. & pro ista distinctione, libro primo, dum ponderat in casu suo contradictionem coniūctorum donatoris,vel aliorum,quorum interfit,de non insinuanda donatione, vel quia sit facta dolo,vel metu,vel calore iracundiæ,vel ex turpi causa, facit etiam Curtius Iunior,consilio 110.numero 31. & vltra prædictos patres, ita tenuisse Rotam, & alios refert Beci. dicto consilio 66. sub numero 18. versiculo vltimo, pro hac parte, qui tamen postea tenet contrarium quæ conclusio si vera esset,omnia in oppositum allegata tolleret, quia tempus post donatoris mortem decursum habendum esset in consideratione,& præsumptio procederet, cum & veritas locum habere posset. Sed quoniam opinionem hanc tutam non esse arbitror,alio modo respondeo, & dico,quod ad præsumendam insinuationē, de qua non apparet,sufficit, quod lapsum fuerit tempus annorum triginta, vel aliud de iure necessarium a die factæ donationis vsque ad tempus moti Iudicij, licet dona-70 tor interim decesserit & in eius vita totum tempus illud non fluxerit, & ita in indiuiduo bis censuit Rota Romana, vt attestatur Pute.decisio. 136.num. 3.versic.nec obstat,lib.2.cuius quidem decisionis authoritas in puncto,& si sola,satis est ad remouēdum obicem, maximè cum videatur approbata per Rot.dicta decisio.5. numero 3. in nouissimis diuersorum parte prima, eam tamen verissimam esse demonstratur,nam quamuis concederemus,quod mortuo donatore insinuatio interuenire non potuisset,nō per hoc præsumptio,de qua agimus, excluditur, ex quo potuit interuenire ipso donatore viuente, scilicet intra illud quinquennium,quod a facta donatione superuixit, in tra quod temporis interuallum facta præsumetur ob lōgissimi tēporis cursum. sufficit enim, quod aliquo tempore potuerit vere insinuatio fieri,vt eius præsumptio procedat,quia diuturnitas temporis opera-71 tur præsumptionem dictæ solemnitatis extrinsecæ toto illo tempore considerato, & non magis vna dicti temporis parte,quam alia, adeo quod præsumptio in proposito nostro non cadit de necessitate in tempore post mortem donatoris decursō,cum possit cadere in eo, quod ipso viuente lapsum fuit,& in illo sustineri, non ergo necessaria est possibilitas actus ob diuturnitatem tēporis præsumpti per totum ipsum tempus sed satis est,quod a principio adfuerit, quia ad illud tempus, seu principium refertur præsumptio, quo actus præsumptus realiter,& vere geri poterat,ita in terminis præsumendæ solemnitatis declarat Barto. in L. 1.C.qui admitti,numero 10. versic. huius timore, inquiens tempus, quod allegatur 72 ad Præsumendum actum, non allegari ad illum hodie inducendum,sed ad præsumendū ab initio interuenisse, vnde actus a principio fuisse præsumitur, non in fine temporis,licet in fine allegetur præsumptio,idem voluit ibidem Bald.sub numero 45.versic. sed contra hoc oppono, dicens actum, qui ex tempore inducitur,ab ipso principio tēporis cēseri inductum,& præsumptionem trahi retro, & operari ab ipso principio, & non vt ex nunc,sed vt ex tūc,cum sit vnus, & indiuiduus effectus totius temporis,idēque repetit in l.qui in aliena, §.primo, numero tertio, versic.& est notandum, ff.de acquiren. hæredit. idem tradit in eadem l. 1.Roman.sub numero 7.versic.in Glo.vbi ait,quod licet actus non possit haberi ratus eo tempore, quo non potest celebrari, tamen

men ex diuturnitate temporis lapsi post tẽpus præfixum actui celebrando, præsumitur ratihabitio ab initio temporis interuenisse,& dicit menti tenendum,& communiter a Doctoribus approbari. Et si aliter diceremus, & totum tempus ad solemnitatem hanc præsumendam sufficiens decurrere vellemus in vita donatoris, nunquam aut certè rarissimè locum haberet præsum 73 ptio,& iuris circa eam dispositio, prout etiam vix vnquam procedere posset, si admitteremus,quod ei locus esse non posset, quando actus geri non potest,nam vt in in diuiduo dicit Mascar.dicta conclusi.1316. numero 39. si limitatio hæc vna esset, totam regulam destrueret,cum prælatus, minor,mulier,& huiusmodi personæ non valeant alienare sine debitis solemnitatibus, & tamen ex diuturnitate temporis tales solemnitates præsumuntur, vt ibi per ipsum post Crauett.de antiquit. tempor.in tertia parte,in principio,numero 24.versic.quinto limitatur, & Lamberteng. in loco per eum allegato.

Nec vim faciunt pro exclusione dictæ præsumptionis, quæ dicuntur de inobseruantia donationis, quoniam respondetur, quod sufficit, quod lapsum sit tempus ad insinuationem præsumẽdam necessarium vt illi locus sit. Nec releuat, quod bona donata,quæ in descendentibus donatoris con seruari debebunt, fuerint alienata & in alios translata, quoniam dicta præsumptio procedit etiam contra tertios,& ex solo, & 74 simplici etiam temporis cursu, vt supra fuit ostensum. vltra quod cum ex ipsa donatione in certis casibus,& vsque ad certas summas alienatio permittatur,opus fuisset ad hanc inobseruantiam arguendam docere, quod contra concessionem fuisset alienatum, & ante lapsum temporis ad præsumptionem requisiti, quod factum non apparet.

Ad reliqua allegata in contrarium satis patet responsum ex supra deductis pro hac parte,ita vt vlterius elaborare non expediat & tuta omnino reddatur conclusio ad fauorem agentium pro validitate donationis in totum, non obstante quod de illius insinuatione non appareat,ex quo ea facta præsumitur ex temporis diuturnitate,vt latè fuit probatum,tam in fundamentis pro hac parte allegatis, quam in respõsionibus ad deducta in contrarium factis; Ex quibus . es hæc clarior remansit,& potius corroborata, quam dubia in aliqua parte reddita.

Venio nunc ad secundum articulum, in quo stante dictæ donationis validitate, de iure, vel non iure agentium contra reos conuentos disputandum est. Et quidem cum Andreas quondam Landi donauerit Iuliano eius vnico filio masculo emancipato, & quibuscunque ipsius Iuliani filijs, & descendentibus masculis legitimis,& naturalibus,tam natis, quam nascituris ex linea ipsius Iuliani masculina in perpetuum, videlicet primo dicto Iuliano,& ad vitam,& durãte vita ipsius Iuliani,& successiuè post eius mortem dictis suis filijs,& descendentibus masculis legitimis,& naturalibus, tã natis, quam nascituris ex linea masculina ipsius Iuliani in perpetuum,& cuibbet prędictorum in solidum, & in totum, vel pro virili,seu in stirpes,modo,forma,& ordine succedendi,prout,& sicut morięti, vel morientibus per superstitem,vel superstites ex prædictis ab intestato de iure succederetur præfato Iuliano,& notario præsentibus, & pro ipso Iuliano,& dictis eius filijs,& descẽdentibus acceptantibus, & stipulantibus, bonaque donata dictus Andræas donator nomine Iuliani,& aliorum donatariorum & cuiuslibet eorum tenere, & possidere se constituerit, donec ipsorum bonorum tenutam, & corporalem acceperint possessionem,quam accipiendi, intrandi,& retinendi eorum, & cuiuslibet eorum propria authoritate,& sine licentia ipsius Andreę, vel alicuius iudicis,aut officialis eisdem donatarijs,prædictis Iuliano, & notario pro istis recipientibus,licentiam dederit, ipsamque donationem ratam,& gratam, ac firmam habere,attẽdere,& obseruare,& nullo modo reuocare,vel contrauenire promiserit,& tandem hanc clausulam subiecerit. Pro quibus omnibus,& singulis obseruandis,& firmis,& ratis habendis, tenendis, & adimplendis obligauit,& hypothecauit dictus Andreas donator prædictis Dominis donatarijs,& dicto Iuliano, & mihi notario præsentibus, & vt supra stipulantibus, recipientibus, & acceptantibus, se ipsum Andream,& suos hæredes,& successores, & bona omnia,& singula præsentia,& futura iure pignoris, & hypothecæ,& ea, quæ sub generali & in generali obligatione non veniunt,& non comprehenduntur; Videbatur primo aspectu dicendum dictos de Landis masculos legitimos, & naturales descendentes ex linea masculina dicti Iuliani primi donatarij tanquam vocatos ad bona per dictum Andream donata potuisse hypothecaria actione agere contra dictos reos cõuentos tertios dictorum bonorum possessores ad consequendum eorum interesse,& loco eius verum, & commune illorum pretium hodierni temporis super dictis

ctis bonis veluti ipsis obligatis pro perpetua dictæ donationis obseruantia, & in quẽcunque casum illius inobseruantiæ, quæ sequuta fuit per alienationem in dictos conuentos factam, videtur enim quod donator, qui non solum Iuliano primo donatario, sed etiam omnibus alijs donatarijs sequentibus donauit, & cum illis contraxit,
75 teneatur eisdem, & successiue agentibus tradere bona donata & eorum dominium in eos transferre non secus, ac tenebatur Iuliano, l. Senatus, in principio, versic. donatio, ff. de donation. caus. mort. iuncta l. fin. ff. de condit. caus. dat. & l. qui concubinam, §. si hæres, cum gl. ff. de lega. tertio, tradunt Barto. & Castr. in l. aristo, §. Labeo ait, ff. de donationibus, & magis in terminis seruit Bal. in l. liberti, libertæque numero 31.
76 32. & 33. versic. secundum dubium, C. de oper. libertorum, vbi in pluribus successiuè vocatis ad emphyteosim non hæreditariã, vult posteriores vocatos etiam prioribus admissis posse contrà concedentem agere, vt & ipsis rem concessam tradat, adeo vt cum pro omnibus, & singulis in donatione contentis perpetuo obseruandis omnia bona sua obligauerit, pro hoc quoque adimplemento ea obligata censeantur donatarijs, qui propterea ea obligatione experiri potuerunt in ipsismet bonis donatis, quæ in simplici obligatione generali veniunt, Ruin. consilio 180. numero 17. libro pri-
77 mo, consil. 112. numero 9. libro quarto, Paris. consil. 50. numero 2. libro primo, Gabr. consil. 141. numero septimo, libro primo, Beroi. consil. 42. numero 34. libro tertio, Neguf. in tractat. de pignor. & hypoth. primo membro, secundæ part. numero quinto, et sexto, in quinta differentia, et 2. membr. eiusdem 2. partis, numero 33. versic. et ex prædictis. Et multo magis in concepta tot verbis amplis, et prægnantibus, prout ista, argumento eorum, quæ notat Neguf. dicto secundo membro, secundæ part. nu-
78 mero 37. et sequẽt. versic. secundo, ista prima fallentia.

Quinimmo cum certum sit, quod de iure sequentibus donatarijs datur actio vtilis personalis contra primos, in quos bona donata peruenerunt, vt ea illis restituant, et donationis contractum adimpleant, iuxta
79 l. quoties, C. de donationibus, quæ sub moCum ibi notatis per gl. et Doctores, et clausula pro quibus omnibus, et singulis, et certè comprehendat omnes dispositiones in instrumento non solum principaliter, sed etiam incidenter, et accessoriè contentas, vi-
80 detur ex hoc solum inducta obligatio respectu ipsorum donatariorum in perpetuum. et quod ad hunc quoque casum trahatur promissio per donatorem facta, et successiue etiam bonorum obligatio, Alexan. consil. 17. numero secundo, libro tertio, Ruin. consil. 103. numero 11. lib. quarto. Corne. consi. 95. numero septimo, lib. 4. Paris. consil. 97. numero 91. libro primo, et in proprijs terminis nostris Deci. consil. 532. sub numero sexto, versic. & hoc confirmatur, & bene seruit Riminald. Sen. consilio 299. numero 15. versic. modo, & numero 18. & sequ. versic. & istud ostenditur libro 2. vbi latè insistens ex pluribus probat quod licet partes in instrumento agant
81 principaliter de vno, & super eo expressam apponant hypothecam, ea tamen trahitur, & extenditur ad aliud, quod tacitè ex verisimili contrahentium mente resultat, vel etiam ex natura contractus venit, vel alias de iure subintelligitur. Quod fortius videtur procedere cum obligatio generalis per clausulam pro quibus omnibus, & singulis, non sit concepta verbis ad personam donatoris tantum restrictis, obseruandis scilicet, & adimplendis ab ipso, sed generaliter, & impersonaliter, quæ impersonalitas vi-
82 detur referenda ad omnes personas in dispositione contentas, cum ponatur in consequentiam, & pro executione præcedentis obligationis personalis, à qua regulatur, vt per Bald. in auth. si quando, in tertio not. numero quarto, versic. si vero, C. de consti. pecun.

Et quidem cum Andreas donationem fecerit Iuliano, & eius filijs, & descendentibus masculis in perpetuum, vt in eis bona conseruarentur, si voluntas hæc donatoris effectum habere non posset propter ipsorũ bonorum alienationem in extraneos factã per primos donatarios, videtur quod sequẽtibus obligata remaneãt, ne talis voluntas sit inanis, nam cum voluerit bona ad suos descendentes venire, & proinde omnem alienationis speciem interdicere; per quam eius intentio non seruaretur, vt per Pereg. de fideicommiss. articul. 51. sub numero 71. versic. attamen pactum ad medium, facile potuit, cogitare quempiam ex illis con-
83 tra eius mentem alienaturum esse, quo in casu bona ipsa hypothecæ subijcere voluit, per quam sequentibus donatarijs consultum esset, ad quam obligationem sufficiũt verba generalia, l. fin. C. quę res pignor. oblig. poss. imo & sola mens verisimilis disponentis satis est, vt per Bartol, Angel. & Salicet. in d. l. fina. & notatur in l. creditor, §. post diuisionem, ff. qui potior. in pignor.
84 habean. & bene facit lex prima, C. comm. de legat. vbi omnibus legatarijs, & fidei-

commis-

commissarijs successiue vocatis actio hy-
85 pothecaria competit in bonis defuncti legantis,& fideicommittentis: Nec dubitandum est quin donator potuerit talem hypothecam bonis donatis apponere,& ea cum dicto onere in primum,& sequentes donatarios transferre, quia in traditione rei suæ
86 potest quis, quam vult legem dicere, l. legem, C. de pact. conuent. cum cuique in re sua arbitrium, & moderamen concessum sit, l. in re mandata, C. mandata,& l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petit. hæredit. & potuit donator pro personali obligatione ipsorum omnium donatariorum, qua primi erga sequentes tenentur secundum terminos dictæ legis quoties, C. de dona. quæ sub modo, bona donata obligare, & sic pro facto,& obseruantia ipsorum donatariorum quia permissum est de iure, quod vnus pro
87 personali obligatione alterius possit propria bona obligare, vt est tex. ad litteram, in l. res hypothecæ, in fine, ff. de pignor. et tradit Petr. Anto. Anguf. consi. 34. numero 4. libro 2.

Quæ res planius procedit stante licentia per ipsum donatorem cōcessa dictis donatarijs, et eorum cuilibet, Iuliano, et notario pro illis acceptantibus, apprehendendi possessionem bonorum donatorum propria authoritate, quæ licentia de per se absque alia particulari obligatione inducit ipsorū bonorum hypothecam ad commodum
88 eorum, quibus cōcessio facta reperitur per text. in l. creditor, §. post diuisionem, ff. qui potior. in pignor. habeantur, vt pūctualiter tradit Bald. in l. creditores, numero tertio, versic. quæro mutuaui, C. de pignor. quem sequuntur Alex. in addit. ad Barto. in dicto §. post diuisionem, et consil. 2. numero 11. libro quarto, Cremens. singul. 2. Afflict. decis. 201. in fine, et ibi etiam Vrsil. in additi. Rip. in l. filiusfam. §. diui, numero 87. Croti numero 101. et Ferdi. Loaz. numero 171. ff. de legatis primo, Neguf. de pignor. et hypothec. primo membro, tertiæ part. numero quarto, versic. similiter, Aluar. Valasf. de iure emphyt. quæst. 32. numero 22. versic. hocetiam, Tiraquell. de retract. conuētio. §. tertio, glo. vnica, numero 9. versi. quamquam id frustra, et Surd. consil. 243. nū. 11. libro 2.

Nec obstare videtur, quod hypotheca ex iam dictis clausulis resultans posita sit post iam factam traditionem, et trāslatum dominium in Iulianum primum donatarium per constitutum, et propterea nō pos
89 sit operari ad fauorem aliorum sequentiū donatariorum, Barto. in l. prima, numero sexto, versic. quæro dicitur hic, C. de iure fisci, libro decimo, Ruin. consil. 214. numero decimo, libro primo, Bellamer. consil. 39. sub numero 19. versic. expedito supposito, Deci. consil. 239. ante numer. 7. post versic. memini me, et Neguf an. latè insistens, et opinionem hanc ex pluribus defendens in citato tractat. in quarta parte principal. sub numero 34. in fine, et numero 35. et sequ. et comprobatur ex traditis per Tiraqu. de retract. conuention. ad finem, tit. numero decimo, et plur. sequ. et per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Centur. 2. casu 171. nume. 31. et 32.

Quia respondetur, quod etiam post constitutum, ante perfectum, et absolutum cōtractum licuit donatori apponere hypothecam ipsis rebus donatis, quia ante contra-
90 ctum absolutum non videtur ex eo ius alicui perfectè quæsitum, l. contractus, C. de fide instrum. et ibi Barto. in vtraque lectura, maximè autem statim post ipsam clausulam constituti, quia quæ incōtinenti fiūt videntur inesse, l. lecta, versic. dicebam, ff. si cert. petat. nec inter ea, quæ in eodem in-
91 strumento fiunt, datur prius, et posterius, Barto. in d. l. contractus, numero quarto, et in lect. antiqua, in quarto notabili, et bene facit Couuarr. libro primo, variar. resol. ca. 14. in principio, et Tiraquell. de retract. cōuentio. ad finem, tit. numero 2. et plur. seq. et in terminis nostris tradit Surd. decisio. Mantu. 157. numero sexto, qui etiam subdit numero septimo, ex Becio per eum allegato, quod & contenta in pluribus instrumentis eodem tempore factis, quorum v-
92 num ab altero dependet, videntur inesse, & habentur ac si in vno tantum instrumēto acta essent, & vnico contextu, quod vltra eum apertè probat Afflict. decisio. 306. in fine, numero decimo, & nouissimè Vincen. de Franch. statim citandus, eandem opinionem tenent Curtius Iunior, consilio 146. & consil. 147. latissimè loquens, Strac. in tract. de Mercatur. tit. de decoctorib. in vltima parte, vltimæ partis, numero sexto, foglio mihi 512. & Vinc. de Franch. diffusius insistens decisio. Neapolit. 369. per totam, in secunda parte. Nec obstant authoritates in contrarium allegatæ, quia omnes, excepto solo Neguf. loquuntur, quando hypotheca apponitur post factam traditio-
93 nem rei, & absolutum contractum inter partes, & ideo non adaptātur casui nostro, in quo obligatio facta est antequam contractus haberetur pro perfecto, nec aliter intelligi debent, & Neguf. qui clarè contrarium tuetur, non bene loquitur, & opinio contraria est æquior, & probabilior, & secū dum eam Peritus, & Prudens Iudex ex facto

cto iudicauit, & rectè, vt dicit Strac. ipsum Neguſ. reprobans in loco relato, Immo dixit Surd dicta decisio. 157. numero primo; dictum illud Neguſ. eſſe falſum, & pro tali in contingentia facti fuiſſe iudicando habitum per Senatum Mantuæ, & contra illud multa allegat numero ſecundo, & ſequen. eandem Neguſ. ſententiam ex voto Sacri Conſilij damnat Vinc. de Franch dicta deciſio. 569. qui etiam amplè loquitur.

93 Et in omnem euentum, etiam data opinione Neguſiant. pro vera, ſuſtineri poſſe videretur dicta hypotheca etiam poſt factam rei traditionem, & translatum dominium in primum donatariū, ex quo ab initio contractus, & ante clauſulam conſtituti, & etiam ante verbum donauit, appoſita 94 reperiuntur hæc verba, ſaluis infraſcriptis, per quæ donator videtur ſibi reſeruaſſe facultatem limitandi, & moderandi diſpoſitionem ſuam; & ſic non dicitur traditio facta, & translatum dominium abſolutè in Iulianum, ſed cum modificatione, & obligatione ipſorum bonorum inferius poſita, nec tali caſu; quicquid apponatur, aut dicatur in inſtrumento, aliquid factum dicitur, quouſque totum inſtrumentum deſcriptū & abſolutum nō fuerit, Pariſ. conſil. 70. numero 15. & ſeq. libro tertio, Oſaſc. deciſio. Pedemont. 163. nume. 7. 8. & 9. & facit l. ſi debitor, §. 1. cum glo. in verbo ſalua, ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſoluit.

Vltra quod videtur ceſſare omnis difficultas ex quo, ſiue loquamur in hypotheca expreſſe in contractu poſita, ſiue in tacita ex pacto de ingrediendo reſultante, in ea adfuit Iuliani primi donatarij conſenſus, qui in vtraque pro omnibus alijs donatarijs, vna cum notario ſtipulatus fuit, & acceptauit, nec enim ambigitur quin donator in re 95 donata iam tradita, & eius dominio in donatarium translato poſſit de ipſius donatarij voluntate hypothecam apponere, quia res aliena domino conſentiente obligari poteſt, l. ſi fundus, §. primo, ff de pignor. l. Caius. & l. rem alienam, ff. de pignoratit. actione, & vbique not. glo. & doctor. & Neguſ. in allegato tract. tertio membro, ſecundæ partis, numero 54. & ſequent. in ſecunda, & tertia reſtrictione, octauæ limitationis.

Cum igitur de hypotheca ad fauorem ſequentium donatariorum poſt Iulianum apparere videatur, ſequitur quod vigore ipſius hypothecæ poſſint hi, qui ſecundum donationis ordinem vocati ſunt, bona donata, & in tertios poſſeſſores alienata, ab illis auocare, & pro eorum intereſſe retinere, vſque ad integram eius ſatisfactionem, 96 quod eſt tantum, quanti bona ipſa valent, vt ſic per indirectum conſequantur, quod directo conſequi non poſſunt, vt in iſtis terminis tradunt Oldrad. conſil. 114. in fine, numero quarto, Caſtre. conſil. 334. in principio, libro primo, [illegible]uin. conſil. 180. numero 17. & 18. libro primo, Socin. conſilio 80. numero ſecundo, in fine, verſi. vel etiam & tertio, libro tertio, Socin. Iunior, conſilio 129. numero 11. lib. 20. Crauett. conſilio 19. ſub numero 13. in quinta reſponſione, Natt. conſil. 531. numero 12. libro tertio, Beroi. conſil. 42. numero 34. libro ſecundo, Gabr. conſil. 66. nu. 19. & 20 & conſil. 141. numero 7. lib. primo, Menoch. conſilio 63. numero 17. & 18. lib. primo. Neguſ. in ſæpe citato tractat. in primo membro, ſecundæ partis, num. 6. & Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 60.

Prædictis nihilominus non obſtantibus contrarium verius eſſe exiſtimaui, quod ſcilicet actio hypothecaria per actores intentata contra reos conuentos tertios poſſeſſores bonorum donatorum minimè competat pro conſecutione eorum intereſſe ex cauſa alienationum dictorum bonorum per priores donatarios ante ipſos vocatos factarum, quoniam clarum eſt in iure, quod hypotheca conſtitui non poteſt ſine principali obligatione perſonali, l. res hypo 97 thecæ, ff. de pignor. Barto. in l. fideiuſſor obligari, in principio, ff. de fideiuſſor. Alexa. conſilio 134 numero 20. libro ſexto, Beroi. conſi. [illegible]03. numero 16. libro primo, Neguſ. in dicto tractat. primo membro, tertiæ partis, numero 9. & conſtituta tamquam ad dictam perſonalem obligationem acceſſoria ab ipſa regulatur, & regitur, ita vt ſi illa nulla, & inefficax ſit, inualida etiam erit hypo 98 thecæ adiectio, Neguſ. vbi ſupra, num. 12. verſic. & ex hoc infertur, & vltra eum Riminal. Senior, conſil. 299. numero 12. 13. 16. & 17. libro ſecundo. Et ſi illa ad alios caſus non expreſſos, ſed tacitè ſubintellectos 99 extendatur, ad illos ſimiliter porrigetur hypotheca, Fulgoſ. conſil. 83. colum. finali, verſic. & ſi quid minus dictum eſt, & Rim. Sen. dicto conſil. 299. numero 15. 18. 19. & ſequ.

Et è conuerſo ſi principalis obligatio ad certos caſus, vel ad certas perſonas reſtri 109 cta ſit, & ad alios caſus, vel ad alias perſonas trahi non debeat, hypotheca pariter reſtricta intelligetur, & extenſionem non patietur, vt in terminis tradit Rimin. Sen. cōſil. 308. numero primo, & ſequ. libro ſecundo, & Riminald. Iunior, conſilio 819. numero 9. & ſeq. libro ſeptimo, cum enim vt dictum eſt acceſſoria ſit ad principalem obli

gatio-

gationem eam non auget, nec extendit, sed tantum in suis terminis roborat, & confir-
101 mat, faciliorem que in casu, in quo fuit inducta, adhibet exactionem, vt in pūcto volunt in l. si ita stipulatus 126. §. Grisogonus ff. de verbor. oblig. Angel. sub numero tertio, ad finem, Imo. numero 13. Alex. numero 16. & Ias. numero 38. Glos. in l. fi. C. quæ res pignor. oblig. poss. in glos. in verbo pertinentium, ante finem, versic. & est ratio, Salicet. in l. ea lege, sub numero septimo, C. de condit. ob caus. Fulgos. consil. 83. col. fi. versic. hæc quippe interpretatio, & Soc. consi. 115. in fine, sub numero 13. versic. nec contra possessores, libro quarto & ita etiam sentiunt omnes Scribentes, in l prima, ff. de pignor. acti. vbi præcipuè Barto. Fulgos. & Sa
102 lic. qui ideo dicunt, quod hypotheca modici præiudicij est, quia scilicet nihil plus debetur per eam, sed cautius, & efficacius tantum, quod conuentum est, debetur, quod verbis expressis voluit Fulgos. dicto consil. 87. colum. fina. dicto versic. hæc quippe interpretatio; Ad quod optimè confert dictum glos. in Clement. prima, de præbend. communiter receptum per Scribentes, de quibus meminerunt Butr. consilio 29. sub numero primo, versic. nec obstat, Ias. consilio 6. columna sexta, versic. quinto principaliter, libro tertio, Dec. consil. 195. colum. tertia, & quarta, versic. secundo diligenter, consilio 305. numero sexto, & sequent. & consil. 500. numero 9. & seq. Grat. consilio 111. numero 9. 26. 27. & sequ. libro primo,
103 & Natt. consilio 582. numero primo, & plur. sequ. quod clausulæ accessoriæ, & pro executione principalis obligationis apposi-tę, Cuiusmodi est clausula hypothecę, non extendunt, neque augent, aut ampliant, vel aliter alterant obligationem, & dispositionem principalem, sed eam tantum in suo primo intellectu confirmant, eique faciliorem tantūmodo executionem pręstant; Quo fit, vt cum in casu, de quo agitur, nulla personalis obligatio principalis ex serię instrumenti donationis colligatur, nulla etiam hypotheca adesse possit, nam dictus donator obligauit, se ad obseruantiam omnium per eum promissorum, & pro tali obseruantia bona obligauit, omniaque, quæ promisit, adimpleuit, nec in aliquo defecit, si quidem donationem ratam habuit, bona Iuliano primo donatario tradidit, & cætera promissa seruauit, nec ad aliam traditionem, aut dominij translationem erga alios donatarios sequentes tenebatur, nam licèt ipsis quoque donauerit, & donator ad
104 Traditionem rei donatæ donatario faciendam teneatur, l. si quis argentum, §. si autem hoc minimè, C. de donat. & §. alia autem versicul. & ad exemplum instituta eod. tit. immo & ad faciendam rem ipsius
105 donatarij, vt superiùs probatum fuit ex Bart. & Castren. in l. Aristo. §. Labeo ait, ff. de donat. tamen obligatio hæc per donatorem adimpleta fuit, & extincta quo ad eū remansit eo ipso, quod bona donata tradidit Iuliano primo donatario recipienti pro se, & alijs donatarijs post eum ordine successiuo vocatis, videtur enim tradidisse dicto Iuliano cum onere annexo cęteris post eum vocatis restituendi, & ita deinceps cuilibet alij de gradu in gradum secundum ordinem in donatione statutum, nec pro tali traditione potest ipse donator vlterius ab
106 alijs donatarijs molestari, vt hoc totum probat text. in dicta lege quoties, C. de donat. quæ sub modo, vbi deciditur, quod facta vni donatione cum onere donata alijs restituēdi, facta traditione per donatorem primo donatario, secundis & alijs vlterioribus donatarijs, nulla competit actio contra donatorem, sed ipsi donatori cōpetit actio contra primum donatarium, vt restituat et ipsis etiam sequentibus donatarijs ex persona dicti donantis contra primum donatarium conceditur actio personalis & vtilis itidem personalis contra eius hæredes pro obseruantia donationis per text. in dicta l. quoties, C. de donat. quæ sub modo, per quem ita tradunt Guido Pap. decisio. 512. colum. finali, versic. nec obstat, Soc. consil. 236. in principio, numero primo, libro secundo, Bertrand. consil. 276. numero secūdo, libro primo, Franc. Veg. consil. 51. numero 34. & numero 36. & 37. in fine, Couarr. libro primo variar. resolut. cap. 14. sub numero tertio, post versic. hanc verò, Magon. alios referens, & de communi testans decisio. Florent. 106. numero 16. quæ quidem actio personalis singularem successo-
107 rem non sequitur, Doctor. in l. prima, §. si hæres, ff. ad Trebel. & in l. ea lege, C. de condit. ob caus. Socin. dicto consil. 236. numero tertio, lib. secundo, & consil. 115. in fine, sub numer. 13. libro quarto, Bertrand. d. cons. 276. nu. 3. Magon. dicta decis. 102. num. 4. & 17. & si ex dicta lege quoties primus donatarius, & eius hæres ad restituendum sequentibus donatarijs tum ab ipso donatore, tum ab alijs donatarijs compelli
108 potest, satis apertè innuitur; quod donator ad aliam traditionem non tenebatur, & ita sensisse videtur Salicet. in eadem l. quoties sub num. 1. ad finem, inquiens, quòd secundo donatario actio illa conceditur contra primum donatarium, quia is nullam aliā actionem habebat, quòd apertissima ratio

ne

ne probatur, nam si donator tempore donationis rem primo donatario tradidit, & eius dominium in illum transtulit, clarum est, quòd ipse donatarius dominium, & possessionem pœnes se retinuit vsq; ad mortem, qua secuta adueniente casu vocatio-109 nis aliorum donatariorum non potest fieri retroactio dominij, & possessionis in eũdem donatorem, vel eius hæredem, vt exinde dictis alijs donatarijs tradat, sed a manu primi donatarij, seu eius hęredis sequentes donatarij capere debent, alioquin sequeretur, quod dominiũ, & possessio respectu vnius, & eiusdem rei penes duos, vno, & eodem tempore possent reperiri, quod est absurdũ, & ita in indiuiduo determinat Guid. Pap. decisio. 512. Titius bona sua donauit per totam, cõcludens propterea in casu suo per donatarios sequentes agendum esse cõtra hæredes primi ad tradendum sibi res donatas, et aliter agentes sine actione experiri, et loquitur in casu, in quo donator donauit eius frater si decesserit sine liberis, et vbi frater sine liberis pariter decederet, alteri cum clausula constituti, et alijs cautelis, et in quo per purificationem vtriusque cõditionis donatio debebatur vltimo donatario, cui dictam tantum personalem actionem contra hæredes primi donatarij competere ostendit iuxta materiam dictæ legis, quoties. Idem colligitur ex Butr. d. consilio 276. numero 2. et 4. libro primo, qui loquitur in donatione facta filio, et deinde, et post eius mortem illius filijs, et deinde post mortem eorum descendentibus ex illis, vbi et ipse vtitur argumento sumpto ex dicta l. quoties, licet vt postea subdit numero 110 quinto, versic. etsi dicatur, ea propriè loquatur quando quis donat alicui cum pacto, quod post certum tempus id, quod donatum est, alii restituat, et sic quando inter donantem, et donatarium celebratum est pactum ad fauorem alterius, vt propterea cessent, quæ ad effugiendam hanc responsionem dicuntur, quod scilicet non sumus in terminis dictæ legis quoties, sed in diuersis, ex quo donator etiam alijs sequentibus donatarijs post primum donauit, quia etsi verum hoc esse concedatur, non tamẽ per hoc infertur, quod facta primo donatario traditione liberatus non sit ab alia traditione vlterioribus donatarijs facienda, quia immo ad nullam aliam tenetur, vt ex prædictis apparet, nec enim dominium in ipsum donatorem vnquam reuersum fuit, nec per mortem Iuliani reuersurum erat, cum non ea conditione bona essent tradita, nec contractus contineret hanc reuer-111 sionem per verba ipso iure resolutiua, iuxta eleganter notata per Aretin. in l. qui absenti, §. primo, sub numero octauo, versic. tres alias cautelas, & infra in prima; & secũda cautela, ff. de acquire nd. possessio. & per Tiraquell. de retract. conuent. § primo, gl. septima, numero 15. & sequen. versic. illud tantum, & infra, quibus additur Barto. in l. cum fundus, §. primo, in tertia oppositione numero octauo, & nono, ff. si cert. peta. vbi tradit quòd si venditor, qui ex contractu vẽditionis ad rem emptori tradendam tenetur, eam semel tradiderit ei, cui illam tradere posse probabiliter credidit, quia ipse nõ est in dolo, vel culpa lata, aut leui, liberatus est a dicta obligatione tradendi, sed solum emptori cedere tenetur actiones; si quas habet contra eum, cui traditio facta est, & si nullas habeat, penitus, & in totum est liberatus, quod dictum Barto. sequuntur ibi Bald. colum. fina. versic. oppono quod venditor non liberetur, Angel. numero tertio; Salicet. numero quarto, & 16. Fulgos. numero quatto, versic. in eadem ibi, Roman. numero quarto, & vndecimo, Castren. numero nono, versic. contra, Alex. numero 18. & 19. Ias. numero octauo; Dec. numero 14. Corne. numero 13. versic. sed vlterius oppono, & S. cin. numero nono, quæ decisio fortius in proposito nostro videtur inseruire, cum traditio facta fuerit, cui vere facienda erat, videlicet Iuliano primo donatario; Et fortius cum is non per se solum, sed etiam pro alijs post eum vocatis vna cũ notario receperit, quo casu clarũ est, quòd cum eam semel omnibus fecerit, & cuilibet in euentum illius vocationis post Iulia-112 num secundum ordinem in donatione datum, ad nullam aliam traditionem tenetur erga dictos, mortuo Iuliano, vocatos, vt in in diuiduo dicit Bertrand. dicto consi. 276. numero quinto, versic. & si dicatur libro primo; Adimpleta autem dicta obligatione tradendi extincta remanet hypotheca ei accedens, cum enim in hoc donator promissa adimpleuerit, ad nihilũ amplius tenetur & successiuè extincta remanet personalis obligatio, & consequenter etiam 113 hypotheca illi accessoria, l. soluitur, §. si conuenerit, l. item liberatur, in principio, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. soluit, & §. primo, institut. quibus mod. tollit. oblig. & in puncto notat Alex. consil. 17. numero quinto, in fine, libro primo, & consil. 37. numero tertio, libro tertio, & authoritas Baldi in dicta l. liberti, libertæque, in oppositũ 114 allegata loquitur, quando concedẽs iam primo acquirenti tradidit, & postea aliquo modo ad eum possessio peruenit, nam tũc rei vendicatione ab alijs ad concessionem

vocatis

vocatis conuenitur, & eam restituere tenetur, & ita aperte probat l. Nesennius, in §. qui fundum, ff. de re iudicat. cum gl. in verbo donauit, & in verbo restituat, quã Bald. adducit, & secundum quam intelligendus est, vltra quod id satis aperte dicit, dum de rei vendicatione agit, nec alia iura per eum citata huic proposito seruiunt, sed aliud, de quo ibi agit Bal. concernunt.

Nec ex obligatione, qua de iure primi donatarij tenentur sequentibus donata restituere, iuxta dispositionem dictæ l. quoties, potest, inferri ad aliquam hypothecam hoc casu competentem, quia in instrumento donationis non legitur, quòd aliquid vnquam fuerit promissum pro ista restitutione ab vno donatario alijs facienda, vnde nec hypotheca ad dictum casum trahenda est, sed tantum actum fuit de promissione ipsius Andreę, quod ratam, & formam haberet donationem, nec eam reuocaret, aut illi aliquo modo contraueniret, & pro ista promissione bona sua obligauit quam promissionem cum adimpleuerit, omnis hypotheca euanuit, & clausula pro quibus omnibus & singulis, licet sit generalis, & comprehendat omnia, & singula, in instrumento contenta intelligitur tamen eo tantum casu, quo ipse donans contraueniret, & non obseruaret, cum ipse solum promittat, & secundum promissionẽ

115 sua bona obligare videatur: non autem pro facto, & contrauentione, & inobseruãtia donatariorum, cum de hoc nulla penitus promissio facta sit, sed omnis promissio ad personam donatoris tantum restringitur, & proinde ad alias personas extensionem non patiatur iuxta eleganter tradita per Corne. cons. 51. column prima, lib. primo, & per Cephal. cons. 587. n. 11. & plur. seq. Quæ interpretatio dignoscitur quoque ex alia statim subsequenti clausula, cui quidem Andreæ donatori prędicto, in qua ipsi tantum nominatim pro obseruantia promissorum in donatione sit pręceptum guarantigiæ secundum formam statutorum, & magis clarè patet ex alia pręcedẽte clausula, videlicet promittens etiam, & solemni stipulatione conueniens dictus Andreas, & cæt. per quam ipse solum promittit Iuliano pro se, & alijs donatarijs recipienti molestiam non inferre, nec aliquid facere, per quod donatio alteretur in vsu vel pro-

116 prietate. Vnde ad propositum nostrum dicit Deci. cons. 305. sub nu. 6. quòd si post absolutam principalem dispositionem donationis subijcitur clausula quæ omnia, & singula promittit attẽdere, & obseruare & cęt. donator dicitur tãtũ promittere, quę di cta sunt supra, obseruare, & nihil plus, quia dicta clausula nullomodo videtur reformare, vel alterare, quæ superius dicta sunt, quę omnia facile demonstrant donatorem pro sua contrauentione, & non donatariorum promisisse, & consequenter bona hypothecaste, vt bene probat Socin. consil. 115. sub

117 num. 13. versic. nec contra promissores, libro quarto, quod consilium fuit factum communicato colloquio inter ipsum, & Dominum Antonium de Cocchis, & Dominum Franciscum de Pepis, vt propterea contra tertios possessores hypothecaria agi non potuerit, vt Socin. ibi considerat, & rectè, cum hoc casu nulla personalis obligatio facta dicatur, & proinde nulla etiam hypotheca adesse possit, & cum Soc. videtur concordare Siluest. Aldobrand. cons. 108. num. 36. versic. circa vltimum, vbi in terminis nostris concludit hypothecariam minimè competere contra tertios possessores; Nec authoritas Rim. sen. d. cõs. 299. iam di-

118 ctis obstare videtur, quia loquitur in eadẽ persona, quæ expresse se obligauerat ad aliquid faciendum, quam inquit teneri etiam ad nõ specialiter promissa in ipso actu, quæ tamen tacitè veniebant ex natura contractus, & de iure subintelligebantur, quod nõ adaptatur casui nostro, in quo Andreas nec promisit, nec de iure tenetur pro contrauentione donatariorum, prout etiam non nocet dictum Bald. in dicta authent. si

119 quando de impersonalitate, quia potius facit pro nobis, ex quo impersonalitas posita in verbis executiuis clausulæ pro quibus omnibus trahitur ad dispositionem in instrumento factam, & secundum eam regulatur, in qua quidem dispositione de propria tantum donatoris contrauẽtione, non etiam donatariorum actum fuit.

Nec de mente donatoris circa hanc hypothecam disputandum videtur cum ex verbis donationis non colligatur, & quia in actibus hominum, & pręcipuè in contractibus inter viuos voluntas non sufficiat ad aliquid perficiendum, sed neccessaria est etiam potestas, & quod vlterius media apta adhibeantur, alioquin nihil agitur, & si donator se, & bona sua in hunc casum obligare voluisse, vtique id facere sciuisset, quod cum non fecerit noluisse facere dici-

120 tur, l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & si aliter diceretur & obligatio per donatorem facta ad inobseruantiam donatariorum extenderetur, sequeretur quod si Andreas donator haberet alia bona præter donata facta alienatione dona torum per primum, aut alios donatarios, alij sequentes in gradu possent agere hypo-

Cc theca-

thecaria etiam ad dicta alia bona Andreæ, quia omnia præsentia,& futura obligauit, & ex consequenti quòd ob dictam alienationem donatariorum dictus Andreas, & eius hæredes actione ex stipulatu alijs donatarijs non alienantibus tenerentur de proprio æstimationem alienatorum re-
121 ficere,& ex culpa aliorum damnum pati, & ex facto alterius,ad quod regulariter quis non tenetur l. stipulatio ista 38. ff. de verbo.oblig.& §.si quis alium instit. de inutil. stipulat.induceretur que obligatio cõtra donatorem,& hæredes absque eo,quòd particularis promissio facta fuisset contra
122 notata per Bart. & alios in d.l. stipulatio ista, quòd valdè durum, & absurdum esset, nec vnquam donator promisisset, nec facere intendisset, nec aliquis alius sani capitis fecisset.

Nec agentibus prodesse potest hypotheca ex pacto de ingrediendo propria authoritate resultans,quoniam cum licentia illa ingrediendi adiecta sit clausulæ constituti intelligitur quod apprehensionem facti, quæ cum effectum habuerit in Iuliano primo donatario, qui bona realiter consecutus fuit, & eorum possessionem adeptus,
123 euanuit ipsa licentia, prout & ipsum constitutum, & sufficit quòd vigore talium clausularum dominium,& possessio transiuerint in ipsum Iulianum primum donatarium, in quem donator eo tempore potuit transferre,non autem in sequentes, cũ tempore eorum vocationis donator iam omne ius à se abdicasset, & etiam defunctus esset,nec dominium, & possessionem haberet,vt ex prædictis, & alijs rationibus concludit Guid. Pap. decis.512.col. prima secunda & tertia idem tradunt Corne. cõ sil.173.num.26.& seq. versic.sed nihilominus hoc non obstante li.2. Bertrand. cons. 276.sub n.4.li.primo Veg.d. cons.51.n.17. post vers. &ex abũdanti,& ante n.18.vers. & idẽ dicendum,& iterum num. 21. vers. & ibi principaliter, & sentit Socin. dicto cons.115.sub num.13.versic.ex quibus inferro lib.4.& late probat Tiraq.in tract.de constit.possess.in 2.parte, ampliat. 30. per totam, vbi etiam refert ita fuisse iudicarũ per Senatum Parisiensem reprobata opinione Deci. contrarium tenentis cõs. 239. col.penult.& finali, contra quem etiam tenet ibi Addit.ad eum in appostilla in verbo translatum,transiens cum Tiraquello. Et si dicatur hoc procedere posse in clausula constituti, prout videntur loqui præfati doctores;secus autem in clausula pacti de ingrediendo, quæ diuersa est, nam aliud est
124 quod quis constituat se possidere nomine alterius, & aliud quod concedat ei licentiam ingrediendi propria authoritate. & sunt duæ clausulæ, separatæ, & sub diuersis orationibus, & diuersis uerbis principalibus conceptæ, nec sub una comprehenditur altera:unde non incõuenit,quod si prima constituti effectum habere non possit, secunda de ingrediendo exerceatur, vt in puncto tradit Castr. cons.10. sub nu. 4.& 5.lib.primo. Respondetur quòd ubi licentia de ingrediendo adiecta est post constitutum,vt in casu nostro, dictum hoc Castren. non potest esse uerum, quia tunc si clausula constituti,cui adijcitur, effectum
125 habere non potest:nec pariter licentia de ingrediendo, quæ tantummodo durat per illud tempus,quo difertur realis apprehensio possessionis, qua secuta cessat effectus dictę licentiæ, quod verba ipsa vtriusque clausulæ demonstrant, nam donator constituit se nomine Iuliani primi donatarij, & aliorum sequentium in gradu tenere, & possidere bona donata; donec,& quousque corporalis possessio fuerit adepta, quã accipiendi,& retinendi propria authoritate licentiam, & authoritatem concessit,Ideoque dicitur, quòd parum operatur pactum de ingrediendo adiectum constituto, per
126 quod iam possessio translata est in eum, ad cuius fauorem apponitur, cum solum det facultatem ei posse de per se, naturalem illam possessionem, quæ penes concedentem erat, & in ipsum translata ingredi, vt formaliter dicit Menoch. in tract. de adipisc.possess.in quinto remedio q. 6. nu. 36.& q.7. nu. 38. & in proprijs terminis nostris, quòd licẽtia ingrediẽdi propria authoritate adiecta constituto possit sortiri effe-
127 ctum solummodo in vita constituentis, & post ipsius constituentis mortem, quo tempore is desijt possidere, nihil protsus operetur, tradit Deci. cons.400.col. penult. sub nume. 9. versic. secundo respondetur, & post eum Anchar. Regien. quæst. 23. num.4. & seq. li.2. & clarius,& latius prosequitur Onded cons.18.num. 74.post versic. vltimum de licentia lib. 2. vbi etiam idẽ dicit quando possessio per translationem eius in singularem successorem fuit inter-
128 uersa,quia et tunc,sicut constitutum non habet effectum, ita nec clausula pacti executiui illi adiecta aliquid operatur,vt etiam voluit Menoch. cons. 465. num. 1. & seq. lib. 5. dicens esse communem opinionem, & idem firmat in dicto tracta. de adip. possess. remed.quinto dicta quæst.6.num. 36. & 37. inquiens quòd hanc opinionem sequuntur omnes, & quidem verba constituti, cui licentia de ingrediendo apposi-

ta

ta est, hoc manifestè demonstrant, ponderando dictionem donec, quę cōditionem resolutiuam, & extinctiuam inducit, vt sic virtus constituti temporalis sit, & restri

129 cta vsque ad tempus, quo Iulianus actualem possessionem caperet, qua accepta expirauit dictum cōnstitutum, & proinde etiam licentia de ingrediendo propria authoritate, cui non est locus, vt per Bart. in leg. 1. num. 15. & 16. ff. de condit. & demonstr. & in l. fin. § primo num. 1. & 2. ff. ad Trebellia.

Nec releuat, quòd hypotheca siue expressa, siue tacita ex instrumenti clausulis resultans sustineri possit, etiam quod post rei traditionem, & dominij translationem apposita sit, & maximè ob clausulam reseruationis ab initio factæ, & accedente de mum Iuliani primi donatarij consensu, quia satis est quòd expressa ex clausula

130 pro quibus omnibus &c. nō comprehendat casum, de quo agitur, & tacita ex pacto de ingrediendo euanuent, vt ex superius dictis apparet, vltra quod illa clausula saluis infrascriptis initio posita, refertur tātummodo ad facultatem alienandi bona donata vsque ad certam summam, & in certam causam dotationis fœminarum descendentium, nec trahitur ad effectum obligationum, aut hypothecarum in instrumento apponendarum, vt ex instrumenti lectura cuilibet patere potest: & consensus Iuliani non tendebat ad se ipsum obligandum erga alios sequentes donatarios, & successiue ad permittendum in hunc casum bona ipsa donata per donatorem obligari, sed intendebat sibi ipsi, & alijs donatarijs eius descendentibus post eum uocatis obligare Andream donatorem pro obseruatione donationis, & hoc casu donator se ipsum obligauit, ad hancque obligationem roborandam hypothecam apposuit, non autem eo casu, quo aliqui ex Donatarijs alienarent, & alijs de gradu in gradum vocatis non restituerent, cum de hoc nihil dictum sit penitus in donatione, nec extensio permittatur, vt superius dictum est, nec repetitur.

Illud tamen ex superabundanti attentari posset, quòd etiam si primus Donatarius promisisset non alienare res donatas, & pro obseruantia easdem obligauisset, &

131 constituisset tenere, & possidere pro sequentibus donatarijs, talis hypotheca non prodesset ipsis sequentibus donatarijs, nisi ante alienationē factam in tertios ratificassent donationem, etiamsi pater, & Notarius pro illis acceptauissent, quorum stipulatio, quò ad hunc effectum non attenderetur, ita tradit Vegi. dicto cons. 51. num. 30. & seq. versic. ex prædictis, & probat etiam diffusius loquens Anchar. Regiens. quæst. 23. num. 12. & plur. seq. lib. 2. ubi alios idem tenentes refert, & de communi testatur.

Ex prædictis itaque firma manet conclusio ad fauorem reorum conuentorum in hypothecaria actione contra eos intentata, non obstantibus in contrarium adductis, quibus sufficienter satisfactum apparet, ita vt opus esse non uideatur alia particulari responsione. Anno 1605. Florentiæ.

EPITOME.

Si testator instituit hæredes filios masculos, & inter eos, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales reciprocum facit fideicommissum, vbi aliquis sine filijs masculis decederet, disponendo fœminas, quæ ex ipsis remanerent, congruè dotari. An fœmina vnius ex filijs habens ex persona Patris grauati legitimam, & Trebellianicam in bonis Testatoris, tanquam hæres dicti eius Patris grauati, adueniente casu restitutionis fideicommissi, debeat sibi imputare dotes relictas in dictam portionem legitimæ; & Trebellianicæ, an vero possit eas consequi in bonis fideicommisso subiectis, detracta dicta portione legitimæ, & Trebellianicæ; Et an, & quando dos relicta per Auum Nepti, dicatur relicta contemplatione filij, vel neptis.

SVMMARIVM.

1 *Dos ab Auo relicta Nepti contemplatione filij profectitia est, & imputanda in legitimam, & Trebellianicam debitam filio.*

Dos relicta ab Auo Nepti contemplatione ipsius Neptis aduentitia est, & non imputatur in legitimam, & Trebellianicam debitam filio, ibidem.

2 *Auus dotans Neptem filij contemplatione in dubio dotasse censetur ex veriori, & communiori Doctorum sententia.*

3 *Quæ opinio tanto magis procedit, quando Auus mandauit dotes constitui Nepti, nec eo tempore nec postea eo viuente natæ.*

Affectio particularis erga personas in rerum natura non existentes, sed nascituras, non consideratur, ibidem.

4 *Auus si Neptibus, & alijs descendentium masculorum fœminis nascituris dotes congruentes constitui mandet, bona sua fideicommisso ad fauorem masculorum subijciendo, vbi aliqui sine masculis decederent, adueniente casu fideicommissi per mortem vnius ex filijs grauatis sine masculis relictis fœminis, si legitima, & Trebellianica grauato debita non sufficiunt ad competentes dotes dictarum filiarum, supplendum est ex bonis fideicommisso subiectis.*

5 *Secus si dotes competentes esse possunt in portione dictæ legitimæ, & Trebellianicæ, quia tunc fideicommissum remanet integrum.*

6 *Pater tenetur dotare filiam si potest, non autem Auus Paternus, & quare, numeris seq.*

Auus non tenetur dotare Neptem ex filio, si filius eam de suo dotare possit, ibidem, & quare, numeris sequentibus.

9 *Pater tenetur alere filium, si potest, non autem Auus Paternus, & nu. 11.*

Auus non tenetur alere Nepotes ex filio, si filius de suo alere potest, ibidem.

12 *Pater habens bona Castrensia, vel quasi, vel aduentitia, ex quibus filias dotare possit, ad id tenetur, & non Auus paternus.*

13 *Auus Paternus Neptes dotare tenetur, si filius eas dotare non potest, & nu. 14.*

15 *Auus tenetur alere Nepotes, si filius eos alere non potest.*

16 *Auus olim indistinctè tenebatur dotare Neptes, quia filius bonis omnibus carebat, quæ ratio hodie cessat.*

Cessante ratione correctionis Iuris veteris, ipsius Iuris veteris dispositio adhuc viget, ibidem.

17 *Legatum ab Auo Nepti factum pro dote cõtemplatione filij profectitium est.*

18 *Relictum vero contemplatione Neptis aduentitium.*

19 *In Dubio autem filij contemplatione factum dicitur secundum aliquos.*

20 *Contrarium tamen, quod Neptis contemplatione videatur relictum, firmatur.*

21 *Donatio facta per Auum Nepti præsumitur facta contemplatione ipsius Neptis, & non patris.*

22 *Auus dotando Neptem ex filio inope dicitur ipsius filij cõtemplatione id fecisse, secus ipso filio diuite existente, quia tunc Neptis contemplatione dotasse præsumitur.*

23 *Opinio media, & distinguens, conciliando contrarietates Doctorum tenenda est.*

24 *Affectio particularis ad personas sanguine coniunctas consideratur cuiuscunque sint ætatis, dummodo sint natæ.*

25 *Ergo nascituras tamen cadere non videtur secundum aliquos, sed alij contrarium volunt, numero 26.*

27 *Legatum etiam citra merita fieri potest, sufficitque, vel sola coniunctionis sanguinis ratio.*

28 *Auus vni ex Neptibus ætate minori dotem relinquens, ipsius Neptis contemplatione fecisse dicitur, & non filij, prout si natu maiori legasset, id fortasse procederet, & quare, ibidem.*

29 *Onus grauius reputatur, quo citius adimpletur, & leuius quo tardius.*

30 *Paritas gradus paritatem affectionis inducit.*

Auus habens plures Neptes eodem gradu sibi coniunctas, vni earum tantum legans, id illius contemplatione non patris fecisse dicitur, ibidem.

31 *Maxime si sub nomine illius Neptis relictum poni mandet.*

Verba hæc sub nomine talis importãt idem, quod dicere pro tali, vel ad vtilitatem talis.

32 *Verba hæc constitui dotem idem important, ac verba occasione dotis constituendæ, et denotant causam impulsiuam paterni Consilij ad fauorem Neptis.*

33 *Nominatio legatarij per nomen proprium illius contemplationem inducit etiam, quod Patris dicti legatarij mentio haberetur, quæ demonstrationis, non contemplationis gratia facta dicitur.*

Auus aliqui Nepti proprio nomine legans, id eius cõtemplatione fecisse dicitur, etiamsi patris mentionem fecisset, ibidem.

34 *Auus maiorem affectionem habere præsumitur ad descẽdentes ex filio, quam ad filium, & quare, ibidem.*

35 *Auus instituens, & substituens masculos, & fœminas excludens, sed legatum illis faciens, id in iniuriæ recompensationem fecisse dicitur.*

36 *Causa, cuius contemplatione aliquid factum est, attenditur, non persona, ad quam verba diriguntur.*

37 *Compensationis reiteratio non præsumitur.*

38 *Filia, quæ dotem a Patre, vel fratre habuit, potest petere legatum etiam pro dote sibi ab Auo paterno factũ ipsius contemplatione, & sic aduentitium, licet secus si esset profectitium Patris contemplatione factum.*

39 *Dos per Auum paternum data Nepti & ad eum ipsa prædecedente reuersura, mortuo ante illam Auo, adeo in personam Neptis consolidatur, vt ab ea aliquo casu non auferatur.*

Dos à Patre data filiæ, & sibi soluto matrimonio reddenda, ipso patre prædecedente, non potest, matrimonio postea soluto, per eius hæredes aliquo casu repeti a viro, vel hæredibus filiæ, ibidem.

40 *Ratio congrua a diuersis fieri non potest.*

41 *Dos ab auo paterno Nepti relicta, siue profectitia sit, siue aduentitia debetur Nepti, illique acquiritur indistinctè.*

Sed si sit profectitia, soluto matrimonio reuertitur

tur ad patrem tanquam ab ipso profecta, si vero sit aduentitia, penes Neptis hæredes dimitti tur, tanquam non à Patre profecta, sed aliunde prouenta, ibidem.

42 *Exitus causæ in hac materia ventilatæ in Rota Florentina, & per diuersas instantias agitatæ, & uario modo iudicatæ, de qua extat Decis. 13. Florent. Hyer. Magon.*

CONSILIVM CXLIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

CVm per mortem D. Marci Antonij de Pichis de Burgo Sancti Sepulcri sine filijs masculis euenerit casus fideicommissi iniuncti in Testamento D. Octauiani eius Patris de anno 1544. ad fauorem aliorum dicti Testatoris filiorum, & eorum descendentium masculorum indubitatum est, Dominabus Iacobæ & Virginiæ filiabus fœminis dicti D. Marci Antonij, & eius hæredibus competere ius detrahendi, vltra legitimam, de qua non disputatur, Trebellianicam in bonis dicti Testatoris, debitam dicto eorũ Patri tanquam grauato onere fideicommissi conditionalis, quę nullo modo tacitè vel expressè, directè vel indirectè prohiberi potest filijs primi gradus, secundum opinionem Florentiæ canonizatam, & inuiolabiliter obseruatam, & de qua nulla in quibuscumque Tribunalibus dicti Dominij admittitur disputatio, quicquid sit de hac opinione in puncto Iuris. Vnde habito pro resoluto dubio isto ad fauorem dictarum filiarum, & hæredum D. Marci Antonij, veniendum est ad aliud mihi propositum per Excellentes Iure Consultos DD. Gregorium Angelerium, & Laurentium Magium Arbitros à partibus electos, vt illis referam, quomodo super eo pronuntiare de Iure debeant, quod quidem dubium est, An cum præfatus D. Octauianus Testator voluerit suam hæreditatem in filios, Nepotes, & alios descendentes masculos deuenire, & fœminis ipsorum mandauerit, congruas constitui dotes, an dictis filiabus D. Marci Antonij post testamentum, & mortem dicti D. Octauiani natis debeantur dotes viris earum per patrem promissæ de bonis ipsius earum Patris, & sic extrahendæ sint de portione eidem debita pro legitima & Trebellianica in bonis dicti Octauiani, an verò potius soluendæ sint ex alijs bonis dicti Testatoris fideicommissarijs, & restitutioni subiectis, in qua re sese offert controuersia admodum, & perdifficilis disputatio. An scilicet Auus dotando Neptem, præsumatur cõtemplatione filij, vel ipsius Neptis dotasse, & proinde an dos ipsa profectitia sit, an vero aduentitia, & per consequens imputanda, vel non imputanda in dictas quartas, cum si filij contemplatione facta dicatur, tanquam profectitia in legi-
1 timam, & Trebellianicam computetur. Si vero Neptis contemplatione facta censeatur, vti aduentitia non computetur, prout apertè tradunt Doctores in locis infra citãdis. In qua dubitatione variæ sunt Doctorum opiniones, eorum tamen sententia in iudicando amplectenda videtur, qui in du-
2 bio censuerunt dotem contemplatione filij constitutam præsumi, ob idque profectitiam cẽseri, & proinde in legitimam, & Trebellianicam imputari, quam opinionem tenuerunt Cynus in l. scimus, in 5. quæst. C. de inoff. testam. Barto. in l. dedit dotem, sub numero secundo, ff. de collat. bonor. & ibidem Alberic. ad fin. idem Barto. consi. 131. per totum, libro primo. Angel. consil. 78. in toto, & consil. 79. etiam per totum Castr. consil. 96. lib. 2. per totum, Alex. consil. 31. numero quinto, lib. 4. consil. 179. numero quarto, lib. 5. consil. 117. numero quinto, & sequen. lib. 6. Dec. consil. 81. nume. quinto, Ruin. consil. 112. sub numero septimo, versic. accedit etiam, lib. primo, consil. 30. numero 9. consil. 138. numero 11. consil. 148. numero 8. 9. consil. 196. numero 8 lib. secundo, Neuizan. consil. 76. numero 12. dicens esse communiorem, Craue. consi. 219. numero primo, secundo, atteſtans de communi, Alciat. in tractat. de præsumpt. regula prima, præsumptio. 17. per totam, dicens de verior, Gabr. de iur. doct. conclus. 5. sub varijs numeris, & nouissimè D. Cæphal. Præceptor meus, consil. 105. in toto, libro primo. Simon de Præt. consil. 65. etiam in toto, libro primo, & Ondede. consil. 90. numero primo, & pluribus sequen. lib. primo. Mascard. de proba. lib. primo, conclus. 156. in pluribus locis, Surd. decisio. Mantu. 118. numero sexto, & sequent. & Hyer. Magon. Decisio. Florent. 13. in primo dubio per totum, ex quorum omnium dictis cuilibet constare potest sententiam istam veram esse, & iuribus, rationibus, & authoritatibus etiam aliorum antiquorum, & modernorum roboratam absque eo, quod hic ipse longior sim cõtentus curiosum Lectorem ad citatos Doctores remittere. Illud tamen

Cc 3 subijce-

subijcere volui, quod prædicta conclusio magis de plano procedit in hoc nostro casu,in quo Auus in suo testamento mandauit, dotes constitui Neptibus, nec eo tempore,nec postea eo viuēte natis,tunc enim dicitur,eas reliquisse contemplatione filij, non autem ipsarum Neptum,erga quas veluti nondum in rerum natura existentes nulla affectio Aui poterat considerari, cui incognitæ erant,vt in specie voluerunt Bartol. dicto consil. 131. sub numero primo, vers.& hoc est, libro primo, dicens esse verissimum. Angel.dicto consil.78.colum.secunda,sub numero primo,& secundo, Deci.dicto consil.81.numero quinto, vers.& hoc idem, Ruin.dicto consil.112.sub numero septimo, vers. Accedit etiam, libro primo,& d.consil.138.numero 11.vers. Et tanto magis,& infra libro secundo, dicens esse communem opinionem, & consil.24. numero primo,in fin.& numero secundo, libr.5. Rube Alexand.consil.124.numero quarto,ver. Non obstant modo,Cæphal.d. consil.105.numero 23.& sequ. vers. Comprobatur tertio,Natt.consil.363.sub numero quinto,vers.& hoc dicendum, quicquid postea dicat in casu suo,Ondede.d.consilio 90.numero 19.post vers. Quæ coniecturæ, libro primo, dicens hoc esse verissimum, Gabr.de Iur.doct.dicta conclus.5.in secunda ampliat.numero quinto, Mascard.attestans de communi dicta conclus. 156. numero 23.& seq. vers.quarum prima, & secundum prædicta de Iure iudicandum esse in dicto puncto responsi præfatis DD. Arbitris. Quibus tamen subijciendum duxi, 4 quod si ageretur de filiabus nōdum nuptis & indotatis, si legitima, & Trebellianica per eas ex persona patris detrahenda nō sufficeret ad competentes earum dotes, supplendum esset vsque ad debitam ipsarum dotium congruitatem ex bonis fideicommisso subiectis per dictum Auum Testatorem, vt tradunt Cæphal.dicto consil. 105. numero 19.et sequen.post vers.his ita præmissis, & Peregr.in tracta.de fideicommis. articulo 37.numero 25.vers. ad hoc etiam allegatur,quæ sententia satis æqua, & substentabilis videtur,de qua tamen in præsentiarum agere non expedit,cum de hoc non quærāt præfati Domini Arbitri, fortè quia 5 promissæ dotes competentes sunt, & exigibiles in portione legitimæ, & Trebellianicæ, vt propterea illis contentæ esse debeant prædictæ filiæ D. Marci Antonij ex notatis per Cāstr consil. 102. videndum est primo sub nume.2.ver.sed dubium est,& infra libro secundo.

Et quoniam supra habita fuit mentio de Decisio. Florent. Magon.13. Sciendum est,quod in ea causa de anno 1582.in Ciuitate Senarum,dum ibi essem Auditor Rotæ, communicato colloquio cum Magnificis DD.Horatio Nouato Brixiensi,& Valerio Brignosa Lusitano Coauditoribus, & Collegis meis honorandis scripsi ad fauorem D.Federici Strozzij,tunc in dicta Ciuitate Depositarij generalis, & Mariti D.Catherinæ Medices, quæ legatum sibi ab Auo paterno factum petebat, placuit hic,quæ scriptis tūc mandaui inserere, quæ infrascripti sunt tenoris,videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

POst positis per alios deductis additione non indigentibus, & omissa pomposa allegationum congerie, dicimus,quod si D.Iulianus Medices habebat bona sufficientia sibi, & ad dotandam D. Catherinam eius filiam nunc vxorem Magnifici D.Federici Strozzij, onus eam dotandi spectabat ad ipsum,& nō ad D.Raphaelem eius Patrem, Bald.in auth.res quæ, numero 12. C.com-6 mun.de legat.Butr.consil.56.in principio. Roman.in l.prima, ff.soluto matrimonio, in prima lec.numero 13.& in secunda lect. numero 14. Alex.in additio.ad Bartol.in l. non quemadmodum in verbo iure natura li,in principio,ff.de liber.agnosc. Aret.consil.17.numero 13. & 14. Alex.consil.117. numero sexto, volum.sexto. Salicet.in l.filiusfam. sub numero tertio, ff.ad S.C. Maced.& in l.Pater filio,ff.de euictio. Ias.in §. fuerat,numero 103.institut.de action. Rip. attestans de communi in dicta l.prima,numero 74. Palar.Rub.in cap. per vestras,de donano.inter vir.& vxor.§.24.An Auus teneatur Neptes dotare sub numero primo, ver.ita quieuit,vbi de communi attestatur Visitatin.in d.l.prima, ff.soluto matrimonio, numero 120. quod multiplici ratione 7 comprobatur. Prima, Quia Auus tenetur propter filium,l.dotem, quam dedit, ff.de collation.bonor.ergo multo magis, & per prius tenetur filius, quia propter vnumquodque tale, & illud magis,Authen.multo magis,C.de Sacrosanctis Ecclesijs,quo argumento vtitur Bald.supra citatus, & Salicet.in d.l.filiusfam. & Alex d.consil.117. 8 numero sexto. Secunda. Quia cum Auus

propter

propter filium, vt dictum est, teneatur, obligatio patris est principalis, obligatio autem Aui secundaria, quæ non necessitat, vbi principalis debitor est soluendo, Authent. præsente, C. de fideiussor. quam rationem ponit Rip. loco relato, & ante eum Aret. d. consil. 17. numero 13. in fin. Palat. Rub. d. §. 24. sub numero primo, circa med. Visi-
9 tar. in d. l. prima, numero 120. Tertia, quia idem in alimentis seruatur, quæ filijs tenetur præstare Pater, si potest, & non Auus. Barto. in l. non quemadmodum, numero secundo, ff. de liber. agnosc. Socin. consilio 161. in principio, lib. 2. et hanc tradit Butr. supra adductus, et sequuntur Roman. in secunda lect. et Ias. in locis citatis, ac Alex. in dicta additione et optimè colligitur ex Bal. allegat. et eam clarè ponit Aret. d. consi. 17. numero 14. et Alex. dicto consilio 117. sub numero octauo. Palat. Rub. d. §. 24. sub numero primo, post versic. Ita quieuit.
10 Quarta, Quia necessitas dotandi filiam Patri imposita nō prouenit ex vinculo Patriç potestatis, sed ex propinquitate sanguinis, l. profectitia, §. si pater pro filia emancipata ff. de iure dot. & propterea filius in Patris potestate existēs propriam filiam sanguine sibi magis, quam Auo coniunctam, licet non in ipsius, sed in Aui potestate constitutam, prius, quam Auus ipse, dotare tenetur quam rationem pulcrè deducit Butr. iam allegatus numero primo & secundo Palat. Rub. d. §. 24. sub numero primo, post medium: quæ comprobari potest ex ratione tradita ad decisionem relatam de alimentis, quod prius a Patre, quam ab Auo petan-
11 tur, quæ in eo consistit, quod ea res descendit ab æquitate, & caritate sanguinis, quæ suadet, vt præmisso modo petantur, cum Pater sit filio propinquior sanguine Auo, vt dicit Bart. in d. l. non quemadmodum, in fi. Sequitur Soc. dicto consil. 161. in principio, lib. 2.

Et hanc conclusionem procedere arbitramur, siue bona D. Iuliani essent Castren-
12 sia, vel quasi, siue aduentitia, quamuis in his eam magis dubiam esse censuerit But. d. consil. 56. in fin. postquam omnes rationes per nos adductæ, tam in eis, quam in alijs bonis æquè procedant, vt ideo, & idem ius in omnibus statuendum sit, l. illud, ff. ad l. Aquil. cum concord. in glos. allegatis, maximè cum Aret. d. conf. 17. in 4. dub. nu. 13. spe[c]ialiter dat exemplum in filiosa. habente aduentitia.

Quod si D. Iulianus bona sibi, & ad dotem filiæ constituendam sufficientia non
13 habuisset, fatemur, Auūm ad eam dotandam obligatum fuisse Bald. in dicta Auth. res quæ, numero 12. C. commun. de legat. Roma. in d. l. prima, ff. soluto matrimonio in prima lectura, numero 13. & in secunda lect. numero 14. Aret. d. consil. 17. numero 13. in principio. Alex. d. consil. 117. numero sexto, Salicet. in d. l. filiusfam. & in l. pater filiæ, ff. de euiction. Palat. Rub. d. §. 24. sub numero primo, vers. ita quieuit, vbi testatur de communi, Coras. in l. qui liberos, numero 105. ff. de rit. nupt. Visitar. in dic. l. prima, numero 120. ff. soluto matrimonio, & sentiunt, seu potius præsupponunt Butr. Alexa. Ias. & Rip. in principio, præcedentis conclusionis allegati, & videtur text. in l. Auus, ff. de iur. doct. & ita est intelligendus text. in l. profectitia, §. si filius familias, il primo, eodem titulo, & in l. & ideo, §. fin. ff. de in rem verso, & in l. dotem, quam dedit, ff. de collat. bonor. & in l. cognouimus, vers. sed ne videamur, C. de hæretic. onus Auo neptem dotandi imponens, quia id ita demum procedit, si filius est egenus, & ita e-
14 tiam procedit dictum Bald. in l. qui liberos numero 2. ff. de rit. nupt. & in d. §. si filiusfamil. & aliorum Doctor. simpliciter dicentium, Auum paternum teneri dotare Neptem, prout declarant Rip. d. l. prima, d. numero 74. ff. solut. matrimonio, Palat. Rub. d. §. 14. numero primo & expressius Coras. in d. l. qui liberos, numero 104 & 105. ff. de
15 ritu nupt. Probat autem hoc Bald. ex eo, quod idem dispositum est in alimentis, ad quæ Auus erga Nepotes tenetur filio existente paupere, quam rationem sequitur Rom. allegatus, in prima lect. numero 13. in fin. Eam etiam ponit Salic. in d. l. filiusfamilias, numero tertio, ff. ad S. C. Macedon. & sequitur Coras. in d. l. qui liberos, numero 105. Alex. dicto consi. 117. numero octa-
16 uo. Sed & aliter id confirmari potest ex eo scilicet, quod olim indistinctè tenebatur Auus Neptes dotare, quia filius bonis omnino carebat. Butr. d. consil. 56. sub numero primo, quæ ratio et si hodie correcta sit, cum bona filius habere possit, si tamen effectu non habeat, veteris Iuris dispositio cessare non videtur, cessante eius correctionis ratione effectualiter, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron. cap. cum cessante, extra de appellat.

His subsequens est, quod si Auus legatum Nepti pro dote reliquisset contempla-
17 tione filij, id profectitium esset, l. profectitia, in principio, ff. de iur. dot. & ibi glos. Barto. & Bald. & l. sed si plures, §. in arrogato, in fin. ff. de vulgar. & pupill. substitut. & ibi glos. Barto. in l. dotem, quam dedit Auus, numero secundo, ff. de collatio. bonor. Io. de Riccijs inter cons. Angel. consil. 78. circa

D. Caterinæ tantum ætate minori, & tardius Nupturæ legauerit, id ad Patrem exo-
28 nerandum fecisse non videtur, sed potius contemplatione ipsius Neptis, & gratia particularis affectionis, quia alias natu maiori legasset eum a propinquiori, & vicino onere præstandi illi dotem subleuando, onus enim citius soluendum grauius reputatur, sicut tardius adimplendum leuius dici-
29 tur, §. plus autem, vers. tempore, institut. de action. & cum paritas gradus, in quo erant ambæ Neptes cum Auo, induceret etiam
30 in eo paritatem affectionis ad eas, l. non solum, §. de vno, ff. de rit. nupt. ex legato vni earum tantummodo facto, insurgit illius particularis prædilectio Crau. consil. 161. numero quinto, fuit etiam dictum, quod dos constitueretur super Monte Communis Florentiæ sub nomine D. Caterinæ, quæ
31 verba sub nomine D. Caterinæ nil aliud important, quàm dicere pro D. Caterina, vel ad vtilitatem D. Caterinæ, quæ res illius contemplationem apertè ostẽdit Alb. consilio 12. circa fin. numero 12. vers. Non etiam. Præterea illa verba constitui dotem idem videntur importare, ac si dixisset Te-
32 stator occasione dotis constituendæ, quo casu denotarent solum causam impulsiuam, & remotam, seu quandam demonstrationem Paterni Consilij ad fauorẽ Neptis prolati secundum Bald. consil. 237. numero 4. 5. lib. 1. Nominatio etiam legata-
33 riæ per nomen proprium illius contemplationem inducit, etiam quod in eadem oratione mẽtio etiam patris habita fuerit. Iser. in tit. de successiõn. feud. in principio, col. secunda, vers. si autem est datum feudum Patri, & Petro filio suo nominatim, quæ potius demonstrationis quam contemplationis gratia facta videtur nullo potestatis habito verbo, vt declarat Bald. in l. fin. sub numero 6. vers. sed contra istud, C. de vsufruc. Maiorem etiam dilectionem, & affectio-
34 nem præsumitur Auus habuisse ad Neptem, quam ad filium, vt ideo magis ipsius, quam Patris contemplatione legasse ei dicatur cum naturaliter maior cadat affectio ad posteros remotiores, quam ad propinquiores propter longiorem propagationẽ, & diuturnitatem, ac memoriam ascendentium, vt tradit Soc. Iun. alios citans consil. 126. num. 54. lib. 1.

Rursus dicitur, quod cum Auus in sua dispositione instituerit, & substituerit masculos, eosque semper ad suam hæredita-
35 tem vocauerit, & fœminas omni casu exclusierit, vt relatum est nobis, huiusmodi relictum non potest censeri factum contemplatione D. Iuliani, sed potius in compensationem iniuriæ illatæ Nepti excludendo il lam a successione debita Iure naturę, & Ciuili, iuxta text. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. Causa enim semper attendenda est, cuius contemplatione quid factum
36 sit, non autem persona, ad quam verba dirigantur. Dec. consil. 283. columna quinta, vers. & hoc confirmatur post alios ab eo citatos. Ex qua ratione sequitur, quod cum semel fuerit facta compensatio, non possit dici, Iulianum de nouo dotando filiam, voluisse dotem eidem datam compensare cũ
37 legato per Auum D. Caterinæ facto, tum quia non præsumitur reiteratio compensationis, tum quia causa est diuersa, ita in indiuiduo decidit Dec. omnino videndus resp. 9. nu. 15. 16. 17. lib. 3. & resp. 10. num. 8. 9. 25 lib. secundo.

Si igitur legatum aduentitium est, prout conclusimus, illud D. Caterinæ præcipuum est, quæ ideo etsi dotem à fratre habuerit, non tamen legatum petere prohibetur, nec alicui compensationi locus esse po-
38 test, quia de ea solum tractandum esset, quando legatum profectitium diceretur, vt Domini Consulentes dicunt, & habetur in indiuiduo per Bar. alleg. cons. 131. in prin. lib. primo.

Accedit, & alia vrgens ratio, nam qua ratione hæredes Patris defuncti ante solutũ matrimonium non possunt petere à viro,
39 seu hæredibus filię defunctę dotem, quam Pater ei dederat, et sibi reddi stipulatus fuerat in casum soluti matrimonij, quia propter prædecedentiam illud ius fuit adeo cõsolidatum in personam filiæ, vt ab ea, vel ab eius hæredibus euelli non possit, l. si marito, §. si voluntate, ff. soluto matrimonio, & l. vnica, §. videamus, & §. & hoc ex rei, C. de rei vxor. action. & vtrobique Doctor. Salic. in l. fina. numero quarto, C. communia vtriusque iudic. quod adeo verum est, vt etiam procedat stante statuto exclusiuo fœminarum secundum Alberic. in d. l. vnica, numero 25. quia filia tunc dicitur illud habere ex mortis causa capione, vt in indiuiduo dicit Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. numero 20. Eadem pariter ratione per mortem Aui huiusmodi legatum, quod ad ipsum erat reuersurum in euentum, in quem Neptis prædecederet, l. profectitia, §. si filiusfam. ff. de Iur. doc. dicetur statim cõsolidatum in personam ipsius D. Caterinæ Neptis, adeout ab ea auferri non potuerit tãquam acquisitum per mortis causa capionem, & successiuè vti diuersum à dote sibi data, non possit aliquo modo cum ea compensari.

Nec causa hæc quidquam commune haber

habet cum causa, alias vertente inter No-
40 biles illos Senenses in dubijs nominatos,& in Rota Florentina decisa contra petētem legatum dotis:ibi enim res erat inter transuersales,hic inter ascendentes,& descendētes:ibi Pater erat egenus,hic diues:ibi legatum ad Patrem exonerandum factū fuisse per testes constabat, hic secus: ibi pactum quoddā onerosum legato adiectum erat, cum clausula, Nec aliter, nec alio modo, ad quod prius Pater tenebatur, quod hic minimè concurrit, vt propterea cum illa ab hac longè diuersa appareat, nulla de vna ad alteram fieri possit illatio, l. Papinianus exuli,ff.de mino. vigintiquinque ann. cum similibus.

Additur postremo, quod & vbi dicere-
41 mus legatum hoc profectitium censeri, quod non concedimus,ea tamen res D. Caterinæ pro nunc obesse non posset,nam differentia considerata in legato dotis facto ab Auo Nepti,an sit profectitium, an vero aduentitium, non eò tendit, vt si sit profectitium,non debeatur Nepti,sed Patri si vero sit aduentitium,non Patri,sed Nepti acquiratur, quia vtroque casu indistinctè Nepti debetur, cui profectitium non secus, ac aduentitium acquiritur, sed in hoc consistit, quod si sit profectitium soluto matrimonio reuertatur ad Patrem tanquam ab ipso profectum,si vero sit aduentitium,pęnes Neptis hæredes dimittatur tanquam non a Patre profectum, ita punctualiter dicit Ias. in l. qui in aliena, §. interdum, in fin. num. 29. ff. de acquir. hæred. cuius dicti prima pars probatur in d. l. dotem, quam dedit Auus, ff. de collat. bon. secunda autem in d. l. Auus, ff. de iur. dot.

Hæc sunt in summa, quæ nobis post habitam licentiam in causa scribendi ab Illustrissimo,& Reuerendissimo Domino Gubernatore Status Senensis dicenda occurrerunt pro resolutione dubiorum doctè, & subtiliter ex citatorum per Excellentissimos,& Grauissimos Rotæ Florentinæ Auditores Dominos,& Maiores nostros Colendissimos, quibus quidem dubitationibus etiam responderi potuisset per ea, quæ Scribentes pro D. Caterina pei bellè deduxerunt,quæ frustra nos repetere noluimus sed consulto omisimus,ne eandem cantilenam canere,& membranas aliorum dictis denigrare videremur. Quæ omnia eorundem D D. nostrorum sano iudicio, ac benignæ correctioni libētissimè committimus Anno 1582. Senis.

Hactenus dicta Consultatio, qua visa vna cum scriptis quamplurimum Iure Consultorum,& Excellentium Aduocatorum inter Dominos Tres secundarum appella-
42 tionum Rotæ Florentinæ Causæ Iudices fuerunt diuisa Vota, quoniam Duo ex eis pro dicta D. Caterina ius dixerunt; Alius autem, qui fuit Hieronymus Magonius, contra eam iudicauit, & concessa reuisione per Serenissimum Principem Magnū Ducem Hetruriæ, alijsque Iudicibus commissa causa fuit per omnes vnanimiter approbata sententia dicti D. Magonij, vt ipse in fine dictæ decisionis testatur, quod & ego verissimum esse scio,& rationes, ex quibus moti fuerint, qui contra D. Caterinam senserunt, copiosè deducuntur per ipsum Magonium dicta Decis. Florent. 13. Anno 1605. Florentiæ.

EPITOME.

Amplissima disceptatio in materia rescissionis contractus ex remedio l. secundæ, C. de rescindend. venditION. & nullitatis, tam ex læsione enormissima, quam ex ommissione solemnitatum in alienatione stabilium minoris requisitarum; De ratificatione exinde secuta expresse, vel tacite, verbis, facto, aut cursu temporis; Præsumptionibus, probationibus, melioramentis, & alijs in hac materia occurrentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuuenis egit vt iuuenis.*
2 *Contractus factus a minore reputato maiore, & publico negociatore, an valeat, ac si a maiore factus esset, & nu. seq. & nu. 91. & multis seq. vsque ad nu. 100.*
3 *Actus gestus a persona inhabili communiter reputata habili, an valeat, & numero sequent. & numero 91. & plur. sequent. vsque ad numero 100.*
5 *Ratificationum plures sunt species.*
6 *Ratificatio actus praecedentis, ex quibus actibus arguatur, & num. sequen. & num. 9. 125. 126. & sequen.*
7 *Qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens, & è conuerso, & nu. 8.*
10 *Actus gestus a minore, qui veniam ætatis impetrauit, valet, sed non procedit in alienatione bonorum in qua requiruntur solemnitates debitæ, ac si veniam non impetrasset, nu. 120.*
11 *Actus factus per minorem cum iuramento, sine debitis solemnitatibus valet, & num. 12.*

Actum

etiamsi dictum annum attingeret, & pro maiore haberetur, & nu.93.95.96.

94 *Minor vsque ad annum 25. completum indiget Curatore.*

97 *Tempus minoris ætatis de momento ad momentum computatur, etsi in anno bixestili dies additus non habetur in consideratione, & nu.98.*

99 *Opinio communis nihil operatur, quando defectus est in substantia, seu in causa efficiente, & numero 100.*

101 *Ratificatio minoris de alienatione stabilium sine debitis solemnitatibus non valet, nec alienationem firmat, & nu.121.*

122 *Iuramentum super vno actu interpositum ad alium non extenditur, nec vim operatur vltra agentium mentem, regulaturque ex natura contractus, super quo apponitur, & num.123.124 & sequen.*

125 *Actus factus ad vnum finem ad diuersum non trahitur, & nu.sequ.*

Maior an & quando ex actu facto ad vnum finem super actu nulliter in minori ætate confecto, dicatur illum ratificasse, ibidem, & num. sequent.

128 *Ratificatio inualida non præstat impedimẽtum, etiam si sit geminata nu.153.& 171.*

130 *Contractus de re minoris, in quo dolus interuenit, non potest a facto maiore ratificari etiamsi dolus ex non adhibitis solemnitatibus, vel ex enormissima læsione argueretur, & num.131. & multis seq. in quo tamen sunt opiniones volentibus aliis hoc in dolo tantum vero procedere, ut ibidem dicitur.*

136 *Ratificatio facta per maiorem de actu in minori ætate inito dolosè non operatur, maiore dolum ignorante, secus autem sciente, & nu.137.*

138 *Tempus quinquennij tacitæ ratificationis ex taciturnitate post legitimam ætatem a lege statutum in actu nulliter a minore facto, intelligitur currere post annos 25. completos, etiam quod statutum haberet, quem pro maiore post annos 20.*

Statutum habens, quem pro maiore ante 25. annum non habet locum in alienationibus stabilium, ibidem.

139 *Ratificatio maioris de actu facto nulliter in minori ætate per lapsum temporis, non procedit, si actus erat dolosus, & num.seq. etiamsi dolus esset præsumptus ex inobseruantia solemnitatum vel ex læsione enormissima, in quo tamen sunt opiniones, nu.142.& plur.seq.*

140 *Dolus in quacunque dispositione semper intelligitur exceptus.*

147 *Actus nullus ratione certæ formæ ommissæ regulariter non conualescit consensu superueniente ex taciturnitate per tractum temporis.*

152 *Ratificatio expressa per maiorem facta de actu nulliter in minori ætate facto tollit omnem dicti præcedentis actus defectum etiam consensus, & doli.*

154 *Testis pauper dicitur, qui non habet tantum in bonis, quantum importat causa, super qua testificatur.*

157 *Paupertas testium consideranda est tempore lati testimonij.*

159 *Negatiua non probatur per testes de ea deponentes, & dicentes, contrarium posse esse verum, quod ipsi nesciant.*

160 *Valor rei stabilis potest probari per minorem 25. annis.*

161 *Obliuio præsumitur in facto proprio ex cursu annorum decem, & num.162.*

163 *Testis deponens de die præciso in aliquo negotio probando suspectus est de falso, quando lapsum est decennium.*

165 *Pretia rerum ex tempore variantur, & ex bona & mala possessoris cultura, & num.seq.*

Valor rei alicuius temporis non probatur ex æstimo, vel instrumentis, aut aliis probationibus alterius temporis, nisi essent de proximo, & in æstimatione modica differentia, ibidem, & numero 168.

169 *Remedium dictæ l.secundæ, non tollitur per iuramentum a minore pręstitum, licet secus per pręstitum a maiore.*

170 *Iuramentum maioris non nocet, quando enormissime est læsus.*

172 *Remedium dictæ l.secundæ, non tollitur ex geminato consensu læsi, maxime autem minoris, & num.173.*

Cautela nimia suspicionem inducit, ibidem.

176 *Præscriptio, vt tollat remedium d.l.2. quæ necessario requirat.*

177 *Ignorantia in facto alieno præsumitur.*

178 *Cessante præsupposito cessat dispositio.*

180 *Melioramentorum refectio fit in eo, in quo res pretiosior est facta, si minus est impensa, quod si maius est, impensa solum reficitur, & nume.181. vbi ponitur modus articulandi.*

182 *Melioramenta prætendens probare habet ea fuisse facta ab ipso, vel eius Authore, immo ab ipso possessore facta præsumitur, nu.183.*

184 *Possessor malæ fidei propter enormissimam læsionem, aut emissionem debitarum solemnitatum in acquisitione, vel rei alienæ scientiam, aut grauaminis ei appositi recuperat melioramenta necessaria tantum, non autem voluntaria, & nu.185.186.187.189.190.191.192. & 202. vbi etiam tenentes contrarium adducuntur si. [illegible] læsione enormissima.*

185 *Melioramenta voluntaria reficiuntur per venditorem in terminis l.secundæ, C. de rescindend. vendit.*

193 *Possessor malæ fidei recuperat expẽsas circa fructus rei factas, etiam si sit prædo num.194. & quare nu.seq.*

195 *Fructus dicuntur propriè quod superest deductis impensis ad illos percipiendos factis, nec de talibus impensis necessaria est possessoris oppositio quia lex ipso iure hanc deductionem facit, & numero 196.*

197 *Mala fidei possessor tenetur de fructibus perceptis,*

ceptis, & percipiendis, seu qui percipi potuissent, præter quam in fructibus melioramentorum per eum factorum, pro quibus tenetur solum de perceptis non autem de percipiendis, seu qui uberiores percipi potuerunt, & num.seq. usque ad num.201. ubi tamen recensentur, qui velint, nec ad perceptos malæ fidei possessorem teneri.

199 Possessor bonæ fidei lucratur fructus ex melioramentis perceptos indistincte, & quid ubi tenetur compensare fructus cum melioramentis, an & tunc habenda sit ratio fructuum ex ipsis meliorамentis perceptorum, nu.201.

203 Franciscus Landrianus I.C. Mediolanensis subscripsit Authoris motiuis.

204 Rolandus a Valle in hac eadem causa consuluit post uisa Authoris motiua.

205 Sententia per Authorem lata, fuit in causa appellationis confirmata.

207 Læsio dicitur probata ultra dimidiam iusti pretij in re ualoris mille uendita quingentis, dicentibus testibus quod ualebat mille, & ultra, vel plus, non exprimendo aliquam quantitatem ultra mille.

208 Læsio in terminis dictæ l.2. quomodo consideretur respectu uenditoris.

209 Testes dicentes rem fuisse tanti communis reddi tus singulo anno uno cum alio computato, & talem redditum fuisse tanti communis pretij, & ualoris, ut ascenderet ad rationem quinque pro centenario introitus pro parte Domini, probant uerum ualorem, & num.sequ.maximè si deponant, quod ad hanc rationem in Regione consueuerit res stabilis uendi, & emi, nu.214.

215 Læsio probanda est de tempore contractus, sufficitque, quod de eo tempore deponant testes, etiamsi non dicant ante, & post, & nu.216.

217 Testes deponentes de ualore rei secundum eorum opinionem probant, & quare nu.seq.

220 Testes dicentes rem tanti ualere, & quod tanti communiter fuisset æstimata, probant eius ualorem, immo, etsi dicant, quod tanti ipsi emerent pro communi æstimatione, ibidem.

221 Testes non repulsati a parte in persona, vel dicto, idonei censentur, & nu.222.

223 Facta non præsumuntur, sed probanda sunt.

224 Paria sunt aliquid allegare, & non probare, & nihil allegare.

225 Ignorantia ualoris, & iusti pretij præsumitur in læso ultra dimidiam, & num.232.

226 Remedio dictæ l.secundæ, præscribitur spatio 30. annorum.

227 Ius Canonicum obseruãdum est, ubique locorum in materia præscriptionis.

228 Præscriptio cum mala fide nullo tempore currit.

229 Emptor sciens, vel scire debens se posse conueniri a uenditore ob læsionem ultra dimidiam iusti pretij, an de iure Canonico præscribere possit, & quando, & num.230. & sequent. & num.272. & sequent.

231 Mala fides etiam de iure ciuili irritat titulum & tollit effectum usucapiendi.

233 Emptor sciens posse conueniri ob rem a minore non seruatis seruandis acquisitam non præscribit, & nu.275. & 276. & antea nu.229.

234 Hæres ob malam fidem defuncti non potest præscribere, etiam inchoando præscriptionem ex sua tantum persona, nisi aliunde, quam a testatore titulum proprium haberet, & nu.235. Et an hoc in mala fide uera tantum procedat, an etiam in præsumpta nu.236.

237 Præscriptio non potest considerari, nisi constet de tempore eius initij.

238 Hæres Authoris malæ fidei non potest in præscribendo uti accessione temporis possessionis defuncti.

239 Bona fides præsumitur, si de mala non constat, & nume.263. maximè concurrente possessione longissimi temporis nu.264. & seq.

240 Mala fides præsumitur ex læsione enormissima.

241 Consilium animi præsumitur ex qualitate facti.

242 Suspicio doli non tollitur ex interuentu coniunctorum, & amicorum stante enormissima læsione.

243 Dolus re ipsa non est proprie dolus, & grauior est uerus, quam præsumptus.

244 Mala fides præsumpta minus grauis est quam uera.

246 Præscriptio impeditur ex dolo nedum uero, sed etiam præsumpto, & re ipsa resultante propter læsionem, & nu.seq. & ex mala fide etiam præsumpta nedum uera, ut ibidem et nu.272.273. & multis seq.

248 Præscriptio quadriennij ad petendum restitutionem in integrum non currit, stante læsione enormissima.

249 Læsio, quæ dicatur enormis, quæ enormior, & quæ enormissima, & numero 277.278. & sequent. ubi latè discutitur, & opiniones referuntur.

250 Emptor in terminis d.l.secundæ, non dicitur habere malam fidem, sed titulum ualidum, et fructus lucratur, & nu.307.

251 Contractus emptionis, ubi est dolosus propter læsionem, non agitur remedio dictæ l.secundæ, sed actione de dolo, nec tunc emptor supplet iustum pretium, sed omnino rem restituere tenetur, & numero 252. si tamen uelit, sic læsus, dictum remedium intentare potest, nu.287.

253 Testes si dicant de præsenti rem ualere tanti, quanti tempore contractus ualebat, & ea reperiatur meliorata, ualor melioramentorum deduci debet, & nume.sequent. & vide etiam numero 256.

254 Testes ita sunt intelligendi, ut contraria non deponant, & num.seq.

255 Contrarietas in omni dispositione possibili distinctione remouetur.

256 Testis dictum dubium contra producentem est interpretandum.

257 Testis contrarius, ubi ad concordiam reducitur,

excuſatur a periurio, ſed non probat.

258 *Bona fides allleganda eſt in præſcriptione, etiam quod alias præſumatur, maxime vbi aliqua ad ſint malam fidem arguentia, num. 259. Sufficit tamen, quod quis dicat ſimpliciter præſcripſiſſe numero 260. Et poteſt quandocunque ante ſententiam allegari, etiam in Iuris allegationibus, numero 261. & ſufficit etiam quem dicere ſe poſſediſſe rem tanquam ſuam, num. 262.*

265 *Mala fides, an, quando, & quomodo excludatur, & omne eius vitium purgetur ſpatio annorum 30. vel 40. & nume. 266. 281. 282. 283. 284. & ſeq.*

267 *Iudex ſuper allegatis tantum in cauſa iudicat, nec ſuper non deductis aliquid facere poteſt.*

268 *Iudex in dubijs pro reo iudicat, maxime ſi ſit ruſticus.*

269 *Actor ſuam intentionem probans ſententiam fauorabilem reportare debet.*

271 *Emptor conuentus remedio d. l. 2. tenetur probata læſione reſtituere rem recepto pretio, vel eius iuſtam æſtimationem ſupplere, habetque electionem de alterutro faciendo, & numero 306. 309.*

274 *Scire, & ſcire debere paria ſunt.*

287 *Remedium dictæ l. ſecundæ, competit etiam enormiſſime læſo uolenti illud intentare.*

288 *Dolus dicitur deductus per allegationem enormiſſimæ læſionis.*

289 *Oblationi factæ per vnum ex litigantibus in iudicio ſtatur ad eius præiudicium, maximè ſecuta partis acceptatione.*

290 *Verba hæc caſu quo conditionem important.*

291 *Conditio nihil ponit ineſſe, & quod eſt in conditione, non dicitur eſſe in obligatione, niſi ipſa conditione purificata & nu. 292.*

293 *Relatum eſt in referente cum eius qualitatibus. Oblatio facta, prout iuris fuerit, quid operetur, ibidem.*

294 *Reus conuentus remedio d. l. 2. & ſuccumbens excuſatur ab expenſis ante publicationem teſtium factis, a factis autem poſtea non, & nu. 295. & 300. Niſi vt contra alios regreſſum habeat, litigaret nu. 299.*

296 *Euictio locum habet in diuiſione, & nu. 298. vbi quomodo ea ſecuta agatur.*

297 *Diuiſio inſtar permutationis habetur.*

299 *Reus litigans, vt ſibi actionem pro euictione pareat, ab expenſis excuſatur.*

301 *Cauſa quælibet iuſta litigandi victum excuſat ab expenſis, quæ qualis eſſe debeat, Iudicis arbitrio relinquitur, num. 302.*

303 *Reus ſuccumbens excuſatur ab expenſis propter varietatem opinionum, & propter probabile dubium iuris, & etiam quia eſt ruſticus, etiam quod peritiores conſulere potuerit.*

308 *Reus habens primam ſententiam abſolutoriam, & ſuccumbens etiam ex nouis actis excuſatur ab expenſis.*

CONSILIVM CXXXXIV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

QVoniam in materia l. 2. C. de reſcindend. venditio. ſæpius conſultus de modo iudicandi, memoria tenens, quod alias pluri mis ab hinc annis in cōtingentia facti qua ter pro Actor ibus ſenſeram, vidi quæ tunc in iuuētute ſcripſeram, cumque ea in multis ſequutus fuerim, & non raro reſponden do fere ad literam iam allegata mutatis mutandis in facientibus ad propoſitum meum tranſcripſerim, placuit ea nunc recēſere, quæ tamen in pluribus non ſatis conſi derata, & longiora, quam par eſſet, videri poſſe non inficior, ſed qualiacunque ſint, in publicum exire volui, quia & Paulus Apoſtolus teſtatur ſe, cum puer eſſet, pueriliter egiſſe. Scribit etiam Bal. ſe, cum iunior eſſet, conſuluiſſe, vt iuniorem, prout hæc, & alia ad excuſationem eorum, quæ a iuuene, & Nouello Doctore ſcriptis mandātur, notat Franc. Piſcina in diſputat. an ſtatut. fœmin. excluſ. porrigant. ad bon. forēſ. in fin. ſub numero 154. Primo autem loco deſcribentur motiua ſententiæ per me latę Vnelię, vſque de anno 1572. quo tempore ibi munere Prætoris fungebar, & ſunt tenoris, vt infra videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DVo ſunt, quæ in cauſa mota per D. Franciſcum Agneſium cōtra Lazarum, Dominicum, & Sebaſtianū fratres de Berganis tētata videntur, vnum enim nullitatem, Alterum vero reſciſſionem contractus venditionis petiæ terræ, de qua agitur, concernit, ex quorum neutro primo aſpectu obtinere poſſe videtur.

Quantum enim ad nullitatem attinet, & ſi eam duplici ex capite oſtendere conetur, minoris ſcilicet ætatis venditoris, & enormiſſimæ lęſionis, in nullo tamen eam

probare

probare videtur, nam quod attinet ad minorem ætatem, quamuis ea probata sit, & in venditione non interuenerint requisitæ solemnitates ad alienationem immobiliũ minorum, sustineri tamen potest contractus, quia licet esset minor 25. annis, vigesimumquartum tetigerat, & sic erat proximus legitimæ ætati, & ex aspectu maior videbatur, quod est multum verisimile, cum iam esset prope illam ætatem, & erat publicus negociator, & solitus mobilia, & immobilia vendere, & emere, quo casu contractus per eum factus non minus validus
2 censeri debet, quam si per maiorem initus esset, argumento text. notabilis, in l. si quis Patremfam. ff. ad Senatusconsult. Maced. vbi cessat Macedonianum prohibens dari actionem cum effectu mutuãti pecuniam filiofam. quando quis mutuam pecuniam dedit filiofam. qui publicè paterfam. plerisque videbatur, & sic vti paterfam. publicè agebat, contrahebat, & muneribus fungebatur, & est alius text. cum glo. in l. prima, C. eodem titulo, & tradit Cagnol. in l. qui cum alio contrahit, numero vndecimo, vers. ex prædictis colliguntur, ff. de regulis iuris, & sequit Tiraquell. de legib. connubiali. glos. octaua, numero 146. & sequen. vers. contrarium tamen, & infra, vbi multa congerit pro validitate actus gesti a perso-
3 na inhabili, quæ communi opinione habilis reputabatur, & ad propositum nostrum magis in specie facit dictum Io de Anan. in rubr. extra, de delict. puer. dicentis, quod illi iuuenes, qui publicè faciunt mercantiã non possunt petere restitutionem in inte-
4 grum, tanquam minores, quia reputantur maiores, cum prudentia, & sagacitas suppleat ætatem, l. si alterius, C. si minor. se maior. dixer. vel maior. proba. fuer. & sentiunt Cyn. Barto. & Bald. in l. prima, C. qui, & aduers. quos in integr. rest. non poss. quos referendo sequitur Marsil. in l. infans, in principio, ff. ad l. Corn. de sicar. Præterea aduertẽdum est, quod cum ratificationum alia sit expressa, quæ verbis expressis fit, alia tacita
5 ex cursu temporis alia, quæ facto inducitur quæ tam tacita, quam expressa dicitur, vt per Simoncel. de decret. libro tertio, tit. 9. inspectio. prima, numero 4 5. 6. & 7. videtur, quod sequuta fuerit ratificatio venditionis, namque cessit Actor iura, quæ habebat contra emptorem pro pretio dictæ rei vendita, nondum sibi soluto, & exinde etiam postea vti Procurator illius cessionarij fecit liberationem, & quietationem debitori cesso ob solutionem sibi dicto procuratorio nomine factam de dicto pretio prædictæ terræ, ex istis enim actibus cessio
6 nis debitoris ex re vendita, & receptionis pretij necessario infertur approbatio præcedẽtis contractus venditionis, quia qui vult consequens, vult etiam necessarium ante-
7 cedens, l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procur. & l. secunda, ff. de iurisdict. omn. iudic. late Euerar. in loco à concess. conseq. sicut è conuerso qui vult antecedens, vult
8 etiam necessarium consequens, l. qui proprio. §. item quæritur, & l. qui procuratorẽ dat. ff. de procur. & l. inuitus, C. eodem titulo, cum aliis adductis per Euerar. in loco a concess. anteced. & in terminis, quod quis eo modo vtendo contractu cũ ipso facto, contractum ipsum confirmare, & ratum habere dicatur, tradit Tiraquell. in tractat.
9 de constit. poss. in tertia part. limitat. 30. numero 12. vers. nam & per solutionem, & plenius Menoch. in tractat. de recuper. possess. 15. remed. numero 118. & plu. sequen. vers. tertia est ratihabitionis species; Nec potest ratificatio ipsa ex dicta cessione facta de pretio venditionis causa debito infringi eo sub prætextu, quod tunc quoque esset in minori ætate actor, quia iam fuerat ætatis veniam consecutus, & cessionem cũ iudicis decreto fecit, quo casu valida fuit,
10 & iuridicè facta, l. 2. §. fœminas, cum glo. in verbo non alienent. & l. 3. C. de iis, qui ven. ætat. impetr. vltra quod in ea fuit appositum iuramentum, per quod actus etiam
11 per minorem, qui veniam ætatis non obtinuerit, factus non adhibitis a Iure requisitis solemnitatibus, & sic nullus, & inualidus firmatur, & conualidatur, vt notant omnes Doct. in cap cum contingat, de iureiurando, & in authent. Sacramenta puberum, C. si aduers. vend. & sic habetur, ac si a maiore factus fuisset, & maxime quia per Decretum Iudicis solum sine alia solemnitate, & iuramento contractus a minore fa-
12 ctus redditur validus ex Statuto Vneliæ, sub rubr. de venditio. & contract. a minor. celebrat. cap. 3. libro tertio, nec minus videtur per agentem comprobatus contractus ex receptione pretij cessi procuratorio nomine cessionarij, quam ex cessione ipsa pretij proprio suo nomine facta, quia licet pre-
13 tium cessum receperit, & liberationem debitori cesso fecerit alieno, & non proprio nomine, & sic vt alius, & non vt ipse, sibi tamen præiudicauit, nam si procurator, tutor, vel Curator falsum contra Dominum Pupillum, vel adultam confiteatur, ipse ex sua confessione tenetur, & non excusatur,
14 quod tanquam alius confessus fuerit, l. pro inde, la seconda, §. si Procurator, ff. ad l. Aquil. Afflict. in tractat. de iur. protom. §. 2. numero 14. vers. & pro hoc facit, ex qua

quidem tatificatione expreſſa, vt ſupra facto declatata, adeo inſurgit approbatio venditionis, vt ad eam improbandam amplius 15 agere non poſſit actor, l. prima, & ſecunda, C. ſi maior factus rat. habuet. libro ſecundo, intelligendo, quod Titius ille procedat, quando actus factus per minorem fuit poſtea per eum factum maiorem expreſſe verbis, 16 aut factis confirmatus, vt vult gloſ. fin. & poſt eam Salycet. in d. l. prima, quam opinionem ſequitur Currius Iunior, conſil. 50. columna penultima, quem refert eamdem ſententiam amplectendo Bellon. conſil. 18. perpenſis, numero 17. verſ. expreſſe factis ratificauit, Simoncel. de Decret. lib. 3 titulo nono, in principio, Menoch. latiſſimè inſiſtens in tractat. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. q. 15. numero 106. cum quampluribus ſequent. & in indiuiduo de minore contrahente, qui maior factus ratum habuit contractum, vt non poſſit amplius cō-17 trauenire etiam obtento reſcripto Regio conſuluit Dec. conſil. 209. ſub numer. quarto, & quinto, quem refert, & ſequitur Bellon. d. conſil. 18. numero 18. verſ. & de minore, & hoc tanto magis procedere in caſu præſenti debet, quia cum hac expreſſa ratihabitione concurrit etiam tacita reſultās ex taciturnitate longi temporis poſt legitimam ætatem, ex qua ſola fuiſſet contractus confirmatus, quia ad connalidandam alienationem immobilium minoris nulliter factam ſine decreto ſufficit ſilentium quinquennij poſt perfectam ætatem, quoniam ex hoc curſu temporis inducitur taci-18 ta ratihabitio, contra quam veniri non poteſt, vt habetur in l. fi. C. ſi maior fac. alien. fact. ſine decret. rat. hab. libro quinto, & tradit Bru. in tractat. de form. in tit. de potent. & effect. form. col. 19. verſ. Et prædicta concluſio; & habetur latè per Dec. & Cagnol. in l. quod ab initio, ff. de regulis iuris, de qua tacita ratificatione loquitur ille titulus, vt per gloſ. & Salycet. in d. l. prima, C. ſi maio. 19 fact. rat. hab. libro ſecundo, et per Curtium Iunior. dic. conſil. 50. columna penultima, per Bellon. d. conſil. 18. numero 17. verſ. & tacitè ratificauit per Simoncel. d. libro tertio, d. titulo nono, in principio, & copioſe per Menoch. d. q. 15. & videtur eſſe de mente glo. in d. l. fin. in verbo tradiderunt dicentis dictum titulum ſi maior fact. rat. hab. libro ſecundo, loqui in ratificatione expreſſa, ipſam vero l. fin. in tacita ex ſilentio, licet dicat, l. 2. eiuſdem tituli, loqui etiam in ex-20 preſſa, prout loquitur titulus ſi maior fact. rat. hab. libro ſecundo, quod etiam videtur voluiſſe ibi glo. fi. in d. l. prima, ſi bene conſideretur, quia dum loquendo de tacita ratificatione ex taciturnitate allegat titulum ſi maior. fact. alien. fac. ſine decret. rat. hab. libro quinto, adducit ſolum l. primam, & fin. omittendo ſecundam, quæ in effectu facit mentionem de expreſſa ratihabitione, vt patet ex illis verbis, nec ſpeciali confirmatione, licet etiam loquatur de tacita, vt conſtat ex illis verbis, ſtatuti temporis ex curſu, & tradunt Simoncel. & Menoch. ſupra relati, & hæc procederent in caſu noſtro, etiamſi actor non eſſet hæres venditoris, & ſuo tantum proprio, & non etiam hæreditario fratris, qui rem communem pro indiuiſo vendidit, nomine ageret, adhuc enim ſibi ex iam dicta ratificatione præiudicaſſet, vt partem pro indiuiſo vendicare nō poſſet, etiam quod abſque eius conſenſu, 21 & mandato venditio facta fuiſſet. Nam ſi minoris bona communia ſint ab altero minore alienata ſine ſuo conſenſu, & mandato, & factus maior ille, qui non vendidit, ratificet contractum, & ille, qui vendidit, reſtitutionem petat, & contractus reſciſſionem obtineat, non poterit, qui ratificauit, reſtitui, vt eſt text. notab. in l. vnica, C. ſi in communi, eademque cauſa in integr. reſti. poſt. quem ad hoc propoſitum citauit Excellentiſſimus D. Ioannes Cæphal. Præceptor meus colendiſſimus, conſil. 51. numero 14. verſ. tertio adducor, quem refert, & ſequitur Menoch. in d. 15. remed. nu. 129. verſ. extende primo, & ante eos hoc voluit glo. in d. l. ſecunda, C. ſi maior fact. rat. habet. libro ſecundo, in eo, quod d. l. vnicam adducit; Et adeo efficax eſt ratificatio illa venditionis expreſſa, & facto declarata ex interuallo, & poſt aliquod tempus à facta venditione, vt ex ea taliter confirmetur vēditio, vt amplius nō poſſit allegari eius nul-22 litas etiam ex defectu conſenſus ex interuentu doli etiam ex propoſito, cum dolus non fuerit commiſſus in ipſa ratificatione, prout nec allegatur, quia actus nullus ex defectu conſenſus validatur poſtea accedē-te conſenſu in alio actu, & dolus præteritus in vno actu commiſſus in alio poſtea ex 23 interuallo remitti poteſt, vt habetur per Afflict. deciſio. 220. in cauſa. D. Ioan. in tertio dubio, numero ſeptimo, & octauo, & in 6. dub. ad fin. numero 20. vbi loquitur in ratificatione tranſactionis nullæ ex defectu conſenſus ob dolum ex propoſito commiſſum facta ex interuallo, & dicit, quod ſi in ratificatione non interuenit dolus, per [illegible] tollitur allegatio dictæ nullitatis; idem tradit, & late Pariſ. conſil. 33. numero 29. & quamplu. ſequen. & conſi. 96. numero 76. & multis ſeque. & ſignanter, ac in proprijs terminis noſtris conſil. 49. per totum, libro

primo,

primo, & eo magis præmissa locum sibi vendicate debent, cum ratificatio ipsa expressa fuerit geminata, & facta ex interuallo non solum a venditione ad ratihabitio-
24 nem, sed etiam ab vna ratificatione ad alteram, iuxta l. balista, cum ibi not. per glos. & Doctor. ff ad Trebellianum, & notata per Euerard. in loco a vi geminationis, & in hoc proprio proposito per Roland. a Valle, consil. 59. reiectis, numero 30. 31. & 32. ver. & eo maxime, libro primo, vbi multa ad confirmationem dicti Afflicti ponit, & loquitur in vnica, & sola ratificatione actus, ex qua, cum actus dicatur iteratus, & geminatus, dicit adeo approbationem insurgere, vt contra eum nihil omnino opponi possit. Quo vero ad enormissimam læsionem spectat, & si, & ipsa videatur probata, ex ea tamen nullus reddi non potest cõtractus, nam sustentatur ex eo, quod testes eam probantes non sunt idonei, omnes enim sunt pauperes, & nihil in bonis possident, negari enim non potest, quin paupertas reddat eos aliquãtulum suspectus, quia timetur ne fuerint a producente corrupti,
25 nam propter paupertatem multi delinquerunt, vt tradit Crauet. consil. 6. plura videnda sunt numero 29. vers. secundo considero, Iudexque habet considerare hanc suspicionem, & videre quanta eis sit fides adhibenda inspecta qualitate personarum, &
26 causæ, iuxta text. in l. tertia, in principio, ff. de testibus, & nota. per Felin. in cap. si qui, numero octauo, vers. glo. fina. extra eodem titulo, & per Socin. in tractat. reg. fal. reg. 289. in verbo pauper, in prima fallentia, de paupertate autem sans dicitur apparere, tum ex depositionibus testium notorum, & vicinorum, per quos magis rectè hoc probari potest; cũ illi sint, qui magis deponant de alicuius substantia, quam alij, vt habetur per glos. in l. 2. C quando fisc. vel pri-
27 uat. debit. sui debit. conuen poss. vel deb. quam ad hoc allegat Roman. consil. 245. ad primum quo dicitur in finalibus verbis, & est generale, quod magis credatur testi-uus, qui iuris præsumptione melius sunt informati, quam alijs, puta vicinis, & coniunctis in probando facta vicinorum, &
28 coniunctorum, quia ea scire præsumuntur vt tradit copiose Port. libro secundo, commun. opinio. conclusio. 29. post alios per eum relatos, tum etiam ex discussione bonorum duorum ex ipsis testibus iudicialiter facta, & pronuntia exinde secuta, quod non sint soluendo, iuxta notat. per Bartol.
29 consi. 90. dilecto D. Francisco, numero 12. vers. Item sciendum, libro primo, vbi loquendo de probatione meræ negatiuę, quę vere probari non possit, puta testamentum non fuisse factum, seu non extare, & aliquem in Italiam non venisse, ait, quod probato, quod adhibita diligentia, & inquisitione facta, non reperitur testamentum, & per exploratores illum venisse, lex habet
30 pro probato testamentum non extare, & illum non venisse in Italiam, sicut probatur, quem non esse soluendo per executionẽ factam, quia nuntij adhoc destinati non reperierunt tantum, quod ad eam sufficiat: ex alio etiam non videtur per dictos Testes probata læsio, nam etsi nunc sint ætatis virilis, & habeant cognitionem valoris communis rerum immobilium, tamen cũ deponant de communi pretio terræ venditæ tempore contractus. Quo tempore fere omnes erant minoris ætatis, non videntur legitimam probationem facere, quia eo tẽ-
31 poris de quo testificantur, non habebant iudicium discernendi communem æstimationem bonorum præsertim immobilium in qua requiritur multa discussio, & inuestigatio, & discursus intellectus, vt per omnes scrib. in l. 2. C. de rescindend. venditio. licet enim possit quis testificari de ijs, quæ
32 in pupillari, & etiam in infantili ætate vidit secundum communem Doctor. opinionẽ, tamen id procedit, modo tunc temporis capax fuerit percipiendi ea, de quibus factus maior testificatur, vt si ageretur de aliqua simplici scientia, quæ per sensus corporeos tenetur, secus vero si essent talia, quæ tunc temporis non caderent in eius intellectum vt si tractaretur de aiqua scientia, quæ per causas, & rationes habetur, vt in casu præsenti, quia tunc eius testimonium non esset validum, vt latè tradit Cagnol. iura, & authoritates adducens in l. fœminæ, §. item Impuberes, numero 20. vers. pariter impuberes, ff. de regulis iuris. Paria enim sunt,
33 quid fieri tempore prohibito, vel in tempus prohibitum conferri, l. quod sponsę, C. de donatio. ante nupt. Ias. Dec. & alij in Rubri. C. qui testam. facer. & est bonus text. in l. Stichus seruus, ff. de manumiss. testamen. & in l. si res æstimata, ff. de iur. dot. & merito, quia vt ait ibi glo. 3. cum negotium deducatur ad eum casum, a quo incipere non
34 potest, non debet valere. Vlterius cum nõnulli dicant non recordari de fructibus terræ tempore venditionis eius, non videntur probare de eius valore eo temporis, quia tantum est standum alicuius dicto super valore rei, quantum de eius fructibus depo-
35 nit, cum ex fructibus, & redditibus bona æstimentur, vt not. Doctor. in l. pretia rerum, ff ad leg. Falcid. & in d. l. 2. C. de rescindend. venditio. & in l. vnica, C. de sent. quæ

pro eo, quod inter. profer. & est optimus text. in l. si quos, in principio, ibi rei qualitas & fructuum quantitas extimet C. de rescindend. venditio. & in l. si fundus, ibi cum vtique pro fructuum modo pretium inuenturus sit, ff. de reb. eor. & in l. si fundum, la secunda, ibi excusso pretio secundum redditum; ff. de legatis primo, latè Arius Pinell. in d. l. secunda, in tertia parte, cap. vltimo, numero 28. ideoque verum, & integrale pretium re. immobilis æstimatur ex quantitate redditu um viginti annorum, per tex. 36 & gloss. in §. si vero alicuius, in authent. de non alien. aut permut. rebus Eccles. Salyc. & alij in authent. perpetua, C. de Sacrosan. Eccles. Castr. in authen. si quas ruinas, numero secundo, in fin. eodem titulo, & est communis Doctor. opinio, vt dicit Arius Pinel. in d. l. secunda, C. de rescindend. venditio. in tertia part. cap. vltimo, numero 29. hinc dicit Alex. consilio 54. circa primum dubium, numero quinto, libro sexto, quod testis ignorans qualitatem rei, & reditus 37 non probat eius valorem, si de eo deponat. Præterea adsunt contra testes actoris examinati quamplures testes pro Reis, qui eorum intentionem comprobare videntur, & quibus, cum sint ditiores, magis credendum est, quam testibus actoris pauperibus cessante in eis timore corruptionis secun-38 dum Crauett. alios referentem consilio 6. plura videnda sunt numero 29. vers. Secundo considero, & maximè quia deponunt verisimilia magis de pretio, scilicet magis verisimili tempore venditionis, pro quo pretio adest præsumptio, & coniectura euidens, immo & probatio manifesta, resultans ex æstimo eiusdem terræ nõ multum ante eius venditionem à publicis æstimatoribus facto, ex eo enim probatur æstima-39 tio ipsius rei tempore venditionis, cum circa illa tempora, & de proximo, ac de paulo ante factum esset, vel saltem maximum adminiculum Reis præstatur, & bona præsumptio sumitur, quod iusto pretio res empta fuerit, & læsio non interuenerit, iuxta notata per Doctor. & præsertim Cagnol. In d. l. secunda, numero 233. quæstione 48. ex qua præsumptione, & coniectura, ac maiori verisimilitudine fit, vt ipsis testibus reorum in hoc magis, quam testibus Acto-40 ris sit standum, vt late probat Ias. in l. si extraneus, in 4. not. ff. de cond. causa. dat. causa non sec. quem refert, & sequitur alios idem tenentes allegando Crauett. consi. 73. dicendum videretur, numero 41. vers. rursus maxime omnium, quod idem adnotat pulcre idem Crauett. consilio sexto, plura numero 50. ver. quarto respondeo, & num. 66. vers. præterea pro accusato, ibi facit glo. notabilis.

Quantum vero ad rescissionem pertinet concludendum quoque videtur nõ esse locum beneficio, l. secundę, C. de rescindend. venditio. sicque nec ex hoc capite actorem victoriam reportare posse, ex quo de læsione dimidiam iusti pretij excedente sufficiẽter per testes non fuit probatum per superius proximè dicta in discursu probationis enormissimæ læsionis, ob quam nullus arguebatur contractus, quibus additur, quod si in hoc agat actor proprio, & hæreditario nomine fratris primi venditoris rei cum eo communis pro indiuiso, non potest obtinere, quia cum sit venditio ratificata per ipsum actorem expresse, vt supra fuit osten-41 sum, accedente iuramento cessat remediũ d. l. 2. Socin. in tractat. reg. fall. reg. 226. in verbo lex, in 11. limitatio. & est opinio Doctor. communis, & tenenda secundum Cagno. in repet. d. l. secunda, in octaua quæstione, numero 91. & quamplurib. sequen. vbi alios eandem sententiam firmantes cumulat; Ofasc. decisio. Sena. Pedemont. 41. Antonius Cotradus, numero octauo, versic. prædictis tamen, asserens post multos per eum citatos hanc esse crebriorem Legistarum, & Canonistarum opinionem, Crau. consil. 114. Ioanna, numero nono, vers. primo, quod ex quo, & consil. 192. casus ita habet, numero secundo, vers. hoc ita præmisso, Alex. consil. 42. colum. 4. & consil. 125. columna item quarta, libro primo, Rolan. a Valle, consil. 59. reiectis, numero 18. vers. tertio dispositio, volum. primo, & tanto magis cum ipsa ratificatio fuerit cæterata, 42 quia ex sola actus geminatione tollitur beneficium d. l. secundæ, vt per Rub. Alexan. consil. 133. columna nona, & consil. 139. columna secunda, & consil. 147. columna quinta, & Roland. a Valle, d. consil. 59. numero 33. vbi alios citat; Vlterius res vendita fuit, vt dicitur vulgo incalegata, & ad pu-43 blicum incantum deliberata, quo casu nõ habet locum d. l. 2. Angel. in repetit. l. sciendum, ff. de verb. oblig. & in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & in l. prima, C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum. Accedat quod ex quo Rei conuenti sunt possessores bonæ fidei, & titulati, & possiderunt per spatium annorum 12. & vltra, & non videtur, quod contra eos potuerit intenta-44 ri remedium d. l. 2. per ipsum D. Agentem, quia ei præscribitur spatio longi temporis decem, scilicet annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, vt punctualiter declarat Balb. in tract. præscript. in quarta parte, quartæ par. princip. quæstione 26. ad fin.

vbi

vbi ait, quod licet beneficium illius l. competat venditori non solum contra primum emptorem, sed etiam contra secundum, tamen ille secundus ei præscribit longo tempore, nec ei nocet mala fides authoris sui, & sic primi emptoris, vbi ipse venditor sci-
45 uit alienationem rei per primum emptorem factam per text. in authent. malæ fidei C. de præscript. long. tempor. prout vere dici potest sciuisse in casu nostro actorem; si autem in hoc agat Actor cessionario nomine hæredum primi emptoris, a quo causam immediatam habent ipsi Rei conuen-
46 ti, non etiam potest obtinere ob iuramentum in vēditione appositum, per quod tollitur d. l. 2. per prædicta.

Præmissis tamen non obstantibus contrariū in casu præsenti verius esse opinor, dictumque D. Franciscum agētem in quouis capite ex duobus deductis victoriam reportare debere censeo, & respectu petitorij seu nullitatis contractus rei venditæ; dico, quod cum tempore venditionis venditor esset minor vigintiquinque annis, & in contractu non fuerint adhibitæ solemnitates requisitæ a statuto Vneliæ sub rubr. de vendit. & contrac. a minor. celebr. cap. 3. libro tertio, clarissime ex hoc apparet venditio-
47 nem ipsam nullam fuisse. Cum enim statutum illud habeat clausulam annullatiuam actus facti non seruatis omnibus solemnitatibus in eo expressis, constat eas esse indu-
48 ctas pro forma Felin. in cap. cum dilecta, columna septima, numero sexto, ver. quintum signum, de rescript. post Bald. in l. prima, ff. de liber. & posthum. quem sequuntur communiter Doctor. vt dicit ibi Bart. Socin. numero octauo, vers. in glo. fina. qua forma non seruata actus est ipso iure nul-
49 lus, vt per Felin. & Socin. in locis citatis, & per Dec. consil. 11. circa principium, Alex. consil. 42. columna septima, numero 16. libro primo, consil. 137. numero 15. libro secundo, consil. 138. numero octauo, libro septimo. Dec. consilio secundo, columna octaua, Maria. Iun. consil. 37. columna tertia, numero secundo, consil. 116 columna tertia, numero octauo, consil. 144. columna tertia, numero secundo, consil. 122. columna sexta, numero 19. part. secunda, copiose Olasc. decisio. Pedemont. 165. absolutis igitur numero quarto, & 16. vbi alios idem tenentes allegat, plenissimè Ias. in d. l. prima, ff. de liber. & posthum. & probatur in d. l prima, iuncta oppositione glo. & solutione Doctor. ff. de liber. & posthum. & in l. cum hi, §. si prætor, vbi etiam idem Ias. & latè, ff. de transact. & in l. Iulianus, §. sed etsi quis, ff. ad exhib. & in l. prima, C. de præd. decur. sinè decret. non alien. lib. 10. & istud adeo verum est, vt ad validitatem actus forma a statuto tradita præcise, & specifice, ac ad vnguem seruari debeat, nec suf-
50 ficiat eam æquipollenter seruati, vt tradūt Alex. consil. 212. numero sexto, & septimo volum. sexto, Ruin. consil. 64. numero 14. libro primo, & Mar. Iun. d. consil. 37. numero 14. Olasc. d. decisio. 165. numero septimo, vers. nec locum habet regula, vbi alios latissimè citat, diffuse Ias. in d. l. prima, ff. de liber. & posthum. fuit etiam in dicto contractu omissa solemnitas tradita ab altero statuto Vneliæ sub rubr. de reb. minor. vendi. præconi. cap 6. lib. 3. & ab alio sub Rubr.
51 vt tutor, & curator fac. calegam rer. mino. cum author. potest. cap. 12. eodem lib. quæ & ipsa seruari debebat, licet in ipso statuto clausula irritatiua actus aliter facti apposita non sit, nam solemnitates inductæ a statutis in dubio censentur de forma substan-
52 tiali, & substantiali actus, vt nota. Olasc. d. decisio. 165. numero 15. vers. & in dubio, qua non seruata præcisè, & ad vnguem, actus ipso iure nullus redditur, ut supra est probatum, neque validus redderetur per renuntiationem expresse a partibus factam,
53 quia ab eis talis forma remitti non potest, vt tradit Olasc. decisio. 166. quia tractatum numero septimo, argumento notat. in l. fina. C. de vend. rebus ciuit. lib. 12. & propterea cum esset venditio nulla potuit recte agi ad recuperationem rei venditæ, l. prima,
54 circa principium, l. magis puto, §. penultimo, ff. de rebus eor. l. non solum, ad fin. & l. si prædium, in principio, C. de præd. & alijs rebus minor. Paris. consil. 100. columna tertia, libro primo, Roland. a Valle, consil. 33. visis alienationibus, sub numer. 21. post versic. vltimo dictum decretum, et est alius textus in l. prædiorum, C. de præd. & alijs rebus minor. & in l. Imperatores, iuncta glo. ff. de minor. 25. ann. & in l. etiam, la prima, & la seconda, C. si tutor. vel curator. inter. & habetur etiam per Angel. de Perus. in authent. de hæred. & falcid. §. Illud quoque, numero 55. vers. super glo. & ad fru-
55 ctus, vt dicit text. in l. vtere, & in d. l. si prędium, C. de præd. & alijs rebus minor. Dec. consilio 60. columna secunda, vers. cum ergo, Roland. a Valle, dicto consilio 33. numero 22. & est bonus text. in l. prima, C. de præd. decur. sine decret. non alienand. libro decimo, quia quando alienatio bonorum minoris non tenet, non transfertur dominium in acquirentem, sed remanet penes
56 minorem, vt in proprijs terminis nostris tradit Rom. consil. 321. in casu numero secundo, vers. cum igitur per d. l. prima, & d. l.

magis

magis puto,§.penultimo, & probatur in d.
l.non solum,in l.prædia rustica,in l.prædio
rum, in l.siquidem, in l.si minor, & in l.si
prædium, C.de præd. & alijs rebus minor.
Barto.in l.non dubium,colum.fina.nume-
ro 27.C.de legibus.Socin.Iun.consilio 52.
columna penultima,numero 14.volum.se
cundo,Roland.a Valle,d.consil.33. nume-
ro 22. vbi etiam aliam rationem adducit,
quia scilicet dominium ex traditione sine
57 iusta causa non transfertur,l.nunquam nu
da ff.de acquirend.rer.domin. facit l.nullo
iusto,C.de rei vend. vbi ex titulo inualido,
cum traditione non trãsfertur dominium,
& etiam quia vbi est alienatio a iure prohi
58 bita, impeditur translatio dominij,l.fi.C.
de rebus alien.non alienan.l.non dubium,
C.de legibus, l.iubemus nulli, C.de Sacro-
sanctis Ecclesijs, Roland. d.consil.33. nu-
mero 24. & non solum debent restitui fru
ctus percepti,sed & percipiendi,seu qui per
59 cipi potuerunt, quia qui nullum validum
titulum habet,& contra iura mercatur, in
mala fide, ac in dolo esse præsumitur, l.
quemadmodum,in fin.C.de agric.& cens.
lib.11.l.ptima,C.de fid.instrument. & iure
hast.fiscal. libro decimo, Crauett.consilio
134.scripsi alias,numero 16.& consil.142.
Claudius de Costis,numero 12. Roland. a
Valle,consil.18.in præsenti consultatione,
in tertio dubio,numero 85. libro secundo,
vbi loquitur in terminis nostris, prout etiã
faciunt Alex.consil.151.viso themate, nu-
mero tertio,libro septimo,& Rom.consil.
54.visis numero quinto, versic.Secundo i-
dem colligitur,& late tradit Iacob.Menoc.
de recuper.possess.in 15.remed.nume.179.
Malæ autem fidei, ac dolosus possessor te-
60 netur ad fructus perceptos & percipiendos
Soc.consil.22.columna fin. volumine pri-
mo,Roland.d.consil.18.numero 85.& 87.
vbi pro hoc authoritates Doctorum alle-
gat & text.clarum in l.prima, C.de fide in-
strumen.& iur.hast.fiscal.libro decimo, &
est generale, vt omnes malæ fidei possesso-
61 res teneantur ad fructus rei perceptos, &
percipiendos, seu qui percipi potuerunt, l.
sed & partus,in principio,ff.quod met.cau-
sa;& ibi latè glo.l.ait prætor,§.per hanc, ff.
quæ in fraud.credit.l.2.C.de fruct.& lit.ex-
pens.& §.etsi hæreditas, instit. de offic.iud.
late Iacob.Menoch.in d.15.remed. nume-
ro 606.& 607.ver.extenditur quinto,addo
text. cum glo. in l.prima, §.ex die, ff.de vi,
& vi armata; Nec dicatur hæc non proce-
dere contra reos conuentos,sed solum con
tra eorum authorem immediatum, qui a
dicto minore causam habuit nulliter, quia
dicitur, quod sicut non potuit dominium
rei venditæ in primum emptorem transfer
ri, ita etiam non potuit in ipsos reos transi-
re, in quos non potuit ille primus emptor
62 transferre plus iuris in re, quam ipse ha-
buerit,l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur. Et in
indiuiduo, quod venditor non habens do-
minium rei, non possit illud in emptorem
transferre, probatur in l.ex empto, ff.de a-
63 ction.empt. & in l.traditio, ff.de acquiren.
rer.domin. facit, quia annullato iure dato-
64 tis,& sic primi emptoris, resoluitur ius ac-
ceptoris,& sic reorum conuentorũ,qui ab
eo causam ex venditione habuerunt, l.lex
vectigali,ff. de pignor.& l.prima, C.si pign.
pignor. dat. sit. facit etiam ad propositum
65 id, quod dicitur valere argumentum a de-
structione antecedentis ad destructionem
consequentis,de quo per Bald.in l.conuen-
ticulam,C.de Episcopis,& Clericis,sublato
enim antecedenti nullam est dare conse-
66 quentiam,vt latè probat Crauett.consilio
231.circa præsentem,sub numero secundo
Et licet non dicantur esse in mala fide, &
in dolo prætextu nullitatis contractus pri-
mi ob defectum solemnitatum requisita-
rum,cum rem a maiore emerint, qui eam
a minore acquisiuerat, tamen secus est ra-
tione enormissimæ læsionis,quæ in ipso se-
cundo, prout in primo contractu interue-
nit, ob quam cum nullum titulum validũ
habeant, & dolus in eis præsumatur, vt in-
67 ferius probabitur, malæ fidei possessores
dicendi sunt, ideoque ad rei cum fructibus
perceptis,& percipiendis restitutionem te-
neri debẽt,vt supra est dictum,nec quidem
ab ipso actore pretium per eos, aut eorum
patrem exbursatum recuperare possunt, si
dicamus actorem victoriam consequi ex
primo contractu,& sic in eo capite, in quo
dicit primum contractum nullum ex defe
ctu solemnitatum, & etiam læsionis enor-
missimæ, agendo in ea parte proprio,& hæ
reditario nomine fratris primi venditoris,
quia non constat pretium rei etiam primũ,
quo fuit primo res ipsa vendita Ioanni A-
gnesio, qui postea eam vendidit patri reo-
rum,fuisse in ipsius minoris vtilitatem ver
sum,nam prædium non iure a minore alie-
natum potest vendicari, etiam non soluto
pretio habito,nisi probetur per rei possesso
68 rem fuisse illud in eius vtilitatem versum,
l.prædiorum, & ibi glo.& Doctor. l.vtere,
& ibi glo.& Doctor. & l.si prædium, & ibi
quoque glo. & Doctor. C.de præd. & alijs
rebus minor.& maxime, quia illud a dicto
Ioanne secundo vẽditore, & a quo causam
immediatam habent,recuperare poterunt
indubitanter,vbi ex primo tantum contra-
ctu cum minore facto succumbant. Præ-

terea

terea cum in contractu venditionis interuenerit læſio enormiſſima, ex hoc aperta eius nullitas apparet, nam contractus dolo
69 initus eſt ipſo iure nullus, l. & eleganter, in principio, ff. de dolo malo, l. ſi pater, ff. de ijs quæ in fraud. credit. & l. creditor, §. Lucius, ff. mand. cum ſimil. & ex læſione enormiſſima arguitur dolus Roman. d. conſil. 54.
70 numero quarto, verſiculo primo, quia Oſaſc. Deciſio. Pedemont. 41. Antonius Corrad. numero primo, ſecundo, & tertio, & non tantum re ipſa, ſed ex propoſito, l. omnes, §. Lucius, ff. de ijs, quæ in fraud. credit.
71 l. ſumma cum ratione, ff. de pecul. & l. ſi ſuperſtite, C. de dolo, Crauett. conſilio ſeptimo, Enimundus, numero quinto, & conſi. 29. pro clariori, numero item quinto, & cõſil. 142. Claudius, numero 21. & 22. & conſil. 192. caſus numero tertio, & conſil. 221. emptores, ad fin. numero 16. Rolan. conſi. 59. reiectis, numero 25. volumine primo, licet in propoſito noſtro ſatis eſſet, quod etſi non ex propoſito, ſaltem re ipſa adeſſet, cum in his terminis annullandi contractus
72 æquiparentur dolus re ipſa, & dolus ex propoſito ſecundum magis communem Doctorum opinionem, de qua atteſtantur Cagnol. in l. ſecunda, C. de reſcindend. venditio. numero 79. 80. & 81, in ſexta quæſtio. & Oſaſc. d. deciſio. 41. numero tertio, per text. in l. ſi ſuperſtiti, C. de dolo, & authoritates per eos allegatas, quibus addo Capic. deciſio. 159. numero 21. Abba. in cap. cum contingat, numero 23. de iureiurando, Deci. conſil. 180. columna antepenultima, ad fin. Anton. de Butr. in d. cap. cum contingat, colum. 8. verſ. quartus caſus, & propterea cum contractus eſſet nullus, remanſit rei dominium penes venditorem, nec fuit translatum in primum emptorem, nec etiam in ſecundum, & ſic in reos conuentos
73 cum non potuerit primus in ſecundum transferre plus iuris, quam ipſe haberet: & cum etiam iſte ſecundus contractus eſſet nullus ob enormiſſimam læſionem per ſuperius allegata, quibus addo, quod nedum ex contractu illo nullo non videtur in conuentos translatum dominium, ſed nec e-
74 tiam poſſeſſio, quia licet ex contractu nullo transferatur poſſeſſio, l. prima, §. ſi vir vxori, ff. de acquirend. poſſeſſio. tamen illud intelligitur, & procedit, quando interueniſſet tempore contractus realis traditio Plot.
75 in l. 1 quando, C. vnde vi. numero 285. vbi communem dicit, Caſſane. conſil. 7. numero 35. vbi quod apprehendens poſſeſſionem ex titulo inualido dicitur rapere, iuri-
76 bus, & authoritatibus ibi per eum allegatis; Et dato non conceſſo, quod eſſet translata poſſeſſio ex contractu nullo, non tamẽ propterea ſequitur, quominus auocari poſſit, & recuperari tanquam indebitè transla-
77 ta, vt dicit Crauet. conſil. 248. iniuſtitia, circa fin. in verſ. non obſtat aliud dubium, vnde iure merito potuit rei vendicatio intentari per Actorem proprio, & hæreditario nomine fratris minoris primi venditoris, cum quo rem venditam communem pro indiuiſo habebat: & quæ nulliter, & non ſeruatis ſeruandis accedente etiam læſione enormiſſima alienata fuit per iura ſupracitata; Et ſi diceremus primam illam venditionem ſubſiſtere, quod tamen verum nõ eſt, & ſic dominium in primum emptorẽ translatum fuiſſe, adhuc tamen potuiſſet Actor rei vendicatione contra reos agere ceſſionario nomine hæredum ipſius primi emptoris, & ſecundi venditoris, a quo immediate cauſam habent conuenti, cum & iſte contractus eſſet nullus ob enormiſſimam læſionem, ex quo ideo non potuit dominium ab ipſo ſecundo venditore, & primo emptore abdicari, & in reos ſecundos emptores transferri. Nam generaliter
78 in rei vẽdicatione quicunque obtinet, qui dominium ex parte ſui, & poſſeſſionem, vel detentationem ex parte aduerſatij probat, l. officium, l. in rem actio, ff. de rei uend. cum ſimil. & cuius quidem Dominij quæſtionem non poſſunt in dubium ponere, nec eius exceptionem opponere conuenti contra Actorem, ſiue agat proprio, & hæreditario nomine primi uenditoris, & ſic ex primo contractu, ſiue ceſſionario hæredum ſecundi uenditoris, & primi emptoris, & ſic ex ſecundo contractu, quia cum nunc reperiantur in poſſeſſione, ſeu tenuta
79 rei petitæ, præſumuntur ipſam poſſeſſionem habere ex cauſa dictæ uenditionis eis, ſeu eorum Patri factæ a dicto ſecundo uenditore, & primo emptore, qui eandem rem & poſſeſſionem eius habuiſſe pariter præſumitur ex cauſa uenditionis ſibi factæ a primo uenditore, ut etiam ex proceſſu clare conſtat, & præſertim ex reſponſionibus ipſorum reorum ad actoris poſitiones factis, & ex teſtium atteſtationibus, et inſtrumentis, conſequenterque ex hoc dicuntur habere cauſam, ius, & poſſeſſionem rei a fratre actoris primi venditoris, qui eius erat Dominus, & poſſeſſor, & a quo propterea mediãte perſona primi emptoris, & ſecundi venditoris eorum immediati authoris
80 ius ad ipſos reos translatum fuit per ea, quæ notant Plot. in l. ſi quando, C. vnde vi, §. 5. dicam cum virgiliana Didone, nume. 8. verſ. vnum perpetuo notabis, & Anchar. q. 2. Sempronius num. 19. & ſeq. verſ. hinc

ttadit

tradit Dec.par.secunda, vltra quod etsi posset opponi talis exceptio dominij contra actorem, ea tamen ei non obstaret, cum illud probauerit, ex quo cõstat rem petitam fuisse per fratrem actoris eius venditorem acquisitam communi ipsius,& actoris nomine ab eo, qui eam per viam æstimi iudicialiter facti cõsecutus fuerat, vti de bonis cuiusdam eius debitoris,& postea per eum dicto communi nomine vẽditam ei, a quo deinde causam immediatam habuerunt rei conuẽti, vt hæc patent ex dictis testium, & etiam ex instrumentis dicti æstimi, & dictæ emptionis per dictum fratrem actoris factæ,& venditionis postea per eumdem factæ Ioanni Agnesio, & ab ipso Ioanne deinde patri conuentorum, quæ quidem instrumenta fuerunt etiam a parte aduersa producta, quamuis etiam non esset opus tractare de probatione Dominij, cum notissimum sit, quod si bona minorum sunt nulliter, & minus recte alienata potest ad earum recuperationem agi etiam non probato dominio,& quod plus est, non probata etiam possessione, quia potest minor in 81 libello dicere contractum nullum, & iniquum narrando causas nullitatis,& iniquitatis simul, vel diuisim, & implorare officium iudicis petendo declarari ipsum contractum nullum, & ipsum minorem non teneri ad illius obseruantiam, requirendo etiam successi uè condemnari illum, qui ipsa bona acquisiuit, ad ea relaxandum,& restituendum ipsi minori, seu eorum possessionem, & sic faciendo potest obtinere victoriam, nulla prorsus facta probatione dominij, vel possessionis, de quibus dominio scilicet, & possessione nõ poterit per reum opponi, & eorum quæstio referri, quia in eis non se fundat actor sed solum in causis nullitatum per eum expressis. Ista est optima cautela minoribus data per Plot.in d.§. 5.numero octauo, dicto vers. vnum perpetuo notabis, vbi alios idem tenentes adducit, & credo pro vero hanc fuisse intentionem. D.libellantis,& potest ex verbis petitionis colligi clarissime; Nec si agatur cessionario nomine secundi venditoris opponi potest per conuentos non competere actori actionem rei vendicationis ob iuramentum in ipso secundo contractu appositum, quia vbi adest læsio enormissima, & multum excedens dimidiam partem iusti pretij, potest venditor etiam maior con- 82 trauenire contractui non obstante iuramẽto. Cagnol.alios referens.in l.si quis maior, numero 37. vers. fateor tamen, C.de transact. Anch. quæstione 68. in contractu societatis, numero 10.part.secunda, Crauett. consilio septimo, Einimundus, numero quinto, post vers. amplius volunt Doctor. ibi, & ratio est, & consil. 92 casus ita habet, numero tertio, vers.amplius dico, Capic. decisio. 159. numero 24. allegans plures authoritates ex quibus constat hanc esse communem Doctor.opinionem Rola. a Valle.consil.59.reiectis, numero 25.libro primo, quod procederet, etiamsi iurasset 83 non contrauenire ratione ænormis, vel ænormissimæ læsionis, quia tunc quoque contrauenire posset non obstante tali renuntiatione iurata. Cagnol. in d.l. si quis maior, numero 38.& 39.vers.sed quid si iurasset, & in d.l. 2. in octaua quæstione, numero 98. vers.quando tamen, C.de rescindend.venditio. Ancharan d.quæstione 68. numero vndecimo, Crauett. consil. 142. Claudius de Cottis, numero 23.& 24. post vers. & quod arguatur dolus ibi, & adeo præsumitur dolus, & consil. 114. Ioanna, numero decimo, vers.secundo respondeo, & dicto consil. 192. casus ita habet, numero decimo, vers.non obstat, quod renuntiauerit, Marant.de ord.iud.in sexta part principio in titulo de appellatio numero 115.versic. Tertio quæro, Roland.d.consil.59. numero 26.vers.facit etiam, Osasc. Decisio. Pedemontan.41. Antonius Corradus, numero primo, secundo,& tertio, vbi iura.rationes, & authoritates allegando dicit hãc esse crebriorem Doctorum sententiam.

Respectu vero rescissionis contractus ex beneficio l.2.C.de rescindend.venditio.res extra omnem difficultatem,& prorsus clara videtur, nam cum ad obtinendum in illo remedio sufficiat quælibet etiam mini- 84 ma læsio vltra dimidiam partem iusti pretij etiam in vno nummo, vt tradit D.Cagn. ibi quæstione 14.numero 138.& 139. vers. sed quid si læsio, & sit probata enormissima,& in magno excessu, multo magis contractus rescindi deberet, si foret validus, arguendo a fortiori; iuxta l.qui potest inuitis, 85 ff.de regulis iuris,& l.vnicam, in principio C.de rei vxor. action. cum simil. fateor tamen, quod si adesset solum læsio enormis, & non enormissima, res esset in hoc capite rescissionis valde dubia, nam si ageret actor proprio.& hæreditario nomine fratris primi venditoris, etsi enormiter lęsus esset, & sibi beneficium d.l.2. competeret, illud 86 tamen contra istos reos conuentos singulares, & tertios possessores intentare non posset, etiam quod contractus eorum acquisitionis laboraret eodem morbo, & vitio pariter enormis læsionis esset affectus, sicut primus, nisi primus emptor esset non soluendo, de quo non constat, prout forte

opus

opus esset pro fundamento intentionis actoris, etiam quod sit negatiua iuxta tradit. 87 per Barto. in l. in illa stipulatione, la prima numero quinto, ff de verb. oblig. vbi fere loquitur in proprijs terminis nostris, quia tunc ex æquitate in subsidium posset cōtra hos secūdos emptores agere, ex quo eorum acquisitio læsionem enormem, vt prima 88 continet, ne eum istius primi venditoris iactura locupletarentur in eo, quod deest ad iustum pretium, quod si primus emptor est soluendo, etiam quod secundus cōtractus contineat læsionem, cum ab eo actione personali possit interesse suum consequi, non potest contra secundos emptores agere, sed contra eos actionem primo emptori, eidemque secundo venditori relinquere debet secundum communem doctor. opinionem, de qua attestatur Cagno. in d. l. 2. quæstione decima, numero 13. & 14. quam sequitur Alex. consil. 91. numero octauo, libro primo, Crauett. consilio 7. sub numero 14. vers. similiter; si vero ageret cessionario nomine hæredum primi emptoris, non posset obtinere, cum per iuramētum ab ipso primo emptore præstitum in contractu venditionis cesset remedium d. l. 2. vt supra fuit ostensum in rationibus 89 dubitandi. Licet posset fortasse dici, quod non obstaret iuramentum ob mortem iurantis, & absolutionem ad abundātem cautelam ab eo per actorem obtentam, & productam, sed quia interuenit in hoc secundo contractu enormissima læsio, non est dubitandum, quin ex persona primi emptoris, & cessionario nomine eius hæredum competat actio, & remedium dictæ 90 l. secundæ, contra hos secundos emptores, non obstante iuramento ipsius primi emptoris per ea, quæ superius in capite nullitatis contractus ob enormissimam læsionem allegata fuerunt.

Ad contraria respondetur, & primo dicitur non obstare dictum Barto. Ioan. de Anan. & Marsil. quia loquuntur præfati Doctores, quando quis esset deputatus, & cōmuniter, ac a publico approbatus in aliquo 91 actu, puta in Mercantia a collegio mercatorum, quia tunc verum est, quod tales minores approbati non possunt petere restitutionem in integrum in illo actu, quia eam petendo viderentur propriam allegare turpitudinem, secus autem in alijs actibus differentibus, quia cum in illis non essent approbati, etiam quod in alijs essent approbati, possent restitutionem petere, vnde nō conueniunt allegata in contrarium casui nostro, quia non erat Baptista venditor a publico deputatus, & approbatus ad emendum, & vendendum immobilia; Nec refert, quod esset propè maiorem ætatem, & ex aspectu maior videretur, quia cum in effectu esset minor, non valuit alienatio, nec 92 valuisset etiam quod vigesimumquintum annum tetigisset, modo non impleuisset, quia satis est, quod sit minor ad inualidandum alienationem immobilium per eum factam, facit l. à filia petijt, §. alumno, ff ad Senatusconsult. Trebellian. vbi petuenisse 93 ad vigesimum annum ille dici non potest, qui vigesimum annum non compleuit, facit etiam, §. primo, institut. de curat. vbi quod licet quis sit pubes, tamen indiget cu 94 ratore, vsque ad vigesimumquintum annum completum, quia ante illud tempus dicitur eius ætatis, in qua sua negotia tueri non potest, & in proprijs terminis est text. in l. tertia, §. minorem eum glo. ff. de mino. vbi quod ad validitatem contractus cum 95 minore facti requiritur, quod vigesimumquintum annum compleuerit, adeo quod non sufficiat eum tetigisse vltimam diem 96 anni vigintiquinque, immo & fauore minoris, si sit natus in anno bissextili, ille dies additus habetur pro nullo, nec computa- 97 tur pro vno die ad præiudicium ipsius minoris, idem etiam habetur per glo. & Ang. in §. præterea testamentum, institutio. quibus non est permissum fac. test. & in hac re 98 de momento ad momentum computatur tempus ætatis, vt in dictis locis habetur, facit Tiraquel. in tractat. de legibus connubialib. glo. 8. numero 155. vbi quod quando defectus est in substantia, seu in causa 99 efficiente, idest in eo, qui actum gerit, nihil operatur communis opinio, & existimatio per quod etiam cessat difficultas, l. si quis Patremfamilias, ff. ad Senatusconsult. Macedon. quia quicquid fit in mutuo, in alie- 100 natione requiritur veritas, quod scilicet non alias possint immobilia liberè alienari, quam per eum, qui perfectæ sit ætatis, nec est satis, qđ videatur, & reputetur maior.

Nec ratihabitiones allegatę in contrarium videntur officere actori, quia laborant eo- 101 dem morbo, quo ipse venditionis contractus est affectus, eum tunc temporis esset minor D. Agens, & in eis non sint seruatæ solemnitates requisitæ a iure communi, & municipali: præterea ex actu facto per actorem procuratorio nomine eius cessionarij non potest aliquod præiudicium sibi impingi, vt ex eo contractum venditionis comprobasse dicatur, quia cum hoc alieno & non proprio nomine, & vt alius, & non 102 vt ipse fecerit, sibi in aliquo non nocuit, l. Carus, ff. de pignor. action. vbi qui fuit pręsens testamento creditoris, & se subscripsit tanquam

tanquam testis,non videtur approbare con tenta in testamento,& facere,sibi præiudicium in iure suo,quia tunc habetur,vt alia persona,& nō vt ipse,Gabriel.tit.de rerum alienat.conclusio.secunda, numero secundo, in prima ampliat. facit l.cum quædam mulier,C.de admin.tutor. vbi tutor,vel curator non præiudicat sibi, vt priuato, imo

104 ius suum illæsum, & immutilatum post depositum officium reseruatur,Gabriel.d. conclusio.2. numero 17. in sexta ampliat. ad idem est text.in l.aduersus, §.tutores, ff. de inofficios.testament.vbi tutor agens de inofficioso testamento nomine pupilli non

105 est indignus legato sibi relicto, & in l.filius,eodem titulo,vbi qui non proprio, sed alieno nomine egit de inofficioso testamēto, & succubuit, non perdit sibi relictum., sic etiā videmus, quod si iudex habet sciẽtiam alicuius facti,vt homo,& priuatus, &

106 aliter habet ex processu,tunc est alia persona,& debet iudicare, vt iudex, hoc est secundum allegata,& probata,& non secundum propriam conscientiam, Archid.in c. 1.de re iud.lib.6.in verbo iustitiam,Docto. in l.1.C.vt quæ desaduoc.part.iud.sup. pulcre Afflict.in tractat. de iure prothom. vbi prædicta omnia ad hoc propositum allegata ponit in §.2.numero 13.post versic. subsequenter quæritur, ideoque si iudicando rem suam propriam vni ex litigatoribus adiudicaret, sibi non præiudicaret, vt per Gabriel.vbi supra,numero 20.in nona ampliat.facit ad hoc decisio Capyc.52. in causa hæredum ad fin. vbi quod confessio,seu

107 depositio alicuius examinati tanquam testis in vno iudicio, non nocet ei tanquam parti,seu principali in alio iudicio, quod est notandum; Aduertendum tamen est quod si quis facit aliquem actum non nomine proprio,sed alien, & sic non vt ipse, sed vt alia persona, potest postea ei contrauenire

108 nomine proprio, & sic vt ipse, & ita procedunt dicta hoc meo consilio: sed si facit actum nomine proprio, & vt ipse, non potest postea ei contrauenire alieno nomine, & vti alia persona, ista est doctrina Castr. in l.si non sortem,§.si filiusfam.numero 2. ff.de cond. indeb. & ibi idem colligitur ex Ias.licet non tam clarè sub §.adeo, num.3. ad fin. videatur etiam in hoc proposito Socin.consil.43.numero 19.20.libro quarto,

109 vbi distinguit, & loquitur in consentiente alienationi rei sibi debitæ. Ad idem est text. in l. inter officium, ff.de rei vend. vbi sententia lata contra clientulum in reali

110 nō nocet aduocato,ad quem res pertinet etiam scienti secundum Barto.ibi tempore agitati iudicij, Gabr.loco citato, nu. & seq.

& nu.13. & seq.in 3.& 4.ampliationib. Et quandoque licet alicui tanquam alij, quod

111 sibi, vt ipsi non licet,l.si paterfamil. §.qui duos,& ibi gl. & Bar.ff.de adoption.facit c. cum inter vniuersas, in fin. cum glos.fina. de electio. vbi quando quis exercet duplex

112 officium Regis, scilicet & Pontificis, si consentit vt Rex, non dicitur confirmare, vt Papa,sed debet etiam consensum præstare,vt Papa,& sic duplex exigitur consensus ad hoc etiam facit cap. cum inter Canonicos,cum glo.in verbo confirmauit,eodem titulo, vbi Archiepiscopus, ad quem spe-

113 ctat confirmatio electionis Episcopi, si eligit ipsum Episcopum vti arbiter ex compromisso, non dicitur eligendo confirmare, immo potest electionem recusare probato delicto electi,non obstante quod propriam electionem, quis non possit oppugnare,quia electionem fecit, vt arbiter, & tanquam Archiepiscopus confirmat, vnde tanquam alius eligit, & tanquam alius confirmat,& ideo per electionem non sibi præiudicat in confirmatione; Est tamen argumentum in contrarium in officio volunta-

114 rio aduocationis,vel procurationis,in l.fi. in principio, ff.de inofficios.testament. vbi exhæredatus in testamento Patris, si præstat patrocinium, vel procurationem legatario petenti legatum, approbat testamentum, & contra illud querelam opponere amplius non potest, & ibi hoc not. pro te mirabili Barto.& Bald.glo.fina.in d.l. cum quædam mulier,C.de admin.tuto. sed hoc esse speciale in querela testamenti, quæ est

115 odiosa, dicit glo. in d.l. fina. idem tradit Gabriel d.conclusio 2. numero 11. versic. tertio limita,& est optimum dictum, quia alias esset in contrarium d.l.inter officium ff.de rei vend.cum alijs alleg.per glo.in d.l. cum quædam, & ideo dicit Salycet in d.l. cum quædam mulier, sub numero primo, quod iudex sibi non præiudicat sententiam

116 do inter duos super re quæ ad ipsum spectat,& dictum etiam fuit supra, Roma. autem in d.l.fina.lecta cum l.si suspecta,in fi.

117 aliter non concordat d.l.fin. cum dicta l.inter officium,quod d.l.fi.loquitur,quando Aduocatus, vel Procurator sciebat se habere interesse in eadem causa, d.l.inter officium vero,quando ignorabat,sed Barto. videtur dicere,quod id fit in d.l.fin. quia solus con-

118 sensus sufficit ad approbandum testamētum,at in d.l.inter officium contrarium dispositur, quia solus consensus non sufficit ad amissionem dominij, ita Barto. in d.l. inter officium,sequitur Gabriel. vbi supra, numero 10.vers.secundo limita, facit text. in l.qui cum naturaliter, §.si patroni, ff.de bonis

bonis liberto. vbi filius patroni præstans ad 119 uocationem accusatori liberti, non repellitur ab eius bonis, licet accusando repelleretur & ibi glos. se remittit ad solutionem contrarij, vt in d.l.fina. Et licet cessio de pretio rei venditæ fuerit facta tempore, quo actor erat veniam consecutus, licet esset minor, & in ea etiam interuenerit Iudicis Decretum, tamen ex hoc non potest dici, quod ratificatio exinde proueniens fuerit firma, quoniam ad validitatem alienationis bonorum immobilium minoris, qui 120 veniam ætatis sit consecutus, non sufficit decretu m, sed requirũtur omnes solemnitates, quæ requirerentur, si ei venia ętatis non esset concessa, & in hoc similis est omnium minorum conditio, vt ait tex. in l. 3. C. de ijs, qui ven. ætat. impetr. & videtur probari in l. si quando in principio C. si maior fact. alienat. fact. sin. decret. rat. habue. lib. 5. si rectè consideretur, sicut enim non potuisset ipsam rem venditam sine debitis solemnitatibus alienare, ita nec alienationem iam factam licet nulliter ratificare, neque etiam aliquo modo illi consentire, cum ex tali consensu seu ratifica-121 tione idem effectus resultaret, qui ex ipsamet venditione resultat iuxta trad. per Dec. & Cagnol. in l. aliud est vendere ff. de reg. Iur. & est tex. in l. si ad resoluendã ff. de præd. & alijs reb. minor. Præterea non potest quicquam operari decretum respectu ratificationis, quia non fuit appositum, nisi super cessione, quo casu non 122 potest extendi ad ratificationem per ea, quæ statim proxime dicam; Nec iuramentum appositum in ipsa cessione operatur quicquam super confirmatione venditionis, de qua non agebatur inter cõtrahen tes, nec agi poterat, quia nihil ad cessionarium spectabat de confirmatione, cum non haberet in ea interesse, sed solum 123 validabit cessionẽ ipsam, super qua fuit præstitum, cum enim non fuerit iuratum super ratihabitione contractus venditionis, nec de ea ageretur, neque etiam cogitaretur; absurdum esset dicere ipsum iuramentum ad eam extendi, cum actus gentium non debeant operari vltra eorum intentionem l. non omnis ff. si cert. petat. & iuramentum reguletur secundum naturã 124 contractus, super quo apponitur leg. fin. C. de nõ num. pec. faciunt optimè ad propositum tradita per Osas. decis. pedem. 41. Ant. Corrad. in secundo dubio præserrim nu. 4. & valde ad propositum facit Corn. in d. l. 1. in fin. C. si maior fact. rat. habuer. lib. 2. vbi quod ex actu facto ad aliũ finẽ, & 125 ad diuersam causam per maiorem super actu nulliter in minori etate confecto, non potest illius induci ratificatio, & est lectura super l. 2. d. tit. lecta cum d. l. prima imo dicit pulcrè gl. fi. in d. l. 2. quod si maior factus facit actum vementem in consequentia prioris actus in minori ætate celebrati, non inducitur ex hoc approbatio illius a-126 ctus per l. 3. §. scio ff. de minor. vbi minor, qui hæreditatem sibi delatam acceptauit, & maior factus nomina debitorum exegit, potest nihilominus in integrum aduersus aditionem restitui, & ratio est secundum Corn. vbi supra, quia illa ratificatio facta est in maiori ætate ex quadam necessitate actus præambuli gesti in minori, 127 & ideo non tollit restitutionem, quia nõ videtur maior ratificasse, sed potius ex alia causa exegisse, puta quia tenebatur de periculo nominum nec agens de intellectu d. §. Scio, dissentire videtur. Simoncel. in tractat. de decret. lib. 3. tit. 9. inspect. prima num. 7. & ex hoc tollitur contrarium l. 1. & 2. C. si maior fact. rat. habuer. li. 2. quia 128 cum non valuerint ratificationes prædictæ, non præstant impedimentum, nec obstant, quin possit contractus antea factus improbari. Vlterius dict. tit. si maior fact. rat. haber. li. 2. procedit, quando actus per minorem factus postea per ipsum maiorẽ 129 factum expresse verbis, aut factis fuit ratificatus, quia tunc uetum est, quod non potest amplius ab eo improbari, & ita illum titulum intelligunt Doctores, et ita etiam loquuntur allegatæ authoritates, secus autem si à minore sit facta ratificatio, & præsertim nulliter, & eodem uitio, quo contractus, affecta, quia tunc tũ nulla nõ attenditur. Præterea vbi in contractu minoris interuenit dolus, non potest ipse contractus postea per eum etiam maiorem fa-130 ctum expresse ratificari, vt in terminis concludit Rom. in d. cons. 54. sub num. 3. vers. contrarium puto verius, vbi propriè loquitur in dolo, qui arguebatur ex nõ seruatis iuris, et statutorum solemnitatibus in alienatione immobilium minoris, & ex lęsione enormi in ipso contractu existente; prout etiam arguitur in casu præsenti per supradicta, & dicit de hoc esse casum expressum in d. l. 1. iuncta gl. cap. si mai. fact. rat. hab. lib. 2. idem post Romanum respõdit Barb. cons. 42. colu. 7. libr. 1. & cons. 70. col. 3. & 4. libr. 3. volens non attendi ratificationem à maiore expresse factam aliena-131 tionis tempore minoris ætatis celebratę, quando acquirens in dolo uersatus fuerat in non seruando solemnitates requisitas in similibus contractibus minorum, & in lędendo enormiter minorem in iusto pre-

tio,idem etiam,quod non possit per maiorem expresse ratificari contractus in minori ætate factus cum dolo aduersarij tenet Menoch.de recuper.possess. in 15. remed. numero 132. versiculo declaratur nunc primum,& numero 177. versiculo declaratur secundo ad hoc citans d.leg.prima,cum gl. & licet postea d.numero 132. & 135. & nu 178.dicat d.leg.& glos. & dictam conclu-
132 sionem esse intelligendam in dolo vero, non autem in præsumpto, vt etiam voluit paulo inferius numero 181. inferens propterea malè de iure respondisse Roman.& Barbat.in citatis consilijs,& alios eos secutos,ex quo dolus, qui in eorum casibus interuenerat eo modo, quo supra declaratus fuit,erat præsumptus & non verus, vt ipse probat numero 179. tamen non est recedo dum ab opinione dictorum Doctorum ob
133 nouam sententiam Menoch. & maximè quia fundamentum eius,per quod in dictã sententiam videtur inclinare, non est iudicio meo multum efficax, nam posito millies,quod d.leg.prima,cum glos.esset intelligenda in dolo vero,& non præsumpto,tamen procederet vbicunque adesset læsio enormissima, & multum excessiua vltra dimidiam partem iusti pretij,vt in casu præsenti, quia tunc secundum communem Doctorum opinionem dolus talis re ipsa
134 interueniens dicitur esse ex proposito, & sic verus dolus,immo, & manifestus secundum Grammat.decis.76.numero 11. ad fi. vel saltem æquiparatur dolo ex proposito, & sic vt verus dolus, & non præsumptus consideratur, vt supra probatum fuit, solũ
135 igitur,si vera est opinio Menoch.haberet locum, quando læsio non enormissima, sed solum enormis esset, & talis, quæ non faceret dolum illum præsumptum æquiparari dolo ex proposito,& vero, vltra quod vt dixi, est tenenda opinio Romani, & sequacium intelligentium d.leg prima,cum glo. etiam in dolo pręsumpto, vt etiam facit Curt.iun.cons.50. numero septimo, & octauo relatus ab ipso Menoch. sub dicto numero 135. ob quem dicunt impediri ratificationem expressam à maiore fieri de contractu tali dolo præsumpto inito tempore minoris ætatis,quod de plano videtur procedere, quando ipse maior ratificans ignorauit talem dolum in contractu in mi
136 nori ætate per eum celebrato interuenisse, prout præsumitur in dubio, & de quo etiam eius iuramento standum esset, vt de consistente in animo,quia tunc verum est non obesse ratificationem,nec valere, secus autem si dolum ipsum sciuisset ratificans
137 quia tunc à sciente potuisset remitti, vt dicit Roman.in dicto consilio quinquagesimoquarto,sub nume. tertio,in dicto versiculo contrarium puto verius, & clarius glos.in verbo dolo in dicta lege prima.C.si mai.fact.rat. hab. libro secundo, quam ibi sequitur punctualiter Corn. post princip. versiculo in glo.prima,in fin.quod quidem optimè congruit proposito nostro, quia cum venditio fuerit facta à fratre actoris de re communi pro indiuiso absente, & ignorante actore, & sine aliquo eius mandato,etiam quod, & pro eius parte pro indiuiso facta fuerit, tamen cum in ea non interuenerit,multo facilius præsumitur ignorasse læsionem,& dolum re ipsa in ea commissum; Et per hæc aliud quoque tollitur contrarium ratificationis tacitę prouenientis ex taciturnitate tàm Baptistæ venditoris,quam ipsius Actoris per quinquennium, & longius tempus post vtriusque legiti-
138 mam ætatem annorum 25. etiam quod statutum loci pronuntiaret quem maiorẽ post.20.annos, quia non procedit in materia alienationis,sed in alijs terminis. Simon cel.de decret.libro tertio, titulo octauo inspect.tertia,numero 24.& seq.& tit. nono, inspect.secunda,numero vndecimo,& seq. vbi de magis communi & veriori opinione testatur secundum terminos l. fin. C. si mai.fact.alien.fact.sen.decre.rat.hab. libro quinto,quia quando in alienatione per minorem facta interuenit dolus aduersarij,
139 non potest talis contractus ex cursu temporis in maiori ætate confirmari,vt censuit Menoch. in loco citato in dicto versic.declarantur,2.nu.177.& 178.Si enim non potest talis confirmatio fieri expresè per supra notata,multominus tacitè,vt argumẽtantur Doctores. in locis per ipsum Menoch. allegatis,qui enim non potest aliquid facere cum magis fortè, multo minus poterit cum minus fortè,& licet in d.leg.fin. & in toto illo titulo nulla fiat mentio de dolo, tamen hoc nihil refert. quia perinde est ac
140 si fieret, cum in omni, & quacunque dispositione semper intelligatur exceptus, vt bene aduertit ipse Menoch. per tex. in leg. creditor §. Lucius,ff.mand. & est alius tex. in leg.si pater.ff.de ijs,quæ in frau. cred. & quod d.l.fin.non procedat, quando in contractu interuenit dolus,habetur per Simõ
141 cel.in tract.de decret,libro tertio, titul.9. inspect. 2.casu 2.nume.trigesimosecundo, versiculo declaratur,tertio,vbi ex aliorum mente dicit esse communem opinionem, & subdit numero trigesimotertio,hoc procedere in dolo præsumpto ex inobseruan-
142 tia solemnitatum statuti, vel ex læsione secundum aliquos:sed ipse postea num.34. versic.

versic. contrarium tamen, dicit veriorem esse opinionem contrariam, quod immo stante dolo præsumpto procedat d.l.fin. & 143 opinio aliorum locum habeat stante dolo vero,& certè d.l. fin. loquitur stante dolo præsumpto, cum ibi esset omissum decretum, ex qua omissione dolus præsumitur, vt benè ponderat Simoncel. d. num. 34. & cum hac opinione etiam transire videtur Gabr. d. consilio decimotertio, sub numero vigesimoprimo, in fin. & numero vigesimosecundo, & dicit hoc esse verius, idem tenet Borgnin. de tutor. & curator. sub numero 146. ad fin. & dicit idem num. 149. quod mala fides non impedit hanc ra-144 tificationem, licet impediat præscriptionem, quia ista ratificatio est ipso iure cursu temporis inducta à lege, facit, quod not. idē Borgn. vbi supra num. 158. quod in actu inducto à lege præter hominis voluntatem 145 non est opus aliqua solemnitate statutaria vel legali, & ita etiam videtur tenere Bald. consi. quadragesimoquinto, in princ. libro secundo, & idem vult Menoch. loco citato, inquiens quod supra dictum est intelligi de vero, & non præsumpto dolo, infertque propterea nume. 180. malè respon-146 disse Curt. iuni. in consilio per eum citato dicentem alienationem à minore factam non seruatis statutarijs solemnitatibus nō posse confirmari à maiore facto ex solo tēporis cursu iuxta dispositionem d.l. fin. cū in eo contractu adesset dolus præsumptus ex defectu ipsarum solemnitatum necessario requisitarum, & nume. 181. malè quoque sensisse Ruin. in cons. per eum allegato respondentem donationem à minore factam non ratificari post legitimam ætatē ex solo temporis cursu, si fuerit dolosa, intelligendo de dolo præsumpto: sed quando præmissa aliquod dubium haberent, dicitur, quod quando contractus redditur nullus ratione certæ formæ, vel solemnitatis 147 non seruatæ sed omissæ, regulariter talis contractus non conualescit consensu superueniēte ex taciturnitate per tractum temporis l. quod ab initio, & l. quæ ab initio, ff. de reg. iur. gl. ord. & fin. in cap. quamsit de elect. in sexto, Innoc. in capit. dudum extra de rebus eccles. non alienand. & in c. prudentiam extra de offic. deleg. Cyn. in l. cum antea, C. de Arbitr. Præterea dispositio d.l. fin. procedit solum quando contractus cum minore celebratus esset nullus 148 ex defectu tantum decreti Iudicis non interpositi, quia tunc benè verum est, quod post legitimam ætatem ex taciturnitate per quinquennium inducitur tacita, & præsumpta ratihabitio, contra quam amplius veniri non potest: secus autem si nullitas procederet ex defectu aliarum solemnitatum in contractibus minorum requisitarum, quia tunc non procederet dispositio d.l. fin. nec intelligeretur facta aliqua tacita ratificatio ex cursu quinquennij in ætate perfecta cum silentio, vt est de mente glos. ibi cum qua videntur transire Barto. Bald. & Salyc. prout eos declarat eandem sententiam amplectendo Corn. cons. 207. colum. secunda, littera F libro tertio, quem sequi videtur Capic. decis. 92. in causa nobilis Ioannis numero secundo; quæ quidem opinio receptior est apud Docto. vt dicit Cor. quam sententiam tenent etiam alij relati per Gabr. consilio decimotertio, numero 21. libro primo, & per Simoncel. de Decre. libro tertio, titulo nono, in spect. secunda casu 1. numero 24. versic. Declaratur modo 5 149 Menoch. tamen in d. 15. remed. versicul. secundum caput quæstionis nostræ nume. 140. & quamplur. seq. ex multis Corn. improbat, volens generaliter d. leg. procedere in omni nullitate procedente ex omissione cuiusuis solemnitatis requisitæ in contractibus minorum, quam opinionem meliorem, veriorem, & communiorem dicit Simoncel. vbi supra num. 25. & 26. versic. contrarium tamen, cum qua etiam transeunt Grat. respon. 47. in fin. nume. 28. lib. primo, Corn. consilio 36. numero 22. 23. libro secundo, Bellon. cons. 18. numero 16. in fin. & num. 7. Cacher. decis. pedemont. 177. numero 15. & Borgn. de tutor. & curat. num. 146. dicens esse meliorem; nec dissentit Bald. consilio quadragesimoquinto, libro secundo, sed & si censeretur ex cursu temporis tacitè ratificata dicta venditio, nō tamen per hoc caderet à victoria actor, quia vt supra ostensum fuit, laborabat venditio duplici nullitatis vitio ex capite scilicet non adhibitarum solemnitatum, & læsionis enormissimæ, vnde & si sublata esset ex lapsu temporis nullitatis causa resultans ex omissione solemnitatum vigore d. leg. final. intelligendo eam iuxta opinionem Menoch. tamē subiaceret adhuc vitio nullitatis ex læsione, quod non censetur subla-150 tum ex d.l. final. cum tale læsionis beneficium concedatur etiam maiori, vt tradit Menoch. in loco allegato numero 184. versiculo declarantur quarto, quem sequutus est Simoncel. d. casu secundo numero 44. versiculo septimo declaratur, dicens post multos per eum alleg. quod quando contractus laborat duplici vitio nullitatis scilicet, & læsionis, sublata nullitate ex cursu 151 temporis, non intelligitur sublata causa læsionis, nec habet locum d. leg. fin. licet vt

dixi non procedat in casu præsenti d. leg. si cum venditio sit nulla ex alio quam ex decreti omissione; Nec vim faciunt deducta ex Afflicto & Pari. respectu ratificationis expressè post venditionem ex interuallo factæ, ex qua videatur cessare allegatio nulli-
152 tatis ex quacunque causa, etiam ex defectu consensus ob dolum ex proposito cōmissum in venditione, cum cesset dolus in ipsa ratihabitione, quia loquuntur in ratificatione expressa actus ex interuallo secuta per alium actum verbis declaratum, quia tunc etiam quod primus contractus esset nullus etiam ex defectu consensus ob dolū ex proposito commissum, si tamen sequatur ratificatio ex interuallo per alium contractum, & absit dolus in ea, conualidatur ex eo, quod per ratificationem accedit consensus, & dolus præteritus in primo contractu commissus remittitur per vltimum ratihabitionis contractum, quæ res non congruit casui præsenti, in quo non adest aliqua expressa ratificatio venditionis per Instrumentum aliquod, cum ea solum arguatur facta ex facto & actibus supra nominatis: preterea est nulla ipsa ratificatio, vt dictum est, immo, & in ea dolus arguitur, ex quo fuit facta à minore non seruatis debitis solemnitatibus, & sic cessat obiectum; Nec est verum, quod sit ratificatio expressa geminata, immo si quę adest, est solum simplex, nam ex receptione prouj cessi rei
153 venditę à debitore cesso, & liberatione inde secuta procuratorio nomine cessionarii quicquam non insertus ad ratificationē ipsius venditionis vt supra adnotaui, solum ergo considerari potest ratihabitio ob cessionem de pretio factam per actorem illi cuius postea procuratorio nomine illud exegit, & quietationem fecit, & sic tollitur obiectum, leg. Ballista, ff. ad Trebellia. vna cum notatis per Euerar. & Rol. cuius etiā dicto responsio patet ex supradictis, quia loquitur Rol. in ratificatione expressa per alium contractum, vltra quod & si esset geminata ratihabitio, ea tamen non officeret actori, cum vtraque sit inualida ob minorem ætatem ratum habentis, vt etiam supra fuit dictum, per quod videtur cessare omnis difficultas tàm respectu dicti Afflicti quàm Pari. & d. leg. Ballista, & notatorum per Euer. & Rolan. Non obstat etiam
154 obiectum paupertatis testium actoris, quia licet in his terminis ille dicatur testis pauper, qui non habet tantum in bonis quantum importat causa, super qua testificatur, vt per Felyn. in cap. si qui numero octauo, versiculo glo. fin. de testib. & latius per Ias. in auth. prætcrea nume. 27. versic. glo. in verbo locuples. C. vnde vir, & vxor, & per Soc. in tract. reg. fall. reg. 289. in verbo pauper in tertia fallen. post glo. in auth. de hæredit. & falcid. in §. si vero absunt in verbo substantiam, quam ibi commendāt Doctores, & vt singularem benè notandā & menti tenendam dicit Socin. in loco al. leg. tamen sola paupertas non repellit testē
155 à testimonio, vt latè docet Ias. in d. auth. pręterea in d. versic. glo. in verbo locuples, immo pauperes admittuntur ad testimonium tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus, & sunt idonei vt diuites, si sint honestæ personæ Felyn. in d. cap. si qui numero octauo d. versic. glo. fin. de testib. & est opinio gloss. in leg. tertia, in princip. in verbo agens, ff. eod. tit. & habetur per Soc. in dict. reg. 289. in reg. & in secunda, & tertia fall. & per Alex. cons. 176. visis narratis numero quarto, versic. tertius testis, volum. septimo, vbi distinguit, & dicit, quod si pauper
156 incidit in paupertatem vitio suo, non est idoneus testis, quia non solum rerum, sed & famæ suæ prodigus est, vnde repellitur à testimonio, quia vitiosus in se, præsumitur vitiosus multo magis in alios: si verò sine vitio suo, si sit bonæ famæ, est testis idoneus; si verò malæ, secus, quia repelletur à testimonio; si verò nullius scilicet neque bonæ, neque malæ, admittetur ad testimonium, sed minus ei credetur, & eandem distinctionem, licet de Alex. mentionem nō faciat, ponit Socin. in d. tertia fall. & fuit dictum Baldi in d. ca. si qui de testib. & idem esset iudicio meo dicendum in eo, qui semper & vsque ab initio natiuitatis fuisset pauper, & miserabilis, quia tunc quoque considerandа esset eius fama iuxta prædictam distinctionem, & ideo cum testes actoris sint honestæ conuersationis, & bonę famę, & ferè omnes testes reorum ad reprobandum examinati fatentur, optimè probant, vltra quod non fuit concludenter probata
157 ipsorum testium paupertas tempore lati testimonij per eos, prout opus erat, nec probant acta excussionum nonnullorum ex ipsis, quia satis ante fuerunt facta, & potuerunt postea multa acquisiuisse, & non est attendendum tempus excussionum, sed lati testimonij, nec benè concludunt testes recepti ad reprobationem, quod nihil in bonis habeant testes actoris, quia ad hanc negatiuam probādam debebant dicere, quod nihil habebant in bonis, nec habere poterant, quin ipsi tanquam noti & vicini sci-
158 rent, quod nec fuit articulatum, vt per gl. in auth. de hæred. & Falcid. in §. si vero non absint in verbo, & vidisse, & in l. 1. §. interdicto, ff. de itin. actuque priuat. & in

ter-

terminis traditur per Roman.d.cons. 245. ad fin. sub num. 9. versic. & si dicitur, ubi loquitur in testibus probantibus vergentiam ad inopiam, & ait, quod debent ad probandam eam deponere non extare alia bona, quam articulata, nec extare posse, quin ipsi uti noti, & vicini scirent, & notitiam haberent; Accedat, quod omnes exceptis primo, & tertio deponunt vel de eorum credulitate, vel de auditu alieno, & omnes indifferenter fatentur eos posse habere bona, 159 quod ipsi nesciant, & sic nihil probant, ut de primo est tex. in l. testium cum gloss. C. de testib. & de secundo in l. non hoc C. unde cognat. & in l. neque natales. C. de probat. & habetur passim per Doct. Non nocet etiam Actori, quod eius testes deponentes de valore rei tempore venditionis non probent, cum deponant de tempore, quo erant minores, & talis ætatis, in qua in eos non concurrebat inditium discernendi pretium commune rerum immobilium, quia & si nonnulli sint, qui hoc vitio fortè laborent, tamen multi sunt, qui hoc morbo carent, & qui solum de per se ad probationē sufficiunt, ultra quod etiam aliqui ex existentibus in dicto vitio tempore venditionis, & si erant minores 25. annis, erant tamen ad æstimandum immobilia habiles, videmus etenim quotidiè per experientiā Iuuenes excedentes ætatem pupillarē multum expertos, & sagaces in similibus esse, & in terminis, quod minores 25. annis possint habere scientiam veri valoris bonorū immobilium, probatur ex notat. per Crau. 160 cons. 142. Claudius numero 24. versicul. & si præmissa procedunt, ubi quod minori læso excessiuè ultra dimidiam partem iusti pretij rei venditæ succurritur, non obstante quod sciuisset ipsum valorem rei, ex quo patet talem scientiam in minorem cadere posse; Et licet aliqui ex dictis testibus acto-161 ris de rei pretio tempore contractus deponentibus non recordentur de eius in dicto tempore fructibus, tamen non sequitur, quin ipsum pretium probent, cum stēt simul hæc duo, quod recordentur de pretio, & non de fructibus, de quibus & si eo temporis notitiam haberent, de præsenti tamen non habeant, quod est verisimile, 162 cum sint transacti 24. anni, & à iure inducatur obliuio etiam in facto proprio, quod est plus, ex cursu decem annorum l. peregrè, ff. de acquir. possess. Bar. in leg. qui fundum, §. seruus meus, ff. pro empt. glo. Bart. Angel. & Ias. in l. 1. C. de ser. fugit. Ias. in l. 2. §. ex contrariorum, num. 52. ff de verbo. oblig. Plot. inter consil. crim. diuers. consil. 110. in causa Comitis Francisci de Plotis num. 10. versic. tertio, quia volum. primo, ubi ideo infert. testem deponentem de die 163 in aliquo negotio probando suspectum esse de falso, quando lapsum est decenniū: & quamuis dicti testes non probarent, tamen adsunt plures alij, & de pretio, & de fructibus dicti temporis optimè deponentes, & quorum sola dicta sufficerent actori. Nec est magis stādum testibus reorum uti ditioribus, quàm testibus actoris pau-164 perioribus ex not. per Crau. d. cons. 6. nu. 29. quia quando pauperes sunt bonę famę, sunt idonei ut diuites, ut ex supranotatis patet. Nec verum est testes reorum deponere magis verisimilia, quam testes actoris quò ad pretium rei venditę tempore cō tractus ob æstimum ante ipsam venditionem factum, quia dicitur ex dicto æstimo 165 non argui iustum, & commune pretium rei venditæ, quia cum fuerit factum per quamplurimos annos ante venditionem, non probat etiam præsumptiuè eius valorem tempore ipsius venditionis per text. in l. 3. §. Diui fratres ibi: & iusta pretia non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione cōstitui, ff. de iur. fisci, & in l. ad rescindēdam ibi non sufficit, quod magno pretio fundum comparatum minoris distractum esse commemoras, C. de rescind. vend. Augentur enim pretia prædiorum ex bona, & minuuntur ex mala possessoris 166 cultura, ut ait ibi glo. per d. §. Diui fratres, ubi hoc est expressum, varianturque ex tē-167 pore l. pretia rerum, §. nonnullam, ff. ad l. Falcid. & ideo non bene infertur, res uno tempore tantum valuit, ergo, & alio pariter. Et in terminis, quod instrumenta producta ad probandum valorem rei venditæ non probent illum, si sint facta diuersis tēporibus, tenet Alex. cons. 54. num. quinto, 168 versic. non obstant libro sexto. Et dicta per Cagnol. possent procedere, quando adessent plura eiusdem rei Instrumenta de proximo, & circa ferè idem tempus facta, & in pretio non multum diuersa, immo cō cordantia; Per hoc quo etiam cessat, quod dicebatur esse standum magis dicto Testiū reorum, quàm actoris, cum ex dicto æstimo adesset pro ipsis præsumptio, & coniectura, quod iustè deposuissent de pretio ex causa dicti æstimi, quo arguebatur valor rei venditæ, quia nihil facit æstimum ad fauorem reorum, nec adiuuat depositiones eorum testium, cum sit diuerso tempore, & satis ante factū per præmissa. Ultra quod non est idem pretium æstimi cum pretio venditionum, sed differens: stante igitur legitima læsionis probatione ex testibus actoris, dicitur non refragari actori ratifica-

tionem per eum cum iuramento factam, & hoc in euentum, quod dici posset iuramētum cessionis trahi ad ratihabitionem, quod est falsum, si agat proprio, & hæreditario nomine Baptistæ fratris venditoris, quia illa ei non nocet, nec iuramentū quicquam facit ad fauorem reorū per ea, quæ latè supradicta sunt: vltra quod iuramentū minoris prout erat actor tempore allegatę

169 ratificationis, non excludit eum à beneficio d. leg. secundæ, C. de rescind. vendit. vt per Cagnol. ibi in 9. quæstione per totum illius discursum num. 103. & quamplur. sequent. Crauet. consi. 142. Claudius, nu. 28. versic. Secundo respondeo, & consil. 192. casus ita habet. numero secundo, versicul. hoc ita præmisso, & allegatæ in cōtrarium decisiones loquuntur in iuramento maioris, non autem in iuramento minoris. Præterea data læsione enormissima, & multū excessiua vltra dimidiam partem iusti pretij, prout est in casu præsenti, iuramentum etiam maioris non obstat etiam quod læsioni enormi, & enormissimæ cum iuramento specialiter renuntiasset vt supra probatum fuit, multo minus ergo in minore

170 obstabit, cui in tali læsione excessiua, multo facilius succurritur, quàm alijs deceptis, Cagn. in leg. si quis maior num. 39. versic. & procederent ista, C. de transaction. Crauet. d. cons. 142. num. 24. ibi & si præmissa procedunt, nec vim facit, quod sit geminata ratihabitio actoris, per quam tollitur remedium d. leg. secundę, quia non est hoc verum, vt patet ex supradeductis. Et etiam quod esset verum, non noceret actori, cum

171 inualida sit vtraque ratihabitio: immo, & dolosa ex omissione solemnitatum, vt supra fuit adnotatum. Vlterius dicitur, quod non tollit geminatio consensus etiam ex interuallo remedium d. leg. secundę, vt ha-

172 betur ibi per Cagnol. in secunda ampliat. ex. sub num. octauo, & in quinta quæstione, in fin. sub num. 71. & 72. Socin. consilio 86. colum. quarta, libro primo, Corn. cons. 11. & cons. 140. lib. 3. Dec. cons. 60. ad fin. Boer. quæst. 100. colum. sexta, ad fin. in versicul. Et secundum istum communem, & quæst. 144. in fin. part. prima, & nouissimè Arrius Pinel in repet. d. leg. secundę, in tertia part. cap. primo, nume. 36. vbi hanc esse tutiorem, & veriorem opinionem probat. Et ad fundamenta aliter tenentiū respondet, quod sine aliquo scrupulo dicitur procedere in geminatione minoris data enormissima læsione per prædicta, quia tunc cū

173 idem error adsit in ratificatione, in eaque etiam dolus deprehendatur, non solum nō comprobatur contractus, sed immo magis vitiosus detegitur, nec quicquam operatur actus iteratus, seu geminatus, ex quo subest eadem causa, & suspicio, quæ in primo actu suberat, sed potius maior suspicio videtur insurgere contra contrahentem ob nimiā cautelam, iuxta tradit. per D. Crauet. cons. 151. neminem colum. fin. nume. 31. & 32. Nec tollitur beneficium d. leg. secundę, ex venditione per subhastationem publicam facta, vt est tex. in l. si quos, C. de rescinden.

174 vendit. Bart. in leg. prima, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Socin. in tract. reg. fall. reg. 226. in verbo lex. in tertia fallent. & est cōmunis doctor. opinio secundum Cagnol. in d. leg. secunda, quæstione 23. nume. 161. versic. quinimmo procederet prædicta conclusio. Crau. cons. 29. pro clariori nume. 4. versic. addo, quod ista ratio. Et licet aliqui contrarium teneant; tamen eorum opinio in rebus minorum reprobatur, vt dicit ibi Crauet. authoritates adducendo, & etiam quod indistinctè tam in bonis maiorum, quam minorum procederet, quod tamen non videtur verum: nihilominus existente

175 enormissima læsione, & multum excessiua dimidiam partem iusti pretij, non obstaret subhastatio publica, & legitimè facta, vt subdit ibi Crau. & propterea siue tollatur d. leg. secunda, per incantum, siue non, sumus in tuto ob enormissimam læsionē, quę in proposito nostro probata clarissimè extitit, & si videatur superfluum de hoc disputare, cum re vera subhastatio facta non fuerit, quicquid dicant aliqui testes reorū, qui hoc non probant legitimè: si enim facta fuisset, vtique appareret, & per notariū scripta iuxta solitum fuisset, & inuenta, & exhibita fuisset. Nec possunt se iuuare rei ex præscriptione longi temporis, si contra eos agat Actor proprio, & hæreditario nomine fratris primi venditoris, quia posito quod vera sit opinio Balbi, tamen non procedit in proposito isto, quia cessant præ-

176 supposita per ipsum Balbū. Primo enim cessat bona fides ipsorum reorum, immo mala fides, & manifestus in eis dolus existit. Secundo cessat scientia Actoris, seu primi venditoris de venditione Dei facta per primum emptorem in ipsos reos, quæ quidem scientia necessario erat probanda, cū in facto alieno præsumatur ignorantia, l.

177 verius, ff. de proba. cum similibus. Nil mirum igitur si cessante præsupposito, cesset

178 dispositio iuxta glo. in leg. mancipia, C. de seru. fugit. Nec quidquam facit, quod si agat Actor cessionario nomine hæredum primi emptoris, à quo habent causam immediatam rei conuenti, non possit obtinere ob iuramentum in venditione appositū,

quia

quia data enormissima læsione, & multũ excedente dimidiam iusti pretij, iuramen-
179 tum maioris non obstat etiam quod esset enormissimæ læsioni specialiter renuntiatum, vt ex latè supra allegatis videri potest.

Reliquum modo est, vt videamus quid iuris sit in melioramentis in re factis, an scilicet reis sint restituẽda, vel ne? & in hac materia præsuppono quod si in re quis ex-
180 pendit centum aureos, & res non sit meliorata, & pretiosior facta, nisi in quinquaginta, non dabitur repetitio nisi pro quinquaginta, è cõtrario verò si expendit quinquaginta, & sit meliorata, & pretiosior facta in centum, non dabitur repetitio nisi pro quinquaginta, ita est tex. in l. in fundo, ff. de rei vend. ibi reddet impensas, vt fundum recipiat, eo vsque dumtaxat, quo pretiosior factus est, & si plus pretij fundo accessit, solum quod impensum est, & ibi gl. & cæteri scrib. & tradunt Capic. decis. 93. in causa Athenasij in tertio dubio sub numero nono, Castr. cons. 270. sub num. tertio, versicul. item quod dixi libro secundo, Ioseph de Ludouic. decis. Perus. 58. nume. decimoquarto, & decimoquinto. Marzar. de fideicomm. in tertia part. quæst. 65. post versic. sed circa prædicta, Abb. pulchrè in cap. primo, extra de restit. in integr. num. 4. versic. sed circa. Borgnin. decis. 28. numero quarto, part. prima, Ant. Neguſ. in tractat. de pignor. & hypoth. in quarto membro quintæ part. princ. nume. vndecimo, vet sic. quarta conclusio sit, vbi propterea instruit aduocatum volentis consequi tales expen-
181 sas melioramentorum, vt articuletur tam super impensis, quam super melioratione deducendo, quod tantum in re sit expensum, tantumque propter illas expensas res meliorata & pretiosior facta, quam esset ante: nam hoc non deducto, & probato, obtineri non potest, vt ibi per ipsum, cum quo conuenit Tiraq. de retract. conuention. §. 7. glo. prima, numero octauo, versic. Quinto declata, & Peregrin. nuper visus in tract. de fideicomm. art. 50. in tertia part. quæst. quinta, num. 79. & seq. folio mihi 479. & seq. vbi plures alios eiusdem sententiæ refert. Præsuppono etiam, quod ad hoc vt excipiens contra petitorem rei de meliora
182 mentis in ea factis obtineat, necesse est, vt probet ipsas meliorationes ab ipso, vel ab alio, cui successerit, esse factas, vt adnotat Castr. conf. 268. viso suprascripto puncto colum. penul. versic. ad vnum tamen aduertendum in nouis, libro secundo, quem sequitur Menoch. 15. remed. recup. possess. nu. 567, versic. nam erit præterea animaduertendum, idem etiam tradit ipse Castr. cons. 270. numero quarto, versic. ad vnum tamen aduertendum libro secundo, & est illud met cõs. à Menoch. allegatum, immo
183 videtur, quòd præsumantur melioramenta à possessore facta vt notat Bald. in leg. 1. numero 23. C. de fruct. & lit. impen. sed cũ Castr. conuenit Borgnin. d. decis. 28. nu. 3. qui etiam citat Redoan. in tract. de reb. eccles. non alienand. §. Conductores, numer. secundo, & idem tenet Socin. Iun. cons. 62. numero tertio, libro secundo; ex quo quidem duplici præsupposito clarè patet, non esse ipsa melioramenta restituenda reis; cum prædicta, & si fortè, licet non clarè, capitulata, tamen probata non sint per testes, qui, vt patet ex processu, non probant legitimè, de impensis; Vlterius ex alio etiam meliori fundamento apparet non esse habendam in casu præsenti considerationem melioramentorum, nam cum rei conuenti sint malæ fidei possessores ob enormissimam læsionem, quæ in eorum acquisitio-
184 ne interuenit, & melioramenta per eos in re facta non essent necessaria, & sine quibus res non perijsset, non datur eorum repetitio las in l. fin. §. fin. in 2. nota. sub nu. 3. C. commun. de legat. Neguſ. in d. 4. memb. quintæ part. princip. num. 19. versic. nona conclusio sit, nec dicatur hoc esse speciale in emente scienter rem subiectam restitutioni fideicommissi, vt videntur loqui præ-
185 fati Doctor. quia generale est in omnib. malæ fidei possessoribus, vt hi impensas voluntarias, prout sunt hæ, de quibus agitur, non possint aliquo modo consequi, etiam quod rem recuperans efficiatur locupletior, cum iactura ipsius expendentis, vt ha-
186 betur per eundem Neguſ. in loco allega. numero nono, versicul. prima, igitur erit conclusio post alios per eum citatos per tex. in l. adeo, §. ex diuerso, ff. de acquir. rer. domin. & in §. ex diuerso instit. de rer. diuis. in quibus locis id benè probatur, & habetur etiam per Arrium Pinel. in rep. l. 2. C. de rescind. vend. part 2. cap. 3. sub nu. 1. versic. nec id ius, vbi quod ex dolo, & mala fide amittitur ius melioramentorum consequendorum, nisi fuerint necessaria, vt e-
187 tiam pulchrè tradit Castr. in leg. domum C. de rei vend. & in terminis, quod emptor amittat melioramenta rei, vbi in cõtractu adfuit enormissima læsio, tenet sub dubio tamen Cagnol. in leg. 2. quæst. 20. nu. 153. C. de rescind. vendit. quæ opinio vera est, licet secus sit in terminis d. leg. secundæ, existente scilicet læsione enormi, & mul-
188 tum non excedente dimidiam iusti pretij, vt per ipsum Cagnol. ibi & Pinel. d. c. 3. num. 1.

num. 1. quando enim læsio est multum excessiua vltra dimidiam veri valoris, venditio ipsa est nulla ob dolum sic re ipsa in ea interuentum, qui dolo ex proposito æquiparatur, vt dicit idem Cagnol. in eadem. l. 189 secunda, quæst 6. num. 79. 80. & 81. vers. Quinto facit, & supra latissimè est dictum, ob idque melioramenta amittuntur, non secus ac si in contractu verè dolus interuenisset, maximè cum ostensum sit talem dolum verum dolum dici. In contrarium tamen facere videtur lex si prædium in fin. 190 C. de præd. & alijs reb. minor. vbi minor agens ad recuperationem fundi nulliter sine Iudicis Decreto alienati tenetur ad expensas melioramentorum, & tamen talis prædij Emptor dicitur esse in mala fide, ac in dolo ob non seruatas iuris solemnitates in eius acquisitione vt supra est prolatum, sed potest responderi hoc locum habere in melioramentis necessarijs, quæ facta in re 191 à minore nulliter alienata sine decreto sunt emptori restituenda Afflict. decis. 87. num. 6. & 8. & est de mente Bald. in l. emptor. ad fin. ff. de rei vend. secus verò et in voluntarijs, quia talis emptor cum sit ma- 192 læ fidei possessor, ea non recuperat per prædicta, & ita videntur velle in dictis locis Doctor. quod etiam probatur per text. in leg. ait prætor, §. per hanc, ff. de ijs, quæ in fraud. credit. iuncta glo. in verbo necessarias, vbi res alienata in fraudem creditorum non potest ab emptore auferri, nisi sibi solutis impensis circa ipsam rem factis necessario, secus autem si voluntariè, & vtiliter. Et hoc quoad expensas in re factas, & circa eius meliorationem, secus autem 193 quoad expensas circa fructus factas, quia eas semper & in omni casu malæ fidei possessor recuperat, vt per glo. in d. §. per hanc in verbo necessarias, & in leg. cæterum in glo. fin. in fin. ff. de rei vendicat. in quibus locis iura probātia adducit Cotta. memor. in verbo Statuto Mediolani cauetur, quod in diuisionibus fratrum in versic. secundo facit, & tradit latissimè Menoch. d. 15. remed. recuper. possess. numero 575. & 576. quæstione 40. asserens hoc generaliter pro 194 cedere in omni, & quocunque malæ fidei possessore etiam prædone, quia vt ipse dicit per l. fructus, ff. solut. matr. & per authoritates Doctorum infinitas fructus pro 195 priè dicuntur, quod superest deductis impensis ad illos percipiendos factis, nec est necesse quod de talibus impensis opponatur à possessore, quia lex ipso Iure hanc deductionem, seu compensationem absque eo, quod ab homine opponatur, facit, vt de 196 clarat Capic. decis. 93. in causa Athenasij, circa fin. sub num. 12.

Ex præmissis igitur omnibus inclinandum videtur reos conuentos fore condemnandos ad actori restituendum rem petitam, seu eius possessionem cum fructibus perceptis, & percipiendis præter quam ex melioramentis per eos, aut eorum parrem Emptorē in ipsa re factis, in quibus teneantur solummodo de perceptis, nulla habita ipsorum melioramentorum ratione, seu refectione, nam & si malæ fidei possessor 197 teneatur de perceptis, & percipiendis seu qui cōmuniter percipi potuissent per quēlibet hominem iuxta ea, quæ superius allegata sunt, & tradita per Castr. in l. domum circa principium, C. de rei vendic. tamen si rem meliorauit, non tenetur ad fructus, qui ex dictis melioramentis vberiores per 198 cipi potuerunt, & eius culpa percepti nō fuerunt, quia ab eis excusatur ex eo, quod eos ex re propria fuisset percepturus, sed solum ad verè perceptos, & est tex. in leg. cæterum ibi improbè tamen desiderabit petitor serui fructus æstimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificiū sumptibus possessoris didicit, ff. de rei vendicat. quem tex. ita intelligunt glo. & Angel. ibi, & Menoch. post alios per eum relatos in d. 15. remed. recup. possess. nume. 610. post versic. Declaratur secundo, & Negusan. in tract. de pignor. & hypoth. in 4. memb. 5. part. num. 20. versic. Decima conclusio est, & versic. sed in possessore bonæ fidei, vbi 199 tenet, quod possessor bonæ fidei lucratur hos fructus ex melioramētis perceptos indistinctè, & ibidem versic. & licet, videtur tenere, quod malæ fidei possessor teneatur ad fructus ex melioramentis perceptos, & dicit circa primam conclusionem de bonę fidei possessore, quod ita semper vidit seruari Florentiæ, & quod eam putat esse veram, & cum hac opinione concordat Borgnin. decis. 28. nume. 7. & 8. in prima part. quicquid dixerit Afflict. decis. 87. nume. 7. versic. item quia, & alij volentes intelligere illum text. vt loquatur etiam in fructi- 200 bus ex melioramentis rei perceptis, ad quos malæ fidei possessor non teneatur, de quibus latè meminit Menoch. vbi supra num. 609. in d. versic. declaratur secundo, quorum opinio non est vera, & non congruit litteræ d. leg. Cæterum, vt constat ex verbis supra relatis, ex quibus plus quam clarè apparet sermonem fieri de percipiendis, non autem de perceptis, vt rectè animaduertit Menoch. cuius dictis addo Capic. decis. 93. in causa Athenasij in 3. dub. sub num. decimo, versic. item prçsupppono, vbi ita declarat illum tex. & dicta per Angel.

gel. ibi, & pro claro habet teneri malæ fidei possessorem ad perceptos fructus ex melioramentis per eum in re factis, licet non ad percipiendos, qui eius culpa percepti non fuerunt, cum percipi possent, ita etiam hanc rem, & Angeli intentionem, & d. tex. l. cæterum declarat, & intelligit. Didac. libro 1. var. resol. cap. octauo, numero quatto, versic. proximæ quæstioni loquens in possessore malæ fidei, cæterum in possessore bonæ fidei, secus videtur, quia vbi tenetur cō-
201 pensare fructus cum melioramentis in re factis per ipsum, dicitur etiam haberi ratio eorum fructuum, qui ex ipsis melioramentis sunt percepti, quod est valdè notandum, vt Didac. loco citato tradit sub dicto numero quarto, versic. quid igitur in bonæ fidei possessore: vbi etiam reprehendit Afflict. in decis. quam ego supra citaueram prius, quam ipsum Didac. vidissem, & ita demum post longam cōsiderationem pronuntiaui. Est verum, quod ex quo Pinel. in d. part. secunda, cap. 3. num. 3. versicu. ex nostra autem inductione ad fin. nihil alle-
202 gando reprobat Cagnolum, & ait, quod stante læsione etiam enormissima, & multum excessiua vltra dimidiam iusti pretij debent emptori solui expensæ melioramētorum, nolui super hoc determinare, sed seruaui dictis Reis ius ipsorum melioramentorum tale, quale eis competit. Anno 1572. Vneliæ.

Suprascripta mea motiua subscripta fuerunt per Excellentissimum D. Frācis cum Landrianum Iure Consultum Mediola-
203 nensem vnum ex Generalibus Vicarijs perpetuis Status Mediolani ne verbo quidem addito: illisque postea visis secundum sententiam meam consuluit pro dicto D. Francisco Agnesio famosissimus Doctor Dominus Roland. à Valle Casalen. in quo consilio in materia læsionis præcipuè se re-
204 mittit ad dicta per me, asserendo, quod de ea perbellè ostendi, non tamen me proprio nomine citat, sed sub nomine consultoris, in eoque consilio multa leguntur, quæ prius ego ponderaueram, & incipit dictum Consilium Clarissimi Iuris, quod postea impressum fuit in quarto volumine Consiliorum ipsius D. Roland. & est in ordinatione Consilium 60. vbi sub nu. 70. meminit de me modo quo supra dixi; Posteaque dicta sententia in causa appellationis fuit confirmata in omnibus, & per omnia, prout iacebat in loco Bagnaschi, vt per
205 litteras prædicti D. Francisci Agnesij certior factus fui, à cuius hæredibus bona etiā de præsenti possideri intellexi. Sequitur Consilium postea in eadem materia redditum prout infra videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

EXcludendo nō dubia, & breuitati quātum fieri potest studendo arbitror filios, & hæredes quondam Vincentij de Clericis de Caleia obtinere debere in iudicio per eos intentato contra filios, & hæredes quō dam Ioannis Andreæ & Ioannem quondam Luciani de eodem loco. Ad obtinendum enim in remedio legis secundæ, C. de rescind. vend. sufficit quælibet etiam mini-
206 ma læsio vltra dimidiam partem iusti pretij rei venditæ, etiam in vno nummo tā tum, Cæpol. in tract. de simulat. contract. in 2. præsumpt. num. 29. versic. &. ad hoc vide, Felyn. in cap. cum causam il secundo, in princ. de testib: Cagnol. in repetit. d. leg. 2. quæst. 14. num. 138. & 139. Gomez. lib. var. resolut. tom. 2. de contract. capit. secundo, sub Rubr. de empt. & vend. sub nume. 22. versic. item. Adde, quod sufficit, quod excessus sit in vno nummo; In tantum, quod si res vendita valebat mille, & fuit vendita quingentis, & testes dicant, quod valebat
207 mille, & vltra, vel plus tempore venditionis simpliciter non exprimendo aliquam quantitatem vltra mille, erit probatus excessus vltra dimidiam, adeo quod erit locus remedio d. leg. secundæ, C. de rescind. vend. Balb. in rep. leg. Celsus in vltima parte in quinta conclusione secundæ quæstionis Bartoli sub num. 15. versic. Secundo limita, ff. de vsucapion. vbi dicit hanc esse cōmunem, & veram opinionem: Quo fit, vt ad rescissionem contractus vēditionis, de qua agitur, satis superque sit probatio valoris 64. librarum petiæ terræ pro 28. venditæ, cum enim valeret 64. & vendita fuerit pro 28. læsus apparet venditor vltra dimidiam, quæ consistit in 32. & ita considera-
208 ratur læsio vltra dimidiam in his terminis respectu venditoris, vt docet pract. Pap. in forma libelli in caus. vendit. in gloss. pro pretio num. 4. sequitur Cagno. alios citans in repet. d. leg. secundæ, quæst. 14. nu. 137. & patet ad sensum; Et congruenter admodum doctum fuit de dicta læsione, postquā per quatuor testes probatum extitit tempore venditionis ante, & post vsque in præ

sen-

ſentiarum petiam terrę cannabinę, de qua eſt quæſtio, fuiſſe, & eſſe communis redditus ſingulo anno vno cum alio computato ponderum trium cannabis, & ſalmę vnius vini, & cannabem fuiſſe, & eſſe ſingulo anno vno cum alio computatò communis pretij, & valoris librarum duarum pro quolibet pondere, & ſalmam vini libræ vnius cum dimidio, ſicque diligenti facto calculo eam fuiſſe, & eſſe annui redditus pro parte dominicali deductis expenſis, ſeu detracta parte coloni partiarij in medietate librarum trium, & ſolidorum quindecim, & ſucceſſiuè pretij communis librarũ 64. habito reſpectu ad eius redditum ad rationem quinque pro centenario pro parte dominicali de nitido deducta parte coloni, & ſecundum communem vſum loci, in quo terræ cannabinæ reddentes annuatim Domino pro ſua parte de nitido quinque libras tempore dictæ venditionis, & ante, & poſt vſque in præſentem diem fuerunt, 209 & ſunt communis pretij, & valoris librarum centum, & prout latius videre eſt ex dictis ipſorum teſtium, quibus ita deponẽtibus omnino ſtandum eſt ex traditis per Doctor. in d. leg. ſecunda, & potiſſimum per Cagnol. quæſt. 48. num. 231. & plur. ſequen. Meritò enim probant rei ſtabilis fructiferæ valorem, ex quo illum arguunt, & 210 æſtimant ſecundum ipſius rei redditum, Pract. Pap. in d. glo. pro pretio ſub nume. 5. verſic. alij dicunt Afflict. in tract. de iur. prothom. §. ſecundo, in ſecundo not. ſub num. 19. verſic. vel dic quod iuſtum pretium, & eſt text. clarus in leg. ſi quos in princ. C. de reſcind. vend. & in leg. ſi fundus, ff. de reb. eor. & in leg. ſi fundum la ſeconda, ff. de lega. primo, quod latè oſtendit Arrius Pinel. in d. leg. ſecunda, in tertia par. cap. vlt. num. 28. Et optima mouentur ratione computando valorem ipſum ſecũdum redditum 211 ad rationem quinque pro centenario, cõformes ſeſe reddentes diſpoſitioni legis, quæ verum, & integrale pretium rei immobilis fructiferæ æſtimat ex quantitate redditu um viginti annorum, §. ſi verò alicuius in auth. de nõ alien. aut permut. reb. eccleſ. & ibi glo. Salyc. & alij in auth. perpetua, C. de ſacroſan. eccleſ. Caſtr. in auth. ſi quas ruinas num. ſecundo, eod. titul. Afflict. deciſ. 284. in fin. & licet idem Afflict. videatur in hoc ſe non firmare in d. §. 2. in 212 d. verſic. vel dic. Quod iuſtum pretium, aſſerendo id ſolum procedere in conceſſione in emphyteoſim, quam facit Eccleſia de bonis pretioſis, quæ nullius, aut modici ſunt redditus, & ſecus eſſe in alijs alienationibus: tamen ità ſe habet communis ſcri-213 bentium ſententia, vt atteſtatur Arrius Pinel. in d. leg. ſecunda, tertia parte cap. vlt. num. 29. Et recipit complementum valoris probatio depoſita per teſtes ex eo, quod vt ijdem dicunt, in loco conſueuit commu-214 niter æſtimari, vendi, & emi res ſtabilis fructifera, & præſertim cannabina annui redditus quinque librarum pro parte dominicali, deducta parte coloni, centum libris, vt tradit Felyn. in d. cap. cum cauſam il ſecundo, ſub numero primo, poſt verſic. in glo. ſecunda, in fin. de teſtib. idem vult Angel. Aret. in §. ſi quis agens ſub num. 1. verſicul. primo caſu, & ſub num. 3. verſic. Quinto modo inſtit. de actionibus, & hoc idem tenet Imol. in leg. pretia rerum ſub num. 3. verſic. Quinto modo, ff. ad leg. Falcid. Probant igitur teſtes valorem per eos depoſitum, nec eis obſtat, quod non omnes depoſuerint de tempore contractus, & ante, & poſt per plures annos, ſed ſolum habeant reſpectum ad ipſum tempus contractus, cuius quidem vti nimis breuis non ſit 215 habenda conſideratio ad effectum probandi in ipſius rei immobilis venditæ valorem, vt videntur voluiſſe Afflict. in d. §. 2. in ſecundo, not. ſub num. 18. verſicul. item res debet æſtimari, & Alex. in leg. pretia rerum nume. 10. ff. ad leg. Falcid. quia communis, & vera doctorum opinio eſt in con-216 trarium, vt ſufficiat probatio de ſolo venditionis tempore, vt latè habetur per Cagnol. in d. leg. ſecunda, quæſt. 47. num. 213. & plur. ſeq. & quæſt. 48. num. 238. verſicul. ſed quid ſi teſtes inducti, Arrius Pinel. ibidem in vlt. part. cap. 3. num. 15. Gomez. lib. var. reſolut. tom. ſecundo, de contract. cap. 2. tit. de empt. & vendit. ſub nume. 22. poſt verſic. & adde, quod non ſufficit, cui opinioni videtur adhærere Felyn. in d. cap. cum cauſam il ſecundo, ſub nume. primo, poſt verſic. in glo. ſecunda, in fin. & eſt caſus rotondus in leg. ſi volũtate in fin. C. de reſcindend. vend. Hæc etiam ipſis teſtibus opponi poteſt, quod deponant de valore ſecun-217 dum eorum opinionem, quia ex quo referunt ſuam opinionem ad communem æſtimationem, valet tale teſtimonium de credulitate, vt in terminis vult Bartol. in l. fin. num. ſecundo, C. de præd. & omnibus reb. nauiculat. libro 11. quem ſequuntur Imol. & Alexand. in d. leg. pretia rerum, ille ſub nume. 3. verſicul. quid autem ſi non fiant dicti articuli, iſte ſub num. nono, verſic. poteſt etiam, & Aret. in d. §. ſi quis agẽs ſub num. 3. verſic. quinimmo plus videtur, Etenim de re, quæ non eſt tempore æſtimatio-

mationis exposita venalis, non potest fieri æstimatio, nisi per opinionem, quæ sit secundum æstimationem communem alia-
218 rum rerum, quæ sunt eiusdem fructus, & quæ sunt in eodem loco, & quæ eandem qualitatem habent, vt notat Barto. d. loco, Addit Imol. vbi supra in hoc stari iudicio
219 testium, quia sumus in his, quæ non possunt benè percipi sensu corporeo immediatè, quam rationem sequuntur Alexan. & Aret. in citatis locis. Præterea vltra hoc dicunt audacter testes, quòd res ipsa erat pretij per eos depositi, & tanti communi-
220 ter fuisset æstimata, & pro tanto pretio empta ab habentibus de ea notitiam prout habent ipsi, quo casu indubitanter probant ipsum valorem Imol. in d. leg. pretia rerum sub num. 3. versic. quid autem, si non fiant dicti articuli, & Aretin. in d. §. si quis agens versic. quid autem si non fiat, volentes probari valorem, si dicant testes, quod res tanti valet, quia habent notam conditionem eius, & tantum darent pro communi æstimatione eius. Et indubitanter stari debet his testibus Actorum in depositis per ip-
221 sos, ex quo natura fuit per reos aliquid factum ad eos repellendum, quia ex repulsa non facta per partem, contra quam fuerũt producti, habentur pro idoneis & integris Natta. consil. 166. nume. 7. Et vera præsumuntur dicta per testes, qui non fuerunt re-
222 probati à parte, contra quam testificati sunt, vt dicit Castr. cons. 233. viso casu, & allegationibus sub nume. 3 post versic. 24 ratio lib. 2. nec curatur de oppositionibus productis per dictos reos contra ipsos testes, quia tanquam in facto consistentes, cum
223 non præsumantur, erant probandæ leg. in bello, §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuers. vnde vti allegatæ, & non probatæ non releuant, quia quãdo probatione opus est, paria sunt aliquid allegare, & non probare,
224 & nihil allegare. Afflict. decis. 22. num. 3. Non omitto Reis non suffragari tolli remedium d. leg. 2. ob scientiam venditoris de rei valore, quasi quod scienti non inferatur iniuria, neque dolus, quia stante lęsione
225 vltra dimidiam iusti pretij præsumitur ignorantia gl. & Bartol. in leg. quisquis, C. de rescind. vendit. Ant. de Butr. cons. 52. in fin. aiens id esse ex non præsumptione iactationis sui, nec fuit docta scientia, immo per Actores corroborata ignorantia ex simplicitate, & grossitie venditoris. Anno 1577. Pontremuli.

Sequitur modo aliud Consilium decisiuum sequentis tenoris videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Dicẽdum primo ingressu videretur non posse fratres de Pizzãtis obtinere in remedio l. 2. C. de rescind. vendit. per eos intentato contra Zanottum de Grondula, quia tali
226 remedio præscribitur spatio 30. annorũ, cum læso datur actio personalis, quæ tanto tempore durat secundum opinionem glo. ibi. Quæ recepta est, & communiter per scribentes approbata, vt habetur ibidem per Bartol. in prima quæstione numero 2. per Cagnol. pariter in prima quæstione numero 41. & 42. per Arrium Pinel. in secunda part. cap. primo, nume. 26. versic. magis ad materiam, per Butr. cons. 45. iuris rigor sub num. 3. versic. item suppono, per Ant. Gomez. in lib. var. resolut. tom. 2. de contract. cap. 2. sub Rubr. de empt. & venditio. sub num. 22. versic. item adde, quod remedium, per Con. cons. 17. circa præsentem consultationem in 6. dub. num. 8. lib. 4. per Grat. resp. 71. in causa illorum num. 7. libr. primo, per Balb. in tract. de præscript. in 4. part. quartæ part. princip. quæst. 26. num. 1. & 2. per Soc. Iun. cons. 73. in hac consultatione num. 18. lib. 2. per Gabr. lib. 3. conclu. titul. de empt. & vend. conclus. 1. limit. 16. num. 108.

Nec obstat si dicatur, quod hoc procedit de Iure Ciuili, non autem de Iure Canonico vbiq; locorum obseruando in materia præscriptionum, quia censetur malæ
227 fidei possessor emptor sciens posse contra eum agi remedio d. leg. secundę, & consequenter non potest præscribere, quia de Iure canonico cum mala fide nullo tempore quis præscribere potest cap. vigilanti, &
228 cap. fin. de præscript. & capit. possessor de reg. iur. libro sexto, ita in terminis terminãtibus dicit Alex. consil. 54. circa primum dubium num. 10. libro sexto, post Imol. id probantem in eo, qui scit posse peti restitutionem in integrum in cap. Apostolicę col. 3. num. 10. de donation. idem etiam tenet Anton. de Butr. cons. 45. iuris rigor num. 3. post versic. non obstant præscriptiones, vbi latè concludit emptorem scientem, vel sci-
229 re debentem, quod est plus, se posse conueniri à venditore, vel quia omissis solemnitatibus requisitis vendidisset, vel quia in venditione vltra dimidiã partem iusti pre-

tij

tij lęsus fuisset,tanquam malæ fidei posses-
sorem nullo tempore præscribere posse de
Iure canonico,vbique in hoc obseruando,
quam opinionem sequitur Ruin. cons. 41.
num. 50.lib. 1.& Alciat.cons. 1. nume. 44.
lib. 8. tomo 3.

Quia opinio prædicta Alex. & aliorum
non potest salnari, nisi quando de mala fi-
de emptoris constaret, vt quia probatum
esset eum sciuisse rem fuisse venditam ci-
230 tra dimidiam partem iusti pretij, sicque
contractum posse rescindi, vt dicit Cagno.
in d.leg.secunda,quæstione prima,nu. 42.
Idem etiam dicit Corn.d.cōs. 17 in 6. dub.
nume.9. & 10. & idem expresse tenet Arr.
Pinel.in d.leg.2.in secunda part.cap.primo
num. 28.versic.nec omittendum, vbi ait,
quod in practica admitteretur hęc opinio
Alexandri,quia scientia lęsionis non indu-
cit veram malam fidem, quia etiam de Iu-
re Ciuili mala fides irritat titulum, tollit-
231 que effectum vsucapiendi,leg.nunquam
in usucapionibus, ff. de usucap. Et in hac
materia non obstante lęsione titulus est ua
lidus d. leg. secunda, etiam de Iure Cano-
nico cap.cum dilecti de empt. & uend.un-
de etiam de Iure canonico procedere vide
tur præscriptio ista longissima 30. annorū,
232 & propterea bona fides emptoris non
probata eius scientia respectu iniustitiæ, &
modicitatis pretij vltra dimidiam præsu-
meretur, prout semper in dubio alio non
apparente præsumitur,glo.in leg. super. C.
de præscript.long.temp. Alex.cons. 200. vi-
so numero quarto,libro secundo,& sic prò
cederet præscriptio,& dicta per Butr. intel-
ligi debent eo modo, vel in casu, quo quis
233 contraxit cum minore non seruatis so-
lemnitatibus requisitis, quia tunc præsu-
mitur in mala fide, quia sciebat, vel scire
debuerat contractum posse rescindi iuxta
notata per glos.in verbo. mala fides in l. 1.
C.de fide instrum.lib. 10.& ita Butr. decla-
rare videtur. Ruin.d.cons.41.num. 50.libr.
primo,& quidem in casu Butr. vltra læsio-
nem concurrebat minor ætas læsi cum in-
obseruantia solemnitatum in similibus cō
tractibus requisitarum, vnde non mirum,
si præscriptio non currebat.

Et si dicatur, quod Zanotus non potest
vti beneficio præscriptionis ex sua persona
tantum cum bona fide,quia cum sit hæres
patris emptoris Rei,eiusdem mala fides si-
bi nocere debet, cum defuncti animā exo-
234 nerare teneatur, vt in terminis dicunt Rō
man. consil. 149. Conclusionem primam
numero quarto,& cons. 201.pro decisione
numero quinto,& Capic.decis. 4. in causa
Monasterij in 5. dubio nume. 12. & 13.&
decis.86.in causa Magnifici Ioannis Anto-
nij num.7. Florian.in l.qui scit fundum, §.
nam & seruus nume. secundo, ff. de vsur.
vbi quod in præscriptione longi temporis
235 vitium testatoris nocet hæredi non habē
ti aliundè titulum, quam à Testatore, se-
cus si habeat aliundè proprium titulum
per text. quem allegat ibi, & habetur latè
per Alex. cons.63. Stantibus nume. 11. &
12 libro quarto,per Crau. cons. 146.respō-
di sub numero septimo,circa medium; Rè
spondetur, quod hoc procedit in mala fide
236 vera, secus autem in præsumpta, quia ea
non nocet hæredi,quin ex sua persona pos-
sit inchoare præscriptionem Capic.d.decis.
86 nume.7.8. & 9. nisi fortè esset multum
vrgens, vt dixi infra versic. nec vis fieri po-
test; Vltra quod non constat quo tempore
237 mortuus fuerit pater, & successiuè quo
tempore inceperit ipse Zanotus possidere;
& sic pręscribere, Alex.d.cons. 54.num. 11.
libro sexto. Nec potest vti Zanotus acces-
sione temporis possessionis defuncti in præ
scribendo, quia eius mala fides sibi vti hæ-
238 redi nocet, vt tradit Ruin.consi. 150.nu-
me. 17.& 18.libro quarto, Balb de præscri-
pt.in secunda part. tertiæ part.princip.quę-
stione 12.numero 11.versic. & hoc non ha
bet dubium,& est text.in leg. Pomponius,
§.cum quis,ff.de acquir.possess.& ibi gloss.
& in leg.an vitium in princ. ff.de diuers.&
temp.præscript.adeo quod nullo modo po
test in præscriptione se fundare.

Respondetur præterea, quod ex quo nō
est doctum de scientia, & sic de mala fide
emptoris,præsumitur bona fides,& per cō-
239 sequens cessat obiectio,& præscriptio cō-
pleta est ex lapsu annorum nedum 30. sed
40. & vltra decursorum à venditione vsq;
ad tempus motæ litis.

Nec releuat si dicatur apparere de mala
fide emptoris ex eo, quod rem valentem
52. Florenis emit pro 17. quia ex læsione
240 enormissima pręsumitur dolus ex pro-
posito l.si superstite,C.de dol. l. omnes, §.
Lucius,ff.quę in fraud.cred.Bartol. in leg.
fin.sub nume.3. in fin. ff. de pretor. stipul.
Bald.cons. 213.punctus talis est sub nume.
secundo,circa medium, & cons. 380. præ-
mitto ad fin.lib.primo,cons. 153. Statutū,
quod prohibet numero tertio,libro secun-
do,& cons. 55. ad euidentiam numero sex-
to,libro tertio, Rom.cons. 54.visis,num.4.
Dec.cons. 180. visa renunciatione num. 6.
& in leg.fraudis interpretatio numero 3.&
ibi etiam Cagnol.nu.6.ff. de reg. iur. Alb.
cons.77.secundum ea num.23.cons. 81. in
quęstione proposita sub num.49. cons.89.
stante facto num. 5. & cōs. 100. si vera sunt
in

in fin.num.6. Crau. cons. 7. Eynimundus num. 5.cons. 29.pro clariori num. 5. cons. 142.Claudius num.21.& 22.cons.192.casus ita haber nu. 3. cons. 221. emptores ad fin. num. 16. Rol. cons. 59. reiectis num. 25. lib. primo cons.7.num.45.lib.3.consi. 60. clarissimi num.66.lib.4. Riminal. cōs. 101.num.41.lib.primo cons. 315. num.3. 7.& seq. eod. lib. Doct. in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig. & in d. l. 2. & præsertim Cagn. num. 80. 81.98. ex enormi-
241 tate enim facti præsumitur consilium animi glos. in l. 1. in verbo ex facto ff. de except. doli. Menoch. in 4. resp. causæ finariensis num.30.quod in tantum est verum vt non tollatur talis præsumptio doli per
242 præsentiam & interuentum coniunctorum, & amicorum Alb. d. cons. 89. num. 7. & propterea patet non habere locum præscriptionem per ea, quæ supra allegata sunt, quia & si longa est differentia inter
243 dolum re ipsa resultantem ex lęsione, & dolum ex proposito peruenientem, cū pro priè dolus dicatur ex proposito, & dolus re ipsa non sit dolus propriè gl. in l. si quis cū aliter in verbo dolū ff. de verb. oblig. Dec. & Cagnol. in d.l. frandis interpretatio am bo in principio ff. de reg. iur. Alba consil. 97. in casu proposito num. 36. & grauior
244 sit mala fides uera, quam præsumpta, sicut dicitur de dolo vero, & de dolo pręsum pto, vt tradit punctualiter Crauet. consil. 146. respondi numer. 6. post Alex. consil. 103. videtur sub num. 12. in fin. & num. 23. lib. primo & Dec. cons. 178. in causa num. 3. consil. 192. in casu sub num. 4. in in fin. & num. 5. & cons. 418. visa sub nu. 20. in fin. & num. 21. tamen quando adest lęsio enormissima, & multum excessiua vltra dimidiam partem iusti pretij talis do
245 lus re ipsa interueniens dicitur ex proposito, & sic non pręsumptus, sed uerus dolus imo & manifestus secundum Gramat. decis. 76. num. 11. ad fin. vel saltem uero dolo æquiparatur Dec. d. cons. 180. nume. 7. & cons. 551. plenè num. 4. Alba d. cons. 81. nume. 5. Cagnol. in d. l. 2. quæstione 6. num. 81. & in leg. si quis maior numer. 38. C. de transact. Capic. decis. 159. in causa in 5. dub. num. 21. & nouissimè Cacher. decis. pedem. 41. Antonius num. 3. vbi de magis communi opinione attestatur: vnde sicut ex dolo uero præscriptio im peditur ita etiam ex hoc re ipsa resultante
246 impediri debet, vt ęquiparatorum idem sit iudicium prout esse dicitur l. 1. cum ibi not. ff. de l. prima pro qua re vltra prædicta, quod vbi adest enormissima lęsio nunquā
247 currat pręscriptio lęso, est decisio in terminis Menoch. in 4. resp. causæ, finati. po sit. post eius tract. de recup. possess. sub num. 31. pro qua sententia deseruit Roman. cons. 123. circa primum dubium num. 5. cons. 369. circa primum propositæ consultationis articulum in 4. dub. nu. 22. & in fin. num. 25. & cons. 407. cum præsupponatur in fin. volens vbique non currere pręscriptionem quadriennij concess
248 si ad petendum restitutionem in integrū quando adest læsio enormissima, & Roman. sequitur Fel[illegible]. in capitul. primo sub num. 9. vers. & adde, quod sicut ignorantia de præscript. idem etiam tenet Bened. Vad. in repertor. ad lectur. ipsius Felyni in verbo læsio enormissima, & idem tenet Martim Garat. in cons. 14. Casus talis est A. testator in fin. num. 2.

Quoniam respondetur, quod prædicta procedere possent, quando adesset læsio enormissima in magno excessu vltra dimidiam partem iusti pretij, ex qua videtur resultare dolus re ipsa, & ex proposito saltem æquiparatiuè, in qua læsione non uersatur casus iste, quia læsio dicitur enormis,
249 quando est in 6. parte: enormior, quando est vltra dimidiam enormissima, quando est in toto, uel quasi Cepol. cons. ciuili 29. in ualle num. 12. quem sequitur Gabr. d. tit. de empt. & vend. conclus. prima num. 7. 8. & 9. vel dicitur enormissima læsio quando est in triplo, vel quadruplo Grat. resp. 88. n. 3. & 4. li. primo Corn. cōs. 133. littera I. in fin. & littera N. lib. 3. & cons. 27 littera. D. ad fin. lib. 4.

Vltra quod aduertendum est, quod hic agitur remedio d. l. 2. C. de rescind. uend. vbi ex igitur lęsio ultra dimidiam, ex qua nō resultat, nec arguitur dolus, aut mala fides imo sic emens præsumitur bonæ fidei possessor, cum habeat titulum emptionis, quæ
250 non obstante tali lęsione valet ita, & taliter, quod illius uigore facit fructus suos, nec eos restituere tenetur Abb. in c. dilecti. sub num. 1. & 2. de empt. & uend. Castr. in d. leg. 2. num. 1. magis in specie Fabia. de Monte in tract. de empt. & vend. quæstione 8 princ. num. 24. in fin. Cagnol. in d. l. 2. sub num. 40. & plenius ibidem Pantal. nu. 16. 17. 18. Si enim huiusmodi contractus es
251 set dolosus, male ageretur ad eum rescin dendum remed. d. l. 2. quæ tunc locum nō haberet, sed agendum fuisset actione de do lo, ut post alios declarat Pantal. d. loco à nu mer. 9. vsque ad num. 19. nec tunc procedit d. l. 2 quatenus disponit, vt sit in faculta te emptoris, vel rem restituere, vel iustum
252 pretium supplere, sed teuetur omnino rē restituere Gabr. alios citans d. titul. de em-

Ff pt. &

pt. & vend. concl. prima limit. 17.numer. 109.Cagn. in d. l. 2.num.81.

Præterea dicitur, quod ex quo testes dicunt de præsenti rem valere tanti, quanti valebat tempore contractus, & eam esse melioratam in Florenis sex, debent deduci ex valore per eos deposito de tempore con-
253 tractus, & sic ex dictis Florenis 52. dicti Floreni sex, adeo quod remanet ualor in 46. Florenis, & sic læsio non est in duplo, sed tantum in duodecim Florenis ultra dimidiam, & per consequens non est enormissima, & cessant ea, quæ dicta sunt ad impediendam præscriptionem d. l. 2. propter dolum ex proposito ex tali læsione resultantem.

Nec uim facit, si dicatur, quod talis deductio fieri non debet, quia hoc non dicunt testes, quorum dicta non sunt calumnianda, sed coadiunanda, ita ut intelligantur, quod de præsenti res cum melioramentis ualet tanti, quanti ualebat tempore contractus sine melioramentis, ne alias ijdem te-
254 stes contraria deponere uideantur. Dec. in terminis cons. 100. in causa inquisitionis num. 2.& 3. & est generaliter uerum, quod in qualibet dispositione debet contra
255 rietas distinctione remoueri, idem Dec. cons. 168. reuerende Pater in principio cons. 195. studendo breuitati sub num. 3. cons. 374. in casu proposito numer. 2. & cons. 602. in casu transmisso num.6. & ante eum Aex. cons. 141. Viso testamento num.5.lib.2.& cons.48. uiso statuto in fin. num.6.lib.3.

Nam pro responsione dicitur, quod salua ratione recti sermonis non potest fieri talis Concordia, quia cum testes dicant rē de pręsenti tanti valere, quanti tempore illius nenditionis, & affirment eam fuisse melioratam in Florenis sex, necessatio tales Floreni sex includuntur in ualore præsentaneo Florenorum 52. & excluduntur ex ualore præterito, adeo quod infertur sine ipsis melioramentis esse nunc rem eiusdem ualoris, cuius erat uenditionis tempo-
256 re, & sic Florenorum 46. & maxime hoc dicendum est, cum dictum testis dubium contra producentem sit interpretandum Alex. cons. 136. num. 9 lib. primo cons. 20. num. 5. lib. 4. cons. 14. num. 6. lib. 5. Mars. late in rubr. C. de probatio. nu. 350. & 351. cum seq.

Præterea & si testis sibi contrarius ad cōcordiam quandoque reduci possit, non tamen id fit ut probet, sed tantum ut periurium siue falsum euitet Alex. d. cons. 20.
257 nume. 3. lib. 4. sequitur Grat. resp. 75. num. 15. lib. primo.

Nec obesse potest, quod ex quo in præscriptione exigitur de Iure Canonico bona fides, & sine ea procedere non potest, debuisset saltem ipsa bona fides allegari, etiā
258 quod alias præsumeretur, & esset notoria, & quod cum hoc factum non fuerit, frustra de præscriptione agatur. Angel. inter cons. Bald. cons. 403. Ioannes num. 6. li. 3. Crau. cons. 258. efficaciora ad fin. num. 23. & in terminis cons. 134. scripsi alias nu. 15. Balb. in d. l. Celsus in 3. part. num. 4. vbi alios citat & ante eos Alex. cons. 69. in causa, & lite num. 11. lib. 3. dom. Ias. in l. nō hoc num. 17. C. vnd. legitim. Alex. cons. 76. in causa, & lite circa fin. sub num. 7. lib. 2. quod tanto magis est dicendum, cum non
259 desint aliqua, ex quibus mala potius arguatur fides emptoris, ut Crau. subiungit d. cons. 134. num. 16.

Quia dicitur, quod satisfuit Zanotto allegare simpliciter præscriptionem, quia est verbum plenum, & includit bonam fidem
260 sine qua non currit ipsa præscriptio, vnde tacite tūc dicitur allegata bona fides Balb. in d. 3. part. d. l. celsus num. 6. vltra quod e-
261 tiam post conclusum in causa & quandocunque ante sententiam allegari potest & sufficit etiam, quod in Iuris allegationibus deducatur, Balb. alios referens loco citato num. 8. & tradunt addent. ad Alex. cōs. 76. in pen. add. lib. 2. ubi etiam aiunt sufficere, quod quis dixerit se rem possedisse tan-
262 quam suam, quia tacitè uidetur allegare bonam fidem.

Et ubi prædicta cessarent, & bona fides non adesset, imo potius mala præsumere-
263 tur, cum tamen de ipsa mala fide non appareat, & bona fides præsumatur, nisi mala probetur l. pen. & ibi glos. & scrib. C. de euiction. & maximè concurrente possessio-
264 ne tam longissimi temporis, ut in terminis dicit Corn. cons. 17. in 6. dub. sub num. 8. uers. & maximè lib. 4. dicitur, quod ex lapsu longissimi temporis annorum 30. nedum 40. qui lapsi sunt post venditionem
365 præsumitur bona fides, & purgatur omne uitiū malæ fidei, quæ ab initio præsumpta fuisset, ita ut ipsa mala fides amplius allegari non possit Bart. in l. fin. nume. 17. C. vnde ui. Castr. cons. 169. uiso quodam processu num. 4. lib. primo Dec. cons. 266. ad exclusionem ad fin. num. 5. cons. 272. viso processu num. 9. cons. 375. iuridicam circa fin. sub num. 5. & cons. 558. in causa num. 13. Ias. in §. sed iste nu. 100. instit. de action. Alex. cons. 151. nu. 7. lib. 2. Curt. Sen. cōs. 82. col. 2. in princ. Rube. Alex. cons. 72. sub num. 3. Ruin. cons. 156. num. 10. lib. primo cons. 34. num. 10. lib. 2. late Balb. in l. celsus

in 3.

in 3. part. num. 10.& 11. ff. de vsucap. vbi pro,& contra allegat, & demum affirmat opinionem Bart. esse communem, & ab ea non esse recedendum: idem attestatur Didac. Couar. in dict. capitulo possessor in secunda part. §. 8. numero tertio sequitur Menoch. in tract. de recup. possess. in 13. remed. nume. 70. vbi infinitos allegat & similiter de communi affirmat, & dicit quod nimis durum esset à sententia Bart. receptissima recedere, eandem opinionem Bart. approbant Felyn. in capit. vigilanti in fin. num. 12. de præscript. Capic. decis. 86. in causa Magnifici Ioannis Antonij num. 10. Crauet. cons. 146. respondi sub num. 1. Rol. à Valle. cons. 3. num. 93. & seq. libr. 1. Alba. cons. 28. num. 2. & Menoch. in tract. de arbitr. iud. quæstio. libro secundo, cent. prima, casu 43. nu. 7. & hoc fundamentum videtur esse satis tutum, & tollere obiectũ 266 doli resultantis ex læsione enormissima, ob quam dicebatur impediri præscriptionem, quia & si ex tali lęsione arguatur dolus, nedum re ipsa, sed etiam ex proposito, tamen negari non potest, quin sit dolus præsumptus, cuius propterea allegatio tollitur ex cursu longissimi temporis, vt supra est dictum.

Additur quod cum actores præcisè intentauerint remedium d. leg. secunda, C. de rescind. vendit. non dicuntur deduxisse dolum ex proposito, quo extante tale remedium non competit, vt supra tactũ fuit & in processu nulla vnquam per ipsos actores fuit facta mentio doli ex proposito, vnde de eo Iudex cognoscere nõ potest, quia super deductis, & allegatis tantum in cau- 267 sa iudicare debet, leg. illicitas. §. veritas, ff. de offic. præsid. Crau. consil. 271. verba nu. 6. nec super tali dolo vti de re non deducta in iudicio potest quidquam allegari per ipsos actores argumento. leg. si mater, §. si quis autem fundum, & l. & an eadem iunctis duabus. ll. præcedent. ff. de exceptio. rei iud. & leg. solemus, ff. de iudic. Fulgos. consil. 7. iam pluribus annis in 4. dub. vers. sed si nulla fuisset.

Et quando res dubia esset pro reo in iure respondere, & arbitrari deberet Iudex iuxta tex. & notata per Doctor. in leg. fa- 268 uorabiliores, ff. de reg. iur. & in cap. cum sunt eo tit. in 6. Deci. cons. 321. num. septimo, & maximè si sit reus rusticus, vt in casu præsenti, cui leges, & iura fauent Dec. in leg. quicunque in primo not nu. 3. & plur. seq. C. qui admit.

His tamen non obstantibus dicendum est actores esse in casu victoriæ, & in d. remedio per eos intentato obtinere debere, nam cum docuerint eorum patrem in rei vendit. fuisse læsum vltra dimidiam partẽ iusti eius pretij, & successiuè eorum intentionem probauerint, sententiam fauorabi- 269 lem reportare debẽt, leg. quinquaginta, ff. de probat. leg. qui sententiam, C. de pen. sufficit enim ad obtinendum in remedio d. leg. secundæ, C. de rescind. vend. quęlibet minima læsio etiam in vno nummo vltra 270 dimidiam partem iusti pretij, vt ibi tradit Cagnol. quæst. 14. num. 138. & 139. & ita etiam communiter tenent ibidem Doctor. vt dicit Ant. Gomez. lib. vat. resolut. tom. 2. de contractib. cap. secundo, sub num. de empt. & vendit. sub num. 22. vers. item adde quod sufficit, vnde probata tali læsione fertur sententia alternatiuè, condemnãdo reum conuentum ad rei restitutionem recepto eius pretio exbursato, vel ad sup- 271 pletionem iusti pretij secundum probationem de eo in processu factam iuxta cõmunem scribentium opinionem in d. leg. secunda, vt attestatur Gomez. loco citato sub d. nume. 22. & latè tradit Cagnol. in d. leg. secunda, quæst. 47. num. 229. & quia in his non cadit probabile dubium, & tota difficultas consistit in remouendo allegata in contrarium, iccirco ad eorum resolutionem deueniendum est.

Non obstat ergo fundamentum pręscriptionis longissimi temporis, quia ea non potuit currere ob malam fidem emptoris, qui sciuit, vel scire debuit se posse conueni 272 ri remedio d. leg. secundę, per Decis. But. Imol. Alex. & Ruin. ac Alciat. supra allegatam, & licet prædicta opinio non videatur posse procedere, nisi quando constaret de mala fide emptoris & probatum esset eũ sciuisse læsionem interuenisse, & per consequens contractum rescindi posse, cum maximè bona fides præsumatur in emptore, & titulus sit validus non obstante lęsione, vt dicunt Corn. Cagnol. & Arr. Pinel. supra allegati, tamen verior videtur opinio Butr. Imol. Alex. & Ruin. ac Alciat. simpliciter intellecta, quia negari non potest, quin in conscientia teneatur emens ci 273 tra dimidiam partem iusti pretij enam quod non probetur eius scientia, vt Cagn. fatetur loco ibi citato, vnde cum agatur de periculo animæ, sumus in prouisione iuris Canonici impedientis præscriptionẽ, & sufficere videtur quod sciat, vel scire debeat emptor se posse conueniri remedio d. leg. secundę, vt considerat Butr. pro quo facit, quia scire, & scire debere paria sunt, l. 274 qui fundum, §. seruus meus, ff. pro empto. leg. quod te, ff. si cert. pet. Luc. de Pen. in leg. secunda, colum. secunda, versicul. e

contraque, C. de deserto libr. 11. & dicit Crau.consf. 116. homines sub num. sexto, quod præsumitur mala fides in eo, qui scit, vel scire debet se ad aliquid teneri, vltra 275 quod etiam ille, qui contra iura mercatur, non adhibitis solemnitatibus requisitis in contractu, non potest præscribere, vt dicto loco vult Bur. quem sequitur Ruin. d. cons. 41. num. 50. lib. primo, & habetur etiam per Dyn. in d. cap. possessor num. 2. & 3. & in cap. qui contra iura. num. 1. 2. & 3. de reg. iur. in 6. & tamen in eo solum præsumitur mala fides d. cap. qui contra iura, ratione cuius præsumptæ malæ fidei præ-276 scribere non potest, vt Dyn. not. in d. cap. qui contra iura nume. 4. vnde non solum impeditur præscriptio propter malam fidem veram, sed etiam propter præsumptā, vt ibi considerat Dyn. & in indiuiduo tradit Crau. cons. 146. respondi sub num. sexto, vers. putarem, vbi vult, quod etiam mala fides præsumpta noceat in præscriptione, & in casu Butrij titulus erat validus etiam de iure canonico propter iuramentum minoris in contractu adhibitum, & tamen vult. non procedere præscriptionem propter ipsam malam fidem præsumptam tū ob non seruatas solemnitates requisitas, tum ob læsionem interuenientem, & non procedere præscriptionem stante læsione enormissima doctum est supra, Quinimmo Ruin. & Alciat. supra citati loquuntur in enormi tantum læsione, ex qua veluti tollente præsumptionem bonæ fidei præscriptionem impediri volunt, & in eisdem terminis loquitur etiam Alex. d. cons. quinquagesimoquarto, quorum authoritas in hoc sufficere videtur.

Pariter non obstat, quod non dicatur constare de mala fide emptoris propter læsionem enormissimam, & in magno excessu vltra dimidiam partem iusti pretij rei, ex qua resultat dolus re ipsa, & præsumitur, & arguitur dolus ex proposito eo, quia non adsit hic læsio enormissima per Doctores considerata, quæ debet esse in toto, vel quasi, vel saltem in triplo, uel qua 277 druplo, quia dicitur, quod & dicitur læsio enormissima, quando est in duplo, vt dicit Cor. d. cōs. 133. sub nu. 7. lib. 3. & læsio tunc dicitur enormis, quando parum excedit dimidiam partem iusti pretij, enormissima verò, quando multo excedit Cagnol. in d. l. 2. quæstione 7. sub num. 97. 98. 100. & 101. & in l. si quis maior num. 36. & 37. C. de transact. Capy. decis. 159. in causa magnificarum in 5. dub. nume. 21. 23. 24. 25. & 26. Abba. cons. 81. in quæst. proposita sub num. 48. Crauet. cons. 192. casus, nume. 8. & cons. 221. emptores in fin. numero 16. Pinel. in d. l. 2. in 3. par. capit. 1. numero 7. vbi tamen, numero 8. dicit sibi 278 non placere hāc differentiam inter enormem, & enormissimam læsionem, quia iure non probatur, & quia satis dici potest læsio enormissima, quæ dimidiam excedit per text. in l. domum, ff. de contrah. empt. quod etiam in specie tenuerunt multi Doctores relati per Crauet. d. cons. 192. num. 8. vel saltem id relinquitur arbitrio 279 iudicis. Gl. in l. si superstite in verbo immodice, C. de dolo. Cepol. d. cons. ciuili 29. sub num. 12. Felyn. in c. cum illorum, nume. 13. de sent. excom. Crau. d. cons. 192. sub numero 8. versic. præterea fortiter, & Gabr. d. tit. de empt. & vend. conclus. prima, num. 10. vbi alios, idem tenentes citat, qui quidem iudex considerata qualitate rei admodum commodæ, & fertilis, ac personæ venditoris incauti, & ferè fatui, & emptoris periti, & sagacis, vtique æstimabit læsionem hanc enormissimam esse, cum præsertim sit vltra duplum veri valoris non deducendo ex valore florenorum 52. deposito per testes florenos sex, pro melioramentis, quia salua ratione recti sermonis intelligi possunt dicta testiū, quod tanti de præsenti valeat res sic meliorata, & prout est, quanti valebat tempore contractus non meliorata prout erat, nec in hoc cadit dubietas, aut concordia circa ipsa dicta testium, quæ videntur clara, & nō contraria, ita vt essent, quæ in oppositum dicebantur, & vt etiam ex valore florenorum 52. adducendi essent floreni sex, ita vt valor tempore contractus, & de præsenti sine melioramentis remaneret in florenis 46. adhuc dicenda esset enormissima læsio vtpotè consistens in 12. florenis vltra dimidiam partem iusti pretij rei pro 17. venditæ, quia esset circa duplum, & maximè considerata qualitate ipsius rei, & per-280 sonæ vtriusque contrahentis, vt supra dixi, & hic congruit, quod Pinel. adnotat in d. l. 2. in 2. par. cap. 4. sub numero 29. versic. confirmatur volens dolum ex proposito censeri ex parte emptoris periti ementis librum, vel gemmam ab imperito, & ignorante.

Nec vis fieri potest in eo, quod dicitur ob lapsum longissimi temporis præsumi bonam fidem, & purgari omnem suspicionem malæ fidei, quæ ab initio præsumpta fuisset, ita vt ea amplius ad impediendam præscriptionem allegari non possit per 281 not. per Bart. communiter approbatum in d. l. fin. C. vnde vi, quia respondetur dictum Bartoli procedere de iure ciuili, quo

mala

mala fides non nocet in præscriptione lon-
282 gissimi temporis, secus de iure canoni-
co, cui standum est in hac materia, quo cũ
mala fide nulla currit præscriptio, ita re-
spondet Crau. d.consi.146. num.5. & in fi-
nal. verbis sub nume.7. Alio etiam modo
respondetur, quod scilicet intelligitur di-
283 ctum illud Bart. vt mala fides purgetur
ex lapsu annorum 30. & amplius allegari
non possit quoad effectum illius l.fin.tan-
tum, non autem quoad alium effectum,
quia tunc de mala fide opponi potest non
obstante cursu annorum 30. vt declarat
Corn. cons.207. colu.2. ad fin.lib.3.quem
sequitur Crauet.d. consi.146. sub nume.5.
in fin. Responderi etiam potest, quod di-
ctum illud Bart. non procedit, quando præ
284 sumptio malæ fidei non est leuis, vt hic,
tum ob læsionem enormissimam, tum ob
qualitatem personæ venditoris incauti, &
emptoris periti, quia tunc per cursum lon-
gissimi temporis non purgatur talis mala
fides præsumpta, vt dicit Felyn. in c. vigi-
lanti in fin.num.12.de præscription quem
sequitur Crauet d.consi.146. sub nume.7.
& de antiq. temp. in 4. par. §. materia ista
num.21.versic.putarem tamen, & ante eũ
Capyc. quem non adducit Crauet. decis.
86. in causa Magnifici Ioannis Antonij
nume.13. vers.& his stantibus, & pro hoc
facit, quòd à Capyc. d.loco dicitur, nume.
10. vers.pro Actore, quod præsumpta ma-
la fides vrgens æquipollet veræ malæ fidei,
285 qua quidem vera mala fide stante non
habet locum dictum Bart. supra relatum,
quod solum in præsumpta procedit Felyn.
in d.c.vigilanti in fin.nume.12. & Crauet.
alios citans d.consi.146. nume.6. Præterea
illud dictum Bart. non caret probabili du-
286 bio, vt patet ex deductis per Ruyn. consi.
41.num.29.& cons.204.lib.1.& consi.150.
num.17.lib.4. & per Imol.in l.celsus, ff.de
vsucap. & alios in varijs locis, de quo etiã
quomodo, & qualiter intelligatur plura
ponit Crauet.de antiquit.temp.in 4.parte,
§.materia ista num.16. cum quam pluribus
seq. vbi num. 20. & 21. declarat etiam ea,
quæ ipse dixit d. consi.146.

Non refragatur etiam, quod dictum est
fuisse intentatum remedium d. l. 2. & non
fuisse deductum dolum ex proposito, &
eo stante non habere locum dictum reme
dium, & non posse fieri fundamentum in
tali dolo non deducto in iudicio, quia re-
spondetur, quod etiam stante enormissi-
287 ma lesione, ex qua arguatur dolus em-
ptoris ex proposito, competit læso reme-
dium d. l. 2. quod ideo potest per eum in-
tentari, vt in indiuiduo tenet Rol. à Valle
consi 60.clarissimi iuris, numero 62. versi.
tertio dicitur lib. 4. & dolus ex proposito
satis dicitur deductus in processu saltem
tacitè per allegationem læsionis enormissi
mæ in maximo excessu vltra dimidiam
partem iusti pretij, ex qua talis resultat do-
lus iuxta ea, quæ supra dicta sunt circa al-
288 legationem bonæ fidei in materia præ-
scriptionis, vt ea tacitè videatur deducta
per allegationem præscriptionis, in qua ea
exigitur.

Postremo non obstat, quod in dubio sit
pronuntiandum ad fauorem rei maximè
rustici, quia dicitur, quod ex prædictis ne-
gotium redditur clarum ad fauorem acto-
rum.

Et quando præmissa non procederent,
dicitur, quod ex quo Zanottus in respon-
sione facta ad positiones actorum in capi-
tula cõuersas obtulit, casu quo aliquid de-
ficiat iusto pretio, se paratum illud supple-
re, vel habito pretio conuento, rem resti-
tuere, vt iuris fuerit, standum esset dictæ
289 oblationi ad ipsius offerentis præiudiciũ
l.cum precum, C.de liber.caus.l.ne satisda
tio, ff. rem rat.haber. & l.qui familiæ cum
ibi not.per scrib. C.fam.herciscun. & ma-
ximè secuta partis acceptatione per ea, quę
not. las. in l. error in secunda limitatione
num.3. C.de iur.& fact.ignor.

Nec dicendum est, quod dicta oblatio
non fuit facta simpliciter, sed conditiona-
290 liter per illa verba casu quo, quæ conditio
nem improbant Corn. consi.187. litera G.
lib.2. & prius consi.96. litera O, & P, libro
primo, & quod est in conditione, non est
in obligatione, quia conditio nihil ponit
291 in esse l. si quis sub conditione, ff. si quis
omiss. causa testam. & l.cedere diem, ff.de
verbor signific. & propterea quod non sit
faciendum fundamentum in tali obliga
tione tanquam conditionali, quia dico
quod conditio fuit purificata, ex quo pro
bata est læsio, & sic constitit defuisse iusto
pretio, vnde locus esse debet obligationi
prædictę conditionali, vt in dictis iuribus
292 probatur à contrario sensu, & argumen-
tum militare posset, si conditio non esset
apposita deficientię iusti pretij, sed obliga-
tioni Zannotti, vt si dictum esset, & casu
quo teneatur, vbi deficiat aliquid iusto pre
tio, offert se paratum illud supplere, vel ha-
bito pretio conuento rem restituere, tunc
enim forte secus esset.

Nec similiter obstat, si dicatur, quod di-
cta oblatio fuit facta, vt iuris fuerit, & sic
quod refertur ad ius, & quod ideo non po
test operari vltra id, quod iuris est, ita vt si
de iure tenetur Zannotus iustum pretium

supplere, vel rem habito pretio restituere, oblatio eum obliget, & non aliter, cum ipse non intenderet recedere à dispositione iuris, ad quod se oblatio refert, quæ pro-293 ptetea vti relatiua qualitates relati habere intelligitur Dec. cons. 278. non leuis, numero 11. Paris. cons. 7. num. 2. 3. 4. & seq. lib. 3. quia responderur, quod sensus illorũ verbotum est, quod si adsit læsio in pretio, id reus supplebit, vel rem habito pretio restituet, vt iuris fuerit scilicet, quod prętium suppleatur, vel res restituatur, quia voluit sibi reus reseruare electionem sibi datam à d. l. 2. vt ibi dicunt omnes scribent. supplendi dictum pretium, uel rem restituendi, quia esse potuisset, quod lęsio probata fuisset in tanto excessu, quod potius rem restituere voluisset, & è conuerso, quod in tam modico excessu probata fuisset, quod pretium supplere maluisset, et ita intelligendo refertur commode dicta oblatio ad iuris dispositionem, & cum sint dicta verba post perfectam orationem oblationis apposita, non video, quod alium rectum sensum habeant, nam si reus intendisset non facere oblationem, nisi prout de iure tenebatur, ea verba in principio, & non in fine orationis oblationis posuisset, & aliter ea concepisset, vt quilibet sani capitis diceret, vnde patet actores esse in casu victoriæ etiam ex hac oblatione.

Et quoad expensas litis, ex quo reus ante publicationem restium habuit iustam causam litigandi, quia non apparebat de læsione, debet absolui ab expensis ante ip-294 sam publicationem factis. Bart. in l. properandum, §. siue autem alterutra sub numero 2. C. de iudic. in l. destitisse ad fin. ff. de iudic. in l. si quis inficiatus nume. 2. ff. deposit. & in l. qui in alterius nume. 2. ff. de reg. iur. Ancar. cons. 325. super primo dub. in principio Dec. in d. l. qui in alterius num. 7. & ibidem Cagnol. num. 19. plur. seq. Ias. in d. §. siue autem alterutra num. 12. & ex quo post dictam publicationem restium cognouit habere iniustam 295 causam litigandi, quia de læsione constitit, deberet idẽ reus condẽnari in expẽsis à dicta publicatione testium citra factis, vt habetur per Bart. & alios in locis prædictis, quicquid dixerit Dec. volens tali casu eum condemnandum esse etiam in expensis ante publicationem factis, cuius opinio minus vera est, & contra communem, vt Cagnol. docet, verum quia in diuisione habet locum euictio l. si fratres, C. comm. vtr. iud. l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. gloss. fin. in l. 1. C. comm. vtr. iud. Roland. cons. 51. quoniam ex facto, num. 5. lib. 4. habetur enim diuisio ad instar permutationis gl. fin. in l. si familiæ, C. fam. hercis. 297 & in l. 1. in glos. fin. C. comm. vtr. iud. Rold. cons. 51. nu. 6. ita vt euicta re vni in partem obuenta, is pro euictione agere possit contra alios diuidentes pro ea parte, quam illi ante diuisionem in d. re habebãt 298 d. l. si familiæ, C. fam. herc. non autem pro ea parte, quam ipse ante diuisionem in eadem re habebat, quia cum vnaquæque res sit communis cohæredibus pro indiuiso, in iudicio familiæ herciscundæ fit adiudicatio in singulis rebus, & sic habet vnusquisque cohæres partem alterius in qualibet re sibi adiudicata, aliam verò partem ex se, vnde pro parte, quam habet ab alio, habet eum de euictione obligatum; pro alia verò, quam habet ex se, non, vt declarat gl. fin. in d. l. si familiæ, ex quo d. res obuenit reo in partem in diuisione facta cum fratribus bonorum paternorum inter eos communium, is habet authores de euictione pro partibus dicti rei, quas à fratribus cohæredibus habuit, & litigauit, vt sibi pareret actionem de euictione, quæ non competit nisi lata sententia, & ideo vti habens iustam litigandi causam etiam 299 post testium publicationem, non posset condemnari in expensis, vt dicit Ias. in d. §. siue autem alterutra in decima limitatione sub nume. 10. sanè pro ea parte, pro qua ipse est hæres patris emptoris rei, & dictam rem ex se habet, & fratres cohæredes pro euictione obligatos non habet, condemnandus esset in expensis post pu-300 blicationem testium factis, quia in ea parte nullam videtur habuisse iustam litigandi causam, sed quia quælibet iusta causa litigandi excusat victum ab expensis. 301 Ias. in d. §. siuè autem alterutra in prima, limit. nume. 3. & non est determinatum, quando dicatur habere hanc iustam litigandi causam, sed id totum relinquitur arbitrio iudicis, qui ex qualitate facti, & conditione personarum id arbitrari habet, Ias. 302 vbi supra nume. 8. videtur dictus reus excusandus à dictis expensis etiam pro dicta parte, pro qua est hæres patris, & pro qua rem habet ex se, & fratres pro euictione obligatos non habet, tùm propter varietatem opinionum Doctorum circa declara-303 tionem enormissimæ læsionis, ex qua succumbit, tum propter probabile dubiũ præscriptionis longissimi temporis pereũ allegatæ, quod remedium intentatum per actores tolleret iuxta notata per Ias. in d. l. in 3. conclus. sub num. 8. tum etiam quia est ipse reus rusticus, cui iura fauent eum 304 excusando ab ignorãtia Iuris secundum

Dec. in d.l. quicunque in primo not. nu. 3. & plur. seq. C. qui admit. etiam si potuerit consulere peritiores secundum aliquos adductos ibi per Dec. num. 5.7.8.& seq.

Vnde ex prædictis omnibus motus cõsului, Partes Magnifici D. Prætoris Pontremuli, qui mihi causam de partium voluntate consulendam commisit, esse in condemnando dictum Zannottum reum conuentum ad supplendum dd. fratribus de Pizzatis actoribus iustum pretium rei in eorum petitione contentæ probatum in florenis 46.& sic ad soluendum dd. fratribus florenos 29. qui desunt à pretio conuento florenorum 17. vsque ad dictos florenos 46. vel ad restituendam eisdem fratribus dictã rem recepto ab eis per ipsum dicto pretio conuento florenorum 17. absoluendo ipsum reum ab expensis in causa per dictos actores factis propter iustam litigandi causam. Anno 1581. Põtremuli.

Superest nunc referre, quod vltimo loco decisum fuit in Rota Senensi, in eadẽmet materia per me, & alios Collegas meos honorandos D. Horatium Rouatum Brixiensem, & D. Valerium Brignosam Lusitanum in causa, in dicto Tribunali agitata, cuius diffinitionis,& terminationis decisionem ipse compilaui, & est infrascriptæ continentiæ videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

MAgdalena, & Constantia de Meccarellis egerunt remedio, l. 2. C. de rescin. vẽd. contra D. Annibalem de Agazzaria pro quodam petio terræ, per eorum Patrem ei vendito pretio florenorum nouẽ pro singulo stario, & cum ex testibus probauerint læsionem vltra dimidiam iusti, 305 & communis pretij rei venditæ tempore contractus, quæ etiam si esset minima, & in solo nũmo sufficeret Cepol. in tract. de simul. contr. in secunda præsumpt. numero 29. Felyn. in c. causam, il secondo in princ. de testib. Cagn. in d.l. 2. quæstio. 14. num. 138.& 139. Gomez. lib. var. resolut. tom. 2. de contr. sub Rubr. de empt.& ven. sub num. 22. vers. item adde, quod sufficit, quod excessus, vbi dicit cum hac opinione transire communiter Doctores, sententiam fauorabilem obtinere debuerunt, per quam alternatiuè reus conuentus eis 306 condemnaretur ad restitutionem rei recepto pretio exbursato, vel ad suppletionem iusti precij in processu probati secundum communem scribentium opinionẽ in d.l. 2. vt attestatur Gomez. loco citato, sub d. nume. 22. & latè tradit Cagnol. in d. l. 2. quæst. 47. nu. 229. prout ita illum condemnauimus reformata sententia iudicis à quo, qui dictum reum ab obseruatione iudicij absoluerat. A fructibus autem per 307 actrices petitis ipsum reum absoluimus, quia ij non veniunt restituendi, sed per emptorem lucrantur, Cagnol. in d.l. 2. quæst. 1. num. 40. post alios per eum relatos, pariterque eundem ab expensis liberauimus, tanquam habentem pro se primam sen-308 tentiam, & non ex antiquis solum actis, sed etiam ex nouis succumbentem Abb. in c. finem sub nu. 25. vers. secundo membro principali extra de dol.& contum. Anno 1581. Senis.

Et cum paucis ab hinc mensibus idem ferè casus in suprascripta proxima decisione comprehensus transmissus fuerit consulendus, Idem respondi iudicandum, eam ferè punctualiter transcribendo loco motiuorum, contentusque fui solummodo 309 addere quoad electionem rei conuenti de restituendo fundo, vel supplendo iusto pretio authoritatem non solitam allegari Bart. in l. in diem sub numero 3. ff. de aqua pluu. arcend. in vers. sed quid, & Cępoll. de simulat. contract. in secunda præsumpt. in princ. nu. 18. & quò ad læsionem in quouis excessu etiam minimo Cępol. vbi supra, num. 28. & 29 & vers. verum quia di-310 ctum est, & Tiraquel. attestantem de Communi in tract. de iudic. in reb. exigu. ferend. in versic. quinquagesimo propter excessum. Anno 1605. Florentiæ.

EPITOME.

De Statuto Florentino, lib. 2. Rub. 129. qualiter succedatur in dote vxoris præmortuæ prohibente mulierem disponere de dote in præiudicium filiorum, quod non habeat locum in vidua de dote sua disponente.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Florentinum, lib. 2. Rubr. 129. prohibens mulierem de dote disponere in præiudicium filiorum procedere in coniugata tantum, non autem in vidua, & nu. 4. 10. & seq.*

2 *Rubrica declarat nigrum, & ab ipsa Rubrica licet*

cet arguere ad intelligentiam nigri.
3 *Etiam in statutis.*
5 *Praecedentia declarat sequentia.*
6 *Verba, quæ possunt trahi ad varium sensum, declarantur per praecedentia, & sequentia.*
7 *Etiam in statutis.*
8 *Dictio hæc suprascripta relatiua est ad antea dicta, & ad superiores casus se refert.*
9 *Casus à Statuto omissus remanet sub dispositione iuris communis, & num. 13.*
10 *Statutum prohibens aliquid mulieri coniugatæ non comprehendit viduam.*
11 *Statutum iuri communi contrarium odiosum est, & strictè intelligendum.*
12 *In eoque casu tantum procedere debet in quo præcisè, loquitur, & extra illum non est extendendum, nec in consequentiam trahendum.*
13 *Tantumque disponit, quantum loquitur, & non plus, & expressè non decisum relinquit dispositioni iuris communis.*

CONSILIVM CXXXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa vertente coram Magnifico D. Capitaneo Castilionis Terzerij inter D. Gasparem, D. Leonelli de Quernis, de Bagnono agentem ex vna parte, & Dominam Helenam dicti Domini Gasparis sororem, ac Dominum Ioannem Baptistam Baronium, dictę Dominæ Helenę, & olim D. Antonij filium reos conuentos ex altera. Visis processibus, & scripturis ad me transmissis, & maturè illis consideratis, Retuli partes dicti Domini Capitanei esse in pronuntiando, & declarando fuisse, & esse deueniendum ad electionem æstimatorum, qui seruatis de iure, & ex forma statutorum seruandis, bona in tenutam per dictum D. Gasparem capta æstiment, & de æstimatione relationem in actis faciant iuxta petita per dictum D. Gasparem.

Ad sic referendum motus fui, quia donatio inter viuos per dictā D. Helenam facta dicto D. Gaspari eius fratri subsistit, nec vti in præiudicium Domini Ioannis Baptistæ eius filij facta reijcitur à Statuto Florentino, libro 2. Rubr. 129. prohibente mulierem donare in præiudicium filiorū, quoniam dictum Statutum loquitur in 1 muliere de dote disponente, constante matrimonio, vt patet ex eius Rubr. quæ hoc modo inscribitur videlicet, Qualiter succedatur in dote vxoris præmortuæ, nā ad intelligentiam nigri, licet arguere ex verbis Rubricæ, vt declarant Barto. Bald. 2 Angel. Alberi. Fulgos. Roman. Castrens. Alex. Aretin. & alij recentiores in l. 1. ff. si cert. petat. in tantum, vt verba dubia nigri declarentur per Rubricam, & secundum illam intelligantur, vt tradunt in eadem, l. 1. Fulgos. num. 4. & 5. versic. ex secunda parte, Roman. nume. 3. versic. fallit, Castr. nume. 4. versic. ex secunda parte, & Alex. nume. 3. & 4. vers. bene tamen verum est, quod & in statutis procedere voluit Thobi. Noni. consi. 17. nume. 2. & 3. adeo quod 3 ex dicta Rubrica ostenditur statutum loqui in coniugata, quæ de dote disponat, non autem in vidua, quæ viro mortuo de sua dote disponeret, quod etiam constat ex nigro ipsius statuti, in quo semper agitur de muliere coniugata, per cuius mortem soluitur matrimonium, & licet in fine eiusdē statuti apposita reperiatur clausula, quod nulla mulier in dote, in totum, vel in parte possit condere aliquam vltimam voluntatem, nec aliquid etiam inter viuos quo quomodo disponere de dote, vel eius parte in preiudicium viri, vel filiorum, seu aliorum descendentium ex eis, tamen dictum statutum non comprehendit 4 hanc dispositionem à vidua factam, sed tantum procedit in dispositione à coniugata facta, quia dicta clausula debet cōiungi cum præcedenti dispositione ipsiusmet statuti ex quo præcedētia declarant sequen-5 tia, l. si seruus plurium, §. vltimo, ff. de leg. primo, & verba, quæ possunt trahi ad varium sensum, declarantur per præceden-6 tia, & sequentia. Socin. in l. 1. in primo notab. nume. 1. 2. 3. ff. de reb. duob. Neuizan. 7 consi. 66. num. 48. etiam in statutis, vt dicit Socin. vbi supra num. 2. & ante eum Bart. in l. prætor. 4. § etitque hæc differentia ad fin. ff. vi bonor. raptor. & idem Bart. in l. verum per illum text. ff. de petition. hæredit. vbi etiam Ang. sub num. 2. Quod indubitanter locum habet in casu isto, in quo dictum statutum in prædicta clausula se refert ad antea disposita, cum non simpliciter, & absolutè prohibeat mulierem dispo nere, sed restrictiuè tantum in casibus suprascriptis, & sic vbi mulier coniugata di-8 sponeret, & postea viro superstite cum liberis, aut sine decederet, prout antea locutum fuit statutum, nam illa dictio suprascriptis relatiua est ad casus superiores, vt tradit Bart. in l. 1. §. hoc edicto in fine, ff. de postul. & in l. 3. § hæc verba, ff. de vulgar. & pupil.

& pupil. quem secutus est Dec. in consil. 423.num. 5. facit Ruin.cons. 132. nume.9. lib. 2. adeoquod cum casus præsens non sit
9 comprehensus à statuto, remanere debet sub dispositione iuris communis, l. commodissimè, ff. de liber. & posth. cum alijs allegatis per Neuizan.cons. 58. num. 5. secundum quod ius commune potuit mulier disponere prout fecit, nec de hoc ambigitur, nec dicti statuti extensio de mulie
10 re coniugata ad viduam admittenda videtur, ex quo tale statutum tanquam à iure communi deuians, odiosum dicitur, & pro
11 pterea restringendum, c. odia de Reg. 126. Corn.cons. 89.num. 6. & 7. & cons 90.nume. 11. lib. 3. & antea Angel. consil. 158. in princ. inquiens, ideo tale statutum strictè,
12 & propriè intelligendum, & procedere in eo tantum casu, in quo loquitur, & extra illum non esse trahendum, nec in consequentiam deducendum. Vnde etiam di
13 citur, quod huiusmodi statutum tantum disponit, quantum loquitur, & non plus, & non expresſè comprehensum relinquit sub dispositione iuris communis, Ias. cons. 120. col penult. vers. Certum est lib. 1. & diffusius, cons. 205. col. 4. & 5. vers. item statuta, & infra l. 2. Anno 1605. Florentiæ.

EPITOME.

Quod consignatione dotis Nurus facta per Patrem filio in potestate seorsum ab eo habitare volenti, sine vxoris consensu in bonis stabilibus, & mortuo postea filio, & dote per dictum Patrem in pecunia Nurui restituta, si defuncto exinde Patre hæres filij, cui bona consignata sunt, velit bona prædicta consequi, tenetur quantitatem dotis Nurui restitutam exburſare, & fructus bonorum cum interesse pecuniæ compensare, siuè Pater ex consignatione illa dotium fuerit liberatus ab obligatione restituendæ dotis Nurui, siue non.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum delatū à statuto Marito ob prædecedentiam, sine liberis, dicitur proprium ipsius mariti patrimonium, & præcipuum, tanquam aduentitium cum fratribus, non communicādum num. 2. etiam si maritus cum vxore in domo Patris habitaret, & non ipse, sed Pater alimenta præstaret, quicquid aliqui dicant, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

4 *Dotis fructus propter onera matrimonij lucrantur.*

8 *Socer tenetur alere Nurum sicut filium, etiam si nullam dotem habeat.*

9 *Pater, an teneatur consignare dotem Nurus filio in potestate seorsum habitare volenti, & nume. seq.*

Dos regulariter constante matrimonio restitui non potest ibidem. fallit in certis casibus specialibus, num. 10. & 11.

11 *Dos ibi esse debet, vbi sunt onera matrimonij.*

13 *Contractus inter patrem, & filium in potestate vales etiam in profectitijs interueniente iuramento.*

14 *Donatio inter Patrem, & filium in potestate firmatur iuramento.*

15 *Contractus consensu duorum initus, vnius tantum voluntate resolui non potest.*

16 *Pater consignans filio in potestate dotem à Nuru habitam, sine illius consensu, an, quando, & quomodo liberatus censeatur ab obligatione eam dictæ Nurui restituendi, & nu. seq.*

18 *Pater si dotem Nurus filio in Potestate consignauit in stabilibus sine Nurus voluntate, eique postea mortuo filio restituat in pecunia, potest à filij hæredibus bona retinere volentibus solutionem repetere, & nu. seq.*

Bona fides non patitur per debitorem bis idem solui debitum, ibidem.

19 *Minor rem suam malè alienatam ex capite nullitatis cum fructibus recuperare intendens, pretium in eius vtilitatem versum cum vsuris restituere tenetur, vel saltem dictos fructus cum dictis vsuris compensare, & num. 20. 23. 24. & infinitis sequ. & quid quando interesse esset minus, aut maius fructibus, nume. 29. & multis seq.*

Locupletari cum aliena iactura nemo debet, ibidem, & nume. 28.

21 *Sententia præsumitur esse conformis petitioni, maximè vbi agitur de fauore condemnati, & non victoris, num. 22.*

33 *Lucrum, quod Mercator cum sua pecunia negotiando facturus fuisset, iudicis arbitrio taxandum relinquitur.*

34 *Fructus rei, vbi non sunt petiti, iudex ad eos cum ipsa re restituendos condemnare reum non tenetur, nisi in restitutione in integrum, in qua non petiti veniunt, num. 35.*

36 *Minor rem suam malè alienatam ex capite restitutionis in integrum cum fructibus recuperare volens, debet pretium cum vsuris emptori restituere, vel saltem illius interusurium cum dictis fructibus compensare, nume. 37. 38. & quamplur. sequen. & antea, num. 19. 20.*

39 *Creditor si iure pignus vendat, sed ex fraude minori pretio, quam valent, emptori scienti, & de fraude participanti, debitor creditore non soluendo existente, volens pignus ab emptore recuperare,*

cuperare, debet pretium cum vsuris restituere.

40 *Venditor resoluto contractu recuperans rem cũ fructibus, debet emptori pretium, & vsuras restituere, etiam quod venditor ipse ex dicto pretio vsuras non perceperit.*

41 *Aequitas non patitur, quod quis rem, & fructum, ac pretium habeat, alter verò re, fructu, & pretio caruerit, sed qui rem cum fructibus vult, pretium, & vsuras refundere alteri tenetur, & num. seq. & antea, num. 20. & iterum, num. 56. 57.*

44 *Procurator vbi de sua pecunia fundum emit pro domino, & illum diu possedit, dominus eum recuperans, non consequitur fructus, sed cum vsuris pretij per Procuratorem soluti compensat.*

45 *Minor rem malè alienatam cum fructibus recuperans, pretium cum vsuris restituere non tenetur, nisi pretium ipsum in eius vtilitatem fuerit versum: cum aliter, nec ad pretium, nec multo minus ad vsuras teneatur, & num. seq.*

46 *Pretium vbi non est restituendum, nec etiam interesse illius, vti accessorium debetur.*

47 *Pretium rei loci pij venditæ solutum legitimo administratori præcedentibus debitis solemnitatibus in vtilitatem dicti loci versum præsumitur.*

48 *Pretium rei venditæ in alienãtis vtilitatem versum fuisse, præsumptionibus, & coniecturis probatur.*

49 *Locupletior quis dicitur factus ex pecunia ab alio recepta, si ea vtatur, creditoribus satisfecerit, aut suis necessitatibus subuenerit, aut si eam saluam habet.*

50 *Priuilegium minoris, aut loci pij ad iniquum compendium trahi non debet.*

51 *Locupletior semper præsumitur quis factus ex pecunia ad eius manus peruenta, nisi probet eam malè fuisse consumptam.*

52 *Oblatio verbalis non sufficit, nisi quando creditor interpellatus recusat recipere, etiam quò ad euitandum interesse: nec satis est, quod creditor taceat.*

53 *Oblatio debet esse pura, & simplex, nec conditionalis, & qualificata prodest.*

54 *Oblatio facta in primo iudicio, cuius instantia fuit perempta ob absolutoriam ab obseruatione iudicij, non prodest in alio iudicio, quia censetur mortua cum alijs actis ordinatorijs illius iudicij.*

55 *Instantia perempta, licet pereant acta ordinatoria illius iudicij, non pereunt tamen effectus inducti per contestationem litis, imo durant tanquam consumati.*

57 *Emptor, rem possidens, tenetur venditori ad interesse pretij etiam iustè non soluti, & nulla perfidia, aut mora interueniente.*

58 *Maritus consequitur interesse pro dote vxoris per ipsum alimentatæ, etiam quod nulla soceri, aut alterius eam promittentis interuenerit mora, aut alia culpa.*

59 *Minor volens rem suam alienatam cum fructibus recuperare debet emptori offerre non solum pretium, sed etiam illius vsuras.*

60 *Interesse pretij in iudicio executiuo potest peti per venditorem ad rem, cum fructibus conuentum, per viam exceptionis, & etiam principalis petitionis, vel reconuentionis, immò, & in hoc parte non petente potest iudex ex officio supplere, & partem condemnare, & quare, num. 61.*

62 *Interesse recompẽsatiuum, quod ex æquitate legis curabit, C. de act. empt. prouenit, an iure actionis, an verò officio Iudicis mercennario debeatur, & quæ differentia ex hoc resultet, an vno, vel altero modo debeatur.*

63 *Res iudicata pro veritate est habenda, nec in dubium reuocanda.*

64 *Contraria allegans non auditur.*

65 *Melioramentorum, cum variæ sint species, & non omnia semper reficienda, vbi constant in genere, sed non apparet de eorum qualitate, quantitate, & æstimatione, cautela est, vt fiat condemnatio, pro restitutione eorum, quæ de iure restituenda venient iuxta liquidationem in executione faciendam.*

66 *Melioramenta necessaria reficienda sunt à quocunque rem recuperante, etiam quod alienatio non valuerit; nu. 67. præsertim si adsit iustus error, vel validitatis color, num. 68.*

69 *Summa in maiori minor inest in testibus, de valore deponentibus.*

70 *Melioramenta reficienda sunt in summa, in qua res pretiosior est effecta, si minor est, quam impensa, sed si maior est, reficiuntur in summa, quæ est impensa.*

71 *Soluens scienter indebitum dicitur donare, nec potest repetere. Requiritur tamen perfecta indebiti scientia, & non solum in ipso soluente, sed etiam in recipiente, aliàs non præsumitur donatio, num. 78.*

72 *Donatio nunquam præsumitur, vbi alia coniectura potest sumi.*

73 *Auus Paternus, aut alius ascendens legitimus administrator Nepotis, vel descendentis, aliquid soluens simpliciter, in dubio administratorio, & nõ proprio nomine fecisse præsumitur.*

74 *Ascendens faciens impensas pro descendentibus, tàm circa personas, quàm circa res, & bona, seù negocia, vbi erat descendentis administrator, indistinctè eas repetit, etiam nulla facta protestatione, quod animo repetendi faciat; maximè vbi sunt magnæ, num. 75.*

76 *Donationis præsumptio facilius excluditur, quãdo aliqua cõcurrunt, animum diuersum facientis denotantia.*

77 *Voluntatis mutatio non præsumitur, sed perseuerantia, & continuatio.*

78 *Soluens indebitum, ad quod probabiliter dubitare poterat, an teneretur, vel ne, non intelligitur donare, sed repetere potest.*

CON-

CONSILIVM CXLVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi ad referendum, de Iure commissa, per Magnificum Dominũ Potestatem Montis Sancti Sabini, inter Bartolomeũ de Fertis, vti curatorem Bernardini quondam Iosephi, olim Gabrielis de Fugacibus, agentem ex vna parte, & Bartolomæum Gabrielis prædicti reum conuentum ex altera, Viso processu in dicta causa facto, & consideratis hinc inde deductis, Retuli Partes dicti D. Potestatis esse in pronuntiando ad fauorem Actoris, pro restitutione bonorum, aliàs per dictum Gabrielem assignatorũ, præfato Iosepho, pro dotibus Brigidæ, & Lucretiæ eius respectiuè vxorum ad ipsum Gabrielem peruentis, cum hoc tamen, quod idem Actor d n. teneatur ponere in Communi, & in cumulo hæreditatis dicti Gabrielis Florenos sexcentos, de libris quatuor pro Floreno, ad commodum dicti Gabrielis hæredum, & inter eos pro portionibus hæreditarijs diuidendos, pro totidem mortuo D. Iosepho, per Gabrielem solutis præfatæ Lucretiæ pro restitutione prædictæ eius dotis, iam ipsi Iosepho assignatæ, compensatis fructibus dictoũ bonorum, cũ interesse dictarum pecuniarũ.

Ad ita referẽdum motus fui, quoniam respectu Florenorum ducẽtorũ quinquaginta medietatis dotium Brigidæ primæ vxoris Iosephi lucratorum, ob mortem dictæ mulieris, sine filijs, superstite viro, nulli dubium est, quin valuerit assignatio, 1 quia huiusmodi lucrum delatum viro à Statuto, per vxoris prædecedentiã, sine liberis dicitur proprium ipsius viri patrimonium, gl. in l. pro hæreditatijs in versic. 6. C. de hæredit. action. Corn. consil. 178. ad fin. sub nu. 3. lib. 4. Dec. consil. 19. in fi. Roland. à Valle in tract. de Lucro dot. q. 90. num. 1. vbi plures alios huius sententiæ refert, & quidem præcipuum, & tanquã aduentitium, cum fratribus non communicandum, secundum opinionem Bart. in l. 2 si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matr. quam veluti magis communem, & in puncto Iuris magis substentabilem sequuntur Bald. Nouell. in tract. de dote, in 6. part. priuileg. 37. in toto, Cãpeg. in eod. tract. de dote in 5. parte q. 7. per totã, Castr. in l. 1. nu. 2. C. fam. ercifcund. Bald. in tract. de duob. fratrib. simul habit. nu. 26. & esse communem opinionem, dicit Salyc. in d. l. 1. ante fin. versic. quæro ab extra, & magis sibi placere affirmat Bald. in d. auth. ex testamento, num. 33. versic. Decimũtertium capitulũ, Corn. consi. 149 col. 2. vers. his tamen non obstantibus lib. 1. & in authent. ex testamento, num. 25. & seq. vers. Quinto in quantum, C. de collatio. vbi latè insistit, & in l. 1. num. 4. vers. nota, C. de bonis, quæ liber. inquiens hanc opinionẽ esse securiorem, & ibidem ante eum Angel. in princ. & Salyc. pariter in princip. & Roland. in d. tract. de lucro dot. quæst. 110. colum. 2. vers. tertia quoque, & alij per eũ adducti. Nec dictæ conclusioni obstat, 3 quod cum vir stando cum vxore in domo Patris, & ab eo alimenta percipiendo, non dicatur ipse sustinuisse onera matrimonij, propter quæ lucrum hoc dotis refertur, sed eius pater, & propterea dicatur profectitium, & cum fratribus veniat communicandum, secundum alteram opinionem Bart. in tract. de duobus fratribus, num. 6. versic. quinto quæro, de qua per Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. & alijs socijs, part. 5. q. 12. num. 15. Quia respondetur, quod ex quo pater habuit dotis fructus, qui dantur pro oneribus matrimonij, l. do- 4 tis fructus, ff. de iur. dot. & l. pro oneribus, ff. solut. matrim. debent tales fructus cum dictis oneribus compensari, vt in specie dicit Rom. cons. 144. in princip. & nume. 16. versic. superest, lib. 5. & post eum Roland. ceteros referens d. q. 110. volum. 2. in fi. & col. 3. vers. Secundus casus; Responderi & potest, quod pater alimentauit Nurum, & 5 onera matrimonij supportauit contẽplatione, & intuitu filij, & donasse cẽsetur, vt considerat Corn. d. cons. 149. col. 2. versic. & insuper lib. 1. Vlterius dicitur, quod nõ 6 simpliciter, & absolutè defertur lucrũ dotis marito propter onera matrimonij, sed, & propter alias causas ob solatium, scilicet amissæ coniugis, & vt inuitentur homines ad matrimonia contrahenda, vt per Bald. Nouel. in d. priuil. 37. imò dicit Corn. in d. auth. ex testamento, sub num. 26. vers. ex quo patet, quod in huiusmodi lucro Statu- 7 tum non considerauit onera matrimonij saltem principaliter, sed illud concessit viro, quia maritus est, vnde, & vxore decedente antequam vir onera matrimonij sustinere cœperit, dictum lucrum consequitur maritus, vt subiungit Corn. cum quo conuenit, nullam tamen de eo mentionẽ faciens, Bald. Nouel d. priuil. 37. aiens, qđ tunc

tunc remanet alia causa principalis, & finalis Statuti, scilicet vinculi, & fęderis matrimonialis, quã etiam antea causam proximam, & immediatam huius lucri dixit,
8 Potremo potest dici, quod socer tenetur alere Nurum, sicut filium, etiam si nullam habeat dotem, vt latè probat Ruin. d. consil. 144. per totum, & voluit etiam Bald. in d. auth. ex testamento, sub d. num. 33.

Respectu autem Flotenorum sexcentũ dotium Lucretiæ vxoris secundæ dicti Iosephi, quæ dictæ assignationis tempore viuebat, valuit pariter dicta assignatio, quia
9 etsi constante matrimonio dos per socerũ habita nõ poterat restitui mulieri, vel eius viro, aut alij, de ipsius mulieris voluntate, l. vnica, C. si dos constante matrimonio soluta fuerit, tamen in certis casibus resti-
10 tui potest, puta ex causa necessitatis, pietatis, vtilitatis, aut honestatis, l. quamuis, cum l. sequen. & l. si cum dotem, §. 1. ff. solut. matr. quæ causa saltem honestatis, & vtilitatis considerari potest in præsenti casu, in quo qui dotem recepit, eam restituit filio, eidemque Nurus marito seorsum ab ipso patre, cum vxore habitare volenti, in hoc enim, & honestas, & vtilitas coniugũ concurrere videntur, & clarum est, quod hoc casu pater ipsam dotem, quã pro nu-
11 ru receperit, filio tradere tenebatur, quia ibi debet esse dos, vbi sunt onera matrimonij, l. actione, §. fi. ff pro socio, l. si filia, §. 1. l. si maritus, ff. famil. ercisc. l. si is qui, §. ibi, ff. de iur. dot. & ita in proprijs terminis cõsulendo determinat ex prædictis rationib. Anchar. consl. 238. regulariter, sub num. 1. & 2. & voluit etiã Ruin. d. consl. 144. nu. 13. vers. quarto etiam facit lib. 5. & latius prosequitur Bald. Nouel. in tract. de dote, in 7. part. priuil. 34. ferè per totum, vbi tamẽ, de
12 Anchar. nõ meminit, quod procedere volunt etiam in filio, in potestate ipsius constituto, in quo, & Nos versamur, postquã de emancipatione non constat, nec ea allegatur, nec id in casu nostro dubiũ habet, quod scilicet consignatio illa dotis inter patrem, & filiũ in potestate valuerit, stante iuramento, in d. consignationis instrumento apposito, quod contractum inter patrem, & filium in potestate eius consti-
13 tutum etiã in profectitijs firmat, vt punctualiter ostendit, Corn. consl. 306. num. 4. vers. Nec videtur obstare lib. 3. qui ad hoc iura, rationes, & authoritates adducit, & ex eo confirmari potest, quod, & donatio inter patrem, & talem filium aliàs inuali-
14 da, firmatur iuramẽto, vt idem Corn. subiungit d. consl. 306. num. 5. & tradit etiam Clar. in §. donatio, q. 8. nu. 8. vers. Sed quętò, Inquiens, quod licet alias in hoc articulo fuerit, non modica controuersia inter Doctores: tamen hodie ferè omnes transeunt cum ista sententia, quæ communis est; & in practica nullam recipiens difficultatem, & secundum quam pluries iudicatum fuit, hãc etiam opinionem pluries iudicando secutam fuisse refert Thesaur. decis. pedem. 32. num. 10. vers. Præsupposita igitur, adeo quod etiàm circunscripta iusta restitutionis causa, consignatio prædicta quoad ipsum patrem, & filium viribus subsisteret, & vti valida, & duorum cõsensu perfecta parris, scilicet, & filij, non po-
15 tuerit postea vnius tantum voluntate dissolui, aut reuocari, l. sicut, C. de action. & oblig. Corne. d. consl. 306. sub num. 4. vers. nec videtur obstare lib. 3.

Sed quoniã in dicta consignatione non interuenerint dictæ mulieris consensus, nec de illius voluntate socer, idemque pater filio dotem restituit, in eaque re non adhi-
16 buit cautelam traditam per Anchara. d. consl. 238. ante fin. vers. Postremo, vt dictus Nicolaus, de qua etiam loquitur Ruin. supracitatus, scilicet, vt eam restitueret filio, de mandato, & voluntate nurus, quæ ipsum liberet, & promittat non venire cõtra pręstitũ iuramentũ, nec vsus est alia cautela extorquendi à filio cautionem, de indẽnitate, de qua per Bald. Nouel. d. priuil. 34. col. penult. ante num. 6. vers. tamen Din. & Bart. probabiliter dubitari potest, an dictus Gabriel ex dicta cõsignatione fuerit liberatus, vel nè, ab obligatione restituẽdi, qua
17 tenebatur erga mulierem ex his, quæ tradunt Doct. in d. l. quamuis cum l. seq. in u. l. si cum dotem, §. 1. & §. transgrediamur, ff. solut. matrim. & per Anch. d. consl. 238. & per Ruin. d. cõs. 144. & Latius per Bald. Nouel. d. priuil. 34. in toto, & ipsa mulier mortuo viro, qui consignationem receperat in bonis, de quibus agitur, dotes suas dictorum Florenorum sexcentum recuperauit à D. Gabriele eius socero, & conueniens non est, quod ipse socer bis dotem
18 eandem soluat, & filio in bonis consignatis, & nunc soluto matrimonio in pecunia iuxta l. bona fides non patitur, ff. de regul. iur. cũ ibi notat. per gl. & Doctores, quodque idem socer hoc modo bonis, & eorũ pretio careat, filij autem hæres bonis, sine pretio fruatur iuxta in similibus terminis notata per Scribentes in l. curabit, C. de action. empt. Placuit dictum Bernardinũ Iosephi hæredem non aliter bona consi-
19 gnata consequi posse, quam si dictos Florenos sexcẽtum à patre in dictis bonis habitos restituat, compensatis fructibus ipsorum

forum bonorum, cum interesse dictarum pecuniarum, arg. l. vtere, & l. si prædiũ, C. de prædijs, & alijs rebus minor & l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. 25. annis, in quibus iuribus probatur, quod etiã mi nor, qui rem suam alienatã ex capite nullitatis, aut via in integrum restitutionis, cum fructibus recuperare intendit pretium receptum, & in eius vtilitatem versum, cum vsuris restituere tenetur, & tradit Franc. Marc. deci. Delphinal. 21. num. 5. vers. verum tamen in prima parte, quam conclusionem latissimè probat Cacheran. decis. pedemont. 159. in executionem sententiæ per totam, & in terminis nostris indubitatet procedit, quia ex parte agentis ad bona, nihil contra contractum cum patre initũ opponitur, sed imò illum omnino validũ fuisse contenditur, & eius vigore bona petitur, vt propterea, ne illa sine pretio, apud ipsum remaneant; sique cum iactura alterius locupletur contra l. nam hoc natura, ff. de condit. indeb. debeat omnino pretiũ receptum restituere, si bona consequi ve-20 lit, hocque casu optimè locum habere potest æquitas d. l. curabit, C. de action. empti vt considerat Cacher. loco citato, & ante eum Franc. Marc. d. decis. 21. ad fin. nu. 3. in prima parte, qui ideo subdit, quod in sententia pro minore lata in restitutione rei, non fuit facta mentio fructuũ propter interesse pretij soluti, quam opinionem alias etiam tenui in Rota Senensi, cum Magnificis DD. Horatio Rouato Brixiẽse, & Valerio Brignosa Lusitano Collegis meis, vt patet ex decisione, quam ego tunc compilaui in hunc, qui sequitur modum, videlicet, &c.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Requisiti à Multũ Magnifico, & Admodum Reuerendo D. Rectore Hospitalis Sanctę Mariæ Scalarum, huius inclitę Ciuitatis Senarum, vt eidem darẽ contentaremur in scriptis rationes quibus moti fuimus in causa per ipsum mota contra Laurentium Alexandrinum, pro executione sententiæ, per Nos aliàs latæ in causa principali inter eosdem uertente ad pronuntiandum pro dicto Alexandrino, tàm respectu interesse recompensatiui pretij per eius patrem exbursati in emptione bonorum dicti Hospitalis compensandi, & confundendi, cũ fructibus eorum dem bonorum, quos unà cũ bonis ipsis à lite contestata eidem Hospitali restituere, idẽ Alexandrinus condemnatus fuerat, quàm etiam respectu expensarum melioramentorum in dictis bonis dictum Alexandrinum, & Patrem factorum in summa scutorum mille, & cẽtum taxatarum, & desiderantes prædicto Domino Rectori morẽ gerere; & animi nostri sinceritatem omnibus ostẽdere, libentissimè suscipimus Prouinciam iustificandi præfatam nostram pronuntiationem, licet ex nouis reformationibus Rotæ, ad id faciendum minimè teneremur.

Vnde imprimis Dicimus, quod cũ Hospitale egisset contra dictum Laurentium, ad recuperationẽ bonorum, alias per eius patrem emptorum ab ipso Hospitali ex capite nullitatis contractus, ob defectum solemnitatum in similibus alienationib. requisitarum, & vbi is mero iure teneret, ex capite restitutionis in integrum, ob lęsionem, & alia in eius petitione deducta, fuit lata sententia ad fauorem Hospitalis pro recuperatione bonorum petitorum, cum fructibus à lite contestata facta restitutione pretij exbursati, & expensarum melioramentorum, de iure reficiendorũ, in qua non fuit declaratum, an ex capite nullitatis, an uerò ex capite restitutionis in integrum dicta recuperatio bonorum, & fructuum per ipsum Hospitale fieret, cũ simpliciter dictum fuerit, quod petita per Hospitale fieri, de Iure poterant, & debebant, & successiuè condemnatus extiterit Laurentius ad dimittendum relaxandum, & restituendum ipsa bona petita dicto Hospitali, cum fructibus prædictis, adeoquod optimè dicta sentẽtia sustineri potest, tàm ex nullitate, quàm ex restitutione, eiusque uerba cõueniunt, utique remedio pro Hospitale intentato, ut de se patet, & quilibet rectus Iudex existimare potest, cũ præsertim debeat esse conformis petitioni, & ita 21 semper in dubio intelligi, ut cum ea concordet, l. ut fundus, ff. comm. diuid. l fi. C. de fideicommiss. liberta. cum simil & tradit pulcrè, Crau. consi. 188. num. 1. maximè cum agitur, de fauore condemnati, & non 22 uictoris, ut ibi subdit; nu. 2. & antea consil. 74. sub nu. 9. & 10.

Aut igitur, vt caput interesse primo absoluamus, aut Hospitale, se victoriam reportasse contra Alexandrinum, per sententiam supra memoratam ex capite nullitatis contractus, & tunc dicitur, quod si si vult rem nulliter ex omissione requisitarum solemnitatum alienatam ab emp-23 tore, vel eius hærede vendicare cum fructibus,

Gg

ctibus, prout potest, l. vtere in fi. & l. si prędium in princ. C. de prædijs, & alijs rebus minor. tenetur etiam idem emptori, vel eius hæredi habitum pretium, cum vsuris 24 restituere, vt probatur in d. l. vtere in princip. & in d. l. si prædium in fine, ex quibus iuribus voluit Cacher. decis. pedem. 159. num. 16. minorem, qui bona nulliter non seruatis seruandis alienata cum fructibus recuperat, teneri pretium cum legitimo interesse emptori restituere, & ita sancitū fuisse in Senatu, illo attestatur, subditque hoc casu locum habere æquitatem, l. curabit, C. de action. empt. quæ decisio videtur terminare casum præsentem, absque longiori disputatione, quā sequitur Mansuer. in addit. ad Pract. Pap. in form. libel. super restitut. in integ. in gl. vendidit, & tradidit in prima apostilla, circa medium; Sed quoniam ea impugnatur pro parte Hospitalis, ad eius cōfirmationem adducimus Bald. cons. 322. sub nu. 1. lib. 2. vbi tenet, quod 25 hæredes mariti vendicantes bona in solutum vxori data nulliter non seruata forma statutorum pro debito eius dotium nō recuperant fructus, quia illi debent remanere vxori pro recompensatione fructuum eius dotium, quia non conuenit, quod debitor rem solutam, & fructus recuperaret, & creditor sine fructu suæ pecuniæ remaneat; Ad idem adduci potest Odoffred. 26 in l. sumptus in fi. & in l. emptor in princip. & in fi. ff. de rei vendic. volens vbique per tex. d. l. emptor, qđ facta alienatione prędij per eum, qui alienandi ius non habebat, & versu pretio in Domini vtilitatem, si dominus rem sic alienatam vendicet, tenetur emptori restituere pretium eius creditori solutum, & vsuras cum fructibus ex prædio per ipsum perceptis compēsandas, quod etiam in eadem l. emptor adnotarūt Bart. & Bald. vterque post principium. Ad idem est tex. in l. si fundus, §. quamquam, ff. de rebus eorum, vbi dicitur, quod si tu-27 tor rē pupilli nulliter alienauit, & de pretio creditorib. pupillaribus satisfecerit, minor postea rem ipsam cum fructibus vendicans repellitur, nisi emptori pretium cū vsuris restituat, quem tex. ad hoc propositum adducit Caballin. in solemni illo tract. de vsur. nuper sub eius nomine edito q. 37. sub nu. 282. post versic. & in summa, vbi dicit, quod minor rem cum fructibus recuperans tenetur emptori ad vsuras pretij ex illo textu, & alijs iuribus, ne cum iactura aliena lucretur, cum rem, & fructū recuperet, & vsus sit pretio, emptor autē pecuniæ suæ interusurium amiserit, & totum lucrum restituerit, rem scilicet cum fructibus contra equitatem, & rationem naturalem, de qua habetur in l. nā hoc natura. ff. de condit. ind ebit. & in l. iure naturæ, ff. de reg. iur. subditque, sub nume. 283. vers. & quia, quod cum ratio prædicta naturalis sit, decisio præmissa locum habet, non solum quādo emptor non fuit in culpa, sed solemniter, & bona fide contraxit, ita quod minor beneficio restitutionis indiget, sed etiam, quando contra ius decreto omisso contraxit, ita quod fundus recta via vindicari potest, quod id ipsum in indiuiduo voluit & Cuman. in d. §. quamquam, vbi summando illum text. dicit, qđ pupillo vendicanti fundum cum fructibus à tutore sine decreto alienatum obstat exceptio doli, nisi restituat pretium in vtilitatem versum cum vsuris, vnde Dyn. in l. si pupillorum, §. si obligauerit, ff. de rebus eorum dicit, quod si tutor alienat rem pupilli, & soluat creditori, licet non teneat obligatio, est tamen locus exceptioni, de qua in d. §. quamquam, ideo, & emptori datur retentio, donec sibi pretium cū vsuris restituat, etiam quod contra leges bona minoris emerit, Ruin. cons. 91. per tot. lib. 5. Gabr. cons. 33. in toto.

Et quamuis ex dicta l. emptor apparere videatur compensationem interesse prætij cum fructibus rei nō simpliciter, & indistinctè fieri debere, sed solum vsque ad quantitatem ipsius interesse, vt si plus fue-29 rit in fructibus, id Domino restituatur, vt etiā ibidem notauit Odoffred. circa princ. & sentiunt expresse Bart. ad fin. vers. item not. & Bald. post princip. vers. secundo id quod superest, dum volūt, quod facta cōpēsatione fructuum, cum vsuris, quod superest, de fructibus compensari debeat cū pretio, quod etiam velle videtur Caballin. d. q. 37. sub nu. 286. vers. debebit, dū ait dictum interesse per Iudicem esse æstimandum, & pro rata cum fructibus compensandum, quod & sensisse videtur Cacher. d. decis. 159. in finalib. verbis: tamen compensatio indistinctè facta, vt tantum fuerit in fructibus, quantum erat in interesse, potius facit pro Hospitali, quam pro Alexandrino, cum plusquam notorium sit lōgè maius vtile percipi à Mercatore, & negotiatore ex pecunia, quam ex redditu bonorum stabiliū ad valorem pecuniæ ascendētium, vt propterea in odium ipsius Alexādrini, potius quam in fauorem, facta dicatur dicta mutua compensatio, cū si aliud 30 interesse eidem dandum fuisse, ex process. su ipso magnum, & ingens nō obscure dignoscatur, vt etiam considerat Gabr. d. cōsil. 33. num. 10. Vltra quod in terminis nostris

ſtris omnino debuit fieri eo mō, vt æquale eſſet intereſſe pretij fructibus rei, vt infra latius deducemus tractādo caput reſtitutionis in integrum, & optimè probat deci- 31 ſio Bald. ſupra allegata d. conſ. 322. quę loquitur ſtante nullitate contractus, & tamē indiſtinctè fit confuſio intereſſe debiti cū fructu rei, & in minore nulliter alienante, quod computatio fructuum à die litis cōteſtatæ perceptorum ſit facienda cum intereſſe pretij tenet Gabr. d. conſ. 33. in fine.

Nec poteſt alicui videri immoderatè ta- 32 xatum eſſe Mercatori intereſſe non excedens redditum bonorum ſtabilium, cum illud omnino ęquū cenſeatur, vt latè conſtat ex traditis per Caballin. in d. tracta. de vſur. q. 27 num. 241. ad fin. & longè latius q. 74. num. 536. cum quamplur. ſeq. ex cuius etiam dictis facilè patere poterit, illud hoc caſu potius exiguum, quam exceſſiuū dici poſſe, & maximè cum longè plus, cū ſua pecunia lucratus fuiſſet Alexandrinus, 33 quod quantum fuerit, Iudicis arbitrio taxandum relinquitur Felyn. in c. cum venerabilis, ſub num. 8. de exceptionib. Pallat. Rub. in cap. per veſtras verſ. ſexto, cum dicit tex. num. 5. de donat. inter vir. & vxo.

Interim tamen nō ommittimus, quod ex quo in primo iudicio per Hoſpitale moto contra Alexandrinum, cuius quidem iudicij; & non vltimo loco moti conteſtationem litis attēdendam eſſe nuper declarauimus reſpectu fructuum, in quib. ſimpliciter à conteſtatione litis condemnatus idem Alexandrinus extiterat in prima noſtra ſententia, non fuerant petiti fructus, vt ex petitione, & proceſſu apparet, nec eos agenti non petenti Iudex in ſententia ad eius fauorem pro reſtitutione rei lata dare 34 teneretur iuxta notata per Bald. in l. properandum, §. ſiue autem alterutra, ſub nume. 5. verſ. idem in fructibus dico, C. de iudic. & latius in l. 1. nu. 21. verſ. quæro nunquid fructus, C. de fruct. & lit. expenſ. ad quē ſe remittit Iaſ. in §. omnium, nu. 177. inſt. de action. cum eos dicto Hoſpitali dederimus, de eiſque rationem habuerimus etiam ante litem conteſtatam, ab eis Alexandrinum abſoluendo per rationes per Nos allegatas in deciſione ſuper ea ſententia facta, potius ex capite petitæ in integrū reſtitutionis, in qua ij etiam non petiti ve- 35 niunt, vt infra etiam dicemus de ea materia differentes, & tradit Bald. in d. l. 1. ſub d. num. 21. C. de fructib. & lit. expenſ. quā ex intentata nullitate, in qua ij non petiti non veniebāt neceſſario, & præſertim ante litem conteſtatam ex Baldo in locis allegatis, id factum fuiſſe non immerito cōſiderari poſſit, quod ex ſuperabundanti dictum ſit, cum etiam ex nullitate, nō ſecus, ac ex reſtitutione præſens noſtra declaratio iuſtificetur, vt oſtendemus, infra.

Aut vult Hoſpitale ſe obtinuiſſe ſententiam contra Alexandrinum ex capite reſtitutionis in integrum, & tunc dicitur, qđ ſi vult aduerſus alienationem tanquam læſus in integrum reſtitui, taliq; prætextu 36 rem cum fructibus, prout decet, recuperare l. qđ ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor. 25. ann. l. patri, §. item ex diuerſo, & l. minor. 25. annis cui fideicommiſſum, §. prædia eod. tit. debet etiam emptori reſtituere pretiū, & quicquid habuit d. §. reſtitutio, 37 & tradit Franc. Marc. alia iura adducens deciſ. parlamenti Delphinal. 21. nu. 3 verſ. Verumtamen quādo minor parr. 1. & tex. eſt in l. vnica, vbi Bald. Fulgoſ. & Caſtrenſ. notant, C. de reputatio. quæ fiūt in iudicio in integ. reſtit. & etiam ipſius pretij vſuras, d. §. prædia, in tantum vt non ſit opus con- 38 demnare emptorem in ſententia ad fructus ex ipſa re perceptos propter intereſſe pretij per eū vēditori ſoluti, vt dicit Marc. d. deciſ. 21. ſub d. num. 3. in fi. ubi atteſtatur fuiſſe in Senatu, & parlamento illo ordinatum minorem lęſum in integrum reſtitui pro eius parte reſtituto prius pretio nulla habita mentione fructuum propter intereſſe pretij ſoluti, quia ſecundum eum licet fructus rei venditæ veniāt in reſtitutione in integrum, d. §. reſtitutio, tamē debetur etiam intereſſe pretij ſoluti per l. curabit, & l. fructus, cum ibi not. C. de actio. empt. & per gl. in c. cōqueſtus, de vſur. quæ concluſio vltra eum bene probatur in d. §. prædia, quem Bart. ſummat hoc modo, Vſuræ ab vno debitæ cum fructibus perceptis ab alijs compenſantur, & Alberic. hoc modo. Si minor rem in ſolutum dando lęſus eſt, repetit rem cum fructibus, & ſoluit pecuniam cum vſuris, facit ēt Alex. conſ. 147. ſub num. 3. lib 5. vbi vult, quod vſuræ pretij commenſurentur cum fructu rei, vt merito fiat dictarum vſurarum cum fructibus compenſatio, quam commenſurationem vſurarum pretij, ab emptore ſoluti, cum quantitate fructuum à venditore perceptorum, ſeù qui percipi potuerunt hoc eodē caſu fieri debere dicit Prob. ad Monac. in c. Romana, §. cōtrahentes in verbo propriè contractus, num. 23. de foro compe. in 6 idem apertè dicit Alex. conſil. 69. nume. 4. lib. 1. volens, quod vſuræ loco intereſſe debitæ in caſu d. l. curabit, et ſimilium aſcendant ad quātitatem fructuum perceptorū ex re, cuius loco debetur quantitas, cum tot fructus ex ipſa re percepiſſet

venditor, si eam emptori non tradidisset, ad quod plures authoritates citat, qđ idem confirmatur ex Baldi sententia superius deducta, cum de nullitate diximus. Bene etiã
39 facit tex. in l. 1. C. si vendito pignor agat. in fi. vbi dicitur, quod si creditor iure vendidit pignus, sed ex fraude minori pretio, quã valeret, emptori scienti, & de fraude participanti, ipso creditore non soluendo existente, debitor volens pignus a tali emptore recuperare, tenetur ei pretium, cum vsuris restituere, vnde generaliter dicit Alciat. cons. 113. in princ. lib. 5. tomo 2. quod creditor potest compensare interesse suæ pecuniæ cum fructibus ex pignore perceptis; quæ res etiam approbatur ex l. illud vers. An & vsuras, ff. de ædilit. edict. vbi quod resoluto contractu venditor recuperans rẽ
40 cum fructibus, tenetur emptori pretium cũ vsuris restituere, quod vltra casum redhibitoriæ, de quo ibi, indistinctè procedere in omni resolutione vult ibi Cępol. in §. condemnatio in 4. not. num. 4. etiam quod venditor ex pretio non receperit vsuras, sed eo sit vsus, ex quibus fit, vt Hospitale rem alienatam cum fructibus post primã litis cõtestationem, vsque ad effectualem relaxationem recuperãs teneatur emptori ad interesse pretij, ab eodem tempore, vsque ad effectualem illius restitutionem, cum ipsis fructibus confundendũ ex çquitate, d. l. curabit, & d. l. fructus cum vtrobique not. C. de action. empt. quæ quidem æquitas suadet, & sicut Hospitale pretium habuit, & de eo se prçualuit, suisque necessitatibus subuenit, & fructus rei alienatæ consequutus fuit: ita etiam pretium, cum vsuris restituere debeat, ne eodem tempore rem cum fructu, & pretium habuisse dicatur, Alexandrinus verò semper re, fru-
41 ctu, & pretio caruisse videatur, qđ quantum bonæ fidei, & loc pio conuenire possit, alijs cogitandum relinquimus, & patet ex tradit. per Cagnol. post alios in d. l. curabit, & p Palat. Rub. in rep. C. per vestras, §. 6. vers. sexto infertur, ac per Di dac. Cou. lib. 3. variar. resolutio. cap. 4. Et in proprijs terminis nostris per Caballin. d. q. 37. sub num. 282. & 283. post versic. & in summa, vbi in indiuiduo tenet, quod minor bene-
42 ficio restitutionis in integrum rem alienatam cum fructibus recuperans tenetur emptori pretium cum vsuris restituere, & vt idem subdit, sub nu. 286. hoc obseruandum est non solum à tẽpore celebrati cõtractus ad contestationem litis, sed etiam post ipsam litem cõtestatam, cum semper eadem insit ratio, vt quemadmodum res,
43 cum fructu recuperatur, ita & pretium cũ interesse restituatur, & quamuis gl. in d. §. item ex diuerso in verbo locupletior, in d. l. Patri, ff. de minor. in ea fuerit sententia, quod minor non teneatur ad vsuras pretij ex persona sua, seu ex contractu suo, licet rem cum fructu petat, tamen id falsissimũ esse, & contra expressum casum legis probat apertè Caballin. sub d. nume. 282. facit optimè Cott. memor. verbo Procurator
44 emit fundum, vbi quod si Procurator de sua pecunia emit fundum pro Domino, & diu illud possedit, Dominus illum repetens non recuperat fructus, quãdo procurator petijt suam pecuniam, sibi restitui, & sibi non est restituta, & ipse non est solitus eam retinere in capsa.

Sanè non inficiamur dictam cõclusionem procedere videri, quando pretiũ versum est in alienantis vtilitatem, & nõ aliàs, cum sit, nec pretiũ ipsum veniat restituen-
45 dum, nisi quatenus appareat in rem ipsius alienantis vtiliter versum, d. l. vtere in prin. & d. l. si prædium in fi. C. de præd. & alijs reb. minor. & l. prædiorum eod. titu. & d. l. emptor, & ibi Odofred. ad fi. & Bart. post principium in secunda oppositione, ff. de rei vendicat. Gabriel. cons. 33. nu. 9. & 10. lib. 1. Cęphal. consil. 107. nume. 37. & seq. nec etiam interesse illius vt accessoriũ de-
46 beri potest argumento d. l. cum principalis, ff. de regul. iur. & c. accessorius, eod. tit. in 6. cum vtrobique notat. & clarè probat Caballi. d. q. 37. sub nu. 283. vers. quod si pretium, sed dicimus, quod cum firmus in cõtractu emptionis, & venditionis, & sit solutum pretium administratori legitimo Hospitalis, præcedentibus tot solemnitatibus, & decretis superiorum, non est neces-
47 sarium emptori probare illud in ipsius Hospitalis vtilitatem esse versum. Rip. in terminis resp. 62. in causa D. Francisci Mondani, sub nu. 2. & seq. lib. 1. & est communis opinio, Dec. cons. 36. sub num. 8. vers. 3. principaliter non obstat Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. sub nu. 3. Immo videtur, quod stãtibus dictis solemnitatibus, & decretis, & alijs actis alienationem præcedentibus, & subsequentibus, ac verbis in instrumẽto enũtiatis, litteris ipsius Hospitalis, & alijs ex facto resultantibus versio ipsa in Hospitalis vtilitatem probetur, cum etiã ex præ-
48 sumptionibus, & coniecturis ea probari possit, Bald. cons. 353. sub num. 2. vers. alio modo lib. 3. Dec. d. consil. 36. sub nume. 8. versi. 3. aduertendum est, Alciat. in l. certi conditio, §. quoniam, nu. 12. ff. si cert. pet. Vltra quod dici potest Hospitale locuple-
49 tius esse factum ex dicto pretio, cum eo fuerit vsum, & creditoribus satisfecerit, suisque

suisque necessitatibus subuenerit, cum & minor dicatur locupletior factus ex pecunia rei suæ alienatæ nulliter, si vel eam saluam habet, vel eã vtiliter vsus sit gl. in verbo locupletior, in l. eum qui C. de vsucap. pro emptor. Gabr. d. conf. 33. sub num. 9. & Cephal. conf. 107. num. 17. cum seq. & etiã eo ipso, quod suam voluntatem adimplet secundum Corn. conf. 187. nume. 5. vol. 3. locupletari autem cum aliena iactura nemini licitum est, vt dictum est supra, nec priuilegium minoris, aut Ecclesiæ ad inj-
50 quum compendium trahi debet, vt dicit tex. cum gl. in d l. eum qui, & tradit gl. in l. si fundus, §. quamquam in gl. fin. ff. de reb. eorum. His conuenit Corn. consil. 72. sub nu. 9. versic. ad hoc lib 3. volens post Ang.
51 per eum relatum, quod ille, ad quem pretium, vel aliud peruenit, præsumatur semper ex eo locupletior factus, nisi probet, id in malam partem cõsumptum esse, sequitur Socin. Iun. conf. vlt. nu. 39. 40 lib. 1.

Nec quidquam putauimus obesse oblationem per Hospitale factam, Alexandrino de restitutione pretij, per eum soluti ad impediendum interesse, quod ei dedimus, cum ea fuerit verbalis, quæ non sufficit, ni-
52 si quando Creditor interpellatus recusat recipere, vt tradunt Doct. in l qui Romæ, in principio, ff. de verb. obligat. Grat. resp. 93. num. 54. lib. 1. & est magis Communis opinio teste Gabr. tit. de solution. concl. 8. num. 1. etiam quò ad interesse euitandum Rota Genuẽs. in terminis decis. 24. nu. 12. Nec sufficit, quod taceat, quia requiritur, qđ expresse recuset recipere, vt dicit Gabr. d. conclus. 8. nume. 2. Accedat, quod dicta oblatio nõ fuit pura, & simplex prout esse
53 debebat, sed cõditionalis, & qualificatiua, quæ non releuat. Grat. d. resp. 93. num. 75. lib. 1. & ante eum Alexand conf. 7. nu. 9. in fi. lib. 2. & nouissimè Gabr. d. concl. 8. nu. 4. Præterea oblatio facta in primo iudicio, cuius instantia perempta est, ob sententiam in eo latam absolutoriam Alexandrini, ab obseruatione iudicij, nullum potest pare-
54 re iuris effectũ, quia censetur mortua vnà cũ alijs actis ordinatorijs illius iudicij, glo. Bart. Alber. Bald. Salyc. Castr. Alexand. & Iaf. in l. properandum, §. & siquidem, C. de iudicijs, Nec refert, quod ipsius oblationis effectus liberationis à mora consumatus esset, & vti talis duraret etiam lite perempta, quia speciale est in effectibus resultan-
55 tibus ex contestatione litis, vt ij tanquam consumati perdurent perempta instantia illius iudicij ex cursu temporis Bart. in l. cum lite mortua, sub num. 3. & 4. ff. iudic. sol. Alberic. in d. §. & siquidem lecto cum d. glo. properandum, sub num. 12. versic. qui vitium litigiosi duret, & sub num. 13. versic. item licet pereat litis cõtestatio, Abb. de communi attestans in c. causam quæ 2 primo, nu. 9. de testib. & ibi Felyn nu. 28. Roman. in l. 2. sub num 24. vers. Adde circa primum, C. de edend. Bart. in l. 2. nu. 3. 4. C. de fruct. & lit. expens. & ibidem Bald. num. 7. 8. Castr. num. 2. Emanu. Soarez. in Thesauro recept. senten. in verbo, iudicij tractatio, num. 61. vbi dicit hoc commune esse, & alij per Nos copiosius allegati in discussione articuli, in hac eadem sententia decisi, quod fructus veniant per Alexãdrinum restituendi à prima contestatione litis dicti iudicij, cuius instãtia periit, per sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij latam.

Vlterius videtur, quod frustra agatur, de effectu istius oblationis, quę in oẽm euentum non operatur, nisi ad tollendam motam, de qua in hoc casu non curatur, cum interesse debeatur Alexandrino ex ęquitate, & ratione naturali supra considerata, quæ non dictat, quod Hospitale rem cum fructibus recuperet, & pretio vsus fuerit, emptor autem omni cõmodo rei, & pre-
56 tij careat, etiam si nulla penitus mora intercesserit; vt dicit tex. in d. l. curabit, vnde Bald. in l. 2. num. 7. C. de vsur. quem refert, & sequitur Dec. consil. 119. num. 5. voluit, quod emptor tem p. fidens teneatur venditori ad interesse pretij iustè non soluti, puta quia venditor ei permiserat dare fideiussores, vel tradere possessionem vacuã, & liberam, & id nõ fecerat, etiam quod in nulla perfidia, aut mora non soluendi dici
57 non posset, cum non ex mora, sed ex ęquitate prædicta dictum interesse veniat, Roman. consil. 517. num. 10. & seq. Corn. consil. 145. nu. 8. lib. 2. Ceph. consil. 600. nu. 4. 6. 7. lib. 4. Ruin. conf. 144. num. 3. volum. 1. post Bald. quem refert, & sequitur in l. si traditio, q. 11. C. de action. empt. Soc. consil. 176. num. 4. volum. 2. & conf. 103. nu 9. vol. 4. Dec. d. consil. 119. sub num. 5. Prob. ad Monac. in cap. Romana, §. contrahentes in verbo propriè contractus, nume. 23. de foro compet. in sexto, Cagn. in d. l. curabit, num. 31. cum seq. dicens communem, Gabr. consil. 57. lib. 1. & conf. 74. in secũdo, qua ratione etiam Alexan. conf. 147. nu. 1. & seq. lib. 5. vult viro deberi interesse pro dote vxoris, per ipsum aliàs promissa in
58 tot bonis stabilibus ipsius viri arbitrio eligendis, etiam nulla interpellatione per ipsum socero dotem promittenti facta, nullaque ipsius promittentis mora interueniente, quia non conuenit, quod vir vxorẽ aluerit,

aluerit,& fructu dot is caruerit,socer autẽ dotem non soluerit, & fructum rei perceperit; sed vltra hæc, qđ non sufficiat oblatio minoris, aut alterius rem cũ fructibus recuperantis ab emptore, de pretio, nisi ẽt illius vsuras offerat ad impediendum cur-
59 sum ipsarum vsuratũ pretij emptori debitarum, tenet in indiuiduo Caballin. in d. tract. de vsuris, d.q.37. sub nume. 282. post vers. ratio autem, & hæc de interesse sufficiant.

Si tamẽ prius dixerimus in hoc iudicio executiuo potuisse Alexãdrinum dictum interesse per eum petitum omni eo meliori modo, quo poterat, consequi, tũ quia in eo potuit de dicto interesse exceptionẽ proponere, eiusque compensationem deducere, iuxta iura superius relata, & etiam
60 principalem petitionem, vel reconuẽtionem, non veram tamen, nec priuilegiatam intentare, & super ea ius suum per eundẽ Iudicem obtinere ad tradit. per Marãt. de ord.iud. in 4.part.6.dist.princip. nu.5.cum plur. seq. cũ ibi annot. per Foller. in addit. tum etiam quia in his etiam parte non petente potest Iudex ex officio supplere, & aduersam partem condemnare, cum ex
61 natura rei, & in necessariam consequentiam, ac ad tollendam iniquitatem, alias resultantem prouenient, Ias. in §. actionũ, num. 127. cum seq. instit. de action. Cach. decis. Pedemont. 64. nu. 3. cum seq. Opus autem non fuit discutere, an istud interesse recompensatiuum, quod ex ęquitate d. l. curabit, C. de action. empt. prouenit, iure
62 actionis debentur, an verò solum officio iudicis mercenario, de qua re apud Doctores disputatio est, vt habetur apud Rotam Genuens. decis. 61. num. 5. & 7. vbi videtur inclinare in opinionem, quòd nõ Iure actionis debeatur, quod est notandum, si verum est, quia ex hoc resultat magnus effectus, & maxima differentia iuxta not. per Doctor. in l. fin. ff. de eo, quod cert. loco, & in l. 4. C. deposit. & in alijs locis vulgaribus, ad quæ recurrendum est, vt cognoscatur, quando, & quomodo agendũ sit pro dicto interesse, vbi solutum sit, & extinctum capitale, vel lata sententia super sorte principali, in quo etiam videndi sunt Crau. cons. 320. & Rot. Genuens. decis. 87. & 89.

Veniamus modò ad melioramentorũ caput, in cuius discussione rem paucioribus absoluendo dicimus, quod cũ in nostra sententia prima Alexandrinus esset expresè absolutus à fructibus per eum, & Patrem perceptis ante tempus litis contestatę, frustra disputabatur pro parte Hospitalis, de compensatione expensarum ipsorum melioramentorum facienda cum dictis fructibus, cum enim sententia illa trãsiuerit in iudicatum, iusque fecerit inter partes, in dubium amplius reuocanda non
63 est, l. res iudicata, cum ibi not. ff. de reg. iur. Nec verba eiusdẽ sententiæ mandantia refici Alexandrino expensas melioramẽtorum, de iure reficiendas, eam recipiunt interpretationem, vt compensatio ipsarum expensarum melioramentorum fieri possit cum fructibus ante litem contestatam perceptis per reũ, qui ab eis absolutus fuit; quia hoc modo talis sententia implicaret contradictionem, & sibi ipsis contraria es-
64 set, quod non est admittendum, iuxta l. nõ ad ea, cum sua materia, ff. de condit. & demonstrat. vera autem eorum verborũ interpretatio est, vt cum melioramentorum variæ sint species, & non omnia passim reficienda sint, sed aliqua tantum, & constaret in bonis emptis facta esse melioramenta, sed de eorum qualitate, & quantitate, ac ęstimatione sufficienter nõ appareret,
65 ea tantum venirent per Hospitale Alexandrino restituenda, quę ius restitui mandat, & secundum quod mox in executione ipsius sentẽtiæ discussio legitima facta fuisset, iuxta cautelam in proprijs terminis traditam, per Castr. consil. 247. in tertio dub. sub num. 7. vers. nunc ad propositum lib. 1. cui etiam adhęrere videtur, consil. 270. in tertio dubio, sub nume. 3. & 4. lib. 2. Quo stante cum ex testibus Alexandrini super 14. artic. & ex testibus Hospitalis super 20. præparatorio probatum sit, melioramenta in prædio facta, tàm in ędificio domus, quàm in plantatione uineæ, vitium, & arborum esse non solum vtilia, sed ẽt neces-
66 saria, quę ideo reficienda erant à quocumque rem recuperãte emptori, vel eius successori Castr. d. cons. 247. in 3. dub. num. 7. lib. 1. & latius d. cons. 270. in 3. dub. sub nu-
67 mero 3. & 4. lib. 2. etiam quod alienatio non valuisset, Afflict. decis. 87. nu. 6. & 8. & est de mente Bald. in l. emptor ad fin. ff. de rei vendicat. & præsertim, quando aliquis iustus error, & color validitatis considera-
68 ri potest in emptore, qui multis præcedentibus solemnitatibus, licet non omnibus necessarijs contraxit. Afflict. vbi supra, & Castr. d. consil. 247. num. 7. in princip. tertij dub. & cũ ea extent, & in eis faciendis impensum fuerit per Alexandrinum, & Patrem vltra mille, & centum scutos, & in tanta summa prædium effectum sit pretiosius, vt respectu ędificij in noningentis aureis vtrumque probatur ex testib. Alexandrini super 9. & 10. articulis, & respectu plan-

plantationis vineæ, vitium, & arborum in ducentis scutis ex eisdem testibus super 11. 12. & 13. articulis, & ex testibus Hospitalis super 12. præparatorio, non videmus quare non debeant expensa ipsorum melioramentorum, in dicta summa mille, & centum scutorum in totum taxari, cum in ea vti in minori summa deposita omnes 69 conuenirent testes, iuxta trad. per scrib. in l. 2. C. de rescind. vend. cum enim prædium effectum sit pretiosius in summa erogata in meliorationibus faciendis, nihil est impedimento, quin tota impẽsa recuperetur, licet si maior fuisset pretio aucto ex ea, ipsum solum pretium auctũ deberetur, & si minor eodẽ pretio aucto pp eam nepotis fuisset, nõ ipsum pretium auctum, sed im-70 pẽsa solum reficeretur, vt in ea re id, quod minus est, semper attendatur Capyc. decis. 93. in 3. dub. nu. 9. & latius Neguſ. nullam de eo faciens mentionem in tract. de pign. & Hypoth. in 4. membr. 5. part. princ. num. 11. verſ. Quarta conclusio, & apertè idem voluit Castr. d. conſ. 270. sub num. 3. verſ. item quod dixi lib. 2. Abb. in c. 1. nu. 4. extra de restit. in integr. & Ruin. conſ. 14. num. 2. 3. volum. 1. quæ taxatio eo magis fieri debuit, quod pro Hospitali nil releuãs probatũ, aut deductum fuit, per quod posset contrarium apparere, tantũ scilicet non fuisse impensum, remque in tanta summa non fuisse pretiosiorem redditam ex ipsis meliorationibus; Quod tamen omnino videbatur faciendum, nec in eo solum instandum erat, quod ipsa melioramenta cũ fructibus ante litem cõtestatam perceptis erant compensanda, quod an iuridice, vel etiam colorate deduci potuerit stante sententia absolutoria à dictis fructibus iudicium sit aliorum, & vbi etiã id deduci potuisset, ad rem valdè fuisset articulare cõtraria articulis Alexandrini, vt in tuto res resideret pro Hospitali in omnem casum, nemini enim nocet pluribus ad defensam, vti instrumentis, at non vti sæpè nocet. Ex his ergo, ni fallimur, iusta apparet, vndiq; nostra sententia. Anno 1582. Senis. Hactenus d. Decisio eo modo hic posita, quo penes me scripta cum alijs à me compilatis reperitur; Sequitur nunc reliquũ consilij in dicta causa Montis sancti Sabini.

Nec dicatur, quod dictus Gabriel mortuo, Iosepho eius filio restituendo dotem 71 eius vxori, dicatur eam Bernardino ex dicto filio Nepoti donasse, cum sciret, se ad eam restituendam non teneri, cuius per errorem cum sua materia, ff. de reg. iur. l. campanus, ff. de oper. libert. l. 1. ff. de cond. indebit. l. indebitum, & l. qui se debere, C. eo. tit. copiosè Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. casu 88. nu. 56. & seq. & de præsumptio. lib. 3. præsumpt. 31. nu. 1. & seq. Quia respondetur, quod donatio nunquam præsumitur, vbi alia coniectura sumi potest, l. 72 cum de indebito in princip. ff. de prob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu 88. num. 1. & seq. & magis in terminis de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 31. nume. 11. verſ. declaratur quarto, prout sumitur in hoc casu, in quo Gabriel, tanquam auus paternus, & legitimus administrator dicti sui 73 soluisse dicitur in dubio, & nõ de suo proprio ex congestis per Socin. consil. 154. per totum lib. 2. Et licet aliàs circa repetitionẽ expensatũ pro talibus descendentibus factarum distingui soleat, an circa eorũ personas, an verò circa res, & bona, seu negotia fuerint factæ, vt per Bart. & alios Doct. in l. nesennius, ff. de negot. gestis, & in l. alimenta, C. eod. tit. tamen quando ascendens gerebat negotia descendentis indi-74 stinctè eas repetit, etiam nulla facta protestatione, quod animo repetendi eas faciat, vt notat Bart. in d. l. nesennius, num. 7. & in d. l. alimenta in princip. & in fine, & apertissimè post multa firmat Bald. in auth. excipitur, num. 4. C. de bon. quæ liber. quam opinionem sequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 88. numero 23. & sequ. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30. nu. 18. & 19. verſ. declaratur primo, & ma-75 ximè quando impensæ sunt magnę prout in præsenti casu, vt dicit ibi Bald. qui diffusè loquitur, & notat etiam Menoch. d. casu 88. num. 28. Quod ex eo corroboratur, quod in instrumento assignationis factæ filio voluit Pater pacisci, quod pro Florenis ducentis quinquaginta portionis dotis primæ vxoris tantum filius posset bona vendere, & quod quia bona ipsa excedebãt valorem dictæ summæ, & alterius lucratæ de dote primæ vxoris præmortuæ, tempore diuisionis faciendæ inter dictum Iosephum, & alios filios ipsius Gabrielis, dicti alij filij imprimis, & ante omnia recipere, & habere debeant, de bonis communibus hæreditarijs ipsius Gabrielis Florenos centum quinquaginta pro quolibet, prout in dicta assignatione habuit Iosephus vltra dotes prædictas, adeoquod Gabriel habuit animum ęqualitatem inter filios seruãdi, & nulli eorum aliquid donãdi, & onus restitutionis dotis secundæ vxoris filio imponendi, seque ab eo liberandi, vt propterea 76 facilius donationis præsumptio excludatur, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30. num. 13. & seq. & num. 20. Nec voluntatis huius mutatio præsumitur, sed potius

potius perseuerantia, & continuatio, l. nam ad ea, ff. de condition. & demonstratio. l. cum hic status in princip. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. eum qui voluntatem, ff. de probatio. cum alijs allegatis, per Alciat. in tract. de præsumpt. regu. 2. præsumpt. 16. in princip. Præterea dicitur, quod ex quo probabiliter socer dubitare poterat, an per dictam consignationē factam filio, sine nurus consensu liberatus esset ab obligatione eam dictæ nurui restituēdi, vel ne, & potius potuerit credere, se non adhuc teneri iuxta superius allegata, eam postea proprio nomine soluens nullo modo donasse censea-78 tur, quia ad hoc vera, & perfecta indebiti scientia requiritur, & nō solum in ipso soluente, sed etiam in recipiēte, nec aliàs vno eorum ignorante donatio diceretur Deci. in d. l. cuius per errorem, nume. 1. ad quem ibi se remittit Cagn. in principio, sequitur Menoch. alios referens de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 31. nume. 8. vers. declaratur primo. Nec est necessarium deuenire ad veram articuli diffinitionem super liberatione, vel non litē ratione dicti soceri propter dictam dotis consignationem, cum vtroq; casu, siue scilicet esset liberatus, siue non, possit repetere dotem, quam facta dicta assignatione, & filio mortuo restituit Nurui, vt patet ex supra adductis. Anno 1605. Florentiæ.

EPITOME.

Quod remedium cap. reintegrāda 3. q. 1. non competit cadenti à possessione proprio facto. Item nec negligenti recuperare possessionem, à qua cecidit, per tempus annorum decem, & vltra, maximè verò contra Reum habentem Titulum, & bonam fidem, qui longi temporis præscriptione tueri se potest. Quod testis vnicus, & singularis probat contra producentem, etiā si deponat, de crudelitate, imò & de auditu alieno.

SVMMARIVM.

1. *Remedium, c. reintegranda 3. q. 1. non datur ei, qui à possessione, proprio facto cecidit.*
2. *Testis vnicus, & singularis probat in præiudicium partis, quæ illum examinari fecit, & produxit.*
3. *Etiam si deponat de crudelitate.*
4. *Imò, & si testificetur de auditu alieno.*
5. *Testimonia de auditu alieno, & de credulitate pari passu ambulant.*
6. *Remedium, cap. reintegranda 3. q. 1. non competit ei, qui in ea recuperanda fuit negligens per decennium, & vltra.*
7. *Remedio, cap. reintegranda 3. q. 1. præscribitur spatio annorum decem inter præsentes, & viginti inter absentes, cum titulo, & bona fide.*

CONSILIVM CXLVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi ad referendum, de iure commissa per Dominum Potestatē Peccioli inter Annibalem de Lischis agētem ex vna parte, & Ioannem Mariam à Piarea, Reum Conuentum ex altera, retuli partes dicti Domini Potestatis esse in absoluendo dictum Ioannem Marcum à petitis, per dictum Annibalem.

Et ad ita referendum motus fui, quia dictus Actor intentauit Remedium, cap. reintegranda 3. q. 1. quod minimè illi cōpetit, ex quo proprio facto, & culpa amisit bonorum possessionem, ad quam se reintegrari petit, Abb. in c. accedens. il primo 1 num. 19. vt lite non contest. Socin. in l. rem quæ nobis, nu. 8. ff. de acqu. in possessione, Rip. in cap. sæpè, num. 27. de restit. spoliat. Dec. cons. 449. num. 31. & 32. Ruin. consil. 47. nu. 5. cons. 49. nu. 6. lib. 4. Grat. cons. 50. num. 10. lib. 1. Neuiz. cons. 79. nume. 24. & 33. D. Ceph. cons. 100. nume. 26. cons. 168. num. 56. & cons. 172. num. 67. Lapus allegat. 51. num. 6 vers. si autem, Marsil. sing. 600. Beninten decis. Bonon. 10. nu. 2. & 3. Cacher. decis. Pedemon. 47. nume. 4. Plot. de in litem iurando, siue in repet. legis si quando, C. vnde vi in §. tertio, nume. 7. ad finem, Gabr. tit. de restit. spoliator. Concl. 5. nu. 26. versic. secundo limita, Menoch. plures alios referens, & ita omnes concludere affirmans in tractat. de recuper. poss. remed. 15. quæst. 14. num. 95. vbi num. 96. subdit id ex ipsius capituli reintegrāda verbis manifestè colligi, dum meminit text. de amittente possessionem per quascunque iniustas causas, quasi quod secus sit, quando causa fuit iusta, quæ iustior inueniri non potest ea, quæ ex propria volūtate prouenit, cum damnum, quod quis

sua

ſua culpa ſentit, ſibi, & non alteri imputare debeat. c. damnum de reg. iur. in texto, vt propterea vera, & communis omnium ſententia iuſtificetur, de ſpoliato non reſtituendo, cũ poſſeſſionẽ in aduerſariũ ſpõte tranſtulit iuxta text. in c. ſuper de renũtiat. de quo meminit Menoch. ſupra relatus.

Quod autem proprio facto Actor à poſſeſſione ceciderit, nempè ex aſſignatione facta per ipſummet Annibalem, & fratres dicto Ioanni Marco pro dote Dominæ Alexandræ eorum ſororis, & dicti Ioannis Marci vxoris, probant nedum teſtes pro Reo inducti, ſed etiã pro ipſo Actore examinati, & in proceſſu producti, quibus omnino ſtandum eſt, Nam etiam teſtis vnicus, & ſingularis probat in præiudicium partis, quæ ipſum examinari fecit, & produxit, ex quo per productionem cenſetur producens illius dicta ratificare, & approbare, vt concludit Soc. Iun. conſ. 69. nu. 11. verſic. cui in hoc etiam ſoli, & nu. 14. verſ. & vbi in hoc ſuo dicto eſſet ſolus lib. 1. quẽ ſequitur D. Ceph. Præceptor meus conſ. 65. nu. 51. & etiam ſi deponeret de credulitate, vt notanter voluit Roman. in ſingulari conſ. 104. ad fin. quem ſequuntur Iaſ. in Rub. ff. de iureiur. nu. 29. in ſexta limitatione, & conſ. 57. colum. 4. in fi. lib. 1. Soc. iun. dicto conſ. 69. nu. 12. & 13 lib. 1. Crauet. conſ. 101. num. 6. Marant. de ord. Iud. in 6. part. princip. lit. de teſt. productio. nume. 16. verſic. quod tamen limita, & tit. de repulſ. teſt num. 10. verſic. ad ſecũdam quæſtionem principalem, & num. 12. verſ. ſecundo limita, Crauet. in tract. de antiq. tempor. in prima parte, §. quæritur etiam in hac materia, nume. 13. & ſeq. verſic. ſed quæro vlterius, Roland. à Vall. conſ. 4. numero 15. & ſeq. lib. 4. & alij per eos allegati; Quinimo, & ſi deponeret de auditu alieno, vt apertis verbis extendendo dictum Roman. d. conſ. 104. tradit D. Cephalus dicto conſ. 65. nume. 55. Quæ extenſio, & ſi magna videtur, comprobari tamen poteſt ex dictis per Ruin. conſ. 72. nume. 7. verſic. ſecundo principaliter lib. 1. & melius conſil. 141. nu. 6. verſ. nec obſtat lib. 5. vbi dicit, quod teſtis aiens ſe credere per auditum alienum probat contra producentem, quia illa verba per auditum important cauſam credulitatis, hoc eſt ſe credere, quia dicere audiuit, auditus enim eſt cauſa inducens illũ ad credendũ ſimpliciter, & propterea producenti præiudicat talis teſtis, ac ſi ſimpliciter dixiſſet, ſe credere, nulla alia expreſſa cauſa, quia quãuis illa cauſa non eſſet neceſſaria, vel iuſta, illam tamen potuit habere, & voluit pro iuſta, & probabili, vt ibi per ipſum Ruin. & ſeruiunt notata per Alex. conſ. 187. nu. 15. lib. 2. vbi tradit, quòd teſtimonium, de auditu alieno, & de credulitate pari paſſu ambulant; ita vt vbicũque admittitur teſtimoniũ, de credulitate, admittatur etiam de auditu alieno, & è conuerſo, quòd idem tenuit etiam Soc. regul. 407. in verbo teſtis in ſecunda fallentia; Additur, quod ex quo actor poſt aſſignationẽ per eum, & fratres factam Reo conuento de bonis, de quibus agitur, pro dote Dominæ Alexandræ eorum ſororis, & dicti Rei Conuenti vxoris, tacuit per multos annos vltra decenniũ, & paſſus fuit dictum Reũ conuentum poſſidere per decennium, & negligens fuit per tantũ temporis curſum in recuperanda poſſeſſione, nõ poteſt modo pro ea recuperanda agere remed. d. c. Reintegranda, quaſi quòd propria negligentia poſſeſſionem amiſerit, & facto ſuo ſecundum opinionem Antonij de Butr. & aliorum in cap. cum ad ſedem de reſtitut. ſpoliator. quam ſequuntur Socin. in dicta l. [illegible] quæ nobis in quinta quæſt. ſecundæ quæſt. principal. verſic tertio, & vltimo infertur. & conſ. 266 num. 19. & ſeq. verſic. poſtremo alia via lib. 2. Ruin conſ. 69. numero 14. lib. 1. [illegible] conſ. 49. nu. 9. lib. 4. Curt. ſeni. conſ. 24. colum. 2. in ſecundo fundamento, Alexan. conſ. 99. col. penult. & fin. num. 25. & 26. lib. 5. conſ. 33. num. 4. lib. 6. & conſ. 261. num. 3. lib. 7. Neuiz. conſ. 79. in 3. dub num. 24. & 33. Roland. conſil. 50. in fin lib. 2. Beninitend. d. deciſ. 10. nume. 2. & [illegible] vbi latiſſime inſiſtit, & Gabr. in tit. de reſtit. ſpoliat concluſ. 5. nu. 28. verſic. Tertio limita, vbi plures alios refert. & tandem adductis communiter tenentibus, num. 19. firmat hanc eſſe magis communem opinionem, quod abſque dubio in hoc caſu procedere videtur, in quo Reus Conuentus poſſidẽs titulum, & bonam fidem habuit, qui propterea agenti dicto remedio obijcere poteſt præſcriptionem annorum decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, cum tanto tempore præſcribat, ex quo res non fuit affecta vitio reali, & cauſam is nõ habuit ab Auctore vitioſo, Bald. conſ. 321. in fi. num. 4. lib. 3. Ruin. d. cõſ. 69. ſub num. 14. lib. 1. Roland. conſ. 72. nu. 21. lib. 2. Balb. in tract. de præſcript. in 4. parte quartæ part. principal. q. 24. circa fin. nu. 5. & ſequent. verſic. quinto videtur, & Menoch. d. 15. remed. numero 425. & 426. verſic. tertius eſt caſus. Anno 1605. Florentiæ.

EPI-

EPITOME.

De validitate statuti prohibentis alienationem bonorum immobilium in forenses, & non suppositos Iurisdictioni statuentium, & an fauorabile dicatur, an verò odiosum; An Marchiones Malespinæ agri Lunensis recognoscentes Imperatorem in superiorem possint tale statutum facere, & vbi possint, an illud dicatur ius Ciuile, an verò Pratorium, & successiuè, an actio ex eo descendens sit perpetua, & duret vsque ad triginta annos, an verò temporalis, & vltra annum non competat. Quæ sit actio popularis, & quanto tempore ei præscribatur, & an sententia contra aliam sententiam in iudicatum transactam valeat, vel ne: & lata extra instantiam possit confirmari per Iudicem appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens alienationem stabilium in forenses valet, & an fauorabile, vel odiosum dicatur, num. 2. 3. & 4.*

5 *Marchiones Malespinæ agri Lunensis, licet recognoscant Imperatorem in superiorem, possunt facere statuta etiam iuri communi derogatoria, & possunt in eorum Territorio omnia, quæ potest Imperator in toto Orbe, num. 6. imò, & maiorem authoritatem habere dicuntur in transmissione Marchionatus ad descendentes, quod de Imperio non facit Imperator, num. 7.*

8 *Statutum de non alienando stabilia in forenses ligat non subditos ratione bonorum existentiū in Territorio statuentium, maximè si loquatur in rem, nu. 9. licèt & si in personam loquitur, idem sit, num. 10. præsertim si expressè de forense loquatur volens eum ligare, num. 11.*

12 *Statutum conditum à Marchionibus Malespinis agri Lunensis recognoscentibus Imperatorem in superiorem, an dicatur ius Ciuile, an verò Pratorium, & successiuè an actio ex eo competens sit perpetua, & durabilis vsque ad triginta annos, an verò temporalis, & annalis tantum, num. 13. & 19.*

14 *Actio popularis quæ sit, & quanto tempore duret, num. 15.*

16 *Tempus à statuto simpliciter concessum ad aliquid faciendum absque alia præfinitione, an sit annale tantum, an verò perpetuum vsque ad triginta annos, & maximè in materia retractus, & num. 17. 18. & 19. & quid in actu successiuo antea, num. 13. in fine.*

20 *Necessitatis casum allegans, in quo aliquid sibi facere sit licitum, eam probare tenetur, nec de illa ipsius assertioni statur, & num. 21.*

22 *Alienatione in forensem à statuto prohibita in casu necessitatis permissa, intelligitur in subsidiū tantum, emptore inter subditos nō reperto.*

23 *Licentiam alienandi contra prohibitionem allegans, probare tenetur.*

24 *Probatio fortior, & clarior requiritur, quando in contrarium extat præsumptio.*

25 *Statuti Treschietti sensus in materia alienationis in forenses, item in materia Iudicis secundarum appellationum deputandi, num. 26.*

27 *Probari possunt in tertia instantia, & deduci nō probata, nec deducta in prima, nec in secunda.*

28 *Sententia lata contra aliam sententiam in iudicatum transactam, est nulla, etiam si per alteram confirmetur, si tamē de prima opponatur, & num. 29. & 30.*

31 *Sententia extra instantiā lata, nulla est ipso iure. Tempus ad sententiandum præsumitur in dubio præfixum causæ, & instantiæ ibidem.*

32 *Sententia lata post peremptam instantiam per Iudicem confirmari, aut reformari non potest ex eisdem actis, & num. 34. etiam quod culpa Iudicis ipsa instantia perempta esset, nu. 35. imò nec ex nouis actis si principaliter de eius nullitate fuerit dictum, num. 36. & multò magis si protestetur, quod in primis de ipsa nullitate cognoscatur, quia tunc est declaranda nulla, num. 37.*

33 *Sententia nulla ex defectu processus, nec confirmari, nec reformari potest per Iudicem appellationis ex eisdem actis, & an ex nouis actis, num. seq.*

CONSILIVM CLIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

MICHAEL Sanctini de Montezocco Marchionatus Treschietti d. anno 1588 die 28. Iunij vendidit quędam eius bona stabilia posita in Territorio Vici dicti Marchionatus Treschietti Dño Leonardo olim Domini Ioannis de Cartegnis de Bagnano Iurisdictionis Serenmi. Magni Ducis Etruriæ pro pretio inter eos cōuento, cum pacto redimēdi ad quinquennium pro eodem pretio, quo termino elapso, & nulla facta retrouenditione, Ioānes

quon-

quondam Vici de Canetto villa Vici prædicti, egit contra dictum Dominum Leonardum emptorem, vt dicta bona retrouenderet sibi tanquam vni de Populo, & Marchionatu prædicto emere volenti pro iusto pretio vigore Statuti dicti Marchionatus lib. 3. c. 5. tit. de pœnis in §. omnibus hominibus, quo interdictum est per se, vel interpositas personas directè, vel per indirectum vendere, vel alienare aliquam rem immobilem existẽtem in dicto Marchionatu Treschietti in personam, dicto Marchionatui non subditam, nisi cum pacto redimendi sub pœna amissionis rei, & pretij fisco applicandæ, & applicandi, cum hoc, quòd facta venditione, vel alienatione cum dicto pacto redimendi, vbi tempus redimendi labatur, emptor non subditus teneatur dictam rem, vt supra per eũ emptam cuicunque subdito dicto Marchionatui eam emere volenti, retrouẽdere pro iusto pretio: cui petitioni se opposuit dictus Dominus Leonardus, & facto processu fuit in prima instantia lata sententia per Dominum Potestatem Treschietti, de consilio Periti ad fauorem dicti Domini Leonardi Rei conuenti, à qua appellauit Ioannes Actor, & causa introducta coram Magnifico Dño Ioanne Iacobo de Cortesini de Bagnono Auditore admodum Illustris Domini Marchionis Treschietti, Iureconsulto erudito, & insigni, ac in dicto Marchionatu Iudice primarum appellationum, fuit per dictum Dominum Auditorem reuocata prima sententia, à qua cum fuerit appellatum per Dñum Leonardum, & per eundem habitus recursus ad præfatum Dominum Marchionẽ, idem Dominus Marchio Dominus Pompeius dictarum duarum instantiarum processus ad me trãsmisit, vt Dominationi suæ quid de iure faciendum sit, respõderem, & quænam ex dictis duabus sententijs substentabilior, & iustior mihi videretur, dicerem; Vnde consideratis hinc inde per partes deductis, Retuli sententiam secundo loco latam ad fauorem Actoris per dictum Dominum Iudicẽ primarum appellationum mihi videri iustiorem, & probabiliorem, & secundum eã dictum Dominum Leonardum teneri retrouendere dicta bona cum dicto pacto redimendi empta, dicto Actori pro iusto pretio secundum formã prædicti statuti; Veruntamen postquam Dominus Leonardus à dicta sententia appellauit, & ad ipsum Dominum Marchionem deberet cõmittere causam alicui Iudici partium confidenti, qui in dicta causa seruatis seruandis, procedat, & iustitiam faciat secundum formam alterius statuti Treschietti lib. 2. cap. 10. tit. de appellat. in §. lata verò sententia in causa appellationis, eaque magis, quia dictus appellãs prætendit primam sententiam in iudicatum transiuisse, & licentiam à quondam Domino Marchione Gaspare ipsius Domini Pompeij Genitore emendi, & retinẽdi bona stabilia in suo Territorio obtinuisse, idque ex impedimento sibi per ministros dicti Domini dato hactenus probare nõ potuisse, ipsamque secundam sententiam vti perempta instantia latam, nullam esse, nec confirmari posse.

Et ad ita vt supra referendũ motus fui, quò ad iustitiam sententiæ dicti Domini Iudicis primarum appellationum, quoniã de validitate dicti statuti prohibentis alienationem immobilium in Marchionatu existentium in forensem, & nõ subditum, nisi cum pacto redimendi, & cum onere, eo elapso, cuilibet subdito retinendi, dubitandum non est, vt volunt Barr. & alij 1 scribent. communiter in l. filiusfamilias, §. Diui. ff. de leg. 1. Alberic. de statut. lib. 2. q. 2. Castr. consi. 89. sub nume. 1. versic. sed resp. lib. 2. Curt. sen. consil. 27. in secundo dubio, nume. 8. Dec. consi. 661. in princip. Corn. consil. 78. colum. 2. sub nu. 2. versic. & quòd huiusmodi statuta in primo lib. Alba consi. 218. nu. 20. lib. 2. Cephal. consi. 53. num. 7. & consi. 246. num. 38. & seq. Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. nu. 14. Boss. in pract. crimin. tit. de Principe, num. 339. Clar. in pract. crimin. quest. 82. statuto quinto, Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. solut. 4. num. 1. fol. 190. 191. & alij plures per eos allegati.

Diciturq; statutum fauorabile tanquã factum fauore vtilitatis publicæ principaliter, vt bona conseruentur inter subditos, 2 & hi cõmodius possint onera publica substinere, & facilius collectas, quæ imponentur, soluere, Roman. consi. 509. col. 3. ante num. 12. versic. cęterum hoc subiungo, Alexand. consi. 41. colum. pen. sub num. 11. vers. sed prohibitio lib. 5. Corn. dicto consil. 78. colum. 2. sub nu. 2. versic. & volunt præfati Doctores lib. 1. Dec. dicto consil. 661. num. 2. & 3. Calcan. consi. 126. num. 4. Alba dicto consi. 218. num. 5. & 8. Cephal. dicto consil. 53. nu. 8. & seq. & dicto consi. 246. nume. 38. & seq. Simon de Pret. loco citato sub num. 1. versic. secundo recordari oportet, vbi testatur esse opinionem verissimam; Veruntamen est quòd in hoc non desunt contradictores, quia sumus in statuto iuris communis correctorio, & liberam hominis de bonis suis disponendi facul-

facúltatem auferente, & proinde odioso, 3 Angel.conf.7. in fi. Fulg. & Cuman. conf. 215. col. 2. versic. cum namque inter consilia ipsius Fulgos. Soc.conf. 227. num. 8. in fine lib. 2. Dec.conf. 442. nu. 11. Curt. sen. dicto consil. 27. num. 8. Ant. de Butr. conf. 35. sub num. 2. Castren. conf. 89. sub nu. 1. lib. 2. Cęphal. conf. 13. nume. 3. & sequ. & consil. 161. nu. 5. & seq. Monteren. ad statuta Bononiæ lib. 4. Rubr. de prohibit. alienat. immob. iuxt. confin. posit. in princip. in glos. 1. ad fin. & Cornazz. decis. Lucens. 10. sub nu. 14. & 15. Nec ex eo quòd concernat vtilitatem publicam, vt Ciues, & Incolæ commodius substineant onera publica, & facilius soluant collectas, potest dici fauorabile licèt respiciat præiudicium forensium, quoniam respõderi potest, quod imò principaliter est odiosum tanquã auferens dominis liberam bonorum suorũ dispositionem, vt supra probatũ fuit. Nec vtilitas illa Ciuium, & Incolarum cõsiderata, dici potest publica principaliter, sed tantum secundariò iuxta notata per Bart. in l. 1. §. huius studij in secunda oppositione, ff. de iustit. & iure in l. 1. in quarta oppositione, versic. exemplum, ff. solut. matr. & in alijs locis adductis per Cęphal. illum sequentem dicto consil. 13. nume. 4. & dicto consil. 161. nu. 6. & 7. qui loquitur in proprijs terminis nostris; Responderi etiam 4 posset, quòd dicta opinio fortassis admitti posset, quando in ipso statuto dicta ratio vtilitatis publicę specialiter esset expressa, aliàs verò secus, vt apertè colligitur ex dictis per Alb. dicto conf. 218. nume. 5. quæ expressiò nõ consideratur in prædicto statuto, cum in eo dicta ratio scripta non appareat, nec oculo corporeo legi possit, per ea quæ post Bart. Imol. & Alexan. scribit, Natt. conf. 52. num. 9. & quicquid sit circa hoc, in quo diutius immorandum nõ est, nec de veritate disceptandum vlterius, satis est quod validum sit tale statutum, siue fauorabile, siue odiosum dicatur, cum de illius extensione, aut restrictione non agatur.

Nec etiam de Domini Marchionis Potestate ipsum statutum faciendi disputandum videtur, quoniam etsi in dicto Marchionatu recognoscat Imperatorẽ in su-5 periorem, potest tamen facere generalia statuta, Bartol. in l. omnes populi in quarta quæst. primæ quæstionis principalis, ff. de iust. & iure, Calcan. conf. 7. num. 29. versic. & ad hoc accedat ad finẽ, Rimin. iun. conf. 57. nu. 13. versic. isti enim, Ioan. de Amic. conf. 110. num. 8. versic. ad Tertium, etiã derogatoria iuri cõmuni, Castrens. cõs. 34. num. 1. & 2. lib. 2. Alexand. conf. 1. nu. 29. & 30. versic. insuper dicto lib. 5. Crau. consil. 175. nu. 2. Roland. consil. 29 sub nu. 26. & 27. lib. 1. & cons 91. nu 17 & sequ. lib. 2. Et cum sit inuestitus perpetuò cũ mero, & mixto Imperio, ac gladij potestate, & Iurisditione omnimoda, habeatq; perpetuã dignitatem, & administrationẽ iure proprio, & ad descendentes etiam Transmissibilem, etiam quod Imperatorem in supe-6 riorem recognoscat, dicitur nihilominus Princeps in suo Marchionatu, in eoq; omnia potest, quæ in vniuerso Orbe, seu Imperio potest Imperator, Angel. consil. 217. num. 2. Roman conf. 59. in quinto, & sexto dubijs, nume 7. & 8. Alexand. consil. 2. num 9. versic quinimo plus lib. 1. reperito consil. 87. lib. 2 consil. 1 nu. 29 & 30. lib 5. Castren. conf. 34 ferè in toto lib. 2. Calcan. consil. 2. num 18 versic. nec obstat si dicatur, Curt. sen. conf. 48 num. 22. versic. huic dicamus, conf. 49. nume. 50. versic. Nono ostenditur, consil 65. nu 5. versic. sed præmissis, & consil. 73. num. 28. versic. quinto principaliter, Dec consil. 191. nume. 1. & consil. 403 num. 6 & 7. Soc. consil. 66. sub num. 13. post versic ex quibus in proposito lib. 3. Ruin. consil. 28. ante finem, num. 17. lib. 1. consil. 187. num 9 lib. 2. & consil. 48 in fi. versic. nec obstat lib. 4. Curt. Iun. conf. 1. num. 29. in fi & nu. 30. versic. Duces enim, vel Comites, & conf. 61. num. 9. & 10 lib. 1. Corne. conf. 299 num. 7. lib. 1. Crauet d. consil. 135. nume. 2. Natt. consil. 487. num 9 Roland consil 29. num. 26. & consil. 86. nu. 16. & plur. seq. lib. 1. cons 91. num. 17. & seq. lib. 2 consil. 1. nume. 48. & seq. lib. 3. Socin. Iun. conf. 76. nume. 27. & consil. 105. nume. 16. & seq. lib. 3. Cęphal. consil. 58 num. 69. lib. 1. & conf. 152. num. 47. lib. 2. Rimin. Iun. dicto conf. 57. nu. 15. & plur. seq. versic quinimo plus. lib. 1. & vt dicit Corne. d. conf. 299. sub nume. 7. lib. 1. reuocare in dubium potestatem similium Dominorum nil aliud esset, quam reuangare totum mundum. Nec omittendum est elegans dictum Curt. Sen. dicto conf. 65. sub nume. 5. cum quo conuenit Curt. Iun. dicto consil. 1. nume. 30. quòd scilicet huiusmodi Marchiones nedum dicuntur habere tantã authoritatem in eorum Territorio, quantum habeat Imperator in toto Imperio, imò maiorem, cum illi Mar-7 chionatum ad descendentes transmittant, Imperator autem Imperium non transmittat.

Et potuit statutum ligare Dominum Leonardum Forensem, & non subditum ad reuẽdendum supposito Marchionatui emere

emere volenti bona in ipso Marchionatu existentia, quia potest statutum disp nere contra forenses, & eos afficere respectu bonorum,quę possident in Territorio sta
8 tuentium, Bald.conf.228.in fine lib.5.Castrensf.conf.330.sub nu.7. versic. item posito,& infra lib.1.Alex.conf.52. nume. 6. versic.ad prædicta facit lib.5.& conf.148. in princ.lib 6.Dec.conf 694.nu. 6.versic. & sicut virtute consuetudinis, Ias. consil. 83.col. 2. circa medium versic. alibi dicit egregiè Bald.lib.3.Socin.iun.conf.25. nu. 8.& 9.lib.3.Crauet.conf.201.num. 14.& seq.& conf.271.nu.2.versic.3.dico, Natt. loquens in terminis nostris de inhabilitādo forensem ad possidendum bona in statuentium Territorio conf.148.num.5.& latius conf.seq ferè in toto, Cæphal. conf. 171.nu.24 lib.2.Et tanto magis, quia tale statutum respicit res ipsas,& eius effectus est in rem.disponendo, ne bona transeant irreuocabiliter in forenses,sed vt inter subditos conseruentur, vt propterea dicatur
9 in rem,& per c nsequens forenses afficiat quoad bona in iurisdicti ne statuentiu n existentia,vt voluerunt Natt. consil. 148. nu.1.& consil. 49 nu.6.& seq. lib. primo, C phal conf.309.num.47.& plur.seq lib. 3 & ante eos Alex conf.19.nu.7.lib.6.qui etiam in versic.quinimo subiungit magis communem opinionem esse, quòd quomodocunque loquatur statutum siue in
10 rem.siue in personam, quo ad bona sita in Territorio statuentium seruandum sit contra forenses,reprobata opinione Bart. aliter sentientis, quando loquitur in persona nam in l.cunctos populos in 7 q ad fin.C. de summ.Trin.& fid. Cathol. quia dummodo statutum principaliter disponat de rebus sibi subiectis, etiam si in personam loquatur comprehendit forensem,& Alexandrum sequuntur Curt.iun.conf.5.sub num.42.versic.ad septimam respondetur, Crauet.dicto conf.201.num.15. Natt. dicto conf.148.sub nume.1. & dicto consil. 149.sub num.6.& seq.& conf.581.nu.23. versic.sed istis omnino refragantibus, Cæphal.conf.171.num.2.lib 2.Alb.conf. 50. num 5.conf.323.num.2.& conf.370.nu. 4.15.& plur.seq. afferens esse veriorem,& magis communē opinionem Surd. conf. 91.sub nume.9.versicul. quinimo volunt multi lib.1.Nec enim secundum Cęphal. dicto conf.309.num 51. considerandum est, quomodo loquatur statutum, sed ad quid fuerit conditum,& qualis sit eius intentio,quæ alia non est, quam conseruare bona stabilia subditis, & prouidere ne illis priuentur ex alienatione in exteros.

Et tandem in casu isto omnis cessat difficultas,ex quo statutum expressè loquitur de forense, & vult illum, vbi bona cū pacto retrouendendi emerit,teneri subdito Marchionatui pro iusto pretio retrouē
11 dere, quia potest statutum ligare forensem pro bonis in suo Territorio sitis, & Bart. & sequacium opinio videtur procedere, quandó statutum simpliciter disponit, vt scilicet tunc si in personam loquatur, non videatur comprehendere forensem,secus autem si expressè ipsum forensem comprehendat, quia tunc illum ligat,ita in puncto dicit Crauet. dicto conf. 201.sub num 15.& 18.sequitur Cæphal. dicto conf.171.num.22.versic.non obstat secundum lib.2.Alb.conf 370.nume. 20. versic Prærerea non est dubium, Decian. in Tract.criminal.Tom.1.lib.2. capit.35. nume.29.versic.limita quinto, & alij per eos allegati.

Nec à petitione excludendus est Actor ex eo, quod statutum prædictum tanquā conditū à Domino Marchione Treschiet ti superiorem recognoscente non sit ius
12 Ciuile,sed Prætorium,& proinde, quòd actio ex eo competens non sit perpetua, & durabilis vsque ad annos Triginta, sed Temporalis, & annum non excedens iuxta notata per Bart.in l. stipulationum aliæ supra in fine princ ff.de verbor.obl.quem ibi sequuntur Castrens.& Alexan. & latè tradit Roland.conf.86.num.1. & sequen. lib.primo.

Quia immo tale statutum dicitur ius Ciuile, & perpetuò durat, cum sit conditum à Marchione perpetuam dignitatē, & administrationem iure pr prio haben
13 te,& ad descendentes etiam Transmissibilem, Rolan.dicto conf.86.nu.12.& plur. seq.lib.1.dicens esse communem,& indubitatam opinionem,& in Tract. de lucro dotis q.3.num.8.& seq versic. aut à Ducibus, vel Marchionibus, ad quæ dicta se remittit idem Rolland.conf.29.num. 27. lib.1.Ioann.de Amic.conf.110 nu. 8. versic. ad Tertium, & latius nume. 13.& multis seq versic.modo dico sic, vbi opinionem hanc ex pluribus firmat, & pro ea etiam adducit Text.Instit. de perpetu. & Temporalib.action. in princ. & ita etiam in indiuiduo tenet Angel. de Perus. in dicta l. stipulationum aliæ supra in fine principij nume.3.versic.quærit Bart. ff. de verbor. obligat. Vnde actio ex tali statuto descendens perpetua est, & spatio annorum triginta tantum tollitur, nec Temporalis, & ad annum restricta dicitur, vt optimè probat Ioann.de Amic. vbi supra. Quod

magis absque dubio procedit, cum dictus Dominus Marchio Treschietti habeat in dicto Marchionatu merum, & mixtum Imperium, & omnimodam gladij potestatem, & teneat locum Principis, vt considerat Ioann. de Amic. supra relatus, qui optimè in hoc proposito loquitur; Vltra quod dici potest, quod cum simus in actu successiuo, & D. Leonardus continuè possidendo, dicatur continuè contrauenire statuto, semper, qui illũ repellere prætendit, & statuti obseruantiam petit, intra annũ facere dicitur Ruinus conf. 100. sub nu. 8. versf. nec obstat lib. 5.

Nec eidem Actori nocèt, quòd cum actio ex dicto statuto sibi competens sit popularis, & vltra annum, non extendatur iuxta l. omnes, ff. de Popular. action. & ipse longè vltra annum post lapsum quinquennium ad redimendum venditori cõcessum egerit tanquam vnus de populo ad retrouenditionem sibi pro iusto pretio faciendam, vti sine actione agens repellatur leg. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gestis.

14

Quia respõdetur, quòd populares actiones, de quibus loquitur dicta l. omnes, & Totus Titulus, ff. de popul. action. sunt illæ, quæ competũt cuilibet de populo pro vindicandis criminibus publicis, non autem illæ, quæ competunt cuilibet de populo ad rerum familiarium persecutionem, vt expresè dicit glos. in rubr. dicto Titul. quam ibi sequuntur Bart. Alberic. & Angel. adeò quod eum non versemur in terminis d. l. & præfati Tituli, sed in diuersis, nulla legitima cadit argumentatio, l. Papinianus Exuli, ff. de minor. 25. annis.

15

Minus facit contra prædictum Actorē, quod tempus alicui simpliciter, & absque præfinitione à statuto concessum ad aliquid peragendum, intelligatur durare per annum tantum, & vltra non extendatur per cap. Titius Titulo, si de feudo fuerit controuer. inter Domi. & Agna. & per alia, quæ in hoc proposito congerit Tiraquell. de retractu Lignag. §. 1. glo. 10. nu. 3. cum seq. versic. sed vt ad nostram consuetudinem, & quòd propterea lapso iam termino anni post decursum quinquenniũ, vt supra, ad redimendum proprio venditori concessum audiri non possit, veluti sine actione agens per dictam legem si Pupilli, §. videamus, ff. de negor. gest.

16

Quoniam respondetur, quòd tale tempus à statuto simpliciter concessum intelligitur durare vsque ad annos triginta, vt in terminis statuti admittentis vicinum, vel consanguineum, aut Consortem ad retractum rei in alium alienatæ, tradunt Castr. conf. 430. in princ. lib. 2. Cæpol. cõs. ciuil. 43. ante num. 6. post versicul. Tertio principaliter in primo impressis, Dec. con sil. 222. ad fin. versicul. vltimo non est omittendum, Tiraq. dicens esse veriorem, & communiorem opinionem dicto, §. 1. dicta glos. 10. nume. 9. & 10. & rursus in §. 36. glo. 2. num. 36. q. 13. qui etiam ad idem adducit Socin. iun. conf. 22. in 4. dub. lib. 1. Et mouetur Castr. & post eum Tiraq. ea ratione, quòd tunc actus quandocunque fieri possit, cum nullum faciendi tempus præfinitum sit, l. 1. §. meminisse, ff. de ventr. inspic l. iuris peritos in princ. ff. de excusat. Tutor. & l. seruus, C. de pœn. & sic saltem vsque ad Triginta annos, si nõ vltra, cum tanto tempore tollatur omne ius, & omnis actio competens priuato cõtra priuatum, l. sicur, & l. omnes, C. de præscrip. Triginta annorum; Aliam rationem adducit Cæpol. loco citato, quod scilicet actio, seu ius petendi aliquid proueniens ex statuto regulariter durat per annos Triginta l. 2. C. de constit. pecun. quam ad rē nostram adduxit etiam Tiraq. dicta q. 13. nume. 36. & ad cap. Titius in contrarium allegatum respondet Tiraq. dicta glo. 10. sub nume. 9. & 10.

17

18

19

Nec est, quod Dominus Leonardus refugiat ad casum necessitatis, in quo dicto statuto non obstante, liceat subdito, ne fame pereat, vendere immobilia forensi, ex his, quæ notat Tiraquell. de retract. Lignag. §. 26. glo. 1. num. 16. versic. illud autem scio, & ex alijs in eandem rem congestis nume. sequent. quia in primis dicitur non constare de hac necessitate, neque de ea standum esse assertioni partium contrahentium, cum simus in prohibitis regulariter, & velimus elicere permissionē ob necessitatis causam, Natt. consil. 179. num. 16. & magis in terminis, quòd vbicunque alicuius rei aliàs prohibitæ alienatio ex causa necessitatis permittitur, necessitas ipsa per eam allegantem probanda sit, latè tradit Crauet. in 1. consl. pro genero num. 22. & 23. versic. regula igitur, & latius num. 116. & plurib. sequent. versic. eniinuero dignum, & infra, vbi id multis iuribus, rationibus, & authoritatibus probat; Præterea dicitur, quòd tunc per missa esset alienatio in forensem in subsidium tantum, idest vbi emptor subditus non inueniretur, Nec apparet, quòd venditor perquisiuerit, & non inuenerit emptorem inter subditos Marchionatus, & propterea adhuc vigeret statuti vigor secundum Tiraquel. dicto §. 26. dicta glos. 1. nu. 16.

20

21

22

quem

quem sequitur Roland.conf.56.num.11. libro 4.

Non obstat etiam allegata licentia emendi, quam Dominus Leonardus dicit habuisse ab olim multum Illustre Domi-23 no Marchione Gaspare, quia de ea legitimè non constat,& eam allegantí incumbit onus probandi l.3. ff. de probation. & quòd quando aliquid fieri non potest,nisi cum alterius licentia,qui ipsam licentiam habere dicit,eam probare teneatur, decidit punctualiter Bald.conf.79.sub num.3. versic. item ista responsio lib. 2. quem sequitur Crauet.conf.primo,nu. 10. versic. ob id repetio ; Nec credendum est ipsum Dominum Marchionem tempore huius motæ litis viuentem permissurum fuisse dictum Dominum Leonardum à subdito molestari, si dictam licentiam concessisset, quam etiam Dominum Leonardū amisisse,prout asserit, verisimile non redditur,vt propterea in huius rei probatione durior sit ipsius Domini Leonardi conditio,& clarior,quàm aliàs, probatio requiratur, quia scilicet contra eum extat præsumptio,& omnis verisimilitudo, Crauet. conf.56.num.11.conf.75.nume. 12.con-24 sil.129 num.13.conf.134.num.10.& consil.198.num.3. sicutè contra quando pro aliquo est præsumptio, leuiores pro eo sufficiunt probationes,Crauet. dicto conf. 75.nu.12.versic. per contrarium.

Vltimo nihil facere contra Actorem censui,quod statutum non admittat subditū ad retrahendum à forense bona empta cum pacto retrouendendi,nisi intra tē pus conuentum ad redimendum, in quo solummodo se fundauit Magnificus Dominus Sanctes Talentonius Fiuizanensis, alioquin Doctor peritissimus,de cuius voto Dominus Potestas Treschietti primā protulit sententiam absolutoriam dicti Domini Leonardi, quoniam verba statu-25 ti hunc intellectum non patiuntur,nec secundum hanc intelligentiam obseruaretur Mens statuti,quæ fuit, vt bona stabilia Marchionatus inter subditos conseruarentur, & in extraneos irreuocabiliter non transferrentur,nam si lapso termino pacti de retrouendendo præclusa esset via retrahendi à venditore forense, forensis ipse haberet irreuocabiliter bona in Marchionatu, illisque priuarentur subditi contra statuti intentionem,quæ fuit,vt si intra tē pus conuentum venditor non redimat,eo elapso admittatur quilibet subditus,& illi pro iusto pretio retrouendere forensis debeat, & iste est verus, & germanus sensus dicti statuti,à quo nō discrepant illius verba, prout pulcrè demonstrat dictus Dominus Ioannes Iacobus Cortesinus in motiuis eius sententiæ, & alij informantes pro Actore,ad quorum dicta libentissimè me remitto.

Quò verò ad commissionem causæ, vt supra faciendam motus fui ex clara dicti statuti de appellationibus dispositione, vult enim statutum, quòd lata sententia in causa appellationis, si per ipsam senten-26 tiam prima sententia fuerit reuocata, vt in præsenti casu, liceat succumbenti ab ea appellare infra decem dies continuos à die intimationis sententię ad Dominum Marchionem, qui committat causam Iudici partium confidenti, Ponitque deinde statutum instantiam dictę causæ,& modum eam prorogandi, & suspendendi, adeò qđ clarè patet in hac causa diffinienda processum exigi, & seruatis de iure seruandis ad sententiam debere deueniri, & non ex eisdem actis,sed etiam ex nouis causam decidi, posseque proinde Dominum Leonardum iura sua hactenus non probata, aut allegata probare, & allegare iuxta l. per 27 hanc, C.de tempor.appellation. cum sua materia, & consequenter licentiam nondum probatam per modos a lege permissos, probare, & ostēdere etiam nullitatem secundæ sententiæ ex transitu primæ, in iudicatum,quia sententia lata cōtra aliam sententiam in rem iudicatam transactam, nulla est ipso iure, nec ab ea appellare est necesse,l.prima,C.quando prouoc.non est necesse,& l.prima,in principio,ff.quæ sententent.sine appellat. rescindant. & l.post sen-28 tentiam, C de senten.& interlocut.omn. iud.& vbique glos.& Doctores,& est communis opinio secundum Alex. consil.53. sub numero 16.versic.exemplum ponitur libro quinto, Dec.consil.295.sub numero quatto,versi.& stante prima,& alios quos refert, & sequitur Vant.in tract.de nullit. tit.de nullit.ex defect.process. nume.125. versic.& quoniam sententia, Crauet.consil.103.numero quarto,versic.secunda ratio; In tantum vt si ab ista secunda sententia contra primam in iudicatum transactam appelletur, & Iudex appellationis ad huc contra primam pronuntiaret,hanc se-29 cundam cōfirmando,nec ista vltima sententia valeret, quia non cessaret causa inducens nullitatem istius secundæ sententiæ confirmatæ, vt declarat Alexan. dicto consil.53.sub dicto num.16 & sequ. Crauet.consil.270.col.penult. versic.secundo sententia nulla, quod tamen videtur procedere quando dicta prima sententia producta fuit, & de ea oppositum, aliàs enim

Hh 2 secun-

30 secunda valeret, & primã non producens illi renuntiare diceretur, vt ex communi scribentium sententia optimè declarat Aretin.consil.73. col. 1. & 2.numero 2.3. & 4. versic. Tertio hocdemonstratur, & infra,ad quem se remittit Vant in loco citato,nec dissentiunt Alex.& Dec.supra relati, qui pariter loquuntur vbi de prima sententia fuit oppositum, & ea non obstante ad contrariam sententiam fuit deuētum.

Prætendit insuper Dominus Leonardus prædictam sententiam Domini Aditotis fuisse latam extra tempus ad litium

31 immortalitatem tollendam præfixũ causæ,& instantiæ primæ appellationis à statu tis Treschierti in dicto tit.de appellationibus,& proinde esse nullam ipso iure,vt per Vant.alios referentem in supradicto tract. tit.de nullit.ex defect.iurisdict.ordinar.nu mero 120.& infrà,vbi etiam dicit ita in du bio præfixum præsumi. In tantum vt, vbi iusta esset in meritis, Iudex appellationis non possit eam confirmare, nam perem-

32 pta instantia pereunt omnia acta iudicij l. 2.ff.iudicat.solu. & sententia sine actis est nulla l.prolatam, C.de sentent. & interlocutio.omnium iudic. sententia autem nul la ex defectu processus ex eisdem actis nec confirmari,nec reformari potest per Iudi-

33 cem appellationis,Alex.consil.79. numero 3.versic.est verum lib.2.Dec.consil.483. numero octauo,versic.& stante dicta nullitate,Vant.titul.quot,& quibus mod numero 128.vers.si vero,& titul.de nullit ex defect processus,numero septimo, versic. & nullitas hæc,& numero 23.versic.& de isto defectu, Crauett consil.140.nume.8. versi postremo ad maiorem saturitatem, consil.179.numero septimo, versic.tertio respondeo,Turret.consil.44.num.47.versic.quoniam respondetur, libro primo, & in proprijs terminis, quod sententia lata post peremptam instantiam, non possit per Iudicem appellationis ex eisdem actis confirmari,aut reformari, tradit Bal.consil.101.ad fin.numero 15. consil.169. nu-

34 mero quinto,& latiùs consil.298. in fine, sub numero tertio,libro tertio, quam sententiam latissime ex pluribus probat Crauett. consil.270. col.penultim. & finali in quarto dubio per totum, dicens tandem de hac conclusione non esse dubitandum, cum sit fulcita fundamentis æneis,& solidissimis,& decisionibus Doctorum in terminis, & cum ea nouissimè transit Marc. Ant.de Amat.decisio March.Ancon.94. numero secundo, versic.licet contrarium, quicquid dicat in contrarium Alex. consil. 73.& consil.181.lib.6.& Pute.decisio.60. post principium, libro tertio. Et videtur procedere etiam quod culpa Iudicis perempta esset instantia ex communi Docto

35 rum opinione,de qua testatur idem Crauett. dicto consil.230. col. antepenultim. & penultim. in tertio dubio per totum. Quinimo ex quo Dominus Leonardus de ipsius sententiæ nullitate principaliter dixit,neque ex nouis actis confirmari, aut reformari potest, sed nulla omnino debet

36 declarari,antequam de facto principali co gnoscatur,Vant.tit.quoties,& infra quod temp.numero 11. versic.insuper, Turret. consil.42.numero quarto,& consil.44.nu mero 48. libro primo, sequitur Marc. Anton.de Amat. dicta decisio. 94. numer.3. versic.& tanto magis, & fortius cum protestetur idem Dominus Leonardus,quod in primis, & ante omnia de nullitate co-

37 gnoscatur, Turret.alios citans dicto consil.42.numero tertio, versic. quoniam respondetur, libro primo. Anno 1605.Florentiæ.

EPITOME.

De Emphyteota producente apocham solutionis Canonis aduersus Dominum dirrectum agentem ad caducitatem ob cessationem debitæ solutionis, & negantem illam esse sua manu scriptam, & quod recognita a Testibus non præsentibus, sed dicentibus habere notam manum scribentis,probat plenè, saltem facta comparatione literarum, & reperta omnimoda similitudine, vel aliter adminiculata ad effugiendam priuationis pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem allegans eam probare tenetur.*
2 *Apocha receptionis solutionis cuipiam debitæ non recognita per scribentem, sed per Testes dicentes habere notam manum scribentis nõ probat, nisi dicant fuisse præsentes, & vidisse eam scribi, & quare nu.3. In vrbe tamen ex consuetudine fides præstatur apochis recognitis per testes notam habentes scribentis manum nu.10.*
4 *Iudex ex suo officio potest deuenire ad comparationem literarum.*
5 *Comparatio literarum scripturæ negatæ facienda est cum alijs scripturis negantis certis, neris,*

ris, & ab eodem scribente recognitis.

6 *Comparatio literarum quando fit, quæ consideranda sint circa elemẽta, & dictiones, & alia.*

7 *Iudex potest credere apochæ negatæ, facta comparatione literarum, & reperta omnimoda similitudine, maximè concurrentibus testibus eam recognoscentibus ex notitia manus, uel adminiculis, & verissimilitudinibus, numero 8. & sequen.*

9 *Iudex potest credere verisimilibus, & inuerisimilibus fidem non præstare.*

11 *Consuetudo particularis curiæ alicuius loci, non egreditur locum illum.*

12 *Apocharum recognitio rigorosa non attenditur ad euitandam caducitatis pœnam.*

13 *Caducitatis pœna est, & in dubio contra eam pronuntiandum.*

14 *Consuetudo induci potest, quod Emphyteota Ecclesiæ non cadat à iure suo, si Canonem non soluat, & quare num. 15.*

16 *Statuta quod ob Canonem non solutũ Emphyteota nunquam cadat à iure suo, valent, si tamen comprehendant Emphyteotam Ecclesiæ, Summi Pontificis authoritate indigent, nu. 17.*

18 *Falsi suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate quò ad effectum probationis, nisi veritas aliunde appareat.*

19 *Suspicione scripturæ purgata, fides illius illibata remanet.*

20 *Absolutus in causa criminali ab imputatione falsæ scripturæ non potest ciuiliter postea molestari.*

CONSILIVM CL.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

AD excusandum Dominum Saluiũ de Scarlattis à caducitate contra eum intentata per Presbyterum Ioannem de Chiodinis Rectorẽ Ecclesię Sancti Donati Vallis vt dicitur di Boite ob non solutum Canonem bonorum dictæ Ecclesiæ sibi ab eodem Rectore in Emphyteosim concessorum, motus fui ex infrascriptis; Primo quia, cum tota huius negotij difficultas restringatur ad solutionem Canonis anni 1598. visum est mihi, quod probata fuerit, nam D. Saluius, ad quem onus hoc spectabat l. 1. C. de probation. l. quinquaginta ad finem ff. eod. Tit. gl. in l. 2. in gl. magna versic. item quis probabit. C. de iure Emphyt. & ibi etiam alij scribentes, Bellon. Consil. 77. num. 6. Crauet. Consil. 313. nu. 3. Hercul. in Tract. de probation. negatiu. nu. 35. versic. secundo principaliter, & latissime Corbol. in Tract. de Caus. ex quib. emphyt. iure suo priuat. Titul. de Caus. priuatio. ob non solut Canon. q. 4. in princip. vbi quamplures refert attestantes hanc esse opinionem veram, communẽ, & ab omnibus approbatam, produxit apocham solutionis, quam scriptam fuisse à dicto Rectore probauit per quattuor testes eius manum notam habentes, nam & si testes illam recognoscentes non dicant eam in eorum præsentia fuisse scriptam, prout dicere debent ad hoc, vt probent, 2 Bart. in auth. at si contractus col. 2. versic. oppono, C. de fide instrum. & in l. nuda ratio num. 5. ff. de donation. Alberic. de Rosat. in l. admonendi num. 4. ff. de iureiur. & ibidem Ias. in repet. num. 84. Alex. Consil. 181. num. 3. versic. & probatum est lib. 2. Consil. 76. num. 8. & 9. Versic. facit quod lib. 3. Cons. 80. nu. 5. versi. præterea attento lib. 4. Aretin. Cons. 64 sub num. 2. versi. amplius, Ruin. Cons. 61. num. 3. & 4. versi. nam licet lib. 4. Afflict. decis. 181. sub nu. 8. versic. fuit totum, qui dicit sic à Sacro Consilio fuisse decisum, Marsil. in rubr. de probation. num 317. & seq. versic. aduertas tamen, & infra, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 2. casu 114. num. 22. versic. octauus casus, Mascard. de probation. conclus. 330 numer. 5. versic. vel saltem tomo pr. & Rota decis. 124. in princ. part. 2. in nouissimis, diuersum, non enim hoc casu probat comparatio literarum, quia possunt, te-3 stes facile falli similitudine manus, vt prædicti doctores dicunt. Tamen cum Iudex volens possit per se ex suo arbitrio litera-4 rum comparatione facere, vt per Bald. in l. comparationes nu. 17. C. de fide instrum. & ibidem per Salyc. num. 8. in 7. oppositione, per Menoch. dicto casu 114. num 26. & ipse dictam apocham viderim, & diligẽtissimè considerauerim, & comparauerim cũ multis alijs apochis solutionum huius Canonis certis, veris, & ab eodem Rectore recognitis pro scriptis sua manu, prout 5 erat opus ex his, quæ scribentes notant in d. l. comparationes, Crauet. Cons. 216. nu. 18. ver. sed istud dictũ, & Men. d. casu 114. nu. 29. & 30. ver. requiritur secũdò, et vers. requiritur ẽt & tertio, & inspectis singulis Elemẽtis, & dictionibus, & elementorum, ac dictionũ Tractibus, signis, stylo, & alijs in similibus ponderandis iuxta tradita per 6 Bald. in dicta l. comparationes num. 18. & Salyc. nu. 19. & Menoch. dicto casu 114. num. 31 versi requiritur quarto, ex omnimoda similitudine ęstimauerim dictam

apocham esse manu dicti Rectoris scriptam, & idem me præsente quamplures Iure consulti non Vulgares, & oculati cen fuerunt, volui dictæ apochæ fidem adhibe 7 re per ea, quæ notat Mascard. dicta Cōcl. 330. nu. 20. & seq. versic. insuper quarto limitatur, quibus addo Alexandrum Cons. 181. sub num. 4. versic. & fortius dicit lib. 9. vbi post Bald. & Anto. de Butr. in locis per eum adductis inquit, quòd in casibus, in quibus testes dicentes scripturam esse manu alicuius scriptam, quia habent notam eius manum, faciūt semiplenam probationem, vel comparatio literarū de per se faceret semiplenam probationem, tanta posset esse fides testium, vel tāta posset esse vis comparationis, quòd plena danda esset fides, quid optime casui nostro cōuenit ob testium qualitatem, et omnimodā verissi-8 militudinem, Præsertim quia pro ipsa cōparatione concurrunt adminicula, Rot. de ci. 123. nu. 3. & 4. in 2. p. in nouissimis diuersorum, Mascar. dicta concl. 330. nu. 4. vers. quapropter, cōstat enim quòd D. Saluius commisit eius factori, quòd Triticum, quod pænes ipsum erat, traderet præfato Rectori, quod in computis, & calculis inter dictum D. Saluium, & dictum factorem factis fuit habita ratio dicti Tritici, veluti prædicto Rectori traditi. Consideranda est insuper tenuitas Canonis, diuities non modica D. Saluij, Iactura non exigua caducitatis, & demū tam ipsius D. Saluij, quam dicti Rectoris qualitas, his namque omnibus pēsatis, quilibet Rectus Iudex apochę fidem prestabit, cum verisimilibus Iudex credere debeat, inuerisimilibus vero non 9 adhærere, Crauet. de antiquit. tempor. in prima parte §. quarto limitatur num. 40. & plur. seq. versic. idem in Testibus folio mihi 89. vbi etiam plura cōgerit de efficacia, & effectu verisimilitudinis. Quæ tanto magis admittenda sunt, cum in multis locis, præsertim verò in vrbe ex consuetudine, & stylo Curiarū plena prestetur fides apochis recognitis per testes non præsentes, dū scriberētur, sed simpliciter dicentes habere notam manum scribentis, prout 10 in casu nostro dicunt quatuor Testes vndique idonei, vt tradit Vestri. in sua practi. lib. 6. cap. primo sub num. 8. versic. nihilominus vsu receptum est, & secundum quā obseruantiam iudicauit Rota decis. 124. in 2. parte in nouissimis diuersorum. Et licèt sit consuetudo particularis, quæ extra 11 Curiam, vbi viget, non extēditur, Barto. in l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itiner. actuque priuat. Latè Ias. Consil. 192. in fine lib. 2. Tamen ad euitandam caducitatem admittenda videretur, cum tunc huiusmodi rigorosæ recognitiones apocharum non soleant attendi, vt est de mente 12 Dominorum de Rota decis. 26. in principio in 2. parte, in nouissimis diuersorum. Et fortius cum caducitas pæna sit, & in dubio contra eam pronuntiandum: est enim 13 pena commissi odiosa, & vigorem habet à quo æquissime semper fugitur, vt dicit Couar. lib. 3. variar. resolution. cap. 7. sub numero 1. ante finem, vbi etiam ait con-14 suetudinis induci posse, quod Emphyteota Ecclesiæ non cadat à iure suo, si pensionem soluere omiserit, cuius opinionis authores sunt Ioann. de Anania. Consil. 84. col. penult. ante numero 3. versic. postremo intentionem præfati Philippi, Abbas Consil. 72 numer. 2. versic. sed his non obstantibus lib. primo. Ruin. Consil. 4. numero 5. versic. Tertio istud confirmatur lib. primo, Decis. in cap. primo num. 6. versic. tertio non habet locum extra de consuetudin. & latè prosequitur. Corbol. d. Tit. de causa priuation. ob non solut. Canon. limitatione 2. num. 1. & plu. seq. quòd ea ratio-15 ne firmant, quia non censetur Ecclesiæ valde onerosum esse, aut grandem læsionem inferre, quod pæna ipsi Ecclesiæ applicanda remittatur emphyteotæ, à quo suū Canonem consequi poterit, prout ante penæ incursum percipiebat, & quia hoc æquitatem habet, quam Ecclesia præ alijs obseruare debet: Et hinc est, quod in multis locis extant statuta, quod ob non solu-16 tum Canonem Emphyteota numquam cadat à iuribus suis, vt per Abbat. di. Cons. 72. in principio, per Bolognin. Consil. 31. pariter in principio, & per Corbol. Tit. allegato limita. 3. ad finem sub num. 3. dummodo tamen si Emphyteotam Ecclesiæ 17 comprehendant, summi Pontificis authoritas adsit, vt præfati doctores dicunt.

Nec obstat, quod dicta apocha sit suspecta de falso, quę suspicio in ciuilib. habetur pro falsitate. Dec. Consi. 615. ante numero 11. 18 Crauet. Consil. 315. in fine versic. ex quibus, & vti talis nō probat, nisi veritas eius aliunde probetur, Bald. Consil. 443. sub numero 2. in fine lib. primo, & Consi. 402. in principio lib. 5. Crauet plures alios referens Consil. 28. num. 9. versic. ex præmissis. Quia respondetur quòd dictus Saluius dum tormentis subijcieretur in alla maximi pōderis causa, fuit etiam super ista apocha interogatus, licèt eius respectu nulla id faciendi suaderent inditia, & negauit eā esse falsam vnde suspici one purgata, siade 19 tat, fides ipsius apochæ illibata remanet, Bald. dicto Consil. 402. sub numero 4. in fine

ſine verſic. illud conſtat lib. 5. & demum 20 cum fuerit abſolutus, non poteſt amplius de dicta ſuſpicione etiam ciuiliter tractari, vt declarat Bart. in l. prima §. hoc edicto numero 3. verſic. quæro vtrum ſententia ff. vi bonor. raptor. & Salyc. in l. 1. nu. 10. Verſi. capio vltimam gl. C. quando Ciuil actio. Crimin. præiudic. & ita ex prædictis retuli admodum Reum Domino Archidiacono Eccleſiæ Metropolitanæ Florentinæ Iudici Delegato, & Com. Apoſtolico in dicta cauſa. Anno 1605. Florentiæ. Laus Deo & Virgini.

Petrus Caballus I.C. Pontremulenſis.

EPITOME.

De Teſtamento condito in rure per ruſticum coram Sacerdote Parochiali, & Tribus Teſtibus, quòd non valeat, nec attendendum ſit ad non pias cauſas in Terris Imperij in foro ſeculari, & de alijs in materia l. fina. C. de Teſtament. & c. cum eſſes, extra eodem Tit.

SVMMARIVM.

1. *Teſtamentum nuncupatiuum dicitur illud, quod verbo factum eſt, & ad probationem in ſcriptis redactum.*
2. *Teſtamentum nuncupatiuum ſeptem teſtes requirit, & ſine minori numero non valet.*
3. *Eſtque talis numerus non ſolum de forma probatoria ipſius Teſtamenti, ſed etiam de ſubſtantiali.*
4. *Teſtamentum factum in Rure requirit quinque Teſtes, ſiue ſit nuncupatiuum, ſiue in ſcriptis.*
5. *Teſtamentum factum in Rure coram quinque Teſtibus ita demum valet, ſi ibi fiat à ruſtico, nec factum ibi à Ciue, vel alibi à ruſtico ſuſtinetur.*
6. *Teſtamentum factum coram Curato, & duobus, vel tribus Teſtibus in extrema uoluntate ualet de iure Canonico.*
7. *Etiam ad non pias cauſas.*
8. *Sed hoc procedit in Terris Eccleſiæ ſubiectis in Temporalibus, & non ſolum in foro Eccleſiaſtico, ſed etiam in temporali. num. 9. ſecus verò in terris Imperij, in quibus ſeruatur ius ciuile ſeptem teſtes requirens nu. 10. præterquam in foro Eccleſiaſtico, in quo valet cum curato, & duobus, aut tribus Teſtibus, nu. 11. & 16.*
12. *Teſtamentum factum coram quatuor Teſtibus ualet de iure Canonico, non ſecus ac cum Parocho, & duobus Teſtibus in Terris Eccleſiæ in utroque foro, & in Terris Imperij in foro Eccleſiaſtico.*
13. *Teſtamentum non ſolemne, & inualidum, an in foro conſcientiæ ſit, vel ne per hæredem exequendum.*
14. *Teſtamentum coram duobus, aut Tribus Teſtibus, & Curato factum, & de Iure Ciuili in Terris Imperij in foro ſeculari inualidum non ſuſtinetur in vim Codicillorum ex eodem defectu numeri teſtium, cum quinque in Codicillis requirantur.*
15. *Teſtamentum factum in Rure, vel tempore peſtis ab ægrotante, qui ex illa infirmitate deceſſit coram Curato, & duobus, vel tribus teſtibus aut coram quatuor ſine curato ualidum eſt, etiam in terris Imperij in foro ſeculari, etiã ad non pias cauſas ſecundum multos, ſed contrarium firmatur nu. 16. & ſeq.*
17. *Teſtamentum factum tempore peſtis quinque teſtes requirit, & ſine minori numero non ſuſtinetur in terris Imperij in foro ſeculari ad non pias cauſas.*

CONSILIVM CLI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

TEſtamentum conditum in loco Motrani a Paladino quondam Antonij de Pippis à Certaldo ſcriptum manu Sacerdotis iurati, & a duobus Teſtibus ſubſcriptum, & altero Teſte neſciente ſcribere præſente lectum, & a Teſtatore confirmatum, ad cujus approbationem, & authenticationem agit D. Dianora filia Frãciſci Friani, & dicti Palladini vxor, contra D. Emilium quondam dicti Antonij de Pippis, & litis conſortes coram D. Vicario Certaldi de iure non ſubſiſtere mihi viſum fuit, & ſucceſſiuè illius approbationi, & authenticationi per Actricem petitæ, minime locum eſſe.

Nam iure ciuili inſpecto teſtamentum hoc, quod nuncupatiuum verbo factum, & ad probationem in ſcriptis redactum 1 dicitur, vt per Bellon. conſil. 14. numero ſecundo, poſt alios per eum relatos, Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 4. in principio, & Craſſ. ſimiliter in §. Teſtamentum, q. 10, numero tertio, & ſi à dictis Sacerdote ſcribente, & à duobus Teſtibus ſubſcribentibus, & à tertio præſente fuerit recognitum, & probatum iudicialiter, & ſeruatis ſeruandis, tamen non valet, quia coram ſeptem Teſtibus fieri debebat, l. hac 2 conſultiſſima, §. per nuncupationem, C.

de

de Testament. qui numerus testium non solum est de forma probatoria ipsius Testamenti, sed etiam de illius forma substantiali secundum communem Doctorum opinionem, de qua testatur Couarr. in capit. cum esses, numero octauo, vers. quarto licet de testament. & Clar. in §. testamentum, q. 56. nu. 2. vers. & scias, Crass. pariter in §. testamentum, q. 54. nu. 2. vers. an autem.

Nec sustineri posse videtur tanquam factum in Rure per rusticum, quia ad hoc necessarij erant quinque testes, vt est text. expressus in l. fina. C. de testamen. si enim interuenissent quinque testes, nulli dubiũ est, quod tale testamentum valeret, siue testaretur in scriptis, siue sine scriptis ex recepta scribentium opinione, de qua testãtur in d. l. fina. Alex. sub numero octauo, vers. in glos. in verbo scriptura, & Ias. sub numero 2. vers. quarto extende, & secundum quam communiter obseruari dicit, ibidem Bartol. numero primo, sequitur Clar. in dicto §. testamentum, questio. 56. num. 6. vers. sed quid in testamentis, sequitur Crass. dicta quæst. 54. num. 9. versic. & prædicta procedunt, dummodo tamen testamẽtum fiat in Rure, & à Rustico, cum priuilegium d. l. fina. concessum sit personæ, & loco simul copulatiuè, idest Rusticis, & in Rure testantibus, adeo quod vt locus sit dispositioni d. l. fina. necessariò vtrunque concurrere debeat, & si rusticus testetur in Ciuitate, vel Ciuis in Rure, nõ sustineatur testamẽtum, vt ibi tradit Bar. num. 2. Afflic. decisio. 25. in secundo dub. nume. 2. 3. Boer. dicens esse communem opinionem decis. 228. sub num. 10. vers. sed contrarium, Clar. d. q. 56. sub dicto numero 6. post medium vers. scias tamen, & Crass. dicta quæstio. 54. nume. 6. & 7. vers. quæro item.

Et si dicatur quod tanquam factum coram dicto Curato, & tribus testibus debet valere de iure Canonico per cap. cum esses, de Testament. vbi dicitur, quod testamenta facta per Parochianum corã Presbytero suo, & tribus, vel duobus testibus idoneis in extrema voluntate firma debẽt permanere, & ibi tradunt omnes Canonistæ, & notant etiam legistæ in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Boer. decisio. 93. num. 2. & seq. vers. item quod testamentum, & infra, & decisio. 228 sub num. 11. ver. & hoc verum, Guid Pap. decisio. 543. sub nume. 10. ad fin. vers. fallit etiam in testamento, ab aliquo ægrotante, Clar. in dicto §. testamentum, questio. 57. in principio, vers. sed quæro quid de iure Canonico, Duran. de arte testand. tit. 2. de testam. ordin. Caut. 2. nume. 2. Crass. in §. testamentum, quæstio. 56 numero tertio.

Et quod hoc procedat etiam si ad pias causas factum non sit, vt in casu præsenti, Dec. consil. 284. in secundo dubio, numero sexto, & sequent. Corne. consil. 31. numero 10. & consi. 168. sub numero tertio vers. his tamen, lib. 2. dicens vtrobique de communi, Couar in d. cap. cum esses, sub nume. 2. ante fin. vers. primus namque intellectus, & latius sub num. 12. ver. tertio, & principaliter, & Clar. dicta q. 57. sub numero primo, ver. sed quicquid, qui omnes hanc esse communem opinionem testantur, & plures eandem sequentes referunt, & idem tenet Crass. d. quæstio. 56. sub numero tertio, vers. secundus casus est.

Quia respondetur conclusionem prædictam tanquam iuris Canonici procedere in Terris Ecclesiæ Romanæ subiectis, quoad temporalem iurisdictionem, Bald. consil. 351. numero primo, & consil. 352. in principio, lib. 4. & antea consil. 284. numero secundo, consil. 285. col. 2. lib 3. vbi latè insistit, & ita Venetijs seruari ait, Alexan. consil. 47. numero secundo, & consil. 146. numero sexto, li. 2. testans vtrobique de communi, & approbata Doctorum opinione, Corne. consil. 31. numero decimo, & consil. 168. sub numero tertio, ver. his tamen, li. 2. Ruin. dicens communem consil. 51. num. 11. lib. 1. Bellon. consil. 14. num. 3. dicens pariter de communi, Boer. ibidem de communi testans d. decis. 93. numero secundo, & sequen. Duran. dicto tit. 2. d. caut. 2. sub num. 2. Couarr. in dicto cap. cum esses, num. 12. vers. tertio, & principaliter Clar. d. q. 57. num. 2. ver. quæ quidem conclusio, dicens de hoc non esse dubitandum, & locum habere in dictis terris Ecclesiæ, non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro temporali, Crass. dicta q. 56. sub numero tertio, vers. secundus casus est, secus vero in terris Imperij, in quibus locum non habet dispositio dicti cap. cum esses, sed seruandum est ius ciuile septem testes requirens, Bald d. consi. 352. post principium, lib. 4. & dictis consil. 284. & 285. lib. 3. Boer. d. decisio. 93. numero tertio, & sequent. Durans. d. caut. 2. sub nu. 2. Crass. d. q. 56. sub nu. 3. ad fi. vers. cæterum extra terras ecclesię, Cou in d. c. cum esses, sub nu. 2 in fi. & nu. 3 vers. secũdo textus hic, & infra, Cla d. q. 57. sub nu. 2. circa medium, vers. extra vero terras ecclesię, vbi alios refert de communi, & a cõsuetudine generali roborata opinione testantes: intelligens tamen hoc procedere quando

quando in foro seculari de hoc disputaretur, non autem in foro ecclesiastico, in quo etiam in terris Imperij seruandum dicit dispositionem dicti cap. cum esses, ita vt in terris ecclesiæ in vtroque foro ea locum habeat, In terris vero Imperij in foro ecclesiastico tantum ex communi sententia firmata per Corn. consil. 31. numer. 4. consil. 168. nume. 3. vers. his tamen lib. 2. & consi. 157. numero secundo, vers. secunda via lib. 4. à qua inquit non esse recedendum in practica, & quod quantum ipse vidit, ita apud oēs seruatur sine cōtrouersia.

Et eodem modo posset responderi, si diceretur testamentum hoc validum cēseri, vti factum coram quatuor testibus computato curato ex communi Doctorum opinione, quod dispositio dicti capit. 12 cum esses procedit, vbi addunt quatuor testes sine Parocho, non secus ac si cum Parocho interuenissent duo, aut tres testes, vt tradunt Alex. d. consil. 47. num. 2. & d. consil. 146. nu. 6. lib. 2. Bellon. d. cons. 14. num. 3. Dec. d. consil. 284 in 2. dub. sub num. 7. & sequen. Ruin. cons. 51. num. 11. lib. 1. Boer. d. decis. 63. sub num. 4. & sequ. Duran. d. tit. 2. d. caut. 2. nume. 3. vers. & si Parochialis Presbyter, Crass. d. q. 56. num. 4. vers. tertius casus est, Abb. in d. cap. cum esses, col. penultim. & fin. num. 7. vers. sed quæro in lectura, & num. 12. vers. speculator, & num. 17. vers. & ex istis in repetitione, Couar. in d. cap. cum esses, nu. 13. vers. cæterum hæc interpretatio, vbi opinionē hanc tanquam communem sequitur, & Clar. d. q. 57. ver. sed pone sub num. 3. vbi plures alios ita tenentes adducit etiam de communi, & magis communi testantes, & subdit, quod licet hæc opinio forte in puncto iuris non transeat sine difficultate, tamen propter authoritatem Doctorum illam tenendam in practica seruaretur, & quod ipse non auderet consulendo, aut iudicando ab ea recedere in terris ecclesię in vtroque foro, & in terris Imperij in foro ecclesiastico.

Quod in tantum procedere videtur, vt vbi dicta dispositio dicti ca. cum esses pro valido, & solemni testamento non sit ha-13 benda ex defectu solemnitatum a iure requisitarum, hæres defuncti testatoris non teneatur in foro conscientiæ in tali testamento disposita adimplere, & executioni mandare, vt ex pluribus relatè ad partes discussa resoluit Couarr. in d. cap. cum esses, nume. 4 & plurib. sequent. vers. sed est quæstionis, Crass. d. q. 54 numero quarto, vers. ex quo infertur, Mantic. de coniectu. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. numero primo, & sequent. vsque ad numerum 9. vbi iura, rationes, & authoritates pro hac parte adducit, & latè, & eleganter probat Bald. consil. 205. col. 1. per tot. lib. 3 licet in hoc melius sit disputationem Theologis relinquere, vt ibidem Bald. dicit in 2. col. ad fi. & consil. 308. ante fin. eod. lib. 3. maximè quia contrariam opinionem tanquam magis communem, & veriorem defendit Mantic. vbi supra nu 9. & seq. vsque ad fi.

Et cum dicta voluntas, vt testamētum ex defectu debiti testium numeri non valeat, nec in vim codicillorū sustineri posset, dato quod in scriptura codicillaris clausula contineretur, quæ tamen nō legitur, 14 quia etiam respectu ipsorum codicillorū esset defectus numeri testium, cum in eis requirantur quinque testes, l. fina. C. de codicill. ita in puncto in his proprijs terminis tradit Corne. d. consil. 168. sub numero 9. post vers. nec expedit attingere, lib. 2.

Contra prædicta tamen facere videtur Guid. Pap. decis. 543. sub num. 10. & sequ. vbi inquit, quod testamentum factum coram suo Sacerdote Parochiali, & duobus, vel tribus testibus valet, dummodo testa-15 tor sit ægrotans, & ex illa infirmitate decedat, & non reconualescat, adeo quod illa sit sua extrema voluntas, prout euenit in præsenti casu, in quo Palladinus fuit testatus die, 21 mensis Martij proximè pręteriti, & illhinc ad quatuor, vel quinque dies obijt, & subdit Guid. Pap. quod licet glos. in d. cap. cum esses, dicat illud cap. habere locum in terris ecclesiæ, tamen ipse vidit procedere etiam in alijs terris, quando post testamentum immediatè sequitur mors, & testator non conualescit, & idem firmat postea in eadem decis. ad fin. sub nume. 14. vbi formaliter ait, quod etsi aliqui velint d. cap. non esse seruandum in terris Imperij, tamen ipse vidit cōtrarium seruari in testamento facto in rure, vel alibi tempore pestis, vbi non reperitur copia testium, quibus casibus talia testamenta coram Curato, & duobus testibus facta vidit in iudicijs tolerari, & iudicari secundum dispositionem d. cap. cum esses, & tā in pijs relictis, quam in alijs dispositionibus, quam decisionem refert, & sequitur Boer. decis. 228. sub num. 7. post medium, vers. & ista fuit opinio Floren. idem tenet Duran. d. tit. 2. d. caut. 2. sub nu. 2. post vers. sed si testator, aiens quod stricto iure sibi dicendum videtur, quod etiam in terris Papæ non subiectis quoad temporalia valeat testamentum factum coram Curato, & duobus testibus, sicut ualet factum coram Iudice cum eodem numero duorum

rum tantum testium, eandem sententiam tenuerunt Alan. Vincent. Goffred. Host. & Anton. de But. in d. cap. cum esses, quos refert Corne d. consil. 168. sub nu. 3. vers. alij autem plerique tenent lib. 2. Abb. in d. cap. cum esses, sub num. 4. & sequ. vers. quaero pro intellectu in lectura, & num. 8. & sequen. vers. ex praedictis notabilibus in repet. & quam opinionem latissimè post longam ad partes disputationem defendit ipse Abb. vbi supra in lectura, et diffusius in repetitione, vbi tandem nume. 17. vers. et ex istis, firmat, quod testamentum coram duobus testibus, et Presbytero Parochiali, seu coram quatuor testibus sine praesentia Parochiani, etiam ad non pias causas conditum nedum in foro Canonico, sed etiam in foro ciuili validum est, et quod propterea iura ciuilia maiorem numerum testium requirentia hodie locum minimè sibi vendicant, sed correcta a iure canonico remanent.

Sed ad haec omnia respondetur, quod dicta opinio praefatorum doctorum, et sequacium, quae est secunda ex quatuor positis per glo. in d. cap. cum esses, vt per Cor ne. et Abbat. in dictis locis, reprobatur cōmuniter per Doctores tenentes aliam opinionem a dicta glos. relatam, quae est, quod d. cap. cum esses non corrigat ius ciuile, sed tantum procedat in terris ecclesiae in vtroque foro, et in terris Imperij in foro tantum Ecclesiastico, non autem in seculari, in quo iuri ciuili standum est, ut ex authoritatibus supra adductis in vers. quia respondetur clarissimè constat, et ex dictis per ipsummet Corne d. consil. 168. col. 3. sub numer. 3. vnde cessante consuetudine particulari aliquorum locorum non suppositorum ecclesiae in temporalibus, non procedit in foro seculari dispositio d. cap. cum esses, sed ius ciuile seruatur, vt punctualiter dicit Bald d. cons. 285. col. fi. post versi. quid dicemus, lib. 3. et Guidon. Pap. opinionem in d. decis. 543. etiam in testamento facto tempore pestis reprobat in specie Crass. in d. §. testamentum, d. q. 54. sub numer. 5. ad finem post versic contrariam partem, et benè, quia et tūc quinque testes requiruntur in foro seculari in terris Imperij ex vera, et communi opinione vt dicit ipse Crass. ibi, et ante eum Boer. d. decis. 228. sub num. 11. ad finem, ver. aut sumus in terris Imperij, Paris. cons. 32. nu. 38. vers an autem requiratur, lib. 2. et Cla. in d. §. testamentum, qu. 56. sub nu. 3. vers. et haec quidem conclusio. Et secundum hanc opinionem in dicta causa mihi ad referendum de iure commissa per praefatum

16

17

D. Vicarium Certaldi pronuntiandum retuli, ex quo sumus in testamento ad non pias causas facto, In terris Romanae Ecclesiae in temporalibus non suppositis, et in foro seculari, ita ut nullo modo ualere potuerit, aut sustineri. Anno 1505. Florētiae. Laus Deo, et Virgini.

EPITOME.

De materia Consilij centesimi quadragesimi noni, & praesertim de sententia lata post lapsum instantiae statutariae in causa appellationis, quod sit nulla, etiam si ex facto iudicis sit decursa, nisi appellans perfecto processu illum Iudici praesentauerit, & pro expeditione causae insteterit, & protestatus fuerit. Quodquè etiam si iusta sit in meritis, per Iudicem, ad quem, confirmari non possit, sed nulla declaranda veniat, maximè si pars principaliter de nullitate dixit, & super ea in primis pronuntiari petit.

SVMMARIVM.

1. *Sententia lata post peremptam instantiam nulla declaranda est, nec confirmari potest, etiam quod in meritis sit iusta, primaque sententia firma manet, & exequitur, & num. 10. 11. & 12. maximè quando principaliter de nullitate fuit dictum, & super ea pronuntiari instetur, ibidem.*
2. *Sententia lata in causa appellationis post peremptam instantiam Iudice constituto in mora, per appellantem, qui pro expeditione institit, valet.*
3. *Quod procedit, quando facta conclusione in causa, & praesentato Iudici processu appellans pro sententia institit, & protestatus fuit, secus si ante completum processum, nu. 4. 5. & 8.*
4. *Iudicis officium conquiescit quo ad expeditionem causae, dum tempus ad processum faciendum durat.*
   Protestatio intempestiua, & ante debitum Tempus facta protestatum non afficit, ibidem.
6. *Sententia lata post peremptam instantiam valet, quando tempus ipsius instantiae Iudici praefixum est, & in eum verba diriguntur, secus autem si praefixum sit causae, & instantiae, & verba in eam dirigantur, quia non valet.*
7. *Nec etiam valet, vbi tempus & Iudici, & instantiae simul praefixum esset.*

Tempus

8 *Tempus in causa appellationis non currit impedito ex Iudicis facto.*
9 *Sed opus est, quod impeditus protestetur, & faciat omne possibile pro impedimento tollendo, alias tempus sibi labitur.*
10 *Sententia vbi nulla est ex lapsu instantiæ statutariæ appellationis, prima sententia firma manet, & exequenda est, & multo magis vbi lapsa sit etiam instantia iuris communis, numero 11.*

CONSILIVM CLII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVperioribus mẽsibus retuli admodum Illustri Domino Pompeo Malaspinæ Marchioni Treschietti, quid mihi de iure faciẽdum videretur in causa appellationis vertente inter D. Leonardum de Cartegnis à Bagnono, appellantem ex vna parte, & Ioannem quondam Vici. de Canneto appellatum ex altera, & datis exinde per me dubijs dicto Ioanni super nullitate sententiæ, à qua appellatum fuit, tum ex transitu primæ ad fauorem D. Leonardi in iudicatam, tum ex lapsu instantiæ, vt patet ex deductis per me in consil. 149. & visis resolutionibus dictorum dubiorum, omisso capite nullitatis ex transitu primæ sententiæ in rem iudicatam cum doctum fuerit terminum à statuto præfixum ad comparendum coram Iudice ad quem, & producendum libellum appellatoriũ fuisse per D. Marchionem prorogatum, cum respectu secundi capitis de lapsu instantiæ non viderim congruum responsum, Retuli eidem D. Marchioni pronuntiandum dictam sententiam, etsi in meritis iustam, non fuisse, nec esse confirmandam, sed nullam, & inualidam declarandam, tanquam extra instantiam latam, primamque sententiam exequendam, per iura, rationes, & authoritates in dicto consilio allegatas, quibus negotium facere non putaui dedu cta in resolutionibus dictorum dubiorũ, quæ vt infra patebit facile tolluntur.

Non enim obstat, quod ex quo Ioannes appellans pluries institit pro sentẽtia, Iudex constitutus fuit in mora, adeo vt si postea labatur in stantia, talis lapsus ipsi appellanti nocere non possit, & proinde sententia valeat, authen. si appellatione, C. de tempor. appellation. & ibi Doctores, Roman. consil. 427. in principio, num. 1. & sequen. Castren. consil. 184. in fin. sub num. 3. lib. 1. Parif. de Put. de syndic. in verbo instantia, cap. 2. sub num. 1. & 3. Vant. in tractat. de nullit. titul. de nullit. & defect. iurisdict. & vnde, & quibus modis prouen. numero 117. versicul. quod procedit etiam ad finem.

Quia respondetur primo, quod nullibi constat in processu, quod facta conclusione in causa dictus appellans comparuerit coram Iudice, & ei detulerit processum, & omnia acta causæ, & iura ipsius, vt illis visis, & diligenter examinatis ad sententiam deueniret intra tempus instantiæ, prout necessarium fuisset ad constituẽdum ipsum Iudicem in mora ex tenore ipsiusmet statuti Treschietti d. tit. de appellat. in versic. dehinc compareant partes.

Nec quæ dicta sunt per ipsum appellantem de expeditione causæ sub diebus quarta, nona, & vndecima mensis Iunij anni 1604. ei prodesse possunt, quia dicta fuerũt in productione iurium, & in responsionibus ad oppositiones partis, & dum adhuc fieret processus, & inter partes super eo disputaretur, & sic tempore incõgruo, cum nondum processus esset completus, ante cuius perfectionem ad sententiam deuenire Iudex non potest, conquiescit enim iudicis officium, dum tempus ad complẽdum processum durat. l. siue pars. C. de dilation. vnde tanquam intempestiua non attenduntur, iuxta l. prima, C. de execut. rei iudic.

Nec à dicta die xj. Iunij 1604. vsque ad tempus sententiæ postea latæ die 13. Iulij sequentis anni 1605. vlla vnquam apparet petitio, seu insistentia dicti appellantis pro ipsa sentẽtia ferenda, adeo vt eius defectu, ac negligentia fuerit instantia decursa, non autem iudicis culpa, cui nihil potest imputari, cum nunquam post finitum processum fuerit requisitus, & interpellatus pro expeditione causæ, vt per Parid. de Put. in d. cap. 2. sub nume. 1. & 3. & per Vant. sub dicto numero 117. circa medium, & in fine, volentes tunc valere sententiam quando pars causa conclusa, & instructa, & in calculo ferendæ sententiæ iudicem interpellauit ad sententiandum, secus autem si causa nondum instructa, & ante præsentatum ipsi iudici processum, quia tunc non valet sententia, & idem colligetur ex latè traditis per Crauett. consi. 270 in secundo dubio, per totum, numero 2. & sequen. ex cuius dictis alia etiam ad hanc rem facientia, & non iudicis, sed partis negligentiam arguentia

arguentia colliguntur, ad quę lectorem remittere placuit.

Secundo dicitur, quod allegata ex aduerso possent fortasse admitti, quãdo tempus ad sententiandum præfixum esset iudici, & verba in eum dirigerentur, quia tũc
6 valeret sententia postea lata, secus autem quando præfixum est causæ, & instantiæ, & verba in eam sunt directa, & in casu isto ex claris verbis prædicti statuti tit. de app. in princ. ibi, & instantia ipsius appellationis, & nullitatis habeat, & habere intelligatur dies viginti vtiles tantum ad eam terminandam, nam hoc casu non valet sententia post dictum tempus lata, sed nulla est ipso iure, & ita distinguendo tradunt Bal. consil. 298. præmittendum est in princip. lib. 3. Castren. dicens esse communem Doctorum sententiam consil. 140. visa reformatione in primo dubio, & latius consil. 184. videtur dicendum quod dicta declaratio per tot. lib. primo, Corne. cons. 49. numero 16. 17. vers. nec videtur obstare, lib. 2. Paris. de Put. in tractat. de syndicat. in verbo instantia, cap. primo, fere per totum & cap. 2. etiam per to. & cap. 3. num. 2. 3. & 4. vers. & adde, diffuse Vant. in tractat. de nullit. tit. 9. de nullit. ex defect. iurisdict. & vnde. & quibus mod. prouen. numer. 118. & quamplur. sequen. vers. & quoniam instantia.

Et idem esset si iudici, & instantiæ simul tempus præfixum diceretur, nam adhuc sententia post dictum tempus lata nõ
7 tener. Paris. de Put. dicto cap. 1. col. 2. & 3. & dicto cap. 2. nu. 3. Vant dicto tit. de nullit. ex defect. iurisdict. & vnde, & quib. mo. prouen. sub nu. 120. vers. idem foret etiam Alex. consil. 136. in princip. lib. 2. & consi. 166 numer. 1. & 2. lib. 6. licet si soli iudici præfigeretur, & verba in eum tantum dirigerentur, valeret, vt volunt Doctores modo supra expresso distinguentes, & præter eos Roma. consil. 415. num. 5. vers. quo ad secundum consultationes articulum, & consil. 427. num. 11. ver. quo ad secundum videtur, Castrens. consil. 16. sub nu. 9. vers. dico ergo lib. 1.

Tertio dicitur, quod etiam data iudicis negligentia, in non expediendo causam intra metam instantiæ, de qua tamen non constat, cum nihilominus appellans debi-
8 to tempore, & in vltimo termino non institerit pro sententia, nec iudicem pro expeditione requisiuerit, vt facere tenebatur per supra allegata, in manifesta culpa deprehenditur, nec instantia appellationis in suspenso remansit, sed perijt, quoniam, etsi in causa appellationis non currit tempus impedito facto iudicis, auth. si appellatione, C. de tempor. appellat. & ibi scribentes, Castren. cons. 91. sub num. 1. & cons. 141. sub num. 5. lib primo. Felyn. in cap. venerabilis, num. 6. in tertia conclusio. extra de iudic. tamẽ opus est, quod sic impeditus fue-
9 rit protestatus, et omnem suum conatum ad ipsum impedimentum tollendum fecerit, alias tempus in eius præiudicium labitur, Fely. in d. cap. venerabilis, sub num. 6. et 7. et in tribus limitationibus dictæ tertiæ conclusionis, extra de iudiciis, sequitur Marant de ordin. iudic. in quinta part. principali, num. 31. vers. quid autem si impedimentum, vbi ait, quod ita magis communiter tenetur, et vltra eos pulchrè tradit Alex. consil. 164. nu. 5. et 6. vers. aut consideramus, lib. 2. consi. 114. num. 3. et 4. ver. attamen, lib 5. consil. 69 num. 6. et 7. vers. non obstat, consil. 79. num. 1. et 2. vers sic et primo præsuppono, et consi. 200. ad fi. ver. præterea debuerunt lib. 7. et notat et ã Socin. consil. 45. sub numero primo, vers. sed in casu nostro, libro primo. Est ergo dicta sententia nulla, et prima remanet firma, et exequenda est non obstante hac secunda inualida, Alexan. consil. 59 numero 7. post versic. nec ista particula statuti, libr 4. et eo
10 magis cum nedum lata sit post instãtiam statutariam, sed etiam post annum a iure communi instantiæ appellationis præfixum, vt dicit Alex. dicto consil. 79 num. 1.
11 et 2. lib 7. per tex. in auth. et qui, C. de tempor. appellation.

Nec de eius cõfirmatione, etiam quod iusta sit in meritis, agendum est, sed nulla pronuntianda est, maximè cum pars eam principaliter nullam dixerit, et si vbi aliqua esset, ab ea appellauerit, et super nullitate pronuntiari instet, vt in dicto consil. 149. ostendi ex veris, et communibus Doctorum auctoritatibus, quibus addendus est
12 Crauet. idem volens dicto consil. 270. ad fin sub numero septimo, vers. quinto posito, et non concesso, Anno 1605. Florentię. Laus Deo, et Virgini.

EPITOME.

Quod muliere in vsufructu vniuersali instituta alio post illius mortem vniuersali hærede instituto, ipsa mulier hæres quoque efficiatur in proprietate, grauata tamen censeatur post mortem instituto restituere, & idem sit, si non fuerit specialiter hæres instituta,

sed

sed usufructuaria, & domina relicta, vel secundum aliorum opinionem, quòd simpliciter legataria censeatur, sed institutus post illius mortem purè hæres sit, & hæreditatem adire valeat, & prout aliàs de iure transmittat, maximè autem quando institutus post mortem est de descendentibus testatoris, cui legitima debetur, à qua tempus reijcitur, & institutio pura censetur, testamentumque, & legatum sustinetur, Quòdque donec locus esse potest successioni ex testamento, locus non est successioni ab intestato, in qua primùm descendentes exclusis omnibus transuersalibus, vocantur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier hæres instituta in Vniuersali vsufructu alio post illius mortem instituto hærede, hæres quoque in proprietate efficitur, grauata tamen censetur post mortē instituto restituere.*
2 *Et idem est, si mulier non sit hæres instituta, sed tantum vsufructuaria relicta adiecto verbo dominæ, quòd æquipollet verbo hæredi.*
3 *Mulier relicta vniuersalis vsufructuaria alio post illius mortem dato hærede, legataria verè dicitur secundum multos, & institutus post illius mortem purè est hæres, adit, & transmittit hæreditatem, temporis conditione reiecta, ut porè non ad infringendam institutionem, aut differendam apposita, sed ad demonstrandam eiusdem uoluntatem, quòd mulier in vsufructu non turbetur.*
4 *Et idem est quando mulier expressè hæres est instituta alio post eius mortem hærede instituto: nam & tunc legataria secundum aliquos censetur, & hæres post mortem institutus, statim hæres efficitur, adit, & transmittit.*
5 *Mulier relicta vniuersali usufructuaria, alio post illius mortem instituto hærede, si is institutus sit de descendentibus, quibus legitimà debetur, temporis dilatio quò ad ipsam legitimam reijcitur, & institutio pura remanet, isque statim est hæres, adit, & transmittit, & testamentum, & legatum sustinetur.*
6 *Conditio casualis apposita institutioni reijcitur in descendente, cui legitima debetur, institutio pura dicitur, & testamentum ualet.*
7 *Successioni ab intestato locus non est, donec locus esse potest successioni ex testamento.*
8 *Descendentes defuncti ab intestato obtinent primum locum in successione, & excludunt fratres germanos ipsius defuncti, & omnes alios transuersales.*

CONSILIVM CLIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

MOrtuo Andrea de Brādinijs de Monte S. Sabini condito testamēto nūcupatiuo die sexta septēbris anno quingētesimo nonagesimo primo, in quo relictis dotib. dominæ Camillę eius nepti ex Marco Antonio filio prędefuncto, & facto quodā legato Don Sabino Monacho Oliuetano nepoti ex eodem filio præmortuo, reliquit Dominam Christophoram de Bartolis vxorē relictam prædicti Marci Antonij ipsius testatoris Nurum Dominam vsufructuariam, & Massariam omnium bonorum suorum eius vita durante, si, & casu quò vidua steterit, & vitam vidualem, & honestam seruauerit, ita quòd non importet alimenta tantum, sed cōsequatur, & in effectu habeat plenum, & liberum vsumfructum, & integrum omnium bonorum ipsius testatoris, & demum suum hęredem Vniuersalem instituit Innocentium ipsius nepotem, & dicti Marci Antonij filium post mortem dictæ Dominæ Christophoræ vsufructuariæ, & defuncto ex inde dicto Innocentio ante mortem Dominę Christophorę eius matris, & vsufructuariæ, vt supra relictę donec vixerit, & vitam vidualem, & honestam seruauerit, Ser Valerius de Brandinijs dicti Andreæ testatoris frater germanus iudicium mouit corā magnifico domino Potestate Montis sancti Sabini tanquam hæres ab intestato prædicti Andreæ contra dictam Dominam Christophoram vsufructuariā vt supra relictam prætendens hęreditatem dicti Andreæ ad ipsum spectare, & dictam Dominā Christophoram dicto vsufructu fuisse, & esse priuandam ob non confectum inuentarium, non præstitam cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & restituendo finiti vsufructu, nec obseruatam testatoris voluntatem circa disposita in dicto testamento, cui petitioni dicta Domina Christophora se opposuit, & facto processu, & causa mihi ad referendum de iure per dictum Dominum Potestatem

commissa, retuli pronunciandum esse pro ipsa Domina Christophora, eã absoluendo à petitis per dictum Ser Valerium ex infrascriptis fundamentis. Primo, quia versamur in ea difficili, ac inter scribentes controuersa quæstione, an cum testatore Nurui vsumfructum vniuersalem reliquerit, & post eius mortem nepotem ex filio hæredem instituerit, testamentum sublineatur, maximè verò vbi Nurus vsufructuaria superuixit hæredi post illius mortem instituto, de qua habetur per omnes Scribentes in l. extraneum, la prima, per illum text. C. de hæred. institur. & in alijs locis vulgaribus, in qua difficultate multi sunt, qui tenent muliere in vsufructu vniuersali instituta alio post 1 mortem illius vniuersali hærede instituto, ipsam mulierem hæredem quoque effici in proprietate, grauatam tamen censeri post mortem instituto restituere, cum interim nullus alius hæres datus sit, Bal. consil. 84. num. 2. lib. 4. Corn. in d. l. extraneum sub num. 23. ver. si verò vxor est instituta, Bellon. dicens esse communem opinionẽ, consil. 7. numer. 5. Rolan. inquiens pariter esse communem opinionem, consi. 29. ad fin. num. 26. vers. quia, lib. quarto. Menoc. consil. 105. num. 6. Duran. de arte testandi tit. de legat. caut. 39. num. 2. vers. vt autem, Simon de Præt. de interpreta. vltim. volun tat. lib. tertio, interpretat. prima, dubitatio. prima, solutio. prima, num. 15. fol. 180. Pereg. in tractat. de fideicomm. artic. quinto, numero 21. versic. quinta est questio. Nec refert quod in casu nostro Nurus non sit instituta hæres in vsufructu vniuersali, quia satis est, quod fuerit relicta vniuersa- 2 lis vsufructuaria adiecto verbo domina, prout in casu isto, quia dictum verbum equipollet verbo hæredi, & est, ac si instituta esset hæres, Bald. dicto consil. 84. sub numero secundo, lib. 4. Alexa. consil. 50. col. prima, & secunda, lib. septimo, & in d. l. extraneum, numero nono, & ibidem Corn. sub dubio tamen, numero 25. vers. & ideo dicit, Ruin. consi. 54. num. 16. & cons. 206. num. 22. lib. secundo, Beroius consi. 41. numero 35. libro primo. Crot. consil. 79. numero 16, versicu. confirmatur, & tertio in prima parte, Simon de Præt. loco citato, numero 17. & Peregrin. dicto articu. quinto, sub dicto numero 21. in fin. & num. 22. Duran. d. caut. 39 sub num. secundo, versi. idem iuris.

Secundo quia, quando prædicta opinio aliquam pateretur difficultatem, dicitur, quod dicta mulier vsufructuaria relicta secundum aliorum sententiam legataria vere est, iuxta verisimilem testatoris mentẽ, 3 & institutus post eius mortem pure hæres est, quasi tempus mortis vsufructuariæ non sit adiectum institutioni ad eam infringendam, vel suspendendam, vel ne in vita vsufructuariæ adire possit, sed ad tollendas legatariæ vsusfructus molestias, & ad differendum hæreditatis commodum instituto, qui illico hæres efficitur, & mero iure succedit, adire potest hæreditatem, illamque ad hæredes suos transmittere, vt declarant Bald. consil. 26. lib. quinto, diffuse Corne. in d. l. extraneum, num. 21. & plur. sequen. versic. quarto tangit Baldus, Paris. consil. 97. numero 3. versic. dico insuper, & numero sexto, & septimo, vers. vlterius dico, lib. secundo, Duran. dicto tit. de legat. dicta caut. 39. numero primo, in fin. & latè Couarr. lib. secundo, variar. resolut. cap. secundo, numero quinto, dicens, quod licet in hoc sint opiniones, tamẽ hoc verius est de iure, Petr. Pecch. de testame. coniug. lib. quinto, cap. 5. in principio, affirmans ex aliorum relatione ita Bononiæ, & alibi iudicatum fuisse, & ita de consuetudine seruari dicit Bald. in l. id quod pauperibus, quæstio. 14. numero 27. versi. aut vxor non fuit hæres, C. de Episcop. & Cleric. cui tanquam Doctori illustri de hac cõsuetudine testanti deferendum dixit Ias. in d. l. extraneum, numero sexto, cui opinioni assentit etiam Peregr. dicto artic. quinto, numero 21. in fin. & nume. 23. & eam latè probat Appostill. ad Allexan. consilio 162. in addit. sub num. 3. in verbo in consi. sub littera B, inquiens formaliter, quod quando testator reliquit vxori vsumfructum omnium bonorum suorum, & post vxoris mortem instituit Titium, quicquid aliqui velint, veritas est, quod Titius statim est hæres, adire potest, & etiam transmittere tãquam pure institutus, quia tempus mortis non est adiectum Institutioni ad illam infringendam, vel ne Titius statim mero iure succedat, vel transmittat, sed quominus vxor turbari possit in vsufructu sibi legato, vnde talia verba non suspendunt, vel in plus limitant institutionẽ, sed ostendunt enixam testatoris voluntatem super efficacia legati, vt ibi per ipsum appostillatorem, qui etiam vult idem procedere, quando testator instituit vxorem in dicto vsufructu, & post eius mortem instituit Titium, vt verba intelligantur secũ 4 dum subiectam materiam, & verisimilem testatoris mentem, & sic institutio vxoris non censeatur, nisi legatum, & statim possit Titius adire hæreditatem, & prout de iure trãsmittere, quam opinionem communem

munem dicit Suarez.in Thesauro recept. sentent.littera V,num.114. & magis communem testatur Rum.consil.54.numero 17.lib.secundo,licet postea subdat,numero 18. & sequent. quod vniuersali hærede præmoriente vsufructuaria in totum hæres fiat,et sic respectu transmissionis videatur ab alijs discrepare.

Tertio,quia cum post mortem Nurus vsufructuariæ institutus fuerit nepos Testatoris ex filio prædefuncto,cui legitima ab ipso Testatore debeatur,detracta Temporis dilatione, quam legitima non admittit,l.quoniam in prioribus,l.omnimodo, & l.scimus,§.cum autem,C.de inoffic. Testam. pura remansit institutio, potuitque statim Innocentius hæreditatem adire, & illam transmittere,Bald.dicto consilio 84. sub numero 1.lib.4. Alexand. in l.filius, à patre num.4.versicul. hanc tamen opinionem ff.de liber & posthum. & in d.l.extraneum num.8.in fin. versicul.quod tamen limitat,& ibidem Corn.sub num.23 versic. vnde articulus,& infra,& Peregr. alios referens,d.art.5.num.25. versic.sic etiam,est enim conditio casualis apposita institutioni,quæ reijcitur in descendente,quò ad legitimam,& pura institutio censetur, & Testamentum sustinetur secundum opinionem Bart. quam totum mundum seruare, & benigniorem, accommuniorem esse testatur Corn.consil.114.numero 1. libro 4. cum qua transit postea consil. 301. sub num 6 versic.nam si tenemus eodem lib.4.& sequitur Clar.in §.Testamentum q.39 in fine num.4.

Quarto quia, cum locus esse non possit successioni ab intestato,donec ei locus esse potest ex Testamento l.quamdiu potest, 39.ff.de acquir. hæred. & ex prædictis tribus fundamentis constet Andreæ Testamentum sustineri de iure, minime potuit Ser Valerius agere tanquam dicti Andreæ hæres ab intestato.

Quintò,quia quando nullum adesset Andreæ Testamentum,vel illud inualidum esset,non tamen tanquam illius hæres ab Intestato iuste ageret Ser Valerius, cum tempore mortis Andreæ superessent eius descendentes ex filio præmortuo, videlicet dictus Innocentius nuper defunctus, & Dñ Sabinus Monachus,& Domina Camilla, qui in successione aui patemi primum obtinent locum, & illius fratres germanos, & quoscunque alios Transuersales excludunt,§ sui autem instit.de hæred. qualit.& differ.& § in testatorum,& §. sequenti,Instit.de hæreditat. quæ ab intestat. deferuntur, & §. primo, in auth. de hæredib. ab intestat. venient. Et ita ex prædictis, omittendo disputationem de oppositis dictæ dominæ Christophoræ à persona non legitima, & cuius non interest, de iure referendum censui decisiuè,& paucis, vt temporis fert breuitas,procedendo, & pro veritate,vt arbitror,respondendo. Anno 1605.Florentiæ. Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quòd alimenta, & dotes debentur ex æquitate Canonica vbique locorum, & in vtroque foro seruanda à patre filijs, & filiabus spurijs, & itidem abauo nepotibus, & neptibus,nedum legitimis ex filio spurio, sed etiam illegitimis ex filio legitimo, imo & ex spurio illegitimè procreatis, nec cessant mortuo dicto patre, vel auo, sed ab hæredibus præstari debent, nisi tales descendentes aliundè habeant, vnde dicta alimenta, & dotes percipere possint; Quòdque superuenientibus diuitijs cessant, sicut exinde superueniente egestate resurgunt,nec illis vlla pactione partium etiam iurata renuntiari potest; Et an relictum pro alimentis, vel dotibus, vt supra debitis, mortuis alimenta, & dotes habere debentibus, ad eorum hæredes transmittatur,an verò ad relinquentem,vel eius hæredem reuertatur; In qua re distinguitur,& plura non spernenda afferuntur.

SVMMARIVM.

1. *Alimenta debentur a patre filio spurio ex æquitate canonica.*
2. *Quæ æquitas ubique locorum, & in utroque foro seruanda est.*
3. *Auus tenetur alere uxorem, & filios filij, & sic nepotes.*
4. *Siue sint spurij ex filio legitimo.*
5. *Siue sint legitimi ex filio spurio.*
6. *Siue sint spurij ex filio spurio, quicquid aliqui in contrarium dicant, & quare ibidem, & numero sequen.*
7. *Auus potest instituere hæredem nepotem spurium*

rium ex filio spurio, & quando, & quomodo.

8 Alimenta à patre filio, vel ab auo nepoti debita non cessant ipso patre, vel auo mortuo, sed ad illa praestanda haeredes tenentur, & antea, nu. 3. in fi.

9 Licet pro illis contra emptores, uel alios à patre, uel auo titulum habentes contra bona acquisita agi non possit, cum pro dictis alimentis non fuerint hypothecata.

10 Nec dicti haeredes talia alimenta denegare poterunt, etiam si defunctus in testamento illa praestari expressè prohibuerit.

11 Filius non est alendus à patre, si ex suo artificio, vel aliter honestè pōt se ipsum alere, & quid si possit seruire Principi in bello, vel domi, vel alteri in mercatura num. 27. 28. & 30.

12 Auus non tenetur alere nepotem ex filio, si ipse nepos aliunde habeat vnde se alat, vel si patrē habeat, qui se, vel familiam alimentare possit, quia prius à fratre, quam ab auo ipsa alimenta petere debet.

13 Alimenta debita à patre, vel auo filio, vel nepoti egenti cessant superuenientibus diuitijs.

14 Quibus cessantibus, & superueniente egestate resurgunt.

15 Pater tenetur dotare filiam spuriam.

16 Auus tenetur dotare neptem ex filio paupere, siue sit spuria ex filio legitimo, siue legitima ex filio spurio, siue spuria ex filio spurio, & antea, num. 3. & seq.

17 Argumentum validum est de alimentis ad dotem tam negatiuè, quam affirmatiuè.

18 Alimentorum, & dotium à patre, & auo descendentibus illegitimis debitorum iura tolli nullo modo possunt etiam pacto iurato. D. Dominicus Tuschus Cardinalis laudatur ibidem.

19 Alimenta, vel dotes filijs, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, non legitimis, vbi per patrē, vel auum assignentur, vel relinquantur in aliqua re, mortuis illis, quibus debebantur, non ad eorum haeredes spectant, sed ad assignantem, uel relinquētem, uel eius hęredes reuertuntur.

20 Nisi in relicto, vel assignatione aliud expressè fuerit dispositum, vel nisi essemus in casu posito infrà num. 26.

21 Quod procedit quando relinquitur, vel assignatur aliquid, ex quo alimenta, vel dotes percipiantur, quia tūc morte expirat dispositio, nec ad haeredes transit, sed ad concedentem, secus si relinquatur, vel assignetur proprietas aliqua pro ipsis alimentis debitis, quia cūc concessum sit alimenta, vel dotē habere debentis, ad eiusque hęredes ipso mortuo transmittitur, & quare num. sequ.

22 Alimenta illegitimis descendentibus, & eodem modo dotes per ascendentes relinqui possunt in proprietate, & bonis stabilibus, tuncque ad haeredes alimentarij, & dotatae transmittuntur, nec ad concedentem, vel eius haeredem reuertuntur.

23 Legatum praediorum ad alimenta percipienda alicui factum intelligitur de pleno praediorum dominio, & non de usufructu solum, ideoque si quid superfit ultra alimenta in redditibus, ad legatarium pertinet, eoque mortuo ad haeredes eius, non autem testatoris transmittitur, & quare num. seq.

24 Spurijs usque ad alimenta per ascendentes relinqui potest in excessu autem uitiatur relictum etiam in proprietate num. seq.

25 Alimenta ubi annuatim praestantur alimentarijs, & illis aliquid superfit, id ipsorum est, & ad haeredes transmittitur, nec ad alimenta praestantem reuertitur.

26 Abbatis opinio de qua supra nu. 19. non procedit quando res assignata proprietate est tam modici ualoris, ut alimenta nimis exigua censerentur, si proprietas ad haeredes non transmitteretur, sed ad concedentem, uel illius haeredes reuerteretur.

29 Nemo tenetur ponere se in periculo uitę, & proinde ire ad bellum pro quaerendo sibi uictum.

31 Cauet, Consil. 199. declaratur circa relictum alimentorum spurio artem habenti.

CONSILIVM CLIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Verissima videtur conclusio, quòd sicut spurij sunt alendi à patre ex ęquitate canonica per cap cum haberet in fin. de eo, qui duxit in matrimonium, quā poll. per adult. vbi etiā hoc notant omnes Doctores, & tradunt Abb. Consi. 50. num. 2. 1 & 3. & Consil. 115. num. 1. & sequē lib. 2. Alex. Consil 74. num. 4. lib. 2. Consil. 113. num. 3. lib. 7. Ias. Consil. 26. num. 4. lib. 1. Calcane. Consil. 62. num. 11. & seq. Dec. Consil. 311. num. 3. Ruin. Consil. 124. nu. 6. & seq. lib. 1. Bart. in auth. ex complexu num. 2. C. de in cest. nupt. Soc. Consi. 161. num. 1. vers tertio, praemitto lib. 2. Marsil. sing. 358. pater in princ. Didac. de Sponsal. & matrim. part. 2. ca. 8. §. 6. num. 1. & seq. Benitend decis. Bonon. 22. num. 1. Boer. decis. 127. num. 2. Menoch. de praesumpt. lib 1. q. 35. num. 13. Surd. in tract. de aliment. tit. primo, q. 10. num. 5. & 6. Duran. de arte testandi tit. primo caut. 14. nu. 13. vers. decimum tertiū, Quae aequitas canonica vbique locorum, & in vtroque foro 2 seruanda est, vt per glos. in dicto cap. cum haberet, & est cōmunis opinio, Ias. dicto Consil. 26. nu. 13. Ruin. dicto Consil. 124. num. 12. lib. 1. Alba Consil. 44. num. 2. & 3. Natt Consil. 108. num. 4. Dec. in ca. cle-

rici,

ricij.num.4 de iudic.latè Capic.decis. 164. num. 1. & 2. Benintend. dicta decis. 22. num.4. Durand. dicta caut. 14. sub nu. 12. Gabr.tit.de aliment.conclus. 1.num.2. dicens esse magis communem sententiam, Molin.de Hispan.primogen.lib.2.cap.15. num.42. Surd.dicta q. 10.nu. 6. quicquid in contrarium dicat Calcane. dicto Cons. 62.num.12. & 13. & nouissimè Vasq. de successi.procreat. lib.2.§.20.num.313.qui tamen neminem sententiæ huic aduersari fatetur.

Ita,& filij Spuriorum,& sic nepotes ab auo alendi sunt, sicut enim pater tenetur alere filium, ita, & vxorem, & filios filij l.

3 si filia.§.si filius fa mi.vers.nec solum vxoris ff.familia Ercisc.glos.in l.si quis à liberis,§.non tantum, ff. de liber. agnosc. & ibi etiam Bart. & Alberic. Aret. Consil. 17. num. 11. Socin.dict. Consil. 161. num. 1. vers.4 & vlt.lib.2. Ruin. Consil. 124.nu. 11.lib.1.Consil.45.num.2. lib.2. Consil. 94. nu.7.& 8. lib. 5. vbi etiam quòd prius tenetur, quam mater, Couar.dicto §. 6. num.5.vers.3.sub infertur, num.16. vers. 10.adnotandum,& alij relati per Surd dicto tit. t.q.12. num. 1. & nedum patre viuente, vt ferè omnes præfati doctores loquuntur, sed etiam eo mortuo, vt probat text.in l.pen. ff. de liber. agnosc. quem ad hoc citat Aretin. dicto Consil. 17. nu. 11. & post eum Surd.dicta q. 12.num.12.qui etiam inquit in hoc casu loqui Ruin. dicto Consil.94.num. 8. & 9. lib.5.& tradit pulcrè Capyc. dicta decis. 164. in 2. dub. num.3. & infrà dicetur in vers. nec mortuo auo.

Quod procedit, siue loquamur in nepote spurio ex filio legitimo, qui legibus est minus odiosus, quam filius spurius, cui patet præstare alimenta tenetur, vt in pun-

4 cto decidit Nicol.de Vbald. de successi. on ab intestat. part prima in 4. specie liberorum, quam opinionem sequuntur Soc. dicto Consil. 161.col.1.vers.4.& vlt. Natt. Consil. 108. num.4. Gabr. dicta conclus. 1.num.6.vers.quarto amplia, Didac. dicta parte 2.cap 8.§.6. num. 16. & alij adducti per Vasq. de success. procreat. lib. 2. §.20. num.318.& per Surd.dicta q. 12 num. 6. & seq. quicquid ipse Vasq contra communem aliorum sententiam subdat, siue agamus de nepote legitimo ex filio spurio, vt probat text. in dicto cap. cum haberet, dum in fine ait, quòd liberis suis pa-

5 ter tenetur necessaria ministrare, quia appellatione liberorum veniunt non solum filij, sed etiam nepotes, l. liberorum ff. de verb. signific. & tradit in puncto Ruin. Consil. 124 num. 11.lib. 1. Roland.Cons. 54 nu.62.lib. 2. Paleot. in tract. de Noth. & spur.cap.47 num.6. Surd.dicto tit. primo quæst. 13. num. 1. & seq. & vltra eos Bald. Consil. 146. num. 5. vers. item præmitte lib. 1.Consil.363.num.4. vers. quæritur vtrum nepos lib. 5.Alex. Consil.88. in 6. dub. num.5 & 6.lib.7.& latiùs antea Consil.74. in primo,dub.per totum,lib.2. Cott. Memor. verbo nepos vers.in nepote,& Duran.de arte testand.tit. 1. caut. 14. nume. 12. vers. duodecimum remedium est,& quidem si nepotes spurij ex filio legitimo alendi sunt ab auo, vt supra proba uimus, multo magis nepotes legitimi ex filio spurio erunt alendi, qui non sunt tam odiosi legibus, quia sunt legitimè nati, & cessat in eis causa, propter quam à lege ciuili alimenta spurio denegantur, siue tractemus de nepote spurio ex filio spurio, quia & si huic nepoti spurio ex filio spu-

6 rio ab auo alimenta præstanda non esse senserit, Bald. Consil.67.num.3. lib. 1. & Consil. 406. num. 2. lib. 3. quod videtur idem consilium, ea ratione, quòd talis nepos, nō solum propria, sed etiam paterna sorditate laboret, sequitur Cott. memor. verbo nepos, vers. sed quid, tamen contrariū firmat Surd.qui tamē de Cotta non meminit, dicta quæst. 13 num. 8. & seq. vers.an vero spurius,ex eo,quod sicuti filius spurius tenetur alere suum filium spurium, vt notant scribētes in d. l. si quis à liberis ff. de liber. agnoscend ita auus tenetur ei succurrere pro alimentis familię, cum sit hoc onus paternum. Addit Surd. aliam rationem, quòd spurius ex spurio

7 potest institui ab Auo, si legitima non extet soboles l. fin, C. de Natur. liber. & ibi Doctor; & præcipuè Salic. quam sententiam sequuntur omnes secundum Boer. decis. 127.num.16.& Pinel.in l. 3. nu. 32. vers.qua in re, C.de bon.mater.qui etiam inquit fortiùs procedere dictam legem finalem in nepotibus spurijs ex filio spurio, quam in legitimis, quia in spurijs cessat ratio, quòd patri quæratur vsusfructus, ex quo pater nō habet filium spurium in potestate, & ita etiam ante præfatos patres tenuit Federic.de Sen. Cons. 57. in 6. dub. sub nu.3. quem secutus est Crauet. Consil. 184. sub nume. 1. ad medium, idem vult Abbas Cons. 50.sub.nu.3.lib.2. vnde recipienda non est opinio Bal. quem etiā reprehendit Crauet.dicto Consil. 184.nu. 1. in fin. licèt non aduertat eum loqui in nepote spurio ex filio spurio.

Nec mortuo auo cessabunt talium nepotum alimēta, quia ad illa illius hæredes

tenebuntur, d.l.si quis à liberis. §. item re-
8 scriptū ff.de liber.agnosc.& ibi gl. & Bart. Gabr.dicta cōclus.1.nu.10.vers.6.amplia, Ruin.Consil.124 nu.12.lib.1.Paleot.in d. tract.ca.48.in fin.Capyc. decis.164.nu.3. Marsil.dicto singul. 358. ante finem vers. quinimo filij, Benint. dicta decis.22.nu.1. ad fin. vers. & prædicta opinio, Couar. de Spōs.& matr.pa.2.c.8.§.6.nu.14.vers.8.cōstat, vbi tamen subdit onus hoc non transire ad emptores, vel alios, qui à patre, vel
9 auo acquisiuerūt bona, quæ minimè pro dictis alimentis Hypothecata cēsebantur, & qua ratione auus tenebatur, eadē illius hæredes teneri debent, per regulam legis hæredem ff.de reg.iur.tenentur enim hæredes ad huiusmodi alimenta per defunctum debita spurijs, etiā si is in testamento ea illis præstari expressè prohibuisset, vt notat Mars.dicto sing.358. in fin. vers. & tene menti, sequendo Bald.in l.id quòd
10 pauperib. C.de Episc. & Cler.nu.38.vers. vltimo quæritur, & ibi etiam Addent.ad eum, Gabr.dicta Conclus.1.num.11.vers. amplia istam, Couar.dicto §.6.nu.5.ad finem vers.quinto infero.

Prædicta tamen omnia sano modo intelligenda videntur, quando scilicet filius egeret, & aliunde non haberet, vnde se, &
11 familiam suam aleret, nam si ex suo artificio, vel aliter honestè posset alere se ipsum, & familiam suam, sicut tūc non posset filius ipse pro se petere alimenta à patre, d.l.si quis à liberis, §. sed si filius, & §. solēt iudices vers.cęterū, ff.de liber agnosc. latè Crauet.Consil.199.nu.1 Calcane.pulcras adducēs rationes dicto Cons. 62. nu. 14.& seq.vers.3.pręsupposito, Benint.dicta decis.22.nu.10.Gabr.dicta cōcl.1.nu.527. vers.2.limita, Coua.loco citato nu.9. vers. 5.quamuis, Surd. decis. Mantua. 244. nu. 3.& in tract.de aliment.tit.7.q.6. nu.1. & seq.& q.9.nu. item 1. & plur. seq. ita nec filius filij, sed deberet prius petere à patre, quam ab auo, vt notat Bart.in d.l. penult.
12 ff.de liber.agnosc.cuius, & aliorum antiquorum opinionem sequitur Aret. dicto Consil.17.nu.11.vers. si autem, & nu.14. vers.sed quādo, qua ratione si hodie adesset egestas, & cras superuenirent diuitiæ, cessaret huiusmodi alimentorum petitio,
13 Gabr.dict.tit.de alimen.dicta cōcl. 1.nu. 29.vers.2.amplia, & alij per eū citati, quibus additur Benint.dicta decis.22.sub nu. 1.in fin.& nu.5.qui etiam subdit, quòd eodē modo si exinde superueniret egestas,
14 ius alimentorum resurgeret, quòd etiam fatetur Gabr.dicta cōcl.1.nu.3. vers.1.amplia, & idem vult Surd.in dicto tract.tit.5. q.7.in fi.nu.57. & 58. Et quæ dicta sunt in alimentis siue à patre filio, siue ab auo nepotibus ex filio vt supra debitis, procedūt
15 in dotibus filiabus, vel neptib. ab eodem præstandis, vt de patre dicunt Bar. in dicta auth.ex cōplexu nu. 4. C. de incest. nupt. & in l.fin.num.7. ff.de his quib. & indign. Capyc.d deci.164.nu.2.& 3. Abb.d. consi. 50.nu.2.& 3.& Cons.115.nu.1. & seq.lib. 2. Alba.cons.44. nu.3. & 4. Crauet. dicto cons.199.sub nu.1.Benint. dicta decis.22. nu.1.Couar.dicto §.6.nu.11.& 12.vers.6. ex his infertur, & infra, & est cōis sentētia, vt per Vasq.dicto lib.2.de succes.procreat. §.20.nu.314.quicquid ibi ipse dicat ex suo capite, Gabr.dicta concl.1.de aliment. nu. 14.vers.9. amplia, & alij per eum citati, & de auo est text. in l. dotem quā dedit ff. de collation.in l.auus cum gl. ff.de iur.dot.&
16 in l.qui liberos ff de rit.nupt.& ita in proprijs terminis ex pluribus latè concludit Aret.d. cons.17.in 4. dub. nu.13. & seq.& volunt etiam Ruin. cons.45.num.2.in fi. lib.2.cons.94 nu.9.lib.5.Crauet.cons.219. nu.1.& seq.Natt.cōs.363.nu.5.Surd.alios referens dicta q.12.nu.5.& dicta q.13. sub num.2.ad fin.& num.3. Nec mirum, quia valet argumentum de alimētis ad dotem,
17 cum dos loco alimentorum succedat, vt præfati doctores dicunt, & latè ostendit idem Surd.in eod.tract.d.tit.1.q.10.nu.9. ita vt dici possit, quod in omnib. casibus, in quib. pater filium, vel auus nepotes ex filio alimentare tenetur, in eisdem etiam filiam, vel neptes dotare debeat, in illis verò, in quibus filijs, vel nepotibus alimenta præstare non debet, in eisdē dotes, filiabus, vel neptibus dare non teneatur, cum æqui paratorum idem sit iudicium iuxta l.primam cum ibi notat. ff.de legat.1. Nec ius hoc alimentorum, & dotium debitorum,
18 & debitarum vllo pacto partiū etiam iurato tolli potest, vt post Specul. Bart. Bald. Alber. Alex. Dominic.& Felyn.tradit Didac.de Spons.& matri.par.2.c.8.§.6.nu.3. vers hanc tamen, & nouissimè Illudriss.& Reuerendiss. D. Card. Tuschus mihi D. obseruandiss. cū quo in hac ciuitate Florentiæ sępiùs iudicaui, dum esset Auditor supremi Magistratus Clarissimorum Dominorum Consiliariorum, quod munus summa cū laude exercuit, eiusq; maximā prudētiā, ac eminentē scientiā oībus ostēdit, in primo tomo suarū concl. in verbo alimēta, cōcl.308.nu.13.vers.cōtrariū, qui tñ antea nu.12. multa in oppositum ponit, & tandē nu.14.declarat vt opinio hæc procedat, quando iuratum fuit genere, cōtraria verò quando fuit iuratum in specie.

Sanè

Sanè illud omittendum nō est, quòd si aliquid pro alimentis, vel dotibus filijs, vel filiabus, nepotib. vel neptib. illegitimis p patrem, vel auum relinqueretur, vel assi-
19 gnaretur, id mortuis illis, quib. relictum, vel assignatum fuerat, non ad eorum hæredes spectaret, aut transiret, sed ad ipsum relinquentem, vel assignantē, vel eius hæredes rediret, vt consulendo determinauit Abbas consil. 50. num. 3. & 4. & consil. 115. sub nu. 1. in fine, & nu. seq. lib. 2. quem secuti sunt Calcane. consil. 62. nu. 17. vers. 4. tunc in fine, Dec. cons. 31. sub nu. 3. Alba. cons. 44 in fine, Crauet. consil. 186. nu. 16. Turret. cōs. 31. nu. 6. & 7. vers. quartum argumentum, & nu. 26. vers. tandem non refragatur lib. 1. Capyc. decis. 181. sub nu. 3. Tiraq. de iur. primog. q. 74. nu 6. Benint. decis. Bonon. 22. nu. 5. & 6. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Cent 2. Casu. 169. nu. 10. Bald. Nouell. in tract. de dote in 6. parte priuil. 16. Couar. de Sponsal. & matrim. in 2. parte c. 8. §. 6. nu. 15. vers. 9 est aduertendum. Pallat. Rubeus in c. per vestras, §. 24. in verbo in constituenda tamen dote nu. 4. cum seq de donat. inter vir. & vxor. Gabri. tit. de alimen. conclus. 1. nu. 37. vers. 6. limita, & num 39. vers. amplia primam cōmunē opinionem, Surd. in dicto tract. de aliment. tit. 5. qu. 7 num. 1. 2. & seq. inquiens esse cōclusionem claram, & communem, quicquid in contrariū dixerit Beroi. cons. 165. num. 13. & seq. lib. 2 quem reprobat, & benè Surd. nu. 8. 9. & 10. & ante omnes prædictos patres Bald. cons. 91. in fine, vers. item considerand a sunt lib. 1. & in l. eam quam nu. 41. in fine C. de Fideicomiss. nisi assignans aliud expresse dispo suisset, vt per Abbat & Benint. in locis
20 allegatis per Gabri. vbi supra nu. 40. vers. 2. sublimita, per Capyc. dicta decis. 181. nu. 4. & 5. per Turret. dicto cons. 31. nu. 24. vers. cōfirmatur hæc opinio, & per Surd. dicta q 7 nu. 5. & seq. & iterum num. 21. & seq. & antea per Bart in d. l. fin. nu. 7. ff. de his quibus vt indign. quando scilicet relinquuntur, vel assignantur aliqua bona, ex
21 quibus alimenta, vel dotes percipiantur, nam tunc secuta morte eius, cui assignatio facta erat, expirat ipsius assignationis effectus, nec ad hæredes transit, sed ad assignantem, vel eius hæredes reuertitur, secùs verò si relinquatur, vel assignetur proprietas aliqua, vel fundus pro ipsis alimentis debitis, quia tunc qđ relictum, vel assignatū est, rōne proprietatis acquiritur, alimenta, vel dotē habere debenti, ad illiusq; hæredes eo mortuo trāsmittitur, vt distinguendo tradit Menoch. dicto casu 169. nu. 10. quem sequitur Turret. dicto cons. 31. nu. 27. vers. occurritur enim lib. 1. nec enim dubitari potest, quin stabilia filijs il-
22 legitimis ad alimenta, vel dotes relinqui possint, illaque tunc alimentarij, & dotatę fient, ad eorumque hæredes transmitti vt idē Menoch. dicit dicta cent. 2. casu 170. nu. 26 & Turret. cōs. 85. nu. 16. & seq. vers. nec prædictæ conclusioni lib. 2. quam distinctionem licet præfati Doctor. non dicant, optimè probat text in l. 4. incipiente
23 libertis, libertabusque ff. de alimentis, & cibarijs legatis, vbi testator legauit prædia ad hoc, vt liberti inde se alant, & cū quæreretur vtrum proprietas, an vsusfructus relictus esset, & si proprietas relicta videretur, an si quid superfluum inueniatur in redditibus, quam in quantitate alimentorum, id ad legatarios pertineat, an verò ad hæredem testatoris, & an mortuis ipsis legatarijs relictum ad hęredes ipsorum legatariorū, an verò testatoris perueniat? Respondit Modestinus videri sibi ipsa prędia esse libertis relicta, vt pleno dominio illa habeant, & nō solum per vsumfructum, & ideò si quid superfluum, tam in redditibus, quam in cibarijs erit, hoc ad libertos pertinere, illisque mortuis ad eorum non autem testatoris hæredes relictum trāsmitti. Quæ res etiam maximam ęqui-
24 tatem habere videtur, nam cum spurijs vsque ad alimēta relinqui possit, & in excessu relictum vitietur, vt per Bart. in l. fi. num. 7. ff. de his quibus vt indign. per Bal. in d. l. eam quam num. 41. in princ. per Capyc. dicta decis. 181. nu. 1. & seq. per Turret. dicto cons. 85. nu. 17. & 18. vers. quia respondetur lib. 2. & per Didac. Couar. vbi supra nu. 11. & 12. vers. 6. ex his infertur in fin. & vers. seq. si relictum non excedit alimenta, etiam quod sit in proprietate, ad
25 legatarij hæredes vtique transire debet, cum relicta sint loco alimēiorum, quæ si annuatim tradita fuissent spurijs, eorum effecta fuissent, nec si quid superfuisset, restituere tenerentur, sed ad eorum hæredes transmitterent, vt dicit Turret. dicto cons. 31. sub nu. 27. vers. & ratio est, alioquin si proprietas relicta pro alimentis, aut dote ad patris, vel aui hæredes redire deberet, & nō ad spuriorū hæredes transmitti, magnum sequi posset absurdum, quia scilicet si inspecto patrimonio relictum
26 in proprietate valoris puta tercentorum non sit excessiuum, si vsusfructus tantum dictorum tercentorum constitutus censeretur pro ipsis alimētis, aut dote loco alimentorū, ita exigua essent alimēta, habita ratione temporis, quo quis viuere possit iuxta

iuxta l. hæreditatum ff. ad l. Falcid. vt pro quarta parte anni non sufficeret, & pro reliquo tempore fame perire posset, vt propterea tūc non procedat opinio Abbatis, quemadmodū contra illum tenēdo considerat Roderic. Suarez. in l. 1. de Todo Lome. nu. 24. 25. & 26. & videtur sentire Coua. in dict. §. 6. sub nu. 15. post vers. 9. est aduertēdū ad finē vers. imo si res, & ita ēt nouissimè tenet Surd. dicta. q. 7. n. 54. vers. 5. non habet locum, dicens simpliciter, ꝙ si proprietas pro alimentis relicta non excedit valorem alimentorum æstimandorum pro tpe vitæ creditoris, & in singulos annos prestandorū, eo mortuo non reuertitur ad dantē, sed ad ipsius accipientis hæredes transmittitur, vt ibi per eum, qui ēt nu. seq. ponit, quid in hac æstimatione facienda, sit considerandum, vbi declaratio ista vera sit, de qua dubitare videtur.

Et ſm prædicta pro veritate, ac si iudicaturus essem, respondi Illustriss. & Eccl. Domino Alberico Cybo Principi Massæ, ac sacri Imperij, cuius benignitati multū me debere profiteor, Nec immemor sū, quod iam annis triginta elapsis fui Commissarius in eius Commitatu Ferētilli in statu Ecclesiastico, vbi ius dixi per spatiū vnius anni, Sed iā absoluto, & transmisso cons. 9. superuenit dubitatio, super qua respondere pro veritate sum requisitus, nec 27 id facere deesse possum. Quæritur. n. an Auus iurenepotibus, de quib. locutus sū, alimēta denegare possit, vbi sint iuuenes sani, robusti, & tales, qui honestè possent Principi alicui seruire in aula, vel in bello, & hoc modo stipendia, & victum sibi cōparare, in qua re Curt. Iuni. Conſ. 148. nu. 5. vers. & eo maximè, tenuit, ꝙ tali personæ eo modo valēti sibi victū quærere, nō debeant alimenta præstari ab eo, qui alioquin ad ea illi exhibenda tenetur, de quo dicto mentionē facit Surd. in dicto tract. de aliment. tit. 9. q. 28. in princ. post alios per eū citatos, qui tñ nu. 2. inquit, ꝙ cum hæc controuersia de facto contigisset in-28 ter quosdā nobiles Mātuanos, nō placuit Senatui dicta opinio Curt. & propterea illa spreta censuit filio prouidendū a patre de debitis alimentis, & ꝙ principalis ratio Senatus fuit, quia si filius diceretur habere vnde viueret, qñ posset Principi seruire in bello, vel domi, nō esset distinguēdū inter filium artificem, & inertem, prout Doctores distinguunt, & ipse dixit in eod. tract. tit. 7. q. 6. & q. 9. superfluaq; esset illa cōis traditio, cū semper alimēta petenti obijci posset, ꝙ seruiret Principi, ex hocq; solo, probando eum sanū, & robustum, admitteretur exceptio. Addit nu. 3. & seq. alias 29 rationes pro ſnia Senatus contra Curt. quarum vna est certissima respectu belli, ꝙ nemo tenetur ponere se in periculo vitæ l. fin. C. de accusation. l. 3. C. ad leg. Iul. maiestat. & l. nostris C. de calumniator. cū similibus. Addo ego, ꝙ Curt. idē vult in eo, qui aptus est se exercere in mercatu 30 ra, cui pariter denegari possint alimenta, ꝙ si verum esset, obligationem hanc alimentorum ferè in totum destrueret, cum pauci admodum sint, qui non possent vel in militia, vel in mercatura, vel in seruitiis alicuius Principis, vel magni nobilis sibi victum, & alimēta comparare, vt præcisè loquitur Curt. Iuni. & nūquam, aut certè raro darentur alimenta descendentib. & legitimis, quibus tamē præstari videmus, vbi ex artificio, vel proprio patrimonio illa sibi parare nō possint, optimèq; contra dictam Curt. opinionē faciunt tradita per Crauet. conſ. 199. col. 1. & seq. quē sequū-31 ti sunt Paleot. de Noth. & spur. ca. 48. nu. 6. & Addent. ad Deci. conſ. 576 in 1. apostilla in verbo quando sub litera A. dicentes, ꝙ ita practicatur, de cuius tamen dicti veritate, & intelligentia latissimè differit Surd. in eo tract. tit. 7. q. 9. nu. 11. & quampluribus seq. vers. quod tamen dictum est. Anno 1605. Florentiæ. Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quod faciens vti heres alterius grauari aliquem tanquā defuncti debitorem debet se heredē probare, & debitum docere: & quid probare habeat, qui se heredem alicuius facit, siue ex testamento, siue ab intestato, & an abintestato sufficiat ostēdere, quod sit coniunctus in certo gradu, an verò etiā exigatur probatio, quòd nullus eū antecedit: et an agens ad totam hæreditatē, ad cuius partem solummodò vocabatur, obtinere possit in portione sibi debita, an verò potius in totū succūbere.

SVMMARIVM.

1 *Quis non debet admitti vt talis, nisi probet se esse talem.*
Agens tanquam hæres debet probare se esse hæredem, ibidem.
2 *Agens vti hæres ex testamento debet ostendere testamentum.*

3 *Agens*

3 *Agẽs uti hæres ab intestato tenetur probare se esse defuncto coniunctum, & proximiorem, & nullum extare, qui eum præcedat, vel saltem se esse coniunctum in certo gradu absque eo, quod ostendat, quod nullus eum antecedat. num. 4.*

5 *Agens uti hæres insolidum ad totam hæreditatem ab intestato, constito quod alij extent in pari gradu, non obtinet, sed succumbet pro portione ad illos spectante, nisi de eorum cessione, vel repudiatione ostendat, immo, & hoc casu sic petẽtem in totum succumbere, & sic etiam pro portione sibi debita propter libelli ineptitudinem multi sentiunt num. 7.*

6 *Qui speratur admitti ad partem, facit partem.*

8 *Agens ad hæreditatẽ alicuius ab intestato mortem illius probare tenetur & quòd sine testamento decesserit.*

9 *Scriptura priuata non recognita, non confessata, nec iustificata nullam fidem facit, nec debitũ, de quo constare debet, probat num. 11.*

10 *Etiam si à publico notario confecta fuerit, cum solemnia instrumenti non habeat.*

CONSILIVM CLV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis vertente inter Petrum Berti à Rocca Clusij appellantem ex vna parte, & Ioannẽ Francisci de Largena potestetiæ Capresij appellatum ex altera, retulit domino Vicario Anglaris partes eius esse in reuocando sententiam ab officiali Potestetię Capresij latam ad fauorem dicti Ioannis, & contra dictũ Petrum, annullando successiuè grauamentum ad instantiam dicti Ioannis factum contra Dettum Sensi de Gragnano tanquam debitorem Matthęi quondam Bernardini de Largena.

Motus, quia cum dictus Ioannes egerit vti hæres dicti Matthæi, & nõ probauerit 1 se esse talẽ, debet succumbere: nã non debet quis admitti, vt talis, nisi probet se talem. l. non ignorat C. qui accus. non poss. & l. falsus tutor ff quod fals. tutor, & optimè seruit text. in l. actor C. de probat. & in l. ei, qui dicit ff. de probat. vnde cum tanq̃ hæres Matthęi ageret Ioannes, tenebatur ostendere testamentum dicti Matthęi, si 2 ex testamento hæredẽ se prætẽdebat Bar. cõs. 90. nu 3. vers. super 4. & nu. 1 t. vers. ad declarationẽ prædictorũ lib. 1. vel si ab intestato, docere, sed dicto Matthæo coniũctũ, & proximiorẽ in gradu, & nullũ super 3 esse, qui eũ antecedat, vt elegãter determinat Angelus Aret. in § actionũ propè finẽ sub nu. 77. vers. si aũt ab intestato Instit. de actionib. Alex. consi. 124. nu. 1. & seq. lib. 7. Dec. cõs. 321. nu. 2. & seq. in 1. dubio. Aret. in l. sed & si de sua col. pen. sub nu. 4 vers. tangit & hic. ff. de acq. hęr. dicẽs se indubitãter credere opinionẽ hãc esse veriorẽ, & alij adducti p Gabr. tit. de probat. concl. 6. nu. 23. vers. 4. Infertur, quib. addo Albam cõs. 61. nu. 1. & 2. Cephal. cõs. 133 nu. 47. vel saltẽ ostendere debebat se esse d. Matthęo in certo gradu coniunctũ, si non cæ4 teris potiorem secundum snĩam aliorum tenentium hoc casu sic probantẽ habere intentionem fundatam absque eo, ꝙ probet neminẽ ipsum in gradu successionis pręcedere, quasi quod hoc præsumatur, vel probetur, contrario nõ probato, vt tradunt in l. is potest ff. de acquir. hæred. Roman. in fin. sub nu. 14. Alex. nu. 15. vers. sed iuxta prædicta & Marãt. nu. 198. vers. iuxta prædicta, Roman. in l. hæres institutus 32 ad fi. nu. 13. eo. tit. Alex. in l. sed & si de sua in fi. nu. 8. eo. tit. & cõs 179. n. 10. vers. requisitus sum & lib. 7. Dec. cons. 32 t. sub nu. 1. vers. & pro agẽtib. benefacit, & sub nu. 10. col. fi. vers. vltimo non obstat. Soc. cons. 89. col. 4. sub nu. 8. vers. & si iterũ dicatur lib. 1. Come. cons. 197. nu. 2. & seq. lib 4. dicens, hãc opinionem esse veriorẽ, & secũdum eam obtinuisse, licèt fateatur rem esse dubiam, Ruin. cons. 154. num. 4. vers. ꝙ autem lib. 3. Iason cons. 34. in principio nu. 1. & col. 3. & 4. sub num. 5. & seq. vers. non obstãt replicationes, & ins. lib. 1. Rube Alexãdrin. cons. 16. nu. 17. vers. & si dicatur, Cęphal. cons. 133. nu. 53. vers. nec obstat, Inquiens esse crebriorẽ, & veram opinionẽ, Crau. cons. 249. ante nu. 1. vers. quæ probatio, Gabriel dicta cõclus. 6. sub nu 23. vers. contrarium tenet in illatione prædicta, Cotta memor. in verbo negatiua post principium vers. & pulchrum casum, Hercul. in tract. de probat. negat. sub nu. 99. vers. contrarium tamẽ in fi. & fuit dictum originale Cum. in d. l. is potest, & in d. l. sed & si de sua ff. de acquir. hæred. ab omnibus allegatum, licet in libro meo minimè hoc dicat; Quod in tantum videtur esse verum, vt & agens tanquam hæres ad totam hæreditatem alijs 5 existentibus in pari gradu, & par ius obtinentibus, non audiatur, nisi ostendat de cessione, aut repudiatione expressa, vel tacita eorum, & facta petitione de tota hęreditate, si doceatur alios in eodem gradu extare, etiam quod nõ constet eos acceptas-

ceptasse ius sibi competens, debeat sic petens succumbere pro parte aliorum in pari gradu existentium, non docto per ipsum petentem de repudiatione, vel cessione, vt supra, vt pulchrè ostendit Castren. consil. 77. in septimo dubio, ad fin. sub numer. 6. lib. 2. Calcan. consil. 77. sub nume. 13. post vers. opponitur, & quinto, sequitur Crau. alios adducens consil. 144. circa fin. numero 21, & videtur text. in l. 2. ff. si pars hære. petat. & in l si duobus, ff. de legatis primo. In quibus iuribus habetur, quod qui sperá-
6 tur admitti ad pacem, facit partem; Quinimo & hoc casu sic petentem succumbere in totum, ita vt nec partē ad ipsum spectantem habita ratione omnium par ius habentium obtinere possit, eo quod tunc libellus reddatur ineptus, & male conce-
7 ptus, Ideoque nihil ex eo obtinere possit, sed in totum succumbere debeat, censuit Crauett. dicto consil. 144. in finalibus verbis, citans ad hoc Calcan. consil. 9. vbi nihil de hoc dicit, sed bene id renuit d. consi. 77 sub num. 13. vers. opponitur & quinto, & idem in isto casu reperio voluisse Cast. consil. 455. sub num. 2. vers. secundo principaliter, lib. primo.

Amplius in casu nostro mortem Matthæi, & quod ab intestato decessisset, probare tenebatur agens ex traditis per Bart. consil. 90. nu. 12. versic. item sciendum est,
8 lib. primo, quem sequitur, eius opinionem latè, & subtiliter defendendo, Aret. in d. l. sed etsi de sua, colum. penultim. & fin. sub numero quarto, & quinto, vers. amplius dixi, vbi etiam inquit, quod ita alias consuluit in Ciuitate Aretij, & confirmatur ex dictis per Iasd. consil. 34. col. prima, lib. primo.

Alia etiam ratione non potest agens obtinere, quia fundat intentionem suam ex scriptura priuata non recognita, non confessata, nec verificata, & propterea nullam fidem faciente, nec aliquo modo proban-
9 te debitum, pro quo vti hæres dicti Matthæi grauari obtinuit Bettum Sensi. Afsli. decisio. 85. in fin. nunero sexto, & notant omnes Scribentes in l. scripturas, C. qui potior. in pigno. habeantur, etiam quod a notario esset scripta, cum non habeat solemnia instrumenti, Bald. consil. 55. numer. 1. lib. 2. consil. 438. in fin. lib. tertio. Alex con
10 sil. 13. num. 8. vers. constat autem, lib. primo, Dec. consil. 458. num. 6. vers. similiter authoritas tabellionis, Crauett. consil. 56. numero primo, & consil. 121. numero 13. vers. breuiter, de quo debito in primis constare debebat Roman. consil. 224. in toto,
11 Roland. consilio 20. per totum, libro primo, Anchar. Regien. quæstione tertia, per totam in secunda parte. Anno 1606. Florentiæ. Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quod Emphyteota Ecclesiæ bona Emphyteotica irrequisito Domino locans ad decennium, vel aliud tempus longum priuatur iure suo, præiudicat filijs, & alijs sequentibus in inuestitura vocatis, propria authoritate expellitur, nec vlla sententia exigitur; quod conductor non valens vti re conducta ex culpa locatoris agit ad interesse contra locatorem, & eius hæredes, & quomodo probetur, quem esse alterius hæredem maxime Florentiæ propter statutum, quod ex possessione rerum hæreditariarum defuncti quis dicatur effectus hæres, & obnoxius omnibus oneribus hæreditarijs, etiam si ex alia causa illas possidere potuisset, & latissimè qualiter & in quibus casibus, & in quibus bonis tale statutum procedat, & quando effugiatur, & quomodo aliud statutum, quod mortuo granato bona in fideicommissarium transeant recta via, absque aliqua restitutione, intelligatur, & de pluribus alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1. *Emphyteota Ecclesiæ non potest bona Emphyteotica vendere irrequisito Domino directo.*
2. *Nec ea ad longum tempus locare, & nu. 4. reprobata contraria opinione, nu. 5.*
3. *Locatio ad longum tempus transfert in conductorem vtile dominium, & possessionem.*
4. *D. Dominicus Tuschus Cardinalis Sanctæ Ecclesiæ Romanæ commendatur.*
6. *Locatio ad decem annos dicitur ad longum tempus.*
7. *Alienationis prohibitio per pactum trahitur ad locationem ad longum tempus, maxime vbi facta sit per verba generalia, & vniuersalia, quæ includunt, quæ alias non includerentur, & alienationem quamcunque etiam impropriam, numero 8.*

Em-

9 *Emphyteota alienando rem emphyteoticam irrequisito Domino praeiudicat filijs, & alijs sequentibus in concessione comprehensis.*

10 *Hac aliqua contra sic alienantem requiritur Iudicis sententia.*

11 *Emphyteota cadens a iure suo propter alienationem irrequisito Domino factam potest à Domino directo propria authoritate expelli, saltem Emphyteota factis nō resistente n. 12.*

13 *Conductor non valens uti re cōducta ex facto, & culpa locatoris agit ad interesse contra dictum locatorem, & eius haeredes, num. seq.*

14 *Contractus locationis, & conductionis transit in haeredes, & obligat eos.*

15 *Agens cōtra unum uti haeredem alterius etiam filium probare debet eum esse talem, etiam si sic conuentus iudicium subeat, & se esse haeredem non neget, dummodo non fateatur nu. 16.*

17 *Blaxius Curinus Pontremulensis laudatur.*

18 *Haereditatem quis dicitur acceptare ex actibus qui fieri nequeunt citra Ius, & nomen haeredis ibidem declaratis.*

19 *Haereditatem sibi delatam quis acceptare dicitur compromittendo cum legatarijs.*

20 *Haereditatem sibi delatam quis dicitur adire possidendo bona defuncti, etiam sibi cum eo communia, si in eis plus sua portione possideat, nulla facta protestatione, quod ex alia causa, quam haereditatis teneat.*

21 *Actus, qui proprio, & alieno nomine fieri potuit, in dubio nomine proprio potius, quàm alieno factus praesumitur.*

Et proinde gerens actum, qui & haereditario nomine fieri potuit proprio, & non haereditario alieno nomine, in dubio haereditatis aditionem inducit ibidem.

22 *Haereditas acceptata dicitur per eum, cui delata est, soluendo legatu, vel aliter testatoris mentem adimplendo.*

23 *Haereditatem acceptare videtur, qui bona defuncti in aestimo descripta ad suam partitam Catastri describi facit tanquam ad ipsum peruenta ex haereditate defuncti.*

24 *Liber aestimi probat apprehensionem, & possessionem bonorum eius, ad cuius partitā sunt descripta.*

25 *Haereditas quattuor modis adiri potest, & qui sint, ibidem declaratur.*

26 *Actus sequens clarus declarat praecedentes dubios; haereditatem sibi delatam acceptans, si antea actus dubios circa talē aditionem fecerat, eos omnes Iure haereditario factos fuisse dicitur declarasse ibidem.*

27 *Statutum Florentiae, quod ex possessione rerum haereditariarum quis dicatur effectus haeres, & obnoxius omnibus haereditarijs oneribus, declaratur: & an procedat etiam quod possidens tales res ex fideicommisso, vel alia causa deberētur, & etiam quod ex dicta alia causa se possidere declarasset, si dictam possessionem authoritate Curiae iudicialiter adeptus non fuerit, & num. 28. 29. 30. 31. 32. & 33. & ibidem quid sit, quando quis uteretur bonis defuncti iure familiaritatis, & propinquitatis, & potius diceretur detentus, quàm detentor.*

34 *Statutum florentinū praedictum, quod ex possessione bonorum defuncti quis efficiatur haeres, etiam si ex alia causa ea possidere posset, an semper effugiatur possidēdo authoritate Curiae, an verò requiratur, quod praecedat repudiatio, & postea sequatur assignatio authore Praetore, & an in omnibus bonis defuncti procedat, an autem in his tantum, in quibus haereditas habet dominium, vel quasi, non autē in alijs, quae subiecta sunt restitutioni, & mortuo grauato recta via transeunt in fideicommissarium ex alio Statuto florentino nu. 35. 36. 37. & seq.*

38 *Statutum florentinum, quod dominiū bonorum fideicommissariorum mortuo grauato transeat recta via in fideicommissarium absque aliqua restitutione, declaratur & num. seq.*

39 *Dominium rei legatae transit in legatarium à morte defuncti, non potest tamen illud propria authoritate capere legatarius ibidem.*

41 *Haeres haereditatem adiens cum beneficio Inuentarij lapso tempore ad illud faciendum, & eo non facto, remanet haeres simpliciter sine dicto beneficio & tenetur omnibus creditoribus & legatarijs ultra vires haereditatis.*

42 *Haeres cum beneficio Inuentarij tenetur illud facere de omnibus in haereditate dimissis.*

43. *Haeres dicens non adesse bona, debet probare, nec sufficit id allegare non facto inuentario.*

44 *Inuentarium factum per usufructuarium non prodest haeredi adeunti cum beneficio inuentarij, imo nec per ipsummet haeredem ad alium finem, vel ad alium effectum, & num. 46.*

45 *Haeredibus pluribus volentibus haereditatē cum beneficio Inuentarij adire, debet unusquisq; ex illis inuentariū facere, vel oēs uni cōmittere.*

47 *Sucumbens in lite excusatur ab expensis in articulo Iuris, super quo Iudicum vota fuerant diuisa.*

48 *Ius ex facto oritur.*

CONSILIVM CLVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

SVper Controuersia amicabiliter terminanda existimaui referendum partes Arbitrorum, seu arbitratorum esse indeclarando, quod Dantes de Azutis à fabrica, quià Reuerendo Domino Christophoro de Sestinis de Bibiena, uti Priori Sanctae

Sanctæ Margheritæ de Ortignano Aretinæ Diocesis in Emphyteosim bona quædam stabilia accepit, & postea eadem locauit per annos viginti Antonio de Fabris de Ragiolo, ceciderit à iure suo ob dictam locationem, & eius filiis, & descendentibus masculis in Inuestitura comprehensis præiudicauerit. Quoniam certissimi iuris esse existimo, quod sicut Emphyteota Ecclesiæ non potest bona Emphyteotica vendere, irrequisito domino directo 1 per l. fin. C. de iure Emphyteotico, & c. potuit de locat. ita non possit ad longũ tempus locare, quia de natura talis locationis 2 est, quod transferatur possessio, vt notatur in l. si quis ante ff de acquir. possess. & in l. si vt certo §. si duobus ff. de commod. 3 & etiam vtile dominium l. 1. in fine cum l. seq ff. si ager vectigal. vel emphyteot. petat. Quo casu nõ potest talem locationem facere irrequisito domino, sicut nec vendere, & ita est de mente Specul. tit. de lo-4 cat. §. nunc aliqua quæst. 123. num. 149. iuncta quæst. 124. num. 150. & expressè notat Ioan de Imol. in cap. potuit super 3. gloss. extra de locat. & ita etiam consulendo tenuit Bald. consi. 415. in principio lib. primo, & latiùs Alexan. consil. 165. num. 2. lib. 2. consil. 104. nu. 4. & 5. & consi. 119. in fine num. 7. lib. 3. & consil. 113. num. 1. lib. 4. quem sequitur Iason in d. l. fi. nu. 112. Aret. consil. 55. num 2. & 4. Ruin. consil. 148. num. 4. & sequent. & cons. 161. num. 30. lib. 1. Natta consil. 114. num. 3. & plures alij, quos refert, & sequitur Corbol. de causis, ex quibus Emphyteota iure suo priuatur tit. de causa priuationis ob alienationem ampliatione 35. nu. 1. & 2. vbi etiam testatur esse opinionem veram, & frequentiori Doctorum calculo approbatam, & nouissimè Illustrissimus & Reuerendissimus D. Cardinal. Tuschus summæ eruditionis, integritatis, & famæ Iureconsultus in suis concl. practic. tom. 1. conclus. 261. nu. 7. vers. amplia, quia Emphyteota, quicquid in contrarium aliqui 5 dixerint, quos cessante consuetudine reprehendit Clar. in §. Emphyteosis quæst. 19. ad finẽ, & post eum diffusius Corbol. vbi supra num. 4. cum pluribus sequentibus, vbi etiam respondet omnibus in contrarium facientibus.

Constat autem, quod locatio nedum ad annos viginti, sed etiam ad decem tantum dicitur ad longum tempus Clem. 1. cum ibi notat. de reb. eccles. nõ alienand. Alex. consi. 165. sub num. 1. vers. secundo adducitur lib. 2. & copiosè consil. 17. ferè per totum lib. 4. Dec. testans de communi consi. 204. num. 1. & seq. Paris. consi. 98. num. 5. lib. 4. Castr. in l. codicillis §. Instituto in fin. ff. de leg. 2. & de cõmuni restantur Couar. lib. 2. variarum resolur. cap. 16. num. 1. Menoch. de arbitrariis Iudicum lib. 2. centuria 1. casu quinto nu. 8. Pinel. in l. 1. in tertia parte sub num. 64. C. de bonis matern. & Corbol. in dicta ampliatione 35. nume. 14. vers. & scito, sequitur Illustrissimus D. Cardinalis Tuschus dicta conclusione 261. num. 5. vers. amplia, quia prohibitus. Quæ conclusio magis de plano admittenda est in casu, de quo agitur, 7 stante pacto in contractu concessionis in Emphyteosim apposito, quod bona in totum, vel in partem non possint vendi, alienari, permutari, in pignus, vel in dotem dari, vel de eis aliquis contractus fieri sine expressa licentia Domini, & eius successorum, & quod si modo aliquo dicta bona in totum, vel in partem venderentur, vel alienarentur quoquo modo, vt supra, eadem bona cum omnibus melioramentis, & fructibus tunc temporis super eis existentib. liberè reuerterẽtur ad dictã Ecclesiam, & eius Rectorẽ, dominiumq; vtile cum directo consolidatum intelligeretur.

Quo casu prohibita intelligeretur quęuis alienatio ẽt impropria per verba tam 8 ampla, generalia, & vniuersalia, quę solẽt includere, quæ aliàs non includerentur, vt superflua, & otiosa non sint, sed aliquid operentur per ea, quæ congerunt Alexan. consi. 30. num. 15. lib. 5. Roland. consil. 79. num. 29. cum quampluribus sequentibus lib. 2. Burfatt. consi. 77. num. 13. & sequent. lib. 1. & Corbol. in dicto tractatu tit. de causa priuationis ob lineam finitam num. 51. vers. nono, videtur.

Nec dubium est, quin per prædictam alienationem alienans præiudicauerit filiis, & aliis sequentib. in concessione comprehensis, quia cum talis alienatio irrequisito Domino sit contra naturam contractus, delictum primi, vel secundi reci-9 pientis nocet omnibus aliis in Inuestitura comprehensis Bar. in l. 3. num. 3. ff de interdictis & relegat. Alex. consil. 30. num. 16. vers. non obstat lib. 1. Ruin. consi. 165. num. 10 lib. 1. Grat. consil. 79. num. 25. & sequent. vsq; ad finem lib. 1. asserens esse opinionem verissimam, Roland. consi 60. num 7. & num. 14. vers. nõ obstant notata lib. 3. Cephal. consil. 397. num. 16. lib 3. Corbol. cęteros huius sententiæ referens dicto tit. de causa priuationis ob alienationem ampliatione 43. num. 1. Gabr. tit. de iure emphyteotico conclus. 2. num. 33. vers. 2. amplia,

Nec aliqua in hoc requiritur iudicis sen-
tentia, quia sic alienans ipso iure ab em-
10 phiteosi cadit, vt in d.l. finali tradunt post
glosam Bald. num. 20. Salycet. nume. 18.
& Iason num. 103. & sequent. Anton. de
Butrio consil. 32. nu. 1. latè Castrens. con-
sil. 68. numero primo, libro 2. Alexan. con
sil. 27. numero 4. lib. 6. Beroius consil. 120.
num. 1. lib primo, & Corbol. titulo supra
citato ampliat 52. num. 1.

Et potest Dominus post dictam incur-
sam caducitatem expellere Emphyteo-
tam propria auctoritate, & corporalem
11 rei emphyteoticæ apprehendere posses-
sionem secundum veriorem & commu-
niorem doctorum sententiam, de qua
testantur Alexan. consil. 105. num. 18. lib.
3. & consil. 117. num. 11. lib. 4. Corn. con-
sil. 193. sub numero 3. & consil. 271. sub
num. 2. lib. 3. Dec. consil. 146. numero 7.
Gozzad. consil. 39 num. 19 & 20. Clar. in
§. emphiteosis, quæst. 11. versic. contra-
riam verò sententiam, & Corbol. in cita-
to tractatu titulo de causa priuat. ob non
solut. Canon. quæst. 12. num. 1. & sequent.
saltem Emphyteota factis non resistente,
12 vt per Corne. & Dec. in præcitatis locis, &
per Clar. d. quæst. 11. ad finem versic. sed
quid si resistat, & per Corbol. d. quæst. 12.
numero 6, & 7. versicu. sed maior. diffi-
cultas est.

Cæterum quia dictus Antonius con-
ductor ob dictam caducitatem nō potest
vti re conducta ex facto, & culpa dicti
Dantis locatoris, & propterea potest age-
re ad totale interesse suũ l. si de fundo C.
13 de locat. & ibi Doctores, & præsertim
Baldus in additione sub num. 2. versic. sed
dubitatur, vbi dicit hanc esse veritatem,
& post eum Salyc. ibidem pariter sub nu-
mero 2. & versic. sed dubitatur, & l. si fun-
dus 36. ff. eod. titu. & ibi glos. & scribentes
omnes, & Clarum est in iure, quod con-
tractus locationis, & conductionis transit
in hæredes, qui non secus, ac defunctus,
ex illo obligantur, vt probat text. apertus
14 in l. viam veritatis C. de locat. & est regu-
la generalis l. hæredem ff. de regulis iuris,
l. hæres in omne ius ff. de acquir. hæredit.
l. cum hæredes ff de acquir. possess. l. 2. &
per totum tit. C. de hæredit. actionibus, si
probare poterit, quod Cęsar, & Nicolaus
filij dicti Dantis sint eius hæredes, prout
15 probare tenetur, etiam quod contra filios
defuncti cōtrahentis, agere velit Cagnol.
in d. l. hæredem num. 5. & 7. ff. de reg. iur.
diffusè Roland. alios citans & de commu-
ni attestans consil. 20. numero 18. & se-
quent. lib. primo, qui etiam subdit nume-
ro 21. hoc procedere, etiam si filij sic con-
16 uenti iudicium subeant, dummodò non
fateantur se hæredes, quia per hoc non
videntur se pro hæredibus gerere, vt ibi
per ipsum, actionem contra illos diriges
pro dicto interesse. Quomodò autem con
stare possit quem patris, vel alterius hæ-
reditatem acceptasse, maximè verò Flo-
rentiæ propter ius municipale, latè alias
dixi vsque de anno 1585 die 27. Iunij in
pulchra, & non modici momenti causa
dominorum de Alexandrinis cum domi-
na Camilla Valloria per Clarissimos DD.
Consiliarios Reipublicæ Florentinæ ad
referendum de iure commissa magnifi-
cis Dominis sex Auditoribus Rotæ, &
præterea Excellentissimo Domino Bla-
17 sio Curino compatriotæ, & affini meo, &
veluti patri colendissimo, solidæ doctrinæ
Iureconsulto, & dictorum dominorum
Consiliariorum Auditori meritissimo, &
Domino Lactantio Benutio Senensi Iu-
dici mercantię & mihi Petro Caballo tūc
vniuersarum militariũ legionum, & Do-
minorum Octo Virorum Guardiæ, & Ba
liæ Auditori Quę dicta eo tempore à me
causæ huiusmodi relatore, & decisionis
compilatore collecta, volui huc inserere,
& sunt infrascripti tenoris, videlicet.

*Spiritus Sancti gratia illuminet
intellectum meum.*

EX petitione facta per
Philippum de Ale-
xandrinis hæredem
institutum in testa-
mēto Gulielmi eius
fratris contra D Ca-
millam Valoriã ip-
sius, & testatoris ma
trem, vt ea cogeretur facere Inuētarium
omnium bonorum sibi ad vsufructuan-
dum in dicto testamēto Gulielmi relicto-
rum, & præstare debitam fideiussionem
de vtendo durante vsufructu, & de resti-
tuendo eo finito, & dare ipsi Philippo me-
dietatem spoliorum Gulielmi, & vestes
funerales, & ex possessione bonorum om
nium immobilium inter ipsum Philippũ,
& dictum quondam Gulielmum, & alios
fratres cōmunium, habita post mortem
dicti Gulielmi per multos annos cũ perce
ptione integrorum fructuum, & ex solu-
tione debitorum dicti quondam Guliel-
mi ab eodem Filippo facta, & ex pluribus
alijs actib. per eũ gestis, mortuo dicto Gu
lielmo, de quib. loquuntur duo lauda in-

ter dictas partes lata, & ratificata, satis clarè vī constare quod dictus Filippus adiuerit hæreditatē dicti Gulielmi sibi delatā, & quod proinde sit obnoxius oneribus dictæ hæreditatis, & debitis dicti Gulielmi erga dictam Dominam Camillam, prout retulimus Clarissimi DD. Locum tenenti, & Consiliarijs Reipub. Florentinæ, amplectentes sententiā illorum Dominorum trium Auditorum huius Rotæ, qui hoc idem ante nos rescripserunt eisdem Dominis, ex præfatis enim actib. videtur Philippus acceptasse dictam hæ-
18 reditatem, cum hi per ipsum non potuerint geri citra ius, & nomen hæredis iuxta not. in l. gerit & in l. pro hærede ff. de acquirenda hæreditate, & in alijs locis adductis per dictos Dominos tres, qui copiosè multa in singulis actibus allegant, quæ cum videri possint frustra, hic non transcribemus, sed ad eorum opinionem corroborandam infrascripta tantum in medium afferemus.

Et primo dicimus, quod ex binis compromissis factis interdictum Filippum vnum ex hæredibus testamentarijs dicti Gulielmi ex vna parte, & dictam D. Camillam Legatariā vsusfructus in eodem testamento Gulielmi relictam ex altera, videtur per ipsum Filippum adita dicta hæreditas Gulielmi, quia cum non habeat ius compromittendi, nisi adita hæ-
19 reditate, quia antea sua non interest, compromittendo cum legatarijs dicitur facere actum, qui fieri non potest citra Ius, & nomen hæredis Bald. in terminis consil. 272. num. 1. 2. lib. 5.

Secundo consideramus, quod cum dictus Filippus post mortem Gulielmi per multos annos possederit omnia bona stabilia communia inter ipsum, & dictum olim Gulielmum, & alios fratres nulla facta protestatione, quod ex alia causa, quam hæreditatis dicti Gulielmi sibi delatæ plus sua portione in communi tene-
20 ret, hæreditatem adiuisse dicitur, vt punctualiter dicit Bald. dicto consil. 272. sub numero secundo, versicu. tertia, ratio, vbi ita declarat l. duo fratres ff. de acquirenda hæreditate, & eum sequitur Crauet. consil. 33. num. 14.

Tertio arbitramur, quod perceptio fructuum eorundem bonorum communium post mortem Gulielmi dici non potest facta per ipsum Filippum nomine administratorio dicti D. Camillæ vsufructuariæ, nec solutio debitorum Gulielmi intuitu pietatis, aut animo repetendi, quia cum isti actus potuerint fieri per ipsum etiam nomine proprio tanquam Gulielmi hæredem, in dubio potiùs proprio,
21 quam alieno nomine facti præsumuntur, Socin. in his terminis consil. 113. sub numero secundo, tertio, quarto, lib. quarto, quod in fructibus absque scrupulo procedit, ex quo vigore testamenti D. Camilla vsufructuaria debet eos percipere de manu hæredum singulis annis, vt sic nulla ad eam spectaret administratio, quæ proinde pro ea fieri non potuit per Filippum, qui ideo potius eos vti hæres per-
22 cepit, & tanquam tali D. Camillæ vsufructuariæ consignauit, & per consequens ex hoc solo soluendo legata, hæres effectus est Iason consil. 112. numero secundo, lib. quarto.

Quarto vidimus, quod in libro Aestimi quorundam bonorum stabilium reperitur ad partitam Catastri dicti Filippi notatio quorundam bonorum stabilium vti ad eum peruentorum ex hæreditate dicti Gulielmi, & aliorum fratrum, ex qua re nedum expressa aditio hæreditatis
23 ex propria confessione arguitur iuxta l. cum precum C. de lib. caus. cum similibus, sed etiam bonorum ipsorum hæreditariorum apprehensio, & possessio respe-
24 ctu ipsius Filippi probatur, Anchar. alios adducens quæst. 60. numero quarto, lib. primo.

Quinto ponderamus, quod si quattuor modis hęreditas aditur scilicet per actum acquisitiuum, per actum translatiuum in alterum, per actum possessiuum, & ver-
25 bo, vt nos docet Bald. consil. 224. in princip. lib. secundo, ex vnoquoq; dictorum actuum diligenter processum inspiciendo apparet dictum Filippum d. fraternam hæreditatem adiuisse.

Sexto credimus, quod vbi omnes actus facti per Filippum de necessitate non inferrent hæreditatis aditionem, sed alio nomine, quam hæreditario fieri potuissent, quod non conceditur, tamen cum postea per publicum instrumentum de anno 1582. 26. Iulij acceptauerit Filippus D. hæreditatem Gulielmi, dicitur declarasse se antea actus illos iure hæreditario, &
26 non alio modo fecisse, vt confiderant præfati Domini tres, & tradit in Indiuiduo Crau. consil. 33. numero 13. & in casu contrario ponit Bald. consil. 17. numero secundo, lib. 3.

Septimo, Adducimus dispositionem statuti Florentini, per quod ex possessione rerum hæreditariarum Gulielmi effectus est Filippus hæres, & obnoxius om-
27 nibus hęreditarijs oneribus, etiam quod res ip-

res ipse sibi ex fideicommisso deberentur, quia non potest se excusare ex aliqua causa eas tenendi, aut possidendi, quæ sibi competeret, etiam quod ea dicta causa, se eas tenere declarasset, & protestatus fuisset, cum dictam possessionem authoritate curiæ iudicialiter adeptus non 28 fuerit, prout in indiuiduo super hoc statuto loquens decidit Castrens. in l.prima, numero tertio, C.de repud.hæred. & subdit, quod ita vidit Florentiæ practicari, & ibi eum sequitur Alexandr. ad finem.

Ad hoc enim vt euitetur statutum istud, debet adiri Iudex, & eo authore, fieri bonorum assignatio, & exinde accipi possessio, vt dicit ibi Castrens. & 29 consilio quinquagesimoquinto, circa finem versiculo, vlterius dico. libro primo, & Ruin. consilio centesimoquinquagesimoprimo, post principium versiculo, nec similiter libro tertio, facit Socin. consilio centesimodecimotertio, numero primo, quarto, quinto, libro quarto, volens stante hoc statuto quod is, cui 30 delata est hæreditas, possidendo, vel detinendo aliquid de hæreditate defuncti, efficiatur hæres, & obnoxius oneribus hæreditariis, etiam quod nomine alterius, aut iure familiaritatis, vel alio modo possederit, vel tenuerit, quia statutum vult, quod nullo modo stet in bonis hæreditariis; si non vult oneribus hæreditariis obligari, auferendo ei, vbi secus faciat, omnem defensionem, quam allegaret de possessione, aut detentione ex quauis alia causa, quæ sibi competiisset, in quo tamen variasse vide-31 tur Socinus, qui in consilio sexagesimoprimo, sub numero septimo, versiculo, nec aliquo modo habet obstare statutum libro primo, tenet expresse, quod quis possidendo bona hæreditaria defuncti nomine alterius, aut vtendo eis iure familiaritatis, non efficiatur hæres ex dicto statuto, quod non de eo, sed de possidente, aut tenente proprio nomine tantum sensisse videtur, in qua opinione videtur etiam Castrens. in l.qui iure familiaritatis ad fin. numero quarto, ff. de acquire. possessio. dicens, quod 32 si vxor defuncti pro suis dotibus consecuta fuisset tenutam in eius bonis, & exinde filius vna cum matre staret in domo in tenutam accepta, vel ingrederetur alia bona eodem modo accepta, & eis vteretur, non efficeretur hæres patris ex dicto statuto, quia non videtur fecisse hoc animo possidendi, aut detinendi bona paterna, sed causa familiaritatis, & propinquitatis, & potius dicitur detentus, quam detinuisse, sed certe sta- tutum loquitur generaliter de possiden-33 te, vel detinente quomodocunque, & ex quacunque causa, & tollit omnem allegationem quomodocunque possidentis, aut detinentis.

Quin immò nec semper effugitur statutum possidendo authoritate Curiæ, sed tunc demum, quando præcessit re-34 pudiatio, & secuta est assignatio, auctore prætore, secus autem si ante repudiationem fieret assignatio per curiam secundum eundem Castrens. in l.si seruum §. prætor ait numero octauo, ff. de acquirenda hæreditate, quod sibi magis placere dicit Alexand. in d.l.prima, in fin. & sequi etiam videtur Cornel. consilio nonagesimoprimo, sub numero tertio, circa medium, & sub numero quinto in 35 fin. libro primo. Nec dicatur hanc conclusionem procedere in bonis defuncti, in quibus hæreditas habet dominium, vel quasi; secus autem in aliis, vt sunt ea, quæ restitutioni sunt obnoxia, quæ mortuo grauato recta via transeunt in fideicommissarium ex alio statuto Florentino, vt dicunt Castrens. d. consilio quinquagesimoquinto in princip. libro primo, & Socin. consilio 61. numero septimo, versicu. nec aliquo modo li-36 bro primo, quia hæc responsio est contra verba statuti, quod loquitur alternatiuè de possidente, aut tenente bona hæreditaria, vel possessa, aut tenta per defunctum tempore mortis, & ita videtur illud intelligere Socin. d. consilio 61. sub d. numero septimo versicu. secundo, clare respondeo, Ideo Castrens. d. consilio quinquagesimoquinto, non persistit in hac responsione, sed transit ad aliam meliorem, quòd authore Præ-37 tore erat accepta bonorum possessio, & eorum tantum, quę erant restituenda ipsi possidenti fideicommissario aliis debitis grauato pro legitima, & Trebellianica consumptis per alienationem, quę duo hinc cessant, cum propria authoritate sine iudice bona acceperit Philippus, & non ea tantum, quæ sibi ex fideicommisso deberentur, sed alia etiam, 38 & omnia. Nec ex eo, quod per statutum transeat recta via dominium in fideicommissarium absque aliqua restitutio-

turione, potest inferri, quod propria authoritate potuerit Philippus accipere bona prædicta, cum in legatario, in quem de iure transit dominium à mor-
39 te defuncti l. à Titio ff. de furt. lex aliud statuat l. non dubium cum ibi not. C. de legat. & ita in puncto super hoc statuto dicit Castrens. consilio septuagesimo-octauo, ad fin. sub numero secundo, versiculo, nec obstat statutum, iuncto versiculo, præterea cum, sub numero primo, lib. 2.

Octauo, Addimus, quod quando prædicta omnia cessarent, cum Philippus anno 1582. mense Iulio declarauerit per publicum instrumentum se adite hæreditatem Gulielmi cum beneficio legis, & Inuentarij, & lapsa sint tempora ad illud faciendum concessa, nec factum appareat, is remanet hæres sine dicto
41 beneficio, & successiuè tenetur omnibus creditoribus hæreditarijs simpliciter l. fin. §. si verò postquam C. de iure deliberandi. prout & omnibus legatarijs, & fideicommissarijs §. si verò non confecit in Authent. de hæreditat. & Falcid. Nec huic conclusioni obstat, quod nihil erat inuentariandum, & quod satis erat, si aliquid fuisset inuentarium factum per dominam Camillam vsufructuariam, quoniam respondetur, quod ex laudis, & processu apparet fuisse dimissa in
42 hæreditate quamplura bona mobilia, & immobilia, & Iura, de quibus inuentarium erat faciendum, vltra quod allegan- ti hanc negatiuam non existentiæ bonorum incumbit onus probandi, nec satis est sola allegatio non facto Inuen-
43 tario, glossa communiter approbata in l. cum de lege. ff. de probation. nec sufficit Inuentarium factum per legatariam tanquam per aliam personam, & ad diuersum finem factum, cum nec sufficiat factum per eandem personam
44 respectu vnius causæ, vel vnius personæ, quo ad aliam causam, vel aliam personam, Crauetta, consilio trecentesimodecimosecundo numero tertio, & videtur esse textus, apertus in leg. si is, ad quem ff. de acquirenda hæreditate, facit Alexandr. in l. fina. in principio numero vndecimo, C. de iure delib. volens, quod vnusquisque ex
45 pluribus hæredibus teneatur facere Inuentarium nisi omnes vni commiserint, & in Indiuiduo, quod Inuentarium factum per legatarium vsuf-
46 fructus non prosit hæredi, decidit pulchris rationibus Baldus consilio ducentesimovigesimoprimo, numero tertio, libro quarto; Absoluimus partem succumbentem ab expensis, cum ageretur de articulo Iuris, super quo consuluerant pro vtraque parte Excellentissimi Doctor. & in quo diuisa
47 fuerat Rota in uotando tribus ex Dominis pro vna parte, & alijs tribus pro altera sentientibus iuxta notata per scribentes in leg. properandum §. siue autem alterutra C. de Iudicijs, vbi præcipuè Iason sub numero octauo, & decimo. Anno 1585. die 27. Iunij Florentiæ. Hactenus dicta Decisio, ex cuius dictis facilè, ni fallor, elici potest resolutio in occurrenti casu, vbi in fa-
48 cto, ex quo Ius oritur Lex plagis. §. in Ciuo ff. ad leg. Aquiliam, fuerint liquidata liquidanda, nec circa hoc diutius immorandum censeo. Anno 1606. Florentiæ. Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

De statuto mandante fieri compromissum inter coniunctos, & affines, de quæstionibus inter eos vertentibus, & quòd comprehendit etiam quæstionem meri articuli iuris dubij, & non clari, & in quo varia sunt opiniones, & tutò per librorum aperturam non possit statim decidi, fortiùs autem quando pro liquidatione aliquam requirit probationem, vel aliud extrinsecum, vel quando aliquam mixturam facti habet, & quid vbi pro vna parte ad est instrumentum, vel sententia habens executionem paratam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bagnoni de Compromissis inter litigantes faciendis quomodo loquatur.*

2 *Casus statuti vbi est, ibi nulla cadit dubitatio.*

3 *Statutum mandans inter coniunctos fieri compromissum de quæstionibus inter eos vertentibus non procedit in quæstione iuris.*

4 *Statutum de Compromissis inter litigantes faciendis quantumuis generale non procedit, quando una pars habet pro se instrumentum, vel sententiam, aut aliud ius liquidum, & exequibile.*

5 *Statutum volens iudicari de consilio sapientis intelligitur in casu dubio, quia in casu certo petens consilium sapientis dicitur facere per calumniam & num. 16.*

6 *Instrumentum non dicitur probatio probata, quando pro liquidatione requirit probationem extrinsecam.*

7 *Statutum de compromittendis quæstionibus habet locum in quæstione iuris non certa, & liquida, & in iure non Clara, sed liquidatione, & extrinseca probatione indigente, & facti mixturam habeute.*

8 *Statutum de compromissis super lite faciendis non procedit in quæstione iuris, sed in quæstione facti, vel cum facto mixta, & numero seq.*

10 *Compromissum ex statuto de compromittendis questionibus non fit in quæstione iuris clari, nisi habeat mixturam facti, & aliquid probandum requirat, & num. seq.*

12 *Compromissum non fit quando ponitur factum certum, ita vt statim fieri possit declaratio per aperturam librorum, secus si est dubium, vel offuscari potest.*

13 *Compromissum non potest fieri, quando vna pars habet sententiam, vel instrumentum, cui executio parata conceditur, nisi aliquod dubium esset, vel aliqua probatione opus esset pro liquidatione, vel negaretur sententia, vel instrumentum, & probationes non essent promptæ, vel dicerentur perditæ, vel nisi opponeretur aliqua exceptio permissa contra instrumentum, vel sententiam, & numero sequ.*

15 *Compromissum fieri potest in mero iuris articulo, in quo variæ sint Doctorum opiniones.*

17 *Statutum de causis dubijs compromittendis, intelligitur siue dubium sit inter peritos, siue etiam inter imperitos, nisi imperitia fingatur, vel sit supina.*

18 *Ius potest esse dubium per leges, vel constitutiones de eo loquentes, et earum obscuritatem, vel propter diuersas Doctorum opiniones, vel quia sit extrauagans.*

19 *Ius in se certum est, sed quatenus applicatur ad intellectum humanum potest esse dubium etiã apud peritos & quandoque taliter, quòd excusaret etiam peritissimos.*

20 *Compromissum de iure certo, & indubitato non fit, sed de iure dubitato fit.*

21 *Compromissum de quæstione iuris fieri potest, quando dubia est, & non reperitur decisio clara per aperturam librorum.*

CONSILIVM CLVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN eausa mihi ad referẽdum commissa per magnificum Dominũ Capitaneum Castilionis Terzerij inter dominam Luciam olim Simonis de Gianellis à Nezzana agentem ex vna parte, & Laurentium quondam Petrini de Cruee Reum Conuentum ex altera, Retuli pronuntiãdum esse Compromissum per dictum Laurentium petitum fieri debere, ad illudque partes compellendas esse iuxta formam statutorum Bagnoni, Motus ex clara dispositione dictorum statutorum Bagnoni sub Rubrica de modo procedendi in Ciuilibus capit. decimo, quibus sic formaliter disponitur, Insuper *hanno statuito, ehe in ogni, & qualunque parte* 1 *della lite cosi in principio, & in mezzo, come nella fine domandando il Reo il compromesso, sia tenuto il Capitano & sua Corte constringere le parti litiganti à fare il Compromesso in arbitri, & arbitratori da essere eletti per le parti, & facciasi il Compromesso in forma debita, & vna volta sola in qualunque causa, nella quale fusse richiesto detto compromesso*, Vbi enim est casus statuti, nulla est dnbitatio l. An- 2 cillæ cum glos. C. de furt. nec aliud quærendum est, aut vlterius dubitandum, vt pulcrè tradit Crauet. consil. quarto, numero 21. consil. decimo, nume. septimo, consil. 273. numero septimo, & octauo, & consil. 317. num. 1.

Nec dicatur, quod dictum statutum non intelligitur de quæstione iuris, cum ius sit certum, & clarum, & compro- 3 missum de re dubia fieri debeat, vt per Petr. & Cynum in l. cum proponas C. de reb. cred. quos refert, & sequitur Iason consil. 35. in princip. lib. primo, & ante eum Angel. in l. 2. in fin. C. quando prouocat. non est necesse, & tradunt etiam Marsil. singul. 467. incipiente viget statutum post principium versicu. item nec prædictum statutum, & rursus in versic.

item prædictum statutum. Plot. de in litem iurando §. 4. num. 49. versic. item vbi articulus, & faciunt dicta per Alex. consil. 62. colum. 2. num. 7. versic. fortificantur prædicta lib. 2. & per Dec. consil. 461. ante fin. sub num. 3. volentes non esse locum Compromisso vigore prædicti statuti, quando res est clara de iure pro vna parte.

Nec pariter quòd dictum statutum quantumuis generale & comprehendens omnes causas non habet locum, quando 4 quis haberet pro se instrumētum, vel sententiam, quod, vel quæ ex forma statutorum executionem paratam mereretur, vel aliud ius certū, liquidum, & clarum, Bart. in l. ambitiosa sub num. 24. versicu. quandoque potest contingere ex defectu alterius ff. de decret. ab ordi. faciend. Imo. in l. si sic stipulatus 93. ff. de verb. obligat. in fine, Castr. consil. 14. num. 4. & 5. ad finem lib. 2. Alexan. consil. 82. colu. vltim. num. 6. versi. sed ita est lib. 1. Marsil. dicto singul. 467. versic. adde quòd prædictum statutum, Ias. consil. 26. in vltimo dubio num. 5. lib. primo, Cotta memor. in verbo statuto superiùs relato post principium Plot. dicto. §. 4. num. 48. versic. tunc vbi, Fulgos. consil. 118. ante num. primum, & Socin. consil 4. num. 1. & consil. 51. num. 4. versic. secundò principaliter lib. primo, & benè seruit Bald. in l. 2. sub num. 3. vers. quarta est relatio C. de legi. vbi quòd statutum mandans iudicari de Consilio sa-5 pientis intelligitur in casu dubio, quia in casu certo, & indubitato petens Consiliū sapientis dicitur hoc facere per manifestam calumniam, ideoque à Iudice repellendus est; quòd & tradidit aperiè Bart. in l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3. Quod dictum sequuntur Alexan. consil. 62. nume. 7. versicu. fortificantur prędicta lib. 2. Cotta d. memor. in verbo statuto superiùs relato, & Marsil. dicto singul 467. post princip. versic. item nec prædictum statutum.

Quoniam respondetur, quòd & si prædicta sunt vera, non tamen aduersantur decisioni in hac causa factæ, quia non adaptantur facto, ex quo ius ipsum oriri certum est, libellus etenim principalis Dominæ Luciæ Actricis narrat locationem de quibusdam bonis immobilib. factam pro certo tempore iam decurso pro quodam annuo affictu per Petrumfrācisсum eius filium in sęculo nominatum, nunc verò fratrem Bernardum ordinis Reformatorum Sancti Francisci de Monte Fesulano. dicto Laurentio Reo Conuento vigore scripturæ priuatæ, Item testamentum dicti Fratris Bernardi ante emissam professionem in dicta Religione, & institutionem vniuersalem de ipsa factam, & præfatum Laurentium integros affictus decursos non soluisse, eosque ipsi Actrici tanquam dicti eius filij hæredi soluere recusare, & simul eidem bona locata dimittere, & relaxare, concludens tandem dictum Laurentium esse condemnandum ad dictos affictus ipsi Actrici soluendos, nec non, & ad dicta bona locata relaxanda, cum iam finita sit locatio ex lapsu temporis in ea conuenti. Non ergo sumus in mero iuris articulo, nec in re, pro qua extet instrumētum habens executionem paratam, vel aliud ius clarum, & certum, ita vt tanquā de re non dubia fieri non debeat compromissum, sed potius sumus in quęstione nō clara, & pro cuius liquidatione extrinseca requiratur probatio, & multa in facto sint verificanda; nam & si scripta locationis in processu appareat exhibita, & pariter testamentum dicti fratris Bernardi productum, in quo dictam eius matrem hæredem instituit, non per hoc tamen negotiū dicitur clarū, & indubitatum, cum dicta scripta per scribentē, & subscribentes non fuerit recognita, nec probatum legitimè testamentum à Nouitio in dicta Religione fuisse confectum, eundemque testatorē postea in tali Religione professionem solemniter emisisse, ita vt testamentum eius debitū iuris sortiri habeat effectum, & eius vigore possit hęres instituta agere, & bona testatoris pęnes alios existentia auocare; Rursus decursorum affictuum petitio merum factum respicit, probationemque eius, quòd solutum, vel non solutum fuerit, exigit, adeò quòd, & si scripta locationis non priuata, vt est, sed publica esset, cum mixturam facti habeat, & similiter testamentum, & vtrumque aliquid probādum ad sui liquidationem requirat, rem claram facere non dicitur: nam instrumentum non dicitur probatio proba-6 ta, quando pro liquidatione requirit probationem extrinsecam, Dec. consil. 424. colum. fin. Natta. consil. 121. nu. 14. Contard. in l. vnica C. si de momentanea possessione fuerit appellatum, limit. 12. num. 9. 10. vers. quando autem & infra, & Surd. decis. Mantua. 27. num. 7. versic. & instrumentum, cum itaque negocium pro actrice non sit certum, & liquidum, nec in iure clarum, sed liquidatione, & extrinseca probatione egeat, & facti mixturam ha-7 beat, meritò de eo compromissum per Reum petitum faciendum est, prout in puncto quęstionem hanc expresse decidit Bald.

Bald. in l. Ancillæ in tertio notabili sub num. 2. C. de furt. vbi inquit, quòd cum quæstio sit dubitabilis propositio, l. quod 8 habeo ff. de Carbon. edict. si statutum dicit, quòd omnis quæstio debeat compromitti, intelligitur de quæstione facti, non de quæstione iuris, quia iura sunt certa l. ornamentorum ff de auro, & argento legato, sed si mixta est quæstio in iure, & in facto, tunc propter factum debet compro- 9 mitti, vt in l. cum proponas C. de reb. credit, sequitur Salyc. in d. l. Ancillæ in 6. notab num. 2. idem in effectu vult ipse Bald. latiùs insistens in d. l. cum proponas sub num. 1. & 2. C. de reb. credit. vbi cōcludit 10 quòd de mero iuris articulo non potest compromitti veluti claro & certo, nisi habeat mixturam facti, & aliquid probandū requirat, quia tunc propter factum implicitum tenet compromissum, si enim, vt dicit Bald. agatur de iure, quod apparet per aperturam librorum, puta an Pupillus testari possit, cōpromissum de hoc fieri non potest, si autem agatur de iure probando 11 benè potest compromitti, quia est causa mixta cum facto, sequitur Ias. consil. 26. in vltimo dubio ad fin. sub nume. 5. lib. 1. & idem vult Socin. consil. 4. nu. 2. & seq. versic. non obstante, & consil. 51. num. 4. versic. secūdo principaliter lib. primo, vbi ait, quòd tunc non fit compromissum, quando ponitur factum certum, & clarū, ita vt statim fieri possit declaratio per aper- 12 turam librorum, & sic est sola quæstio iuris, secus quando esset dubium in facto, ex quo ressultaret dispositio iuris, & ita etiā voluit Marsil. dicto singul. 467. in versic. item prædictum statutum non habet locum vbi esset quæstio, & ita etiam colligitur ex Angel. in l. post rem sub nume. 2. ff. de Transact. vbi inquit, quòd lata sententia, quæ trāsiuit in rem iudicatam, vel 13 debito constante per instrumentum guarantigiæ, quòd habet executionem paratam, non fit compromissum, quia res non est dubia, nec potest per negationem effici dubia, considerato quòd de sententia constat per publicum documētum, & similiter de debito, & probatio est prompta, adeò vt etiam si partes dixissent posse esse litem, nihil operarentur talia verba quò ad compromissum, quod tūc solum fieri potest, quando re vera adest dubium, quòd potest esse, si negaretur iudicatum, vel debitum, & probationes essent in longinquo, vel perditæ: vel si allegaretur aliqua exceptio cōpetens cōtra scripturam, quæ posset obiici contra sententiam, & contra instrumentum guarantigiæ, vt ait consuluisse in Ciuitate Papiæ, cū quibus conuenit Marsil. dicto sing. 467. post versi. adde quòd prædictum statutū, vbi dicit, ꝙ quando instrumenta guarantigiata sunt 14 clara, & aperta, nō est locus compromisso, secus si aliquo modo vel aliqua causa redduntur obscura, vel aliquid pro liquidatione requirant, vt etiam tradit Socin. dicto consil. 4. sub nu. 2. & seq. versic non obstant lib. 1. & verissimum videtur, quoniam & super articulo meri iuris, in quo essent variæ Doctorum opiniones, posset compromitti, quia in neutra parte posset dici esse ius apertum secundum Bald. in di- 15 cta l. cum proponas sub nume. 2. quod & ibidem voluit Salyc. in princ. sub num. 1. & optimè colligitur ex Angel. in l. 2. C. quando prouocat. non est necesse, & facit Bald. in l. prima, sub nu. 3. versicu. ex hoc, C. de relation. vbi quòd si iuris articulus est certus, causa non debet committi con- 16 silio sapientis, quia qui hoc petit, calumniosè petit, & sequuntur alij supra citati num 5. & in terminis nostris in cap. pastoralis colum. prima, & secunda, extra de rescript. aiens quòd si statuto disponatur ꝙ causæ dubiæ compromittantur, intelligitur dubium siuè sit inter peritos, siuè etiā 17 inter imperitos, dum tamen imperitia nō fingatur, nec sit supina, & quòd eodem modo quæstio iuris, quæ dirimitur per leges, vel constitutiones, potest esse dubia propter obscuritatem legis, vel constitu- 18 tionis, vel propter diuersas opiniones doctorum, vel quia fortè sit extrauagans, ad idem facit Abb. in dicto cap. pastoralis sub nu. 4. versicu. quinto legitur, quærit enim quomodo dubitari potest de iure, cum ius sit certum, & respōdet, quòd ius in se be- 19 ne est certum, quia illud, quod est certum in rerum natura, est etiam certum ipsi legi, sed quatenus ius applicatur ad intellectum humanum, potest esse dubium, nedum apud multos imperitos, sed ēt apud peritiores, quinimo & tanta posset esse dubitatio iuris, quod haberet excusare etiā peritissimos; Dicit insuper Fulgo. in dicta l. cum proponas, prout illum reffert Iason. 20 statim citandus, quod de iure certo, & indubitato non potest fieri cōpromissum, sed de iure dubitato sic, vnde cum secundum eum in iure nostro sint leges dubitatæ, posset fieri compromissum super tali iure dubio, & sententia lata contra ius dubitatum benè valeret, & teneret, sequitur Iason nō nulla ex prædictis adducens, consil. 35. in primo dub. per totum lib. primo, vbi consulendo super statuto Cremonæ de compromissis inter propinquos, & af-

fines

fines vsque ad quartum gradum faciendis pro quæstionib. inter eos vertentibus 25 concludit de quæstione iuris faciendum esse compromissum, quando est dubia, & non reperitur decisio clara per aperturam librorum, quam opinionem antea paucioribus vtens verbis tenuit consil. 26. in vltimo dub. ad fin. eod. lib. primo, & ita ex prædictis omittendo plura alia, quæ dici possent, de iure referendum censui. Anno 1606. Florētiæ. Laus Deo, & Virg.

EPITOME.

Quod Cōmissio causæ facta per rescriptum ei, cui partes suppositæ nō erāt, importat delegationem, quodque à sententiam talis delegati appellatur ad delegantem, non autem ad eos, ad quos regulariter appellatur à sententijs per dictum Iudicem latis, aliàs appellatio non tenet, & omnia acta sunt nulla.

SVMMARIVM.

1. *Commissio causæ facta Iudici, sub cuius iurisdictione partes non erant, importat delegationē.*
2. *Sed alij tenent, quòd imo ordinariam tribuat iurisdictionem.*
3. *Prior tamen opinio firmatur, & comprobatur.*
4. *Princeps in suo Territorio potest subditorum causas ad libitum, & cui velit committere.*
5. *Delegatus vices Delegantis sustinet, & non propriam, sed Delegātis Iurisdictionē exercet.*
6. *Appellatur à sentētia Iudicis Delegati ad Delegantem, & non ad alium Iudicem alias superiorem dicti Iudicis.*
7. *Etiam si esset Delegatus alicuius officialis, vel Episcopi, quamuis aliàs esset vtriusque idem Tribunal, & Auditorium.*
8. *Appellatio ad Iudices incompetentes est nulla, sed appellanti non nocet, quin iterum ad cōpetētes appellare possit, si tēpora patiantur.*
9. *Iudex, ad quem fuit appellatum cum non debuisset ad eum, sed ad alium appellari, debet se incompetentem pronuntiare.*

CONSILIVM CLVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Visa Commissione mihi facta per admodū magnificos Dominos Priores Fiuizzani in causa appellationis coram illis vertente inter Georgiū Iacobi de Codiponte appellantem ex vna parte, & Dominam Mariam olim dicti Iacobi filiam appellatam ex altera mediantibus procuratoribus respectiuè, vt in actis, & visis processibus ad me Transmissis, & illis maturè consideratis, Retuli partes earumdē Dominorum Priorum fuisse, & esse in pronuntiando, & declarando se Iudices incompetentes, exceptionemque incompetentiæ pro parte dictæ Mariæ oppositā, fuisse, & esse admittendam, dictoque appellanti obstetisse, & obstare, & ad ita referendum motus fui, quia cum causa hæc commissa Domino Capitaneo Iustitiæ 1 Fiuizzani per Rescriptum Serenis. Magni Ducis Hetruriæ ad ipsum ex sua ordinaria Iurisdictione aliquo modo non pertineret, sed ad potestatem Codipontis, qui locus in Ciuilibus causis suppositus non est Iurisdictioni Capitaneatus Fiuizzani, 2 sed subest Capitaneatui Castilionis Terzerij, vtique dictus Capitaneus Fiuizzani censetur in dicta causa factus Delegatus, vt voluerunt Bart. in l. more num. 8. ff. de Iurisdict. omni. Iudic. & Alberic. de Rosat. in l. sepè ff. de offic. Præsid. & idem sensisse videntur Anchar. & Franc. in ca. hi qui authoritate 12. de præben. in sexto, & clarè tradit Aretin. in l. prima §. si quis simpliciter colum. 3. sub num. 22. versic. sed quæritur pro perfecta declaratione articuli ff. de verbor. obligat. per text. in l. & si Prætor. ff. de offic. eius & in l. prima C. qui pro sua Iurisdict. & in ca. cum aliquibus de rescript. in sexto, quorum opinionē sequitur, & veriorem dicit Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16. nu. 25. vers. aut causa hęc, reprobata opinione Collegij Perusini cōtrarium tenentis, cu3 ius responsum est inter consilia Angel. de Perusio consil. 214. primò est videndum num. primo, & approbatur per Lapum allegatione 88. ante num. 6. versic. aut non habebat prius ordinariam, cuius fundamentis ipse Menoch. respondit num. 26. & 27. pro qua sententia adduco Angel. de Perus. in consil. 217. in causa accusationis in primo dubio nu. 1. & 2. vbi concludit, quòd in criminalib. causis nullus esse potest Iudex competens ei, qui sibi non subest, vel ratione originis, vel domicilij, vel Commissi delicti, licet imperium, vel Iurisdictionem habeat alibi, vel in alios, & omnia per eum facta sunt nulla toto titulo C. si à non compet. Iudic. & quod ideò potestas per Principem alicui in nō subie4 ctum cōcesa facit eum Delegatum, quia Princeps in suo Territorio potest subditorum causas ad libitum, & cui velit committere,

mittere, & delegate, ex qua re infertur, quòd 5 cùm dictus Capitaneus Fiuizzani iudicando tanquam Delegatus vices Delegantis substinuerit, & non propriam, sed Delegantis Iurisdictionem exercuerit l. prima, §. qui mandatam ff. de offic. eius l. solent. ff. de Iurisdict. omni. Iudic. ca. sanè il 2. extra de offic. delegat. & dicto c. cum aliquibus extra de rescript. in 6. & vbiq; scribentes, Menoch. dicta præsumpt. 16. nu. 6. vers. sic. & ratio est, à sententia ipsius Capitanei appellari nõ potuit ad Dominos Priores Fiuizzani tãquam Iudices primarum 6 appellationum sententiarum latarum per dictum Dominum Capitaneum, sed appellari debuit ad Delegantẽ, & nõ ad aliũ Iudicem aliàs superiorẽ l. prima in princ. ff. quis, & à quo appellandum sit, & in l. Imperatores §. primo vbi glos. ff. de appellat. & in l. præcipimus §. hæc si C. eodem titulo, vbi etiam glos. c. si duo ex tribus, & ibi glos. de offic. Delegat. & notat Bart. in dicta l. prima, §. ab eo, & tradit Robert. Marant. in tract. de ordin. iudic. in 6. part. princ. in secundo actu, t. tu. de appellat. numero 375. vers. tertia principalis regula, 7 etiam si esset delegatus alicuius officialis, vel Episcopi, quia ad ipsum officialem, vel Episcopum appellatur, etiam quòd aliàs idem sit vtriusque Tribunal, & Auditorium, vt per glos. in cap. 2. in verbo Auditorium in additione extra de consuet. & tradit Iacobus Sbroz. de offic. Vicarij Episcop. lib. 2. quæst. 75. num. 9. 14. & seq. & latius, & expressius lib. 3. q. 2. nume. 15. versic. declaratur supradicta conclusio, & num. 20. & seq. vers. secundo declaratur; Vnde dicta appellatio ad Iudices incompetentes interposita nulla est, ipsique ap- 8 pellanti non prodest, licèt si tempora patiantur, illi non noceat, quin iterum ad competentem appellare, & recurrere possit, quocunque errore siue iuris, siue facti ductus prius nulliter appellauerit, vt ex pluribus eleganter consulendo determinat Angel. de Perus. consil. 336. se- ius in secundo dubio num. 3. & seq. vsque ad finem, quo stante aliud fieri nõ debuit, quam super tali incompetentia declarari, cum possit & debeat in similibus Iudex 9 aditus se incompetentem pronunciare, vt dicit Angel. dicto consil. 336. sub num. 4. in fine, versic. sic dicam, & probatur in l. si quis ex aliena ff. de Iudic. in l. ex quacunque ff. si quis in ius vocar. non iuer. & in l. de iure ff. ad Municipal. Anno 1606. Florentiæ. Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quòd vnus ex fratribus in solutũ dans genero pro dote filiæ rem cum alijs fratrib. communem pro indiuiso, non præiudicat ipsis fratribus in eorum portionibus, etiam si fuissent socij omnium bonorum, cum & tunc filia vnius ex talibus socijs non de communi, sed de proprio à patre dotanda sit, & an alij fratres, oblata tota dotis summa, pro qua in solutum datio est facta, possint rem integram retrahere, sicut vnus ex pluribus venditoribus cum pacto redimendi potest integro pretio emptori oblato rẽ totam redimere; & de intelligentia statuti in materia retractus ad fauorem confinantium, & proximiorum circa rei pretium, si nihil de eo dicat, & an de conuento, an de iusto, & communi, an uerò etiam de inuento à quocunque, quamuis iustum excedat.

SVMMARIVM.

1 *Frater vendens, aut aliter alienans rem cum fratribus pro indiuiso communem, non præiudicat dictis eius fratribus in eorum portionibus.*

2 *Filia vnius ex socijs omnium bonorum dotanda est de communi secundum opinionem multorum, sed contraria sententia tanquam verior, & communior firmatur, & consulendo, & iudicando tenenda dicitur numero. 3. & Pet. de Vbald. vtranque opinionem sine reprehensione teneri posse affirmans reprobatur num. 4.*

5 *Emens rem à pluribus cum pacto retrouendendi cogitur eam vni ex emptoribus integram retrouendere oblato sibi toto pretio, & redimens postea tenetur alteri venditori volenti partem remittere, recepta ab eo rata exbursati pretij.*

6 *Agere vigore pacti de retrouẽdendo non potest, qui in eo comprehensus non est, nec incontractu interuenit.*

7 *Actio ea proposita per Actorem videtur, quæ ex deductis in petitione, & libello colligitur.*

8 *Sententia debet esse conformis libello, non autem difformis.*

9 *Agens*

9 *Agens ex vna causa, & eam non probans, sed aliam non tamen plene, non obtinet, sed reus ex remedio intentato absoluitur, et ex alio non plene probato ius alias agendi reseruatur.*

10 *Statutum præferens confinantem, vel proximum consanguineum, vel affinem extraneo in emptione bonorum immobilium, et nihil dicens de pretio, intelligitur de iusto.*

Pretium iustum in statuto prædicto non est illud, quod ab emptore fuit datum, sed quod communi regionis æstimatione ex rei qualitate, & redituum quantitate iudicatur. ibidem, Jmo illud quod ab alijs reperiretur, etiam si iustum excedat, vel etiam conuentum, nu. 11.

12 *Pretium à volente retrahere rem alteri venditam ex statuto, de quo supra, offerendum est sponte emptori, etiam non petenti, nec interpellanti.*

CONSILIVM CLIX.

Spiritussancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis vertente coram Dominis Prioribus Populi, & Curiæ Fiuizani inter Nicolaum Piccininum appellantem ex vna parte, & Presbyterum Aloysium de Galletinis appellatum ex altera, Retuli partes ipsorum Dominorum Priorum esse in condemnando dictum Nicolaum ad relaxādum dicto presbytero Aloysio petiam terræ in processu contentam pro portione ad ipsum presbyterum spectante in bonis, & hæreditate patris, reseruando eidem presbytero iura talia, qualia sibi competunt, pro alijs portionibus experienda contra eundem Nicolaum pro retractu, & iure congrui vigore quorumcunque statutorum. Et ad ita referendum motus fui, quia Antonius dicti presbyteri Aloysij frater, alienando dictam petiam terræ inter ipsum, & dictum presbyterum communem pro indiuiso titulo dationis in solutum dicto Nicolao pro dote filiæ ipsius Antonij, non potuit præiudicare dicto presbytero, quin portionem suam a dicto Nicolao emptore recuperare posset, iuxta text. in l. prima, & in l. si probatum, Cod. commun. diuidun. & in l. prima, & secunda, de commun. rer. alienat. & tradit Crauett. consil. 159. sub numero quinto, versicul. dubitatur, etiam quod dicti Antonius, & presbyter Aloysius fuissent socij omnium bonorum, nam etsi maxima sit inter Doctores altercatio, an filia vnius ex socijs omnium bonorum dotanda sit de communi, & opinionem affirmatiuam tenuerint, Anto. de Butr. consil. 7. in primo dubio, Castr. cons. 358. in primo dubio, lib. secundo. Socin. consil. 291. in toto lib. secundo, & consilio quarto, in secundo dubio, nume. 23. & sequen. vsque ad fin. consil. 5. per totum, & consi. 6. in principio, libro quarto, Dec. consil. 66. in secundo dubio, & cons. 68. etiam in secundo dubio, & in authent. quod locum, columna penultima, & finali, Codic. de collat. Crauett. consil. 123. in fin. numero 13. & consil. 159. numero nono. Natt. consil. 91. numero secundo, & consil. 264. numero secundo, Roland. plenissimè omnium consil. 91. in toto libro primo, Cagn. dicens veriorem & magis communem, in l. si emancipati, nu. 202. C. de collat. & nouissime Surd. in trac de alim. ti. 1. q. 85 nu. 7. tamen negatiuā expresse tenent Specul. tit. de iudic. §. sequitur videre de communibus iudicijs, vers. quid si vnus ex fratrib. nu. 11. & ibid. Bal. in addi. & in l. si maritus ff. fam. hercis. in l. si patruus, C. commun. vtriusque iud. in l. fi. C. de do promis. & in auth. ex testamento. C. de collat. Pract. Papiens. in forma libelli, in causa societatis, in verbo vndecunque quæsita nu. 3. Bar. consil. 80. in fi. lib. 2. Bonacur. de Saxo inter cōsi. Bal. cons. 412. in fi. nu. 5. lib. 2. & Bal. ipse cons. 418. etiam in fi. nu. 8. lib. 3. Anca. consil. 303. ad fi. sub nu. 9. in 3. dubio. Roman. consil. 145. num. 2. & cons. 413. in 2. dubio numero quinto, Castren. cons. 366. col. fi. lib. 2. Alex. consil. 133. in 2. dubio, num. 2. & consil. 154. col. 2. & 3. lib. 2. cons. 76. nu. 6. & alij subscribentes, & consil. 77. nu. 19. & seq. lib. 4. Corn. cons. 285. col. pen. versi. vtrum autem, libro primo, con s. 52. in toto, lib. 3. cons. 58. num. 10. vers. sed in contrarium, lib. 4. Soc. dicens magis communem cons. 46. num. 11. libro primo, & cōs. 213. num. 14. & consil. 291. col. 3. vers. postremo maiorem lib. 2. vbi tamen postea contrarium firmat, Capr. cons. 10. in 2. dubio, nu. 31. plena Apostill. ad Alex. d. cons. 154. sub littera A. lib. 2. inquiens opinionem hanc etiam verissimam, & clarissimam, ac tenendam, quam etiam veram, & magis communem dicit Caba. ad But. dicto cons. 7. in prima Appostilla, subdens ita his iudicatum vidisse, seque sic pluries consuluisse, Ias. in auth. quod locum, col. 4 C. de colla. Gab. tit. de iu. dot. conclus. 2. in prin. nu. 1. & nu. 3. in fi. vbi inquit esse magis communem & tenēdam, pro qua sententia videtur esse text. si non cauilletur,

in

in l. si socius pro filia iuncta ibi glos. ff. pro socio, vbi etiam id notant, Alberic. in fin. & Fulgos. num. 3. adeò vt ab hac negatiua opinione cōsulendo, aut iudicando recedendum non videtur, licèt Petr. de Vbald. in tract. de duob. Fratribus in 6. part. principal. quæst. nona, post multa 4 hinc inde pro vtraque parte deducta dixerit vtramuis opinionem citra mendacij redarguitionē teneri posse, quòd dictum tanquam pudendum mordent præfati Apostillatores ad Alexand. & ad Butr. in locis relatis; quò fit vt Reo suffragari nō possit, quod petiam terræ habuerit pro dote filiæ Antonij socij omnium bonorum prædicti presbyteri Aloysij, vbi legitimè de tali societate in processu probatū esset, censui tamē totam petiam terræ in solutum datam Nicolao à socero pro dote filiæ non esse per eū restituēdam presbytero Aloysio pretio integro scutorum 275–, pro quibus in solutum datio facta est ipsi Nicolao soluto, & per presbyterū depositato, quoniam & si emens rem à pluribus cum pacto retrouendendi cogitur eam vni ex emptoribus integram re-5 trouendere oblato sibi toto pretio, & ipse redimens postea tenetur alteri venditori uolēti partem remittere recepta ab eo pretij exbursati rata, Bald. consil. 133. in vlt. dub. num. 3. lib. primo Castren. consil. 221. in fin. lib. 1. & consil. 74. in fin. lib. 2. Boer. decis. 251. col. penult. & fin. versic. in contrarium videtur, quod vnus venditorum, & infra vsq; ad fin. Rube. Alexandr. consil. 90. colum. 2. & 3. num 4. & seq. ver sic præmissis tamen, aiens esse veram, & communem sententiam, Magon. decis. Florent. 28. numero 1. & 2. dicens, quod licèt de hoc fuerint opiniones, tamen ita magis communiter est receptum, & seruatur, Rauden. decis. Pisan. 12. num. 77. & 78. versicu. accedit in prima parte, Tiraq. de retract. Conuent. §. primo, glos. 6. numero 37. & 38. dicens secundum hanc opinionem iudicatum fuisse in Curia Parisiensi, Follèr. de Censib. in verbo instrumento gratiæ numero 39. versicu. potest etiam fol. mihi 178. testans de veriori, Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæst. 13. num. 103. inquiens esse opinionem communem, & optimis rationibus, & fundamentis fulcitam, & secundum eam sæpiùs consultum vidisse, & se etiam consuluisse, & obtentum fuisse, & cum ea ex pluribus quæstione ad partes latissimè disputata pertransit Socin. consil. 16. per totum lib. 4. tamen dicta conclusio non adaptatur casui nostro, in quo presbyter Aloysius venditioni non interuenit, nec cum eo pactum de retrouēden-6 do factū fuit, cuius vigore propterea agere non potest Bald. in l. si pater la prim. 2 in Lectura prima num. 4. C. de dotis promiss. Nec ad dictam petiam terræ recuperandam in totum vltra portionem sibi tangentem virtute cuiusuis statuti in materia iuris congrui, seu retractus egisse videtur, maximè cum solummodo scutos 275 · offerat, & deponat, nec maiorem summam soluere intendat, nec statum 7 loci de retractu hoc dicat, sed prætextu pecuniæ sibi per Antonium debitæ iudiciū mouisse dicitur, vt apertissimè patet ex petitione contra dictū Nicolaum porrecta, & interpellationibus antea eidem, & Antonio factis, & potissimum ex producta die 5. Maij 1605. Bar. & alij scribentes in l. certi condictio in princ. ff. si cert. petat. Roland. consil 9. num. 2. & seq. lib. 3. Non enim visum fuit proferendā esse sententiam libello non conformem con-8 tra cap. licèt Heli extra de Simon. & l. vt fundus ff. cōmuni diuiden. sed locus fuit absolutioni ex remedio intentato ob defectum iuris ipsius agentis, qui in eo incumbentia non probauit, iure sibi reseruato ex causa retractus non deducta, maximè cum dictum ius ex hinc inde deductis per informātes satis dubiū videretur, nec aliàs 9 portiones petiæ terræ pro iusto pretio æstimando presbyterum velle constare, sed pro conuento tantum inter Antonium, & Nicolaum scutorum 275–, vt super taliiute ex æquitate ad circuitus euitandos pronuntiari potuerit ex traditis in proposito per Crauet. consil. 110. num. 8. & 9. versicu. ex præmissis, & infrà vbi pro hoc iura, rationes, & authoritates adducit. Nā cum statutum Monciguli nihil de pretio dicat, sed simpliciter confinantem, & pro-10 ximum consanguineum, vel affinem extraneo præferat in emptione bonorum immobilium, iustum videtur considerasse pretium, quod non est censendū illud, quod ab vno, vel altero fuerit datū, cum pretia rerum non constituantur ex affectione singulorum, sed illud, quod communi regionis æstimatione ex rei qualitate, & fructuum quantitate iudicatur, iuxta notata per omnes scribētes in l. precia rerum ff. ad l. Falcid. in l. si seruus ff. ad l. Aquil. & in l. 2. C. de rescind. vendit. & in terminis nostris tradit Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. glos. 18 num. 1. & seq. imo, & in hoc proposito illud, quod ab alijs reperiretur, etiam si iustum excedat, vel etiam 11 conuentum, & ab ipso emptore exbursatum

tum, vt est text. in l. vltima C. de iure Emphyt. ibi tantam quantitatem, quantam ipse re vera ab alio accipere potest, & in l. in fundo ff de rei vendic. ibi si paratus est do minus tantum dare, quantum habiturus est possessor. & in l. prætor §. in eum ff. de bonis author. iudic. prouidend. ibi quantum perciperetur, si distracturus esset, & in l. si quis vxori §. vltimo ff. de furt. ibi tāti æstimandus est, quāti emptorem potest inuenire, & in l. seruus fugitiuus ff de cōdit. furt. ibi quanti emptorem inuenerit, & in cap. potuit extra de locat. ibi quantum sibi ab alijs offeretur, Oldrad. consil. 34. ante finem nu. 3. Alberic. in l. per fundum col. 2. versicu. vltimò facit ff. de seruit. rustit prædiorum, Boer. decis. 143. col. vltima, & infiniti alij, quos in hanc sententiam refert, & sequitur in specie ista Tiraq. dicta gloss. 18. num. 4. & pluribus seq. versic. contrarium tamen, & infra; & quod pretium offerendum videbatur à presbytero volente retrahere Nicolao bona ex datione in solutum possidēti etiam non petenti, nec interpellanti, vt idem Tiraq. tradit eod. tit. de retract. Lignag. §. 1. glo. 17. num. 1. & seq. per glos. in cap. sepe in verbo necessariò post princ. de verbor. signific. quam ibi sequuntur Doctores, & per l. 2 §. primo ff. quorum legat. per l. si fundus §. vltimo ff. de leg. commiss. per l. 1. §. non exigit ff. vt in possession. legat. & per l. fideicommissa, §. si rem ff. de legat. 3. & per alia iura, & authoritates per ipsum allegatas. Anno 1606. Florentiæ Laus Deo, & Virgini.

EPITOME.

Quòd habens pensionem super redditibus beneficij Ecclesiastici soluendam in certis terminis, si decedat ante quam venerit dies solutionis, nihil transmittit ad hæredes, sed totum pertinet ad beneficiarium, nec inter ipsum, & dictos hæredes pensionarij fit diuisio ad ratam anni prout aliqui putarunt.

SVMMARIVM.

1. *Pensionarius decedens ante tempus ad soluendam pensionem destinatum, an aliquid ad hæredes transmittat, vel nè, variæ fuerunt Doctorum opiniones.*
2. *Pensionarius decedens ante perceptos fructus, nihil transmittit ad hæredes, secus si illis iam collectis decedat, etiam si dies pensionis soluendæ nondum venerat secundum opinionem multorum.*
3. *Sed alij opinionem hanc impugnant, & rectè.*
4. *Pensionarius nullum Ius habet in beneficio, neque in fructibus illius.*
5. *Pensio differt ab vsufructu, nec de ea ad vsumfructum argui potest.*
6. *Pensionarius decedens in principio anni transmittit pensionem ad hæredes secundum aliquos, quorum tamen opinio reprobatur. nu. 8.*
7. *Debitum annuum debetur in principio anni, & licet creditor postea ante lapsum anni decedat, tamen illud integrū transmittitur ad hæredes.*
8. *Pensio debetur in fructib. beneficij, nec dicitur debita antequam fructus nascantur, immo nec ante, quam percipiantur.*
9. *Pensio ex stilo Curiæ Romanæ soluitur pro dimidia in festo Sancti Ioannis Baptistæ, & pro altera dimidia in festo Natalis Domini Iesu Christi & num. 17.*
10. *Pensio debet solui in terminis expressis in bulla, & non initio anni, nec ante tempus conuentum maximè vbi hoc est expressum num. 26. 27. & 28.*
11. *Pensio transmittitur ad hæredes pensionarij pro rata anni decursi in eius vita secundum multos Doctores, qui tamen reprobantur numero 13. & sequ.*
12. *Pensio cedit in alimentorum causam & sustentationis pensionarij & num. 17.*
14. *Pensionarius non tenetur aliquod officium facere in Ecclesia, nec recitare horas canonicas, nec aliud agere, sed tantum debet dicere officium Beatæ ac Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ.*
15. *Pensionarius ex stilo Curiæ Romanæ transmittit ad hæredes pensionem, quando tempus illius solutionis venit eo viuente, siue tunc fructus sint collecti, siue non, siue maior pars anni transiuerit, siue minor, si verò moriatur pensionarius antequam dies soluendæ pensionis cedat, nihil ad hæredes transmittit. nu. 16.*
18. *Alimenta extinguuntur morte alimētandi, nec ad hæredes transmittuntur pro tempore decurso post illius mortem.*
19. *Pensionarius decedens ante diem Sancti Ioannis Baptistæ nihil ex pensione transmittit ad hæredes, & si decedat post dictam diem, transmittit illam dimidiam, sed si eodem anno decedat ante diem Natiuitatis Domini, ex altera dimidia nihil transmittit.*
20. *Dies certa non impedit ortum actionis, & consequenter nec transmissionem nisi in his, quæ suaptè natura ad hæredes non transmittuntur, in quib. dies etiam certa impedit ortum actionis, et obligationis, & proinde transmissionem ad hæredes & num. 21.*
22. *Spes ex conditionali stipulatione transmittitur ad hæredes.*
23. *Fallit in his, quæ morte extinguuntur.*

24 Pensio

24 *Pensio æquiparatur legato.*
Gratiæ summorum Pontificum æquiparantur vltimis voluntatibus, ibidem.
25 *Spes in legatis conditionalibus non transmittitur ad hæredes.*
26 *Pensionarius transferens pensionem in alium ante tempus illius solutioni destinatum, nihil ex ea debet habere, sed integra soluitur illi, ad quem fuit trans lata.*
28 *Verba in qualibet dispositione debent aliquid operari, & otiosa non esse.*
29 *Actio non oritur in promissionibus habentibus tempus limitatum ante aduentum ipsorum temporum.*
30 *Ius, quod extinguitur morte alicuius, ad eius hæredes non transmittitur, ne plus iuris in alium transferat, quam ipse habeat.*
31 *Consuetudo Curiæ Romanæ extenditur ad omnes alias Prouincias, in quibus, prout in vrbe, est obseruanda.*

CONSILIVM CLX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Reuerendus Presbyter Petrianus de Castellana renuntiauit Presbytero Antonio beneficium curatum cum onere soluendi dicto Presbytero Petriano, quotannis ducatos sexaginta; medietatem scilicet die 25. Mensis Martij, & alteram medietatem die 15. Mensis Augusti, nec antea, vt dicitur constare ex bullis Pontificijs desuper expeditis, & cum idem Presbyter Petrianus vitam cum morte commutauerit die 13. Mensis Februarij, & sic antequam aduenerit dies solutionis dictæ medietatis pensionis, quæ maturabatur die 25. Martij. In disputationem venit, an hæredes dicti Presbyteri Petriani iure petere possint a dicto Presbytero Antonio dictam pensionem pro rata temporis, quo Presbyter Petrianus vixit, an vero potius in totum excludantur. Super quo articulo requisitus ab admodum Illustri Domino Bernabone Malespina de Filateria, cui morem gerere semper optaui, vt quid de iure dicendum esset, sibi scriberem, vt mox ipse dictas partes concordare posset, & lites inter eas sopire, Retuli tutius me existimare, hæredes dicti Presbyteri Patriani nihil de dicta pensione cõsequi posse, quam aliquam partẽ habere.

Nam etsi in quæstione ista variæ sunt 1 Doctorũ opiniones, de quib. infra dicetur, tamen sententia in totum excludẽs hæredes eius, cui pensio debetur ex redditib. ecclesiasticis, verior & subsistẽtabilior de iure videtur, & in Curia Romana obseruatur.

Prima enim opinio fuit Alex. consi. 15. 2 nu. 3. lib. 2. quod si pensionarius decedat ante perceptos fructus, nihil transmittat ad hæredes, secus si illis iam collectis decedat, etiam si dies pensionis soluendæ nondum venerit iuxta distinctionem leg. defuncta, ff. de vsufruct. quasi quod pensio Ecclesiastica similis sit vsufructui, & de illa ad eum argui valide possit, & sequuntur Ioannes Baptista de Sancto Seuerino, & Hieronymus Gigas in trac. de pension. ille quæst. 25. hic quæst. 53. Bellon. consil. 3. num. 11. & Tessaur. decisio. Pedemont. 143. in fin. & idem sentiunt alij relati per Bursat. consil. 178 num. 17. lib. 2.

Sed hanc opinionem impugnant Didac. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 15. nu me. 13. & Gutierez in quæstionib. canoni- 3 cis, c. 33. num. 9. & nouissime Petrus Barbos. in l. diuortio, in prin. in 2 p num. 39. & seq. ff. solu. matr. fol. 945. qui latissime insistit, & dictam opinionem de iure non posse subsistere ostendit, & omnibus in contrarium facientibus respondet, & potissimum ad prædictam argumentationem de pensione ad vsumfructum, quæ non procedit, quia pensionarius nullum ius habet 4 in beneficio, neque in fructibus illius, sed omnia hæc plene iure competunt beneficiario cum onere tamen soluendi pensionem, quam a manu eius pensionarius percipere debet, vt per Oldrad. consi. 168. in 4. dub. num. 5. & 6 & sic multum dicta pensio differt ab vsufructu, qui non eo modo 5 constituitur, nec debetur, sed diuerso, vt est tex. in l. si quis ita 24. cum glo. & in d. l. defuncta 65. §. Sempronio, ff. de vsufru. in l. patrimonij, iuncta glo. in verbo in annos singulos, & in l. fundi Trebatiani, in fin. cũ glos. in verbo differentiam, ff. de vsu, & vsufru. lega. & in l. idẽ est, & ibi etiã gl. ff. vsusfruct. quemadmodum caueat, & vt latius per ipsum Barbos. ad cuius dicta curiosum lectorem remittere satis erit.

Secunda opinio fuit Rebuff. de pacific. possessor. nu. 148. quod si pẽsionarius decedat in principio anni, integram pensionẽ 6 illius anni transmittat ad hęredes, eo quia cum pensio annuatim debeatur, succedit regula, quod debitum annuum in princi- 7 pio anni soluendum est, & licet postea creditor decedat post principium anni, tamẽ integrum debitum illius anni, ad hæredes transmittit, l. in singulos, ff. de ann. legat l. nec semel, in princip. ff. quando dies legat.

ced. Barto. communiter receptus in l. qui hoc anno, in fin. ff de verb. obligat. & alij plures, qui consulto ommittuntur.

Sed & hæc sententia improbatur, quia cum pensio in fructibus beneficij cōstituatur, vtique ex ipsis fructibus præstāda est, 8 ideoque nō potest dici debita, antequam fructus nascātur l. 1. in fi. ff. de cōd. & dem. imo neque antequam percipiantur, l. firmio, §. fi. iuncta gl. pen. in verb. non initio, ff. quan. dies leg. ced. & præsertim cum de stilo Curiæ soleat exprimi, quod dimidia 9 pars pensionis soluatur in die Natiuitatis S. Io. Baptistæ, & altera dimidia in die Natalis Domini Nostri Iesu Christi, vel in alijs terminis per partes conuentis vnde nō est soluenda in initio anni, sed in terminis expressis, l. nec semel, §. si in habitationē, 10 ff. quan. dies legat. ced. & non negat Reb. loco citato, num. 147. & ita ex prædictis, & alijs rationibus concludit Petr. Barbos. vbi supra num. 41. & 42.

Tertia opinio fuit Did. Cou. li. 1. var. re sol. c. 15 nu 13. vers. superest tandem circa 11 finem, quod pensio ecclesiastica debetur hæredibus pēsionarij pro rata anni decursi, cum ea à Summis Pontificib. cōstituatur in alimenta ipsius Clerici, cui concedi tur, atque in stipendium eorum, qui mini sterium aliquod vel exhibent, vel exhibuere ecclesiæ, vel ecclesiastico ordini, hancque sententiā audacter se tenere, & veriorem, & æquiorem esse testatur ipse Dida. ex quo enim pensio ecclesiastica cedere 12 videatur in alimentorū causam Ro. cons. 388. nu. 3. & 5. videtur admittēda æquitas d. l. diuortio, in prin. ff. sol. mat. loquētis de simili diuisione ad ratam anni inter virū, & vxorem facienda, & huic opinioni subscribunt Ludou. de Moli. de Hisp prog. li. 3. c. 11. nu. 4. & Gutie. in canonicis qōn. c. 33. nu. 34. quib. addo Zerul. in praxi episcopali in 1. p. in verb pēsio, circa fi. ver. tertio an, & quando, dum se simpliciter remittit ad dicta per ipsum Con. in loco citato, cuius sententia & mihi quandoque placuit.

Verumtamen, & huic opinioni contra dicunt Nau. in tra. de redditi. eccl. q. 2. mo 13 nitu 16. & Petr. Barbos. in d. l. diuortio, in prin. in 2. p. sub nu. 42 ea ratione, quod pēsionarius non tenetur aliquod officiū facere in ecclesia, nec quidē recitare horas 14 canonicas, nec aliquid aliud agere Nau. in c. si qn, de consec. dis. 1. not. 7. nu. 24. quam uis hodie per extrauag. Pij V. Pōtif. Max. S. Me. teneatur dicere officium Beatæ, ac Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ, vt per Nauar. in Manual. confess. cap. 25. nu. 108. & numero 122. ita vt cum nulla sit proportio prædicti oneris ad pensionem, sumus extra terminos dict. leg. diuortio.

Quarta opinio fuit Nau. in d. tra. de red ditib. ecclesiast. q. 2. monitu 16. dicentis de 15 stilo Curiæ seruari, vt si dies soluendę pēsionis cedat viuo pensionario, transmittatur pensio ad hæredes, siue tūc fructus beneficij sint collecti, siue non, siue maior pars anni, siue minor trāsierit. Si vero moriatur antequam dies soluendæ pensionis 16 cedat, nihil ad hæredes transmittat, & ita ēt tenent Gutier. in q. cano. c. 33. nu. 35. & alij, quos sequitur Pet. Barbos. vbi sup. sub nu. 42. & seqq. vbi latissime opinionē hāc probat ex plurib. & potissimum, quia de 17 stilo Curię dimidia huius pēsionis est soluenda in festo S. Ioa. Baptistæ, & altera dimidia in Natali Domini Nostri, & cedit in alimenta, & sustentationem pēsionarij Ro. cons. 388. nu. 3. & 5. Gig. de pens. q. 51. & seqq. & Coua. d. c. 15. num. 13. in fi. quæ quidem alimēta extinguantur morte ali 18 mentandi, l. cum hi, §. vult igitur, vers. constat, ff. de transa. & consequenter non possunt pertinere ad hæredes pro tēpore decurso post mortem illius l. cum fine, præfinitione 19. ff. quan. dies lega. ced. l. 4. ad fi. prin. & ibi gl. in verbo ad suos hæredes, ff. de alim. & cibar. leg. qua ratione idem re 19 cipiendum est in pensione ecclesiastica, quæ cedit loco alimentorum, atque proinde si pensionarius decedat ante diem S. Ioannis Baptistæ, nihil ex pensione illius anni hęredibus relinquet; Si vero decedat post prædictam diem, illam quidem dimidiam pensionis iam debitam transmittet ad hæredes, sed si eodem anno decedat ante diem Natiuitatis Domini, ex altera dimidia nihil relinquet hæredibus, vt stilus Curię obseruat, & bene, quia licet dies certa non impediat ortum actionis, & obliga 20 tionis, l. cedere diem, ff. de verbor. significat. & l. 1. vers. cum dies, ff. de conditio. & demonstra. & consequenter neque transmissionem, tamen in his, quæ suapte natura ad hæredes non transmittuntur, dies e 21 tiam certa impedit ortum actionis, & obligationis, leg. vnica, ad fin. versic. item si ex die, ff. quando dies vsusfructus legat. ced. & tradit Bartol. in l. ita stipulatus, numer. 38. ff. de verbor. obligat. qua propter cum pensio ad instar alimentorum ad hæredes non transmittatur, vt supra probatū est, dies expressa impediet ortum actionis & obligationis, & ideo pensionarius ante illam diem decedens nihil transmittet ad hæredes; Nec impedimento est regula §. ex conditionali Institu. de verbor. obligat. quod ex conditionali stipulatione spes ad hæredes transmittitur, quia non procedit in obligationibus, quæ morte extinguuntur,

tur,

tur,vt probant iura supra citata,& tradunt Costa in tract.de successiõ. Regni, in prima parte,numer. 14.& Alciat.respons.99. num.22.adducti per Barbos.supra citatũ, qui etiam subdit eo magis hoc locum habere, quia pensio tanquam procedens ex 24 gratia Summi Pontificis æquiparanda est legato cap.1.& ca.authoritate, de concess. præbend.in sexto,Roman.consil.348.numero 5.& d.consil.388.nu.7.vnde in pensione procedit regula,l.vnicę.§.sin autem 25 aliquid sub conditione, Cod.de caducita. tollen.& l.cum fine,pręfinit.19.ver.quod si ita, ff.quand.dies legat.cedat.quod in legatis conditionalibus legatarius non transmittit spem ad hæredes, & addit Barbos. quod ideo merito, Pute.decisio.14.lib.3. refert in Rota fuisse iudicatum, vt si habens pensionem,illam transferat in alium ante diem Sancti Ioannis Baptistæ, nihil 26 ex ea debet habere, sed integra soluenda est illi,ad quem fuit translata. Quæ opinio indubitanter admittenda videtur in præsenti casu,in quo præsupponitur in thema te transmisso, quod expressum fit in bul-27 lis, quod dimidia pensionis soluenda sit die 25. Mensis Martij, & altera dimidia die 15. Mensis Augusti,nec antea,vt alicu ius effect us esse videantur dicta verba, nec antea, & otiosa, & superflua non re-28 maneant,per ea quæ tradit Bal. in Rethorica,C.de contrah.emp.quæst.9.num.16. quem sequuntur ibi alij Doctor. & Ioannes de Imol.consilio 100. sub numero secundo,in fin.quod & dictis verbis non extantibus procedere videretur, quia etiam simpliciter designatis temporibus solutio 29 num ante aduẽtum ipsorum temporum non cessit, nec venit dies, & sic actio non est orta,vt punctualiter dicit Pute.d.decisio. 14. post medium, vnde pensionarius interim decedens non habet quidquam, quod ad hæredes transferat, cum morte ius suum extinguatur, nec ad alios, quod 30 sibi non competebat,transmittere possit. l.nemo plus iuris. ff.de regulis iuris, cum simil. Nec ambigendum est,quod hæc cõsuetudo, seu obseruantia Romæ vigens extendenda sit ad omnes alias prouincias vt in indiuiduo tradit Paris.consil. 25.numero 43.lib.quarto,& nouissimè Marcus 31 Antonius Maceratensis variar.resolut. libro primo,resolut. 112.casu 65.in fin.versic. cæterum asserebatur folio mihi 145. Anno 1606. Florentiæ. Laus Deo, & Virgini.

Petrus Caballus I.C.Pontremulensis.

EPITOME.

An statutum loquens de fideiussoribus, maxime in correctorijs iuris communis, procedat in pluribus reis debendi principaliter, & in solidum obligatis ad aliquid, qui inter se ipsos dicuntur fideiubere, & an statutum Florentinum libro secundo, Rubric. 33. de repetit.debit.solut. tribuens hypothecam fideiussori contra bona debitoris principalis procedat in socijs, eisdemque correis debendi, vt vnus pro repetitione soluti creditoribus habeat hypothecata bona alterius vigore dicti statuti, vbi deciditur pro parte negatiua pluribus rationibus, & authoritatibus non spernendis.

SVMMARIVM.

1. *Statutum Florentinum in libro secundo, Rubri. 33. de repetit. solut. quod dat hypothecam fideiussori in bonis principalis debitoris, non procedit in pluribus socijs vnius societatis eisdem que correis debendi, & sic, quod non censeantur inuicem fideiubere.*
2. *Hypothecam vni ex socijs, & correis debendi, competere contra bona alterius pro repetitione soluti virtute dicti statuti, pluribus rationibus probari videtur.*
3. *Fideiussor, verbum hoc fideiussor dupliciter in iure accipitur, pro eo scilicet, qui accedit alienæ obligationi, & pro eo, qui principaliter pro alio se obligat.*
4. *Principalis dicitur semper is, ad quem peruenit vtilitas contractus, alter vero dicitur fideiussor, quicquid in contrarium verbis actum fuerit.*
5. *Correus, ad quem negotium non pertinet, censetur in solidum fideiussisse pro eo, ad quem negotium pertinet secundum communem theoricam.*
6. *Fideiussor in effectu videtur is, qui pro alio obligatur, licet quoad formam promissionis videatur principalis.*
7. *Actus ab effectu iudicari debet, non à forma verborum.*
8. *Rei plures debendi, quamuis in forma verborum videantur principales, tamen solum principalis iudicatur ille, qui in effectu habuit pecuniam.*

9 *Statutum loquens in fideiußore, habet etiam locum in correo principaliter obligato, quia videntur correi vicißim fideiubere.*

10 *Correus, vt principalis obligatus, principaliter & in solidum obligatus censetur respectu creditoris, præterquam in duobus casibus.*

11 *Correi, quando adinuicem ex causa onerosa se obligant, & pecunia, vel negotia ad vnum tantum pertinet: is, ad quem nec pecunia, neque onus negocij pertinet, censetur promittere animo fideiubendi pro altero correo.*

12 *Rei plures debendi respectu creditoris non habēt beneficium excußionis, neque diuisionis pro fideiußoribus inductum.*

13 *Statutum sunt stricti iuris, & ideo eorum verba strictè, & propriè intelligenda sunt.*

14 *Statutum loquens in casu vero, militat etiam in casu ficto, quando est eadem in vtroque ratio.*

15 *Statutum exorbitans, sed non correctorium iuris communis, extenditur ex sola identitate rationis.*

16 *Dispositio exorbitans, loquens in vno casu, extenditur ad alium omißum qui ex larga significatione vocabuli comprehendi potest sub expresso.*

17 *Statutum ex identitate rationis extenditur etiā in correctoriis ad casum omissum, cum vnica tantum ratio considerari potest.*

18 *Ratio, quæ vnica tantum assignari potest, habetur pro expressa.*

19 *Statuti Florentini, de quo supra num. 1. ratio videtur esse, quia facilius creditori potest solui, & fideiussor a debitore principali indemnis conseruari.*

20 *Idque suadere videntur verba dicti statuti cum ait, fideiussor vel obligatus.*

21 *Verba statuti non debent esse superflua.*

22 *Extensio est facienda, ne dispositio reddatur inutilis, & illusoria.*

23 *Extensio fit, vt statuta habeant effectum.*

24 *Statutum Florentinum, de quo supra num. 1. est potius iuri communi contrarium, quam exorbitans.*

25 *Exorbitantia dicuntur illa, quæ deuiant, vel discordant a iure communi.*

26 *Exorbitare nil aliud est, quam a communibus regulis deuiare.*

27 *Exorbitantia dicuntur iura, quæ limitant ius commune.*

28 *Statutum, quo affines compelluntur ad compromittendum, non comprehendit Nouercam quę superuixit Patri priuigni.*

Et ibidem, quod tale statutum non dicitur esse præter, sed contra ius commune, & numero sequent.

30 *Præter ius commune dicuntur, de quibus non est pro, aut contra, de iure communi prouisum.*

Et ibidem quod in casibus non decisis a iure communi, consulendus est Princeps.

31 *Prouisio emanans, quando est secundum ius, vel præter ius, potest extendi, maxime si fauorabilis sit.*

32 *Extensio non fit in correctorijs de casu vero ad casum fictū, etiam quod de lata significatione vocabuli comprehenderetur sub expresso ut & infra nu. 44.*

33 *Statutum Florentinum, quo fideiussori soluenti tribuitur hypotheca in bonis sui debitoris probatur esse contra ius commune.*

34 *Fideiußori aduersus debitorē, vel eius hæredes datur actio personalis mandati pro repetendo solutum, non hypothecaria.*

35 *Fideiussori soluenti non competit hypothecaria, nisi sibi fuerit a creditore cessa.*

36 *L. mandati, C. de fideiußor. elegans declaratio limitatiua.*

37 *Verba, ita demum, sunt limitatiua, & restrictiua dispositionis præcedentis.*

38 *L. mandati, C. de fideiusso. corrigitur per statutum Florentinum, Quo fideiussori tribuitur ipso iure hypothecaria in bonis debitoris.*

39 *Contraria, cognito vno ex contrarijs, cognoscitur, & aliud.*

40 *Statutum, de quo supra corrigere ius commune comprobatum.*

41 *Statutum, iuris communis cōrrectorium, debet strictè, & propriè intelligi.*

42 *Statutum contra ius commune disponens aliquid in casu vero non extenditur ad casum fictum.*

43 *Dispositio noua contra ius commune loquens de præsentibus non comprehendit fictè præsentes secundum magis communem.*

44 *Statutum correctorium iuris loquens in vno casu, non extenditur ad casum, qui ex lata significatione vocabuli comprehenditur sub casu expreßo, vt & supra, numero 32.*

45 *Statutum contra ius commune, loquens de venditione, non habet locum in adiudicatione in solutum.*

46 *Statutum, loquens de locatione, habet locum in vero, & proprio contractu locationis, non in improprio.*

47 *Statutum, quod de quolibet contractu soluatur gabella, non habet locum in contractu donationis, qui est impropriè contractus.*

48 *Statutum, quo requiritur consensus propinquorum in contractu mulierum, non habet locum in aditione hæreditatis.*

49 *Statutum loquens de vltima voluntate, non extenditur ad donationem causa mortis.*

50 *Verba statutorum debent accipi propriè, & nō impropriè, etiam si statutum eßet fauorabile, & nullatenus extendi potest.*

51 *Extensio non est licita in correctorijs etiam ex maioritate rationis.*

Statuta

52 Statuta iuris communis correctoria nō sunt extendenda, sed in proprio eorum casu intelligenda, nec ad alium casum non decisum trahenda etiam ex eadem, vel maiori ratione secundum communem regulam.

53 Verba in statutis ita accipi debent, vt iuri communi minus derogent.

54 Item vt minus praeiudicent iuri tertij, quam fit possibile.

55 Correi, cum Doctores dicunt, quod duo correi videntur adinuicem fideiubere; verbum illud: videntur, denotat impropriétatem.

56 Statutum, disponens de fideiussoribus, non habet locum in correis.

57 Correi adiuuicem non sunt verè, & propriè fideiussores, sed impropriè, & fictè, item infra nume. 68.

58 Fideiussor verè, ac propriè dicitur is, qui alienae obligationi accedit, quiuè pro eo, quod alius debet, accessoriè se obligat.

59 Correi, quod inter correos debendi mutua sit fideiussio, ita vt quod vnus soluerit, ab alio correo repetere possit; nulla lege cauetur.

60 Rei duo debendi videntur adinuicem fideiussores pro repetitione soluti à correo, quando sunt socij vel omnium bonorum, vel alicuius negociationis vel rei.
Item Societas facit, quod plures personae sociorum pro vna habeantur, & quod debitum sit commune.

61 Fideiussio vera, & propria non est inter correos etiam socios omnium bonorum, sed impropria tantum vi taciti consensus.
Item quod est fideiussio praesumpta, & à lege subaudita.

62 Verbum, videtur, denotat impropriétatem, item supra num. 55.

63 Correi, ijdemque socij, non habent beneficium excussionis, vel diuisionis fideiussoribus à lege concessum.

64 Fideiussio aliqua non est sub obligatione correorum debendi, neque quoad creditorem, neque quoad ipsos reos debendi.

65 Correus, idemque socius soluens pro altero correo & socio non habet actionem mandati, neque etiam tacitam, aut vtilem, sed actionem pro socio.

66 Correi, ijdemque socij dicuntur agere negocium commune societatis, non particulare vnius.
Item quod societas aequè principaliter inter ipsos contrahi dicitur.

67 Statutorum beneficia pro fideiussoribus inducta non procedunt in his, qui rem propriam agunt, sed in ijs, qui pro alijs se voluntariè, & absque aliquo eorum commodo accessoriè obligant.
Et ibidem, quod ab hac opinione non est tutum in iudicando recedere.

68 Correi plures, cum dicitur, quod inter duos correos se in solidum obligantes, ille censetur principalis debitor, ad quem peruenit vtilitas: alter verò fideiussor, verum est largè, & impropriè, quae consideratio est extranea à statutis, item supra num. 57.

69 Decij consil. 168. eleganter declaratur.
Et ibidem, quod is, qui re vera est fideiussor, eximi debet à praeiudicijs, poenisque per statuta contra cessantes inductis.

70 In statutis ea facienda est interpretatio, vt minus iuri communi derogetur.

71 Ius commune antiquum, & regulare non patitur aliquem odio alterius pregrauari.

72 Poenae & delicta tenere debent principales, & suos authores.

73 Extensio, per quam reducimur ad ius commune, permittitur, & toleratur etiam in correctorijs.

74 Alexandri consil. 41. lib. 5. citatum supra nu. 9. declaratur & ibidem quod constitutio inducta ad vtilitatem Ciuium, dicitur fauorabilis, & concernere publicam vtilitatem.

75 Contrahens extra territorium in fraudem prohibitionis statuti dicitur facere fraudem publicae vtilitati.

76 Extensio, quae fit in correctorijs iuris communis, non sine dubio admittenda est; quando ratio non est expressa in statuto, vel vnica tantum assignari potest.

77 Ratio vnica in dubio non debet praesumi, quod vnica tantum ratio possit reddi, vt sit licita extensio, imo debet praesumi oppositum.

78 Fideiussor propriè dicitur promittere ea intentione, vt sit accessoriè obligatus, & vt exigatur in defectu principalis non soluentis, & eo prius excusso.

79 Statutum Florentinum prouidet indemnitati fideiussoris per actionem hypothecariam, quia fideiussor contra intentionem suam, ac naturam suae obligationis coactus soluit.

80 Obligatus principaliter, qui principaliter, & vt correus se obligare voluerit, pro sua obligatione contraxisse videtur.

81 Correum principalem cum aliquis se constituit, damnum, quod proptérea patitur, sibi & non alteri imputare debet.

82 Correi in ijs etiam casibus, in quibus alteri pro altero fideiubere videtur, non habent beneficium de fideiussoribus, sed beneficium Auth. de duobus reis.

83 Correi, si non habent beneficium fideiussoribus concessum de iure, multo minus illud habere debent ex forma statutorum, in quibus strictius proceditur.

84 Inter fideiussores, & correos sunt plures differentiae; de quibus hic, & numero 81. remissiuè.

85 Extensio non habet locum, etiam quod in statuto vnica tantum ratio assignetur; quando diuersae rationes dispositionis adducuntur.

86 Praecedentia, & quasi in praefatione statuti posita, ad sequentia euidentiorem praestant intellectum.

87 Clausula praecedens est maioris efficaciae ad declarationem,

elarationem, determinationemque sequentum, quàm è contra.

88 *Legis, statuti, & cuiusuis alterius dispositionis vna pars declarat aliam, nec non verba ambigua illius.*
Obligatus, Verbum obligatus; de quo in statuto Florentino lib. 2. Rub. 33. intelligitur de accessoriè obligato.

89 *Superfluitas potius toleratur, & quod verba nihil operentur quam quod non admittatur verisimilis intellectus statuentium.*

90 *Statutum Florentinum, de quo supra nu. 1. non prouidet, nisi vero, & proprio fideiussori, seu accessoriè obligato.*

91 *Totum, Idem iuris esse debet de toto, quod de parte.*

92 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

93 *Quod statutum Florentinum tribuens hypothecam fideiussori in bonis principalis debitoris, non procedat in pluribus socijs, eisdemque correis debendi, alias iudicatum fuit.*
Et ibidem Nicolai Marij Vandini iam Rotæ Florentinæ Auditoris mentio cum laude.

94 *Honore debito nemo fraudari debet.*

CONSILIVM CLXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Dubitatum fuit coram Magnificis Dominis Deputatis super negocio Mensæ Nummulariæ Dominorum de Riccijs, & Sociorum campsorum, an plures socij vnius societatis, ijdemque correi debendi, cum quilibet socius principaliter, & insolidum teneatur creditoribus, intelligantur inter ipsos esse fideiussores ad hoc, vt vnus pro repetitione soluti habeat hypote1 cata bona alterius vigore statuti Florentini lib. 2. Rub. 33. de repetit. solu. quod dat hypothecam fideiussori in bonis principalis debitoris: in qua difficultate post satis longam discussionem veni in sententiam, quod statutum prædictum minimè procederet in hoc casu, & ita dictis Dominis retuli de iure iudicandum, prout ipsi dictam relationem approbando iudicauerunt, & quia punctus est non infrequens, & subtilis, vt magis veritas elucescat, rem ad partes disputandam censui, deducendo in primis, quæ in oppositum pro affirmatiua opinione facere videbantur, mox negatiuam probando, vltimo vero loco contrarijs respondendo.

Cum itaque difficultas vniuersa versetur super vera, & recta intelligentia præallegati statuti loquentis in fideiussore, an locum habeat in pluribus reis principaliter, & in solidum obligatis, quasi ij censeantur ad inuicem fideiubere, videbatur prima consideratione dicendum, statutum prædictum casum hunc comprehen2 dere, sicque hypotecam vni ex socijs, & correis debende competere contra bona alterius pro repetitione soluti virtute talis statuti, quoniam certum est, quod verbũ hoc fideiussor dupliciter in iure nostro accipi, & intelligi potest pro eo scilicet, qui 3 accedit alienæ obligationi, Item & pro eo, qui principaliter pro alio se obligat, vt expresse notat Bartol. in l. reos. ff. de duobus reis, col. 2. in principio, & notatur per glos. in l. in personam, §. 1. ff. de pact. Cast. cons. 332. in princ. lib. 1. vnde in effectu semper ille, ad quem peruenit vtilitas contractus, 4 dicitur principalis, alter vero dicitur fideiussor, quicquid in contrarium verbis actum fuerit, ita eleganter declarat, atque concludit Paulus de Castr. d. consil. 332. col. 1. & 2. & tradit etiam late Com. cons. 124. viso puncto sub nu. 1. vers. tamen his non obstantibus, lib. 1. etenim traditur hoc pro communi theorica, quod inspiciatur inter duos principaliter obligatos, ad quem ipsorum perueniat vtilitas, pertineatve negocium, vt alter correus, ad quẽ negocium non pertinebat, censeatur in so5 lidum fideiussisse pro eo, ad quem negocium pertinebat, vt volunt omnes in l. vir vxori, §. fina. ff. ad Velleia. Bald. quem cæteri sequuntur in l. 1. Cod. de duobus reis, Barto. & post eum Aret. in d. l. reos. Castr. d. consil. 332. num. 1. lib. 1. Corn. d. consil. 124. num. 1. lib. 1. & consi. 316. num. 2. lib. 4. Crauet. consil. 77. sub num. 3. ad fin. ver. hoc ita præsupposito. Roncheg. in d. l. reos num. 13. cum plur. sequen. & iterum num. 21. & plur. sequen. & Marsi. in Rubr. de fideiussori. num. 71. & iterum nu. 436. & sequent.

Quod satis efficaciter comprobari videtur ex his, quæ consulendo pulchre deducit Dec. consil. 268. conclusio superius firmata in fauorem Raynaldi de Altouitis, 6 2. col. vers. his tamen remotis, vbi signanter in proposito post Imo. in l. penul. ff. de prætor. stipulat. & Alex. in l. vbi autem, §. illud, ff. de verbor. obligat. concludit, quod in effectu videtur fideiussor ille, qui pro alio obligatur, licet quoad formam promissionis videatur principalis, quia actus ab effectu

7 effectu iudicari debet, non a forma verborum, vt notat Bal. in l. 2. C. commo. & hoc patet, vt in specie exemplificat ibi Dec. in pluribus reis debendi, qui in forma verbo
8 rum videntur principales, & tamen solum principalis iudicatur ille, qui in effectu habuit pecuniam, & adducit Bar. in d. l. reos. col. 2. ff de duob. reis, Abbat. Cor. & And. Barbat. in locis per eum citatis.

Idem magis aperte, ac in terminis decidere videtur Alex. in consil. 41. visis quæ subtiliter in principio, lib. 5. quod est repe-
9 titum consil. 116. lib. 6. vers. Nec obstat, dum formaliter inquit, Nec habet obstare, quod præallegatum statutum loquatur in fideiussore, & iste sit obligatus vt principalis, Quia respondeo ex his, quæ dixit Ioannes Andr. in addit. Spec. in tit. de cession. acti. §. fin in addit. disputauit Alber. Odofre. quæstionem, vbi post Alber. prædictum concludit, quod statutum loquēs in fideiussore habet etiam locum in correo principaliter obligato, quia videntur correi vicissim fideiubere, quatenus pecunia ad se non peruenit, allegat tex. in auth. de duob. reis, §. 1. & l. si pro parte. §. fi. ff. de in rem. vers. & in l. sed & Iulianus, §. 1. ff. ad Macedon. bene facit quod voluit glos. not. in auth. de fideius. in prin. in vers. fideiussorem, in fi. hactenus Alexander.

Verum tamen est, quod respectu creditoris non immutatur natura obligationis, neque promissionis forma, quominus vt
10 principalis, secundum quod verba sonant, principaliterque, ac in solidum obligatus dicatur, nisi in duobus casibus, scilicet, quando hoc est actum expresse, vel si est color quæsitus, vt tradit de primo Roncheg. in d. l. reos, nume. 23. & de secundo, num. 24. vbi nume. sequen. plura exempla ponit quæsiti coloris, & aliter etiam limitat, licet respectu ipsorum correorum ad
11 inuicem, vbi ex causa onerosa se obligant & pecunia peruenit ad vnum tantum, vel negocium ad eum pertinet, ille, ad quem pecunia non peruenit, vel ad quem onus negocij non pertinet, censetur promittere animo fideiubendi pro altero correo, qui habuit pecuniam, vel cuius est negotium, vt est magistralis doctrina Bat. in d. l. reos, eandem sententiam videtur satis clare exprimere Bald. in consil. 466. ad intelligentiam, col. 3. lib. 5. & in d. l. vlt vxori, § fin. & in l. si non singuli, C. si cert pet. Crau. consil. 77. supra citato, sub num. 3. ad fin. Roncheg. in d. l. reos numeris supra citatis, & iterum num. 32. & plur. sequen. quicquid respectu creditoris dicat in contrariū Marsi. in d. rub. de fideiussot. nu. 436. & seque.

ita vt nullum circa ipsum creditorem habeant beneficium, neque excussionis, ne-
12 que diuisionis pro fideiussoribus indultū plures rei debendi, vt in dictis locis tradit Roncheg. & nu. 30. & 31.

Et quamuis Batto. in d. l. reos videatur velle, quod quicquid dicatur de correis, quod videantur inter se inuicem fideiubere, procedat capiendo fideiussorem largè, non autem propriè, & strictè prout accipi
13 debet, præsertim in statutis, in quibus tanquam stricti iuris verba strictè, & propriè intelligenda sunt. l. 1. §. si is, qui nauem, ff. de exerci. l. 3. § hæc verba, ff de nego. gest. l. quod constiturum, ff. de testamen. milit. l. constitutionibus, & ibi Bartol. ff. ad municip. & notant Bartol. & alij Doctor. in l. omnes populi, ff de iustit. & iur. tamen statutum loquens in casu vero, militat in ca-
14 su ficto, quando eadem in vtroque est ratio, l. gallus, §. & quid si tantum, & §. quod si is. ff de liber. & posthu. & ibi Doctores Alex. consil. 207 nume. 4. lib. 6. vltra quod in statuto potius exorbitanti, quam iuris
15 communis correctorio, prout nostrum videtur, licita est extensio ex sola identitate rationis, quæ videtur subesse, & pariformiter in vtroque militare, ita originaliter docuit Bartol. in l. si constante, in princip. ff. soluto matrimonio, quem sequuntur communiter legistæ ibidem, & in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. & Canonistæ in cap. dilecta. §. Nos igitur de confirmat. vtil. vel inutil. & in c. ad audientiam, de cleri. non resid. & quia dispositio exorbitans
16 loquens in vno casu extenditur ad alium omissum, qui saltem inspecta larga significatione vocabuli comprehendi potest sub expresso, & prouiso, l. filium habeo, ff. ad Macedon. l. Senatusconsulto, ff. de ritu nupt. glos. in authe. vt hi qui obliga. §. 1. in vers. ad curationem, & in clemen 1. de electïon. & tradit eleganter Alex. consi. 107. sub nu. 4. lib. 6.

Quinimo, & si essemus in correctorijs adhuc idem dici posse videtur propter eā dem identitatis rationem, etiam quod ratio in ipso statuto expressa non sit, cum vnica tantum considerati possit, vt voluit
17 glos. communiter approbata in clem. 1. in verbo eligatur, de electïon. & in authen. vt hi qui obliga. in ver. ad curationem, & ibi etiam Angel. de Perus. Ioan. de Imo. Pau. de Castr. & alij in d. §. de viro. ff. solu. mat. latè Ias. in auth. quas actiones, C. de Sacro sanct. eccles. vbi enim vnica ratio tantum
18 reddi potest, illa habetur pro expressa, vt notat glos. reputata singularis, in l. quamuis, C. de fideicomm. quam ibi sequuntur Bal.

Bal.& alij, & idem Bal.in l.qnoties,la prima,eod.titu.& in l.maximum vitium, C. de liber præter. Cæpol.in tract.de interpr. iur.expens.tit.de generali extens. interpretat.num.120.vers.quando autem, & titu. quæ fuer.causa introducen.extens. num. 116.vers.aliquando ratio & Matthesilan. in eodem tract.de extension. nu.22. vers. addi potest. Ea autem vnica videtur posse assignari in terminis allegati statuti,quod 19 scilicet facilius creditori possit solui,& fideiussor a debitore principali indemnis conseruari,quæ quidem,& in casu nostro militare videtur, vt de se patet, quam intelligentiam videtur clare admittere verba ipsa statuti posita in vers.quod obserue 20 tur per omnia,quando aliquis fideiussor, vel obligatus soluerit,quasi quod intenderit alium, quam fideiussorem complecti, & sic correum, qui licet proprie non possit dici fideiussor,negari tamen nõ potest, quin obligatus dici possit,ne alioquin verbum illud sit superfluum contra legem si 21 quando,ff.de legat.1.& notata per Bal.in Rub.C.de contrah.empt.& per alios passim,à qua intelligentia non videtur dissentire Thomas Saluet.in suis interpretationibus super dicto statuto,pro qua re bene facit quod ne reddatur dispositio inutilis, 22 & illusoria,eius fit extensio, vt post Bart. in l.non dubium,C.de legib.& in l.omnes populi,ff.de iust.& iure, facit Cæpol.in d. tract. titu. de caus.finali,siue effectiue extension.nu.4. vers.nam regulariter; Idem vult Florian. in l.penultim. ff.si quadrup. pauper.feci.s dicat.inquiens, quod statuta 23 si non haberent effectum, nisi extenderentur, tunc fit extensio, sequitur Cæpol. vbi sup.nu.5.qui etiam num.seq. idem ex pluribus alijs probat.

Prædictis tamen non obstantibus contrariam sententiam amplexus sui tãquam veriorem,& probabiliorem,namque statutum istud apertè est iuris communis 24 contrarium,potius quam exorbitãs,quoniam exorbitantia dicuntur illa, quæ deuiant, vel discordant a iure communi, vt magistraliter declarant Dynus, & Ioann. 25 Andr.in regula, quæ a iure communi, de regul.iur.in 6.Alberic.de Rosat.in dictionario, in verbo exorbitant, exorbitare e- 26 nim nil aliud est, quam a communibus regulis deuiare,vt extendit Ias.in l.si constante,ff.solu.matrim. Hoc idem declarat Imo.in d.§.de viro,col.7.suadet & allusio vocabuli,exorbitare,quasi ab eo, quod rectum est,aberrare,vt ex Calepino patet in verbo Exorbito, Quare, & iura limitatoria iuris communis dicuntur etiam exor- 27 bitantia,vt sentit exemplificando Glos.in d.reg.quæ a iure,& Ias.in d.l.si constante, quod clarius demonstrat Alex.cons.207. ponderatis verbis statuti ante pen.col. nu. 22. vers. non obstat quinto, lib.6. dum in terminis consultationis suæ in statuto co 28 gente affines ad compromittendum,concludit non comprehendi Nouercam,quæ superuixit patri priuigni tanquam dissoluta affinitate,fictè,& impropriè affinem ea præcipua ratione, quia tale statutum cogens ad compromissum non dicitur esse præter ius commune,sed contra ius com- 29 mune,per tex.in l.quod si dictum,§.compromissero,ff.de euict. Nam præter ius cõmune esse diceretur, quando procederet circa id,de quo non esset pro, aut contra, 30 de iure communi prouisum, prout sunt multi casus,qui in iure non sunt decisi,vnde tunc consulẽdus est Princeps,& exemplificat ex mente aliorum in decisione noua,quæ est in c.vt circa,de elec.in 6. Nam illa dicitur esse præter ius, quia ibi statuitur id, quod nondum erat statutum, vbi igitur prouisio emanans est secũdum ius, 31 vel præter ius,tunc potest extendi, maxime quando est fauorabilis illa prouisio, & tunc possent procedere adducta supra in oppositum, quæ de exorbitantibus loquuntur: secus in correctorijs in quibus Alexan.ibidem,& num.23.& 25.expresse 32 negat fieri extensionem de casu vero ad fictum: vel etiam qui inspecta lata significatione vocabuli comprehendebatur sub expresso, saltem quando in statuto nõ est expressa ratio, vel non concurrit in ipso casu, ad quem quis vellet extensionem facere, maioritas rationis.

Quod autem simus in correctorijs, & quod statutum prædictum tribuens fideiussori soluenti hypothecam in bonis sui 33 debitoris sit contra ius commune, manifeste probatur per text.apertum in l.mandati, C.de fideiussor. vbi fideiussori datur actio mandati, quæ personalis est, aduersus debitorem,vel eius hæredes pro repetẽdo solutum, hypothecaria autem actio denegatur,nisi fuerint cessæ,vel mandatæ actiones per creditorem contra bona debitoris. & ideo scilicet. ibi notat, quod fideiussori soluenti cõpetit personalis man 34 dati,sed nõ hypothecaria,nisi sibi fuerit a creditore cessa; statutum igitur concedẽs hypotecariam ipso iure contra bona debitoris absque alia cessione pugnat de directo cõtra illam leg.& ipsam corrigit,quæ nõ vult d.hypothecariam competere,nisi 35 fuerit cessa, quod fortius stringit ponderando,quod tex.ille vtitur præcisè illis verbis,

bis,ita demum,quæ sunt verba limitatiua
36 & restrictiua illius dispositionis ad cessio nem, vt scilicet competat hypothecaria ita demum si fuerit cessa,& non aliter, adeoquod ex dictis verbis non obscure hy pothecaria denegetur, nisi cessio creditoris eam habentis interuenerit, sunt enim hæ dictiones limitatiuæ & restrictiuæ di-
37 spositionis præcedentis, l.ita demum, C. de procurator.& authent.ex testamento, C.de collation.& ibi etiam Aret. in secundo notab.sub nume 2.ad fin. Vnde negari non potest, quin statutum allegatum tribuens hypothecariam fideiussori in bonis debitoris ipso iure,quod importat absque
38 alia cessione,vel ministerio hominis, con trarietur de directo d.l.mandati, quæ non vult eam competere,nisi facta cessione,ipsamque legem corrigat,& statuat contra iuris communis dispositionem. affirmatiuæ enim est opposita negatio,& è contra, & cognito vno ex contrarijs,cognoscitur
39 & aliud per ea,quæ leguntur, & notantur in l. 1.ff. de his,qui sunt sui,vel alieni iur.& Instit.eo.tit.in princ. Si enim d.l.mandati dumtaxat,& simpliciter loqueretur de a-
40 ctione mandati, quæ competeret fideiussori, & non vlterius cogitasset, nec quicquam dixisset de hypothecaria, nec ipsam tribuisset, nisi certo modo limitato, scilicet ita demum,si fuerit cessa, verum esset dicere,quod talis casus fuisset omissus, & consequenter quicquid postea fuisset per statutum dispositum,fuisset præter ius cõmune,& super eo,super quo ius commune non prouiderat, sed quoniam clare lex fuit loquuta super hypothecaria, volens ita demum competere, si fuerit cessa, aliter denegans, vt dictum est, non videtur posse inficiari statutum prædictum volẽs illam ipso iure competere absque cessione,illius legis correctorium esse.

Cum itaque statutum hoc sit contra ius commune, illiusque correctorium, succedit clara conclusio, quod statutum prædictum debet propriè,& strictè intelli-
41 gi, & eius verba propriè, & non impropriè accipi, & nullatenus extendi etiam, quod maius est, si essemus in materia fauorabili,vt per plura deducit Alexan.in d. consil.207.num.22.& sequen. col.6. & 7. vers. non obstat quinto, & infra lib 6. vbi iuribus,rationibus, & authoritatibus pro-
42 bat,quod statutum contra ius commune disponens aliquid in casu vero non extenditur ad casum fictum per ea,quæ ibi allegat,& refert Archi. in cap.fin. de consuet. in 6. dicentem,quod licet de iure communi aliqui absentes habeantur pro præsentibus, tamen dispositio noua cõtra Ius com-
43 mune loquens de præsentibus non comprehendet illos fictè præsentes, sed habebuntur pro præsentibus quoad ea, in quibus ius commune habet eos pro præsentibus, inquitque eam decisionem magis communiter approbari a scribentibus,subditque nume. 25. verum non esse,quod in statuto correctorio iuris loquente in vno
44 casu debeat fieri extensio ad casum, qui inspecta lata significatione vocabuli comprehendatur sub casu expresso,saltẽ quando in statuto non est expressa ratio,vel nõ concurrit maioritas rationis in casu, ad quem quis vellet extensionem facere.

Ad hæc optime seruiunt plura exempla,quæ congerit idem Alex.in consil.76. visis dubitationibus,col. 1.& 3.lib.5.de sta
45 tuto contra ius commune loquente de venditione, quod non habeat locum in adiudicatione in solutum,item & de statu
46 to loquente de locatione,quod habeat locum in vero,& proprio contractu locationis non in improprio: item & de statuto,
47 quod de quolibet contractu soluatur gabella,quod non habebit locum in contractu donationis, qui est impropriè contractus.Item & de statuto requirente consen
48 sum propinquorum in contractu mulierum,quod non habebit locum in aditione hereditatis, quæ non est propriè contractus,sed quasi contractus: item in statuto loquente de vltima voluntate, quod non
49 extenditur ad donationem causa mortis, quæ non est mere vltima voluntas,& pleraque his similia, quæ curiosus lector poterit indagare, cuius decisionis duplex se ostendit ratio, & quia in statutis verba (vt dictum est) debent accipi propriè, & non
50 impropriè,etiam si statutum esset fauorabile,quod plus est, vt Ang.& Bart.notant in l.apud Iulianum,§.fin ff quibus ex causis in poss eat. quorum conclusio est magis communiter approbata, vt refert Alexan.in d.consil.207.nume.8.& quia cum simus in correctorijs regulariter non est
51 licita extensio, etiam ex maioritate rationis.vt plene scribit Ias.in auth.quas actiones, C.de Sacros. Eccles.& dictum est supra,cum hisque conuenit idem Alex.con sil.167.num.11.& plur.seq.lib.7.vbi ex infinitis ostendit statuta iuris communis
52 correctoria non esse extendenda, sed in proprio eorum casu intelligenda,nec ad alium casum non decisum trahenda,etiam eadem, vel maiori militante ratione: & hanc esse regulam generalem dicit Matthesilan. in suo tractat. de extension. in principio, numero primo, versiculo, &

concludo

80 tate, ac fauore dignum, si quis principaliter, & vt correus contrahere, & se obligare voluerit, quia cum se principalem constituerit, videtur pro sua obligatione, vel negocio ad eum pertinente contraxisse, & si quod damnum propterea patitur, vel incurrit, sibi & non alteri debet imputare, qui nimis animose præcurrit, se principalem correum profitendo, cum in veritate

81 non esset argumento regulę damnum de reg. iur. in 6. & hanc differentiam cum quibusdam alijs ponit Ronchegal. in d. l. reos, num. 34. & 35. Qua forte ratione, & Bartol. in d. l. reos censuit; quod etiam inter ipsos correos, & quoad actionem dandam inter eos in eo; quod eatenus videntur fideiubere alter pro altero, quatenus negocium ad alterum in veritate spectat;

82 in istis casibus nō habent beneficium de fideiussoribus, sed habent beneficium authent. de duobus reis, quod idem aduertit Ronchegal. in d. l. reos, num. 22. in fin. nume. 36. etiam in fi. & num. 40 & 43: quod non potest esse ex alio, nisi quia sub ea forma, vt principales correi contrahere, & se obligare voluerunt. Ex quo dicto inferri

83 potest in proposito, quod si non habent beneficium de fideiussoribus de iure, multo minus ex forma statutorum eo debent gaudere, in quibus strictius proceditur, & a verborum proprietate non receditur l. 1. §. si is qui nauem, ff. de exercit. l. 1. §. hęc

84 verba. ff. de neg. gest. cum alijs copiosè allegatis per Alex. d. consi. 207 nu. 22. & seq. li. 6 & cons. 167. n. 10 & seq. li. 7. & plures alias differentias inter fideiussores, & correos ponit Paul. de Castr. in d. l. sed & huiusmodi, in prin. & nouissime Ronchег. in d. l. reos, n. 34. & seq. data ergo rationū diuersitate non procedit argumentatio, nec locus est extensioni, etiam quod vnica tan-

85 tum ratio statuti esset, vt in indiuiduo dicit Cæpo. in d. tra. de interp. ui. extensiua, ti. 1. de generali extens. interpr. nu. 124. & plur. seq. & tit. quæ fuerit caus. introduct. extens. nu. 117. & sequen. & voluit etiam Matthesilan. in eod. tract. extens. numero 22. iunctis antea dictis.

Ad vltimum de superfluitate illorum verborum, vel obligatus soluerit, dicitur, quod verba illa antea posita in principio

86 statuti, Quicunque fideiussor, vel accessoriè obligatus, videntur tollere hanc obiectionem, præcedentia etenim & quasi in præfatione statuti posita ad sequentia, & inferius dicta euidentiorem præstant intellectum, vt inquit Iureconsultus in l. 1. ff. de orig. iur. & dicit Barto. in l. quisquis, in princip. ff. de leg. 3. quod clausula præce-

87 dens est maioris efficaciæ ad declarationem, determinationemque sequentium, quàm è contra, sequitur Ias. in l. pacta nouissima, C. de pact. & in l. qui filiabus, in fi. ff. de legat. 1. Ange. & alij in l. verum, ff. de petit hæred. Soc. in l. 1. ff. de reb. dub. cum enim vna pars legis, statuti, testamenti, & cuiusuis alterius dispositionis declaret aliam, & verba ambigua illius dispositionis, & magis præcedens sequētem, quam

88 sequens præcedētem, vt in dictis locis habetur, & per Roland. consil. 60. nume. 44. lib. 1. & plures alios adductos per Plot. in addit. ad consil. Martin. Garati, consi. 6. in verbo è contra sub littera G. in proposito nostro verbum illud obligatus intelligetur de accessorie obligato, iuxta exordiū statuti, vltra quod potius toleratur superfluitas, & quod verba sint otiosa, & nihil operentur, quam quod non admittatur

89 verisimilis intellectus statuentium, cum mens verbis præualeat, vt tradit post Cuma. Florian. & alios Cæpo. d. tit. quæ fuer. caus. introdu. extens. nume. 129. versic. & in tantum.

Additur postremo, quod statutum immediate sequens cogitauit, & prouidit de recuperatione debiti soluti a fideiussore, vel correo, necnon damnorum, & expensarum, per quod datur euidenter intelligi, quod in rubrica proximè præcedenti, & nigro non loquitur, nec prouidet, nisi vero, & proprio fideiussori, vel accessorie o-

90 bligato aduersus principalem debitorem: in sequenti autem rubrica aduersus confideiussores, vel correos inter se, vnum ergo non continet aliud, alioquin alterum superflueret, nec refert, quod statutum sequens prouideat de recuperatione partis, & non totius, quando ad vnum tantum negocium pertinet, quia vel suppleri debet per interpretationem passiuam a regula iuris, quia idem iuris esse debet de toto, quod de parte, l. quæ de tota, ff. de rei

91 vend. vel si est casus omissus, satis est quod de eo in genere sit cogitatum, & remanet

92 in dispositione iuris communis, l. commodissime, ff. de lib. & posth.

Et secundum prædictam opinionem negatiuam, quam tenui, reperi vsque de anno 1545. quo tempore nondum natus

93 eram, iudicatum fuisse per D. Nicolaum Marium Vandinum, tunc Rotæ huius Florentinæ Auditorem, & primarium appellationum iudicem, confirmando sententiam a primo iudice latam, pro cuius sententiæ iustificatione multa, & varia fundamenta copiose, & eleganter in motiuis de more factis dictus D. Nicolaus

Marius

Marius deduxit, ex quibus quam plura in præsenti relatione inserui, nec eum debito honore defraudare volui, eoque libentius hanc sententiam tenui, quod pars, 94 quæ nitebatur, quod statutum casum hunc comprehenderet, nusquam reperijt aliquam decisionem rotalem in contrarium, licet exactam diligentiam eam inueniendi adhibuerit. Anno 1596. Florentiæ.

EPITOME.

Quod per statuta generalia in materia cessantium, & Decoctorum determinantia, quod sindici, & Deputati creditorum vendant bona stabilia dictorum cessantium ad publicum incantum, & ea plus offerentibus concedant, & liberent, non intelligitur derogatum iuribus consortium, & confinantium comprehensorum in alio statuto speciali sub rubric. de probibit. alienat. rei. irrequis. consort. adeo quod qui habet beneficium huius statuti, possit impedire venditionem ad publicum incantum propositam ex ordine sindicorum prædictorum, & omnibus præferatur, & admitti debeat ad emptionem rei iuxta formam dicti statuti specialis de vendendo consorti, seu vicino, vbi multa deducuntur in materia contrarietatis plurium statutorum in eodem uolumine positorum, & eorum interpretationis, & conciliationis, & etiam data incompatibilitate prælationis.

SVMMARIVM.

1. *Statutum Florentinum libro secundo, Rubrica 109. de probibita alienatione rei communis irrequisito consorte, procedit in materia cessantium, ita vt consors consequi possit bona decocti æstimanda secundum tenorem ipsius statuti, & consequenter impedire venditiones fiendas per subhastationes, & incantus, iuxta formam alterius statuti in materia cessantium.*
2. *Vbi verba statuti verificantur, locus esse debet dispositioni illius.*
3. *Vbi verba statuti non conueniunt, dispositio locum habere non debet.*
4. *Ad statuti beneficium consequendum concurrere debent qualitates ab ipso statuto requisita.*
5. *Statuti Floren. dispositio de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte est verbis generalibus concepta.*
6. *Nulla; est dictio vniuersalis negatiua.*
7. *Vniuersalis affirmatiua omnia comprehendit, quæ excogitari possunt.*
8. *Uniuersalis negatiua excludit omnia, quæ considerari possunt.*
   Et ibidem, quod negatiua fortior est ad negandum, quam affirmatiua ad affirmandum.
9. *Negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet.*
10. *Priuilegiatus comprehenditur in dispositione generali, nisi in eo, de quo quæritur, reperiatur specialiter priuilegiatus.*
11. *Vicinus habet ius emendi ex statuto Florentino de quo supra nu. 1.*
12. *Statutum, vocant ad retractum consortes, videtur habere respectum ad publicum decorem Ciuitatis; vt scilicet exornetur ædificijs.*
13. *Vicinum ignotum, & molestum habere admodum graue est.*
14. *Inter vicinos iurgia sæpe non contemnenda oriuntur, quæ publicam quietem lædunt, & perturbant.*
15. *Statutum, vocans ad retractum consortes, est fauorabile quibusdam respectibus; licet alias odiosum dicatur.*
16. *Statuti ratio est magis attendenda, quam illius verba.*
17. *Ratio, vbi est par ratio, idem, non diuersum ius, statui debet.*
18. *Statuti ratio tunc multo magis attendenda est, cum ad vnum, & eundem finem concurrunt verba, & mens statuentium.*
19. *Ratio & mens sola, cessantibus verbis, sufficit, vt statutum habeat locum.*
20. *Vbi statuti ratio, & mens viget, etiam si casus non sit in verbis expressus, dispositio sortietur effectum.*

21 Idque fieri dicitur per comprehensionem, non per extensionem.

22 Ratio, Quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc eadem ratio numero decidit omnes casus emergentes non per extensionem, sed per comprehensionem.

Et ibidem, quod ratio generalis comprehendit omnes casus sub ea repertos, sicut genus comprehendit omnes species.

23 Ratio est anima legis.

24 Ratio legis est ipsa lex, non verba.

25 Statutum de retractu consortis non habet locum in alienatione necessaria.

26 Creditores, in quos iura cessantium transferuntur, subrogantur loco decocti, ipsumque repraesentant.

27 Cessans, sicut ipse cessans non posset irrequisito consorte distrahere, ita nec illum repraesentantes.

28 Bona cessantium non mutant naturam propriam, sed nomine decocti debitoris distrahuntur, & venduntur.

29 Sindici, factum sindicorum vendentium bona cessantis, dicitur factum ipsius partis.

30 Debitor decoctus, cuius bona per sindicos apprehensa sunt, non liberatur, nisi sequuta datione in solutum, vel nisi creditoribus satisfactum sit.

31 Alienatio bonorum debitoris decocti dicitur voluntaria, quia immediate originem trahit a causa voluntaria, item sup. nu. 26.

Debitor, aeris alieni mole grauatus, dicitur in ea necessitate se sponte posuisse.

32 Voluntarium, Principio voluntario posito, quicquid inde sequitur, voluntarium existimatur.

33 Alienatio, quae fit a Iudice, necessaria dicitur.

Item cum in executionem rei iudicatae res datur in solutum, factis subhastationibus, & non reperto emptore.

34 In solutum, Cum res creditori datur in solutum, dicitur vlterius executionis actus.

35 Venditio mera dicitur, cum res danda est plus offerenti.

36 Statutum Floren. prohibens venditionem stabilium irrequisito consorte, derogare videtur alteri statuto Curiae Mercantiae, quo permittitur sindicis libera bonorum decocti venditio.

37 Statutum generale, & speciale, cum inuicem pugnare videntur; attenditur speciale, quia generi per speciem derogatur.

38 Statutum speciale praefertur generali.

39 Prouisio quaelibet specialis facit cessare generalem.

40 In diuersis, & generalibus species non derogat generi.

41 Generale, Quod maius generale est, pro genere habetur; & minus generale pro specie.

42 Statutum mercantiae Floren. de cessantibus, quo sindicis tribuitur facultas vendendi bona decoctorum plus offerenti; procedit, quando non adest consors, vel non vult, aut non potest emere ob paupertatem, aut alias non contradicit.

43 Statutum Floren. de prohibita venditione irrequisito consorte, restringit facultatem sindicis decoctorum tributam per statutum mercantiae, de cessantibus.

44 Statuta, quae videntur contraria, ad concordiam sunt reducenda.

45 Vnum statutum recipit interpretationem ab alio.

46 Statutorum contrarietas, vt euitetur; permittitur interpretatio per subauditiones, & distinctiones.

47 Statutum negatiuum affirmatiuo validius censetur.

48 Negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet.

49 Probare, Quod patet expresse, non est probare necesse.

50 Statutum incompatibilium illud praeualere debet, quod est fauorabilius.

51 Statutum illud fauorabilius dicitur, quod maiorem vtilitatem affert, magisque publico commodo fauet.

52 Item quando reducit nos ad iuris communis dispositionem, vel minus ab ea nos recedere facit.

53 Statutum mercantiae Floren. de quo supra numero 42. fauorabile dici potest, quia creditorum commodum respicit, & cum iure communi concordat.

54 Vendere rem suam nemo inuitus cogitur.

55 Statutum de vendendo consorti iuri communi contrarium, & odiosum est.

56 Statutum de venditione facienda Consorti Florentiae, & fere vbique gentium viget.

57 Fauorabilius est censendum, quod maioris fauoris causas, easque potentiores habet.

Statutum, de vendendo consorti, ad euitandas discordias vicinorum, conditum fuit.

58 Pacis publicae conseruandae gratia, multa aduersus iuris dispositionem conceduntur.

59 Statutum de vendendo consorti est aequius, & tanquam tale seruandum.

60 Statuta, quando sunt contraria, Iudex debet attendere illud, quod est iustius, & aequius.

61 Statutum posterius antiquiori praeferendum est.

62 Prioritas, uel posterioritas statutorum ex ordine compilationis demonstratur.

63 Regula, quod vltima derogat prioribus, intelligitur de omnino contrarijs, & incompatibilibus.

Statutum

64 *Statutum posterius etiam generale, & indistincte loquens veteri praecedenti distincte disponenti non dicitur derogare, sed distinguere secundum antiquum.*

65 *Statutum nouum, quod sententiae omnes mandentur executioni, non dicitur derogare statuto veteri, quod dat certum modum sententiandi, sed nouum distinguitur secundum vetus.*

66 *Per legem nouam non censetur derogatum antiquae, nisi quatenus expresse dictum sit.*

67 *Lex sequens non censetur derogare primae, sed limitatur, & restringitur a praecedenti, quando aliquo casu, vel modo saluari possunt.*

68 *Statutum Mercantiae de cessantibus non habet clausulam specialiter derogatoriam, alijs statutis, sed generaliter tantum in fine voluminis.*

69 *Reformatores Mercantiae non potuerunt tollere statuta generalia Communis Florentiae.*

70 *Reformatores statutorum aliam potestatem non habent, quam sibi tributam a Principe, vel statutis.*

71 *Clausula derogatoria non operatur nisi quatenus adsit repugnantia.*

72 *Statutum vltimum non comprehendit casus specialiter terminatos a primo.*

73 *Clausula derogatoria generalis non videtur sufficere ad tollendum primum statutum, sed requiritur specialis.*

74 *Statutis in eodem volumine existentibus contrarijs non attenditur eorum prioritas, vel posterioritas, sed Iudex debet attendere, quod est iustius, & aequius. Item supra, numero 63.*

75 *Quod statutum Florentinum de prohibita alienatione rei communis irrequisito Consorte procedat etiam in materia cessantium, alias iudicatum fuit per sex Iudices Rotae Florentinae.*

76 *A Rotae sententia in dubijs non est recedendum.*

CONSILIVM CLXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

STante statuto Communis Florentiae, libro secundo, Rubrica 109. de prohibita alienatione rei communis irrequisito Consorte, & alio Statuto Curiae Mercantiae, Rubrica decima, in materia cessantium, per quod ampla datur facultas Sindicis, seu deputatis super fallimento cessantium vendendi eorum bona stabilia forma ibi praescripta, & cum prohibitione, quod tales venditores irritari, aut infringi non possint. Dubitatum fuit coram Magnificis Dominis Deputatis super negocio Mensae Bancariae Dominorum de Riccijs, & sociorum campsorum, an consors comprehensus 1 in dicto statuto, Rubrica 109. possit vti talis statuti beneficio in bonis illorum ex dictis socijs, qui fuerunt declarati cessantes, & decocti, per dictos sindicos vendendis, vt ex eorum pretio creditoribus satisfieret. Et re bene perpensa, & de ea pluries facto Verbo in plena congregatione dictorum Dominorum Deputatorum. Retuli pro iustitia mihi videri locum esse dispositioni dicti statuti, rubrica 109. & propterea habentem qualitates ab ipso statuto requisitas posse consequi bona decocti aestimanda secundum tenorem ipsius statuti, consequenterque impedire eorum venditiones, quas dicti Domini Deputati vellent de eis facere subhastationes, & incantus, iuxta formam alterius statuti in materia cessantium, cuius quidem opinionis rationes proponendas duxi, veluti quaestionis non insequentis, & proinde non inutilis.

Considero itaque in primis, quod cum verba praedicti statuti de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte 2 libro secundo, rubrica 109. verificentur, locus esse debet dispositioni illius, sicut si eius verba non conuenirent, dispositio quoque locum non haberet, vt punctua- 3 liter dicunt Castrens. loquens propriè in terminis statuti de muro communi consilio 221. sub numero primo, versicu breuiter non obstantibus, libro primo, & Crauett. consilio decimo, numero septimo, versicu. secundo fundatur, & concurrant qualitates ab ipso statuto requisitae, 4 vt opus est ad eius beneficium consequendum, Barto. in leg. prima, §. ait Praetor, ff. ne quid in flum. public. Ioann. Andr. in capit. primo, de homicid. libro sexto, Socin. consilio 55. numero primo, tertio, & sequent. libro primo, consilio 274. numero 10. 11. lib. secundo, Deci. consilio 524. numero primo, & plur. sequent. Tira quell. de retract. lignag. §. 8. glos. 7. num. 1. & 2. Anchar. Regient. quaestione 9. nu. 7. 8. lib. 1. & quaest. 55. numero 1. lib. 2. & est verbis generalibus concepta, vt in puncto 5 super hoc ipso statuto tradit Cast. cons. 194.

columna secunda, versic. præterea statutum, libro primo, siquidem exorditur, nulla persona, quæ dictio nulla est vniuersalis negatiua. Bartol. in l. si is. qui
6 ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dub. Bal. in leg. si Ruffinus, C. de restamen. milit. Crauett. consilio 146. numero quarto. Vnde comprehendit sindicos, & quoslibet alios vendentes, Crauett. dicto consilio 146. numero quarto, vbi etiam subdit,
7 quod sicut vniuersalis affirmatiua omnia comprehendit, quæ excogitari possunt, ita & vniuersalis negatiua excludit om-
8 nia, quæ considerari possunt, cum sit fortior negatiua ad negandum, quam affirmatiua ad affirmandum, quod alij alijs
9 verbis dicunt, quod scilicet negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet, late Deci. consilio tertio, numero quarto, & quinto, consilio 364. sub numero quarto, & alij inferius citandi, sub qua generalitate continentur etiam priuilegiatæ per-
10 sonæ, modo in hoc specialiter non reperiantur priuilegiatæ. Deci. consilio quinto, per totum, & consilio 301. etiam per totum, & consil. 496. numero decimo, & vndecimo, Gozadin. consil. 97. numero septimo, versic. Nono etsi diceremus, Doctores in l. in fraudem, per illum textum, ff. de militari testament. & ius emendi ex statuto acquiritur vicino, Castr. con
11 silio primo, per totum, libro secundo. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glo. 1. numero decimo, versic. secundo intellige, & nume. 12. & sequent. vers. tertio intellige, & infra.

Concurrit præterea ratio ipsius statuti vocantis ad retractum consortes, quæ æque militat, quando sindici vendunt. Sta-
12 tuentes enim respectum habuisse videntur ad publicum decorem Ciuitatis, vt exornetur ædificijs, l. secunda, C. de ædific. priuat. & ne quis vicinum ignotum, & sibi molestum habere cogatur, quod
13 in consideratione habendum est, leg. non aliter, ff de vsu, & habitat. leg. quod sæpe, §. si quis in vendendo, & ibi glo. ff. de contrahend. empt. l. fina. versicu. forsitan enim, C. de pact. inter emptor. & venditor. & l. fina. C. de agrico. & mancip. dominic. libro 11. ex quo sæpe non contemnenda iurgia otiuntur, quæ publicam quietem
14 lædunt, ac perturbant, vt in dicta leg. fina. notant Luc. de Penn. & Ioan. de Platea, qui multa huic rei seruientia ponunt, qui bus quidem respectibus statutum istud fauorabile censeri debet, quod alias o-
15 diosum nuncupatur iuxta congesta per Tiraquell. de retract. lignagier. in præfat. numero sexagesimoquarto, & sequent. versicul. cæterum; nec enim dubitatur, quin ratio statuti sit attendenda, etiam
16 magis, quam verba, quibus præualet, & potior, habetur, Marsil in l. sed sciendum, ff. ad l. Pomp. de parricid. in principio, & vbi par est ratio, idem debet, & non diuersum ius statui, l. tutelas, post
17 principium, ff. de capit. diminut. l. illud, & l. ita vulneratus, ff ad leg. Aquil. multoque magis, quando ad vnum, & eun-
18 dem finem concurrunt, & verba, & mens statuentium, l. regula, §. si quis ius, & §. finali, ff. de iur. & fact. ignorant. & §. hæc constitutio, Institutio. de eo cui lib. cau. bo. addicunt. cum sola mens, &
19 ratio cessantibus verbis sufficiat, vt in dictis iuribus probatur, & tradit Marsil. in loco citato, & Cæpol. de interpretat. iur. extens. titul. quæ fuer. caus. introduct. extens. numero 88. & sequent. & iterum numero 101. & sequent. & rursus numero 118. & sequent. qui latè insistit, & multa eleganter in hoc proposito notat, & vbi statuti mens, & ratio viget, etiam si casus
20 non sit in verbis expressus, dispositio sortietur effectum. gl. in leg. de quibus. ff. de legibus, vbi Doctor. dicunt id fieri per
21 comprehensionem, non autem per extensionem per l. de pupillo. §. riuos. ff. de oper. nou. nunciatio. vt præcise inquit Paul. de Castr. consilio 251. numero tertio, versicu. circa personas, libro primo. Deci. in l. prima, numero sexto, versicu. & in isto casu, ff. de regulis iuris, quando enim pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna, & eadem ratio numero
22 decidit omnes casus emergentes, non per extensionem, sed per comprehensionem, nam sicut genus comprehendit omnes species, ita ratio generalis omnes casus sub ea repertos Deci. consilio 227. numero octauo. Cæpol. in dicto tracta. titulo de gener extens. numero 115. versicul. quando pluribus, & sunt verba Paul. de Castr. in consilio 83. numero secundo, versicu. constat autem, libro secundo, & prius Bald. ab eo relati in dicta leg. de quibus, ff. de legibus, nec mirum, quia ratio est anima legis, vt per
23 Deci. dicto consilio 227. numero septimo. Socin. consilio trigesimo, numero octauo, libro primo. Cæpol in dicto tractat. titul. quæ fuer. caus. introduct. extens. numero 102. imo ratio legis est lex, non verba. Idem Cæpol. in eodem tractat. titul. vnde elici poss. extens. nu-
24 mero decimosexto, vbi iura probantia adducit.

Et

Et quamuis statutum hoc locum non habere in alienatione necessaria tradiderint Doctor. & præcipue Alberic. in l. Se-25 natus, in principio, ff. de legatis primo, & de statut. libro primo, quæstione 110. numero quarto, & libro secundo, quæstione secunda, in principio, Alexand. consil. 52. numero quarto, libro primo, Roma. consil. 107. numero primo, & secundo, Deci. consil. 160. numero secundo, Gozad. consil. 103. videtur numero 21. Afflict. de iur. prothom. §. tertio, numero 26. Boer. in consuet. Biturig. de retract. § tertio. Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, glos. 14. numero octauo, nono, & sequent. versic. secundo intellige, & infra, & alij per eum allegati. Tamen aduertendum est nos versari in casu voluntariæ alienationis, 26 quoniam sindici, & creditores, in quos in ra cessantium transferuntur, subrogantur loco ipsius decocti, ipsumque repræsentant, vt per statuta cessantium rubri. 10. Ideo sicut ipse cessans non posset irrequisito consorte distrahere, ita nec isti eum repræsentantes, argument. l. si eum, § qui iniuriarum, ff. si quis caution. Deci. consi. 27 50. numero secundo, consil. 182. numero decimo, & decimosexto, consilio 90. numero primo, consilio 433. numero vigesimo, & consilio 543. numero sexto, Gabr. libr. sexto, titul. de regul. iur. in conclusio. secunda, & quamuis notionem quandam per prædicta statuta dicti sindici adipiscantur, non tamen bona ipsa mutant naturam propriam, immo eam reti-28 nent, & nomine decocti debitoris distrahuntur, & venduntur, quo fit, vt factum ipsorum sindicorum factum dicatur partis l. si ob causam, vbi Barto. Bald. & alij, 29 C. de euictionibus. Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, glos. 14. numero 19. vers. & has, Nec per apprehensionem à sindicis, & creditoribus factam de bonis ta-30 lis debitoris liberatur ipse, nisi sequuta datione in solutum, aut si creditoribus est satisfactum, vt post Castr. in l. hæres a debitore, § quid si stipulator, ff. de fideiusso. tradit Stracch. in tractat. de mercat. titulo de decoct. part. tertia, numero quadragesimoquinto, versicu. illud etiam, dicens esse verissimum sententiam, & probari in dicto §. in illis verbis, quod si professio rerum debitoris data sit creditori, æquè dicendum est fideiussorem maneгe obligatum.

Potest etiam dici alienatio voluntaria ex quo immediate originem trahit a causa voluntaria, scilicet a mole æris alieni, 31 quod debitor volens contraxit, & sponte in hac necessitate se posuit; a qua poterat abstinere Signorol. consil. 73. factum sic præsupponitur paulo ante finem, quem refert, & sequitur Tiraquell. de retract. lignag. § primo, glo. 14. numero 13. versic. & has quidem post principium, & dato principio voluntario quicquid inde sequitur, voluntarium quoque existi-32 matur, vt subdit Tiraquell. in eodem versicu. in fin. & voluit ante eum Bald. consilio 306. in fin. versicu. porro, libro primo, est enim necessaria alienatio, quæ fit 33 a iudice, vt per Boer. d. §. tertio, & per Tiraquell. in glos. 14. numero decimooctauo, & cum in executionem rei iudicatæ factis subhastationibus, & non reperto emptore danda est res in solutum, vt loquitur Alexand. dicto consil. 52. est enim vltimus executionis actus, qui fit, cum 34 res creditori datur in solutum, vt est text. in leg. ordo, C. de execut. rei iudic. & ita sentit Roman. dicto consilio 107. de alienatione necessaria ex laud., quando autem plus offerenti res danda est, versamur 35 in mera venditione secundum Bald. consilio 300. statuto cauetur, numero secundo, libro primo, quem sequitur Tiraquel. dicta glos. 14. sub eodem numero decimo octauo.

Cæterum, quia in hoc casu duo extant statuta, quorum vnum alteri non concordat, sed potius inter se differunt, quoniam illud communis Florentiæ, libro 36 secundo, rubrica 109. quod prohibet stabilium venditionem fieri irrequisito consorte, alterum Curiæ Mercantiæ in materia cessantium permittens sindicis liberam bonorum decocti venditionem illa subhastando, & plus offerenti distrahendo, seruata forma ibi tradita, non enim videntur dicta duo statuta posse simul stare, quia si cogerentur sindici admittere consortem ex statuto communis, non haberent illam facultatem, quam statutum Mercantiæ ipsis tribuit, videndum merito est, quod nam istorum deroget, aut præualeat alteri. In qua re primo sese offert pro sustentatione relationis meæ, quod statutum de sindicis loquens sit generale, alterum vero de 37 consorte speciale, & consequenter attendendum, quia generi per speciem derogatur, capitu. generi, de regulis iuris, in sexto, leg. in toto iure, ff. eodem titulo, leg. sanctio legum, ff. de poen. leg. pediculis, §. argento, ff. de auro, & argent. legat. & in terminis, quod statutum speciale præferatur generali, tradit 38 Bartol. in leg. quæsitum, § si quis fundum,

elarationem, determinationemque sequēlum, quàm è contra.

88 *Legis, statuti, & cuiusuis alterius dispositionis vna pars declarat aliam, nec non verba ambigua illius.*

Obligatus, Verbum obligatus; de quo in statuto Florentino lib. 2. Rub. 33. intelligitur de accessoriè obligato.

89 *Superfluitas potius toleratur, & quod verba nihil operentur quàm quod non admittatur verisimilis intellectus statuentium.*

90 *Statutum Florentinum, de quo supra nu. 1. non prouidet, nisi vero, & proprio fideiussori, seu accessorie obligato.*

91 *Totum, Idem iuris esse debet de toto, quod de parte.*

92 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

93 *Quod statutum Florentinum tribuens hypothecam fideiussori in bonis principalis debitoris, non procedat in pluribus socijs, eisdemque correis debendi, alias iudicatum fuit.*

Et ibidem Nicolai Marij Vandini iam Rotæ Florentinæ Auditoris mentio cum laude.

94 *Honore debito nemo fraudari debet.*

CONSILIVM CLXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DVbitatum fuit corā Magnificis Dominis Deputatis super negocio Mensæ Nūmulariæ Dominorum de Riccijs, & Sociorum campsorum, an plures socij vnius societatis, ijdemque correi debendi, cum quilibet socius principaliter, & in solidum teneatur creditoribus, intelligantur inter ipsos esse fideiussores ad hoc, vt vnus pro repetitione soluti habeat hypote- 1 cata bona alterius vigore statuti Florentini lib. 2. Rub. 33. de repetit. solu. quod dat hypothecam fideiussori in bonis principalis debitoris: in qua difficultate post satis longam discussionem veni in sententiam, quod statutum prædictum minimè procederet in hoc casu, & ita dictis Dominis retuli de iure iudicādum, prout ipsi dictam relationem approbando iudicauerunt, & quia punctus est non infrequens, & subtilis, vt magis veritas elucescat, rem ad partes disputandam censui, deducendo in primis, quæ in oppositum pro affirmatiua opinione facere videbantur, mox negatiuam probando, vltimo vero loco contrarijs respondendo.

Cum itaque difficultas vniuersa versetur super vera, & recta intelligentia præallegati statuti loquentis in fideiussore, an locum habeat in pluribus reis principaliter, & in solidum obligatis, quasi ij censeantur ad inuicem fideiubere, videbatur prima consideratione dicendum, statutum prædictum casum hunc comprehen- 2 dere, sicque hypotecam vni ex socijs, & correis debende competere contra bona alterius pro repetitione soluti virtute talis statuti, quoniam certum est, quod verbū hoc fideiussor dupliciter in iure nostro accipi, & intelligi potest pro eo scilicet, qui 3 accedit alienæ obligationi, Item & pro eo, qui principaliter pro alio se obligat, vt expresse notat Bartol. in l. reos. ff. de duobus reis, col. 2. in principio, & notatur per glos. in l. in personam, §. 1. ff. de pact. Cast. cons. 332. in princ. lib. 1. vnde in effectu semper ille, ad quem peruenit vtilitas contractus, 4 dicitur principalis, alter vero dicitur fideiussor, quicquid in contrarium verbis actum fuerit, ita eleganter declarat, atque concludit Paulus de Castr. d. consil. 332. col. 1. & 2. & tradit etiam late Corn. cons. 124. viso puncto sub nu. 1. vers. tamen his non obstantibus, lib. 1. etenim traditur hoc pro communi theorica, quod inspiciatur inter duos principaliter obligatos, ad quem ipsorum perueniat vtilitas, pertineatve negocium, vt alter correus, ad quē negocium non pertinebat, censeatur in so- 5 lidum fideiussisse pro eo, ad quem negocium pertinebat, vt volunt omnes in l. vir vxori, §. fina. ff. ad Velleia. Bald. quem cæteri sequuntur in l. 1. Cod. de duobus reis, Barto. & post eum Aret. in d. l. reos. Castr. d. consil. 332. num. 1. lib. 1. Corn. d. consil. 124. num. 1. lib. 1. & consi. 316. num. 2. lib. 4. Crauet. consil. 77. sub num. 3. ad fin. ver. hoc ita præsupposito. Roucheg. in d. l. reos. num. 13. cum plur. sequen. & iterum num. 21. & plur. sequen. & Marsi. in Rubr. de fideiussori. num. 71. & iterum nu. 436. & sequent.

Quod satis efficaciter comprobari videtur ex his, quæ consulendo pulchre deducit Dec. consil. 268. conclusio superius firmata in fauorem Raynaldi de Altouitis, 6 2. col. vers. his tamen remotis, vbi signanter in proposito post Imo. in l. penul. ff. de prætor. stipulat. & Alex. in l. vbi autem, §. illud, ff de verbor. obligat. concludit, quod in effectu videtur fideiussor ille, qui pro alio obligatur, licet quoad formam promissionis videatur principalis, quia actus ab

effectu

7 effectu iudicari debet, non a forma verborum, vt notat Bal. in l. 2. C. commo. & hoc patet, vt in specie exemplificat ibi Dec. in pluribus reis debendi, in forma verbo 8 rum videntur principales, & tamen solum principalis iudicatur ille, qui in effectu habuit pecuniam, & adducit Bar. in d. l. reos. col. 2. ff de duob. reis, Abbat. Cor. & And. Barbat. in locis per eum citatis.

Idem magis aperte, ac in terminis decidere videtur Alex. in consil. 41. visis quæ subtiliter in principio, lib. 5. quod est tepe-9 titum consil. 116. lib. 6. vers. Nec obstat, dum formaliter inquit, Nec habet obstare, quod præallegatum statutum loquatur in fideiussore, & iste sit obligatus vt principalis, Quia respondeo ex his, quæ dixit Ioannes Andr. in addit. Spec. in tit. de cession. acti. §. fin in addit. disputauit Alber. Odofre. quæstionem, vbi post Alber. prædictum concludit, quod statutum loquẽs in fideiussore habet etiam locum in correo principaliter obligato, quia videntur correi vicissim fideiubere, quatenus pecunia ad se non peruenit, allegat tex. in auth. de duob. reis, §. 1. & l. si pro patte, §. fi. ff. de in rem. vers. & in l. sed & Iulianus, §. 1. ff. ad Macedon. bene facit quod voluit glos. not. in auth. de fideius. in prin in vers. fideiussorem, in fi. hactenus Alexander.

Verum tamen est, quod respectu creditoris non immutatur natura obligationis, neque promissionis forma, quominus vt 10 principalis, secundum quod verba sonant, principaliterque, ac in solidum obligatus dicatur, nisi in duobus casibus, scilicet, quando hoc est actum expresse, vel si est color quæsitus, vt tradit de primo Roncheg. in d. l. reos, nume. 23. & de secundo, num. 24. vbi nume. sequen. plura exempla ponit quæsiti coloris, & alter etiam limitat, licet respectu ipsorum correorum ad 11 inuicem, vbi ex causa onerosa se obligant & pecunia peruenit ad vnum tantum, vel negocium ad eum pertinet, ille, ad quem pecunia non peruenit, vel ad quem onus negocij non pertinet, censetur promittere animo fideiubendi pro altero correo, qui habuit pecuniam, vel cuius est negotium, vt est magistralis doctrina Bar. in d. l. reos, eandem sententiam videtur satis clare exprimere Bald. in consil. 466. ad intelligentiam, col. 3. lib. 5. & in d. l. vit vxori, § fin. & in l. si non singuli, C. si cert pet. Crau. consil. 77. supra citato, sub num. 3. ad fin. Roncheg. in d. l. reos numeris supra citatis, & iterum num. 32. & plur. sequen. quicquid respectu creditoris dicat in contrariũ Marsi. in d. rub. de fideiussor. nu. 436. & seque. ita vt nullum circa ipsum creditorem habeant beneficium, neque excussionis, ne-12 que diuisionis pro fideiussoribus indultũ plures rei debendi, vt in dictis locis tradit Roncheg. & nu. 30. & 31.

Et quamuis Barto. in d. l. reos videatur velle, quod quicquid dicatur de correis, quod videantur inter se inuicem fideiubere, procedat capiendo fideiussorem largè, non autem propriè, & strictè, prout accipi 13 debet, præsertim in statutis, in quibus tanquam stricti iuris verba strictè, & propriè intelligenda sunt. l. 1. §. si is, qui nauem, ff. de exerci. l. 3. § hæc verba, ff de nego. gest. l. quod constitutum, ff. de testamen. milit. l. constitutionibus, & ibi Bartol. ff. ad municip. & notant Bartol. & alij Doctor. in l. omnes populi, ff de iustit & iur. tamen statutum loquens in casu vero, militat in ca-14 su ficto, quando eadem in vtroque est ratio, l. gallus, §. & quid si tantum, & §. quod si is. ff de liber. & posthu. & ibi Doctores Alex. consil. 207 nume. 4. lib. 6. vltra quod in statuto potius exorbitanti, quam iuris 15 communis correctorio, prout nostrum videtur, licita est extensio ex sola identitate rationis, quæ videtur subesse, & pariformiter in vtroque militare, ita originaliter docuit Bartol. in l. si constante, in princip. ff. soluto matrimonio, quem sequuntur communiter legistæ ibidem, & in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matri. & Canonistæ in cap. dilecta. §. Nos igitur de confirmat. vtil. vel inutil. & in c ad audientiam, de clerí. non resid. & quia dispositio exorbitans 16 loquens in vno casu extenditur ad alium omissum, qui saltem inspecta larga significatione vocabuli comprehendi potest sub expresso, & prouiso, l. filium habeo, ff. ad Macedon. l. Senatusconsulto, ff. de ritu nupt. glos. in authe. vt hi qui obliga. §. 1. in vers. ad curationem, & in clemen 1. de electione. & tradit eleganter Alex. consi. 207. sub nu. 4. lib. 6.

Quinimo, & si essemus in correctorijs adhuc idem dici posse videtur propter eãdem identitatis rationem, etiam quod ratio in ipso statuto expressa non sit, cum vnica tantum considerari possit, vt voluit 17 glos. communiter approbata in clem. 1. in verbo eligatur, de electíon. & in authen. vt hi qui obliga. in ver. ad curationem, & ibi etiam Angel. de Perus. Ioan. de Imo. Pau. de Castr. & alij in d. §. de viro. ff. solu. mat. latè Ias. in auth. quas actiones, C. de Sacro sanct. eccles. vbi enim vnica ratio tantum 18 reddi potest, illa habetur pro expressa, vt notat glos. reputata singularis, in l. quamuis, C. de fideicomm. quam ibi sequuntur Bal.

Bal. & alij, & idem Bal. in l. quoties, la prima, eod. titu. & in l. maximum vitium, C. de liber præter. Cæpol. in tract. de interpr. iur. expensi. tit. de generali extens. interpretat. num. 120. vers. quando autem, & titu. quæ fuet. causa introducen. extens. num. 116. vers. aliquando ratio & Matthesilan. in eodem tract. de extension. nu. 22. vers. addi potest. Ea autem vnica videtur posse assignari in terminis allegati statuti, quod 19 scilicet facilius creditori possit solui, & fideiussor a debitore principali indemnis conseruari, quæ quidem, & in casu nostro militare videtur, vt de se patet, quam intelligentiam videtur clarè admittere verba ipsa statuti pôsita in vers. quod obserue 20 tur per omnia, quando aliquis fideiussor, vel obligatus soluerit, quasi quod intenderit alium, quam fideiussorem complecti, & sic correum, qui licet propriè non possit dici fideiussor, negari tamen nō potest, quin obligatus dici possit, ne alioquin verbum illud sit superfluum contra legem si. 21 quando, ff. de legat. 1. & notata per Bal. in Rub. C. de contrah. empt. & per alios passim, à qua intelligentia non videtur dissentire Thomas Saluet. in suis interpretationibus super dicto statuto, pro qua re bene facit quod ne reddatur dispositio inutilis, 22 & illusoria, eius fit extensio, vt post Bart. in l. non dubium, C. de legib. & in l. omnes populi, ff. de iu st. & iure, facit Cæpol. in d. tract. titu. de caus. finali, siue effectiue extensión. nu. 4. vers. nam regulariter; Idem vult Florian. in l. penultim. ff. si quadrup. pauper. feci s. dicat. inquiens, quod statuta 23 si non haberent effectum, nisi extenderentur, tunc fit extensio, sequitur Cæpol. vbi sup. nu. 5. qui etiam num. seq. idem ex pluribus alijs probat.

Prædictis tamen non obstantibus contrariam sententiam amplexus fui tāquam veriorem, & probabiliorem, namque statutum istud apertè est iuris communis 24 contrarium, potius quam exorbitās, quoniam exorbitantia dicuntur illa, quæ deuiant, vel discordant a iure communi, vt magistraliter declarant Dynus, & Ioann. 25 Andr. in regula, quæ a iure communi, de regul. iur. in 6. Alberic. de Rosat. in dictionario, in verbo exorbitant, exorbitare e- 26 nim nil aliud est, quam a communibus regulis deuiare, vt extendit Ias. in l. si constante, ff. solu. matrim. Hoc idem declarat Imo. in d. §. de viro, col. 7. suadet & allusio vocabuli, exorbitare, quasi ab eo, quod rectum est, aberrare, vt ex Calepino patet in verbo Exorbito, Quare, & iura limitatoria iuris communis dicuntur etiam exor 27 bitantia, vt sensit exemplificando Glos. in d. reg. quæ a iure, & Ias. in d. l. si constante, quod clarius demonstrat Alex. cons. 207. ponderatis verbis statuti ante pen. col. nu. 22. vers. non obstat quinto, lib. 6. dum in terminis consultationis suæ in statuto co 28 gente affines ad compromittendum, concludit non comprehendi Nouercam, quæ superuixit patri priuigni tanquam dissoluta affinitate, fictè, & impropriè affinem ea præcipua ratione, quia tale statutum cogens ad compromissum non dicitur esse præter ius commune, sed contra ins com- 29 mune, per tex. in l. quod si dictum, §. compromisero, ff. de euict. Nam præter ius cōmune esse diceretur, quando procederet circa id, de quo non esset pro, aut contra, 30 de iure communi prouisum, prout sunt multi casus, qui in iure non sunt decisi, vnde tunc consulēdus est Princeps, & exemplificat ex mente aliorum in decisione noua, quæ est in c. vt circa, de elec. in 6. Nam illa dicitur esse præter ius, quia ibi statuitur id, quod nondum erat statutum, vbi igitur prouisio emanans est secūdum ius, 31 vel præter ius, tunc potest extendi, maxime quando est fauotabilis illa prouisio, & tunc possent procedere adducta supra in oppositum, quæ de exorbitantibus loquuntur: secus in correctorijs in quibus Alexan. ibidem, & num. 23. & 25. expresse 32 negat fieri extensionem de casu vero ad fictum: vel etiam qui inspecta lata significatione vocabuli comprehendebatur sub expresso, saltem quando in statuto nō est expressa ratio, vel non concurrit in ipso casu, ad quem quis vellet extensionem facere, maioritas rationis.

Quod autem simus in correctorijs, & quod statutum prædictum tribuens fideiussori soluenti hypothecam in bonis sui 33 debitoris sit contra ius commune, manifeste probatur per text. apertum in l. mandati, C. de fideiussor. vbi fideiussori datur actio mandati, quæ personalis est, aduersus debitorem, vel eius hæredes pro repetēdo solutum, hypothecaria autem actio denegatur, nisi fuerint cessæ, vel mandatę actiones per creditorem contra bona debitoris, & ideo scilicet. ibi notat, quod fideiussori soluenti cōpetit personalis man 34 dati, sed nō hypothecaria, nisi sibi fuerit a creditore cessa; statutum igitur concedēs hypotecariam ipso iure contra bona debitoris absque alia cessione pugnat de directō cōtra illam leg. & ipsam corrigit, quæ nō vult d. hypothecariam competere, nisi 35 fuerit cessa, quod fortius stringit ponderando, quod tex. ille vtitur præcisè illis verbis,

bis,ita demum,quæ sunt verba limitatiua 36 & restrictiua illius dispositionis ad cessionem, vt scilicet competat hypothecaria ita demum si fuerit cessa,& non aliter, adeo quod ex dictis verbis non obscure hypothecaria denegetur, nisi cessio creditoris eam habentis interuenerit, sunt enim hæ dictiones limitatiuæ & restrictiuæ di- 37 spositionis præcedentis, l.ita demum, C. de procurator.& authent.ex testamento, C.de collation.& ibi etiam Aret. in secundo notab.sub nume 2.ad fin. Vnde negari non potest, quin statutum allegatum tribuens hypothecariam fideiussori in bonis debitoris ipso iure,quod importat absque 38 alia cessione,vel ministerio hominis, contrarietur de directo d.l.mandati, quæ non vult eam competere,nisi facta cessione,ipsamque legem corrigat,& statuat contra iuris communis dispositionem. affirmatiuæ enim est opposita negatio,& è contra, & cognito vno ex contrarijs,cognoscitur 39 & aliud per ea,quæ leguntur, & notantur in l.1.ff.de his,qui sunt sui,vel alieni iur.& Instit.eo.tit.in princ. Si enim d.l.mandati dumtaxat, & simpliciter loqueretur de a- 40 ctione mandati, quæ competeret fideiussori, & non vlterius cogitasset, nec quicquam dixisset de hypothecaria, nec ipsam tribuisset, nisi certo modo limitato, scilicet ita demum,si fuerit cessa, verum esset dicere,quod talis casus fuisset omissus, & consequenter quicquid postea fuisset per statutum dispositum,fuisset præter ius cōmune,& super eo,super quo ius commune non prouiderat, sed quoniam clare lex fuit loquuta super hypothecaria, volens ita demum competere, si fuerit cessa, aliter denegans, vt dictum est, non videtur posse inficiari statutum prædictum volēs illam ipso iure competere absque cessione,illius legis correctorium esse.

Cum itaque statutum hoc sit contra ius commune, illiusque correctorium, succedit clara conclusio, quod statutum prædictum debet propriè,& strictè intelli- 41 gi,& eius verba propriè,& non impropriè accipi, & nullatenus extendi etiam, quod maius est, si essemus in materia fauorabili,vt per plura deducit Alexan.in d. consil.207.num.22.& sequen. col.6. & 7. vers. non obstat quinto, & infra lib 6. vbi iuribus,rationibus,& authoritatibus pro- 42 bat,quod statutum contra ius commune disponens aliquid in casu vero non extenditur ad casum fictum per ea,quæ ibi allegat,& refert Archi. in cap.fin. de consuet. in 6. dicentem,quod licet de iure communi aliqui absentes habeantur pro præsentibus, tamen dispositio noua cōtra ius com- 43 mune loquens de præsentibus non comprehendet illos fictè præsentes, sed habebuntur pro præsentibus quoad ea, in quibus ius commune habet eos pro præsentibus, inquitque eam decisionem magis communiter approbari a scribētibus,subditque nume. 25. verum non esse,quod in statuto correctorio iuris loquente in vno 44 casu debeat fieri extensio ad casum, qui inspecta lata significatione vocabuli comprehendatur sub casu expresso,saltē quando in statuto non est expressa ratio,vel nō concurrit maioritas rationis in casu , ad quem quis vellet extensionem facere.

Ad hæc optime seruiunt plura exempla,quæ congerit idem Alex.in consil.76. visis dubitationibus,col.2.& 3 lib.5.de sta- 45 tuto contra ius commune loquente de venditione, quod non habeat locum in adiudicatione in solutum,item & de statu- 46 to loquente de locatione,quod habeat locum in vero,& proprio contractu locationis non in improprio: item & de statuto, 47 quod de quolibet contractu soluatur gabella,quod non habebit locum in contractu donationis, qui est impropriè contractus. Item & de statuto requirente consen- 48 sum propinquorum in contractu mulierum,quod non habebit locum in aditione hereditatis, quæ non est propriè contractus,sed quasi contractus: item in statuto loquente de vltima voluntate, quod non 49 extenditur ad donationem causa mortis, quæ non est mere vltima voluntas,& pleraque his similia, quæ curiosus lector poterit indagare, cuius decisionis duplex se ostendit ratio, & quia in statutis verba (vt dictum est) debent accipi propriè, & non 50 impropriè,etiam si statutum esset fauorabile,quod plus est, vt Ang.& Bart.notant in l.apud Iulianum,§.fin ff quibus ex causis in poss eat. quorum conclusio est magis communiter approbata, vt refert Alexan.in d.consil.207.nume.8.& quia cum simus in correctorijs regulariter non est 51 licita extensio, etiam ex maioritate rationis,vt plene scribit Ias.in auth.quas actiones, C.de Sacros. Eccles.& dictum est supra,cum hisque conuenit idem Alex.consil.167.num.11.& plur.seq.lib.7.vbi ex infinitis ostendit statuta iuris communis 52 correctoria non esse extendenda, sed in proprio eorum casu intelligenda,nec ad alium casum non decisum trahenda,etiam eadem, vel maiori militante ratione: & hanc esse regulam generalem dicit Marthesilan. in suo tractat. de extension. in principio, numero primo, versiculo, & concludo

concludo, vbi ad hoc iura probantia adducit.

Et optime seruiunt, quæ in conformi 53 statuto cessantium, vbi habetur mentio de principali & fideiussore, discurrit Dec. in supracitato consilio 268. vbi consentit verba in statutis propriè accipi debere, præsertim vt iuri communi minus derogent, & vltra Deci. vt minus præiudicent iuri tertij, quam fit possibile, vt tradunt glo. & 54 scribent. in l fin. § in computatione, C. de iu. delib. quorum vtrumque commodissime adaptatur casui præsenti.

Ad idem videtur decisio in terminis Signorol. de homod. in consil. 76. quidam nomine D. l. concludentis, quod quia glo. & Doctor. nostri non dicunt, quod duo correi sint fideiussores, sed quod ad inui-55 cem videntur fideiubere, quod verbum videntur, denotat interpretationem, & improprietatem, & tales interpretationes, & 56 improprietates non debeant cadere in statutis, a quorum verbis non receditur: dispositio statutaria de fideiussoribus nō habet locum in illis, idem per omnia tenet Ronchegal. in d. l. reos, num. 18. vers. prætetea quatenus, vbi similiter allegat Signorol. & alios, & quod isti correi ad inuicem 57 non sint verè, & propriè fideiussores, sed impropriè, & fictè, ac largè tantum sumpto vocabulo per plura docet Ronchega. ibidem numero 14. requirit enim fideiussio verba, & stipulationem, & propriè, ac verè is dicitur fideiussor, qui alienæ obligationi accedit, qui ve pro eo, quod alius 58 debet, accessoriè se obligat in gratiam debitoris, & eius causa, & respectu id facit, vt dicit Roncheg. sub d. num. 14. & num. 16. & 17. Nec aliqua lege cauetur, quod inter ipsos correos mutua sit fideiussio, vt do-59 cet Roncheg. num. 14. & latius nume. 32. & sequent. vbi quærit ex professo vtrum mutua fideiussio intelligatur inter correos ipsos debendi ad effectum dandæ eis actionis, si quando vnus ex ijs soluat solidum debitum creditori, vt ab alijs partem vel totum illud repetat, & nu. 34. firmat regulam negatiue, assignans nume. 35. diuersitatis rationem inter istos, & eos, qui verè sunt fideiussores, ponit tamen nonnullas fallentias, & inter alias nu. 36. hanc quod non procedat in duobus reis deben-60 di, qui præterea inter se essent socij, vel omnium bonorum, vel alicuius negociationis, vel rei, nam ij videntur ad inuicem fideiussores ad d. effectum consequendæ actionis pro repetitione soluti a correo, eodemque socio particulari ratione societatis, quæ facit, quod istæ separatæ personæ pro vna habeantur, & quod debitum sit commune, & quod factum ab vno siue in damnum, siue in vtilitatem societatis ab alio factum intelligatur, & vt latius dicit Roncheg. d. numer. 36. sed certè, & in hac fallentia idest impropriè, nam si loquimur 61 de vera, & propria fideiussione, ea inter eos non intelligitur, cum desint verba, & procedit fallentia improprie, & vi taciti consensus & largo modo Roncheg. num. 32. & est fideiussio præsumpta, tacita & a lege subaudita, ideoque non dicunt Doct. quod isti sint ad inuicem fideiussores, sed quod tales videntur, vtentes hoc verbo, videntur, denotante improprietatem, & fi-62 ctionem, vt dictum est, & ponit etiā Roncheg. num. 35. vnde nec hoc casu aliquod priuilegium, aut beneficium, quod fideiussoribus a lege datur contra creditorem puta excussionis, vel diuisionis, talibus cor-63 reis, eisdemque socijs cōceditur: nec quoad ipsum creditorem aliquo modo fideiussores censentur, vt late docet Ronche-64 gal. nu. 21. vbi ponit regulam negatiuam, quod sub obligatione correorum debendi non est intelligenda aliqua fideiussio, quoad creditorem ipsum, & ipsos reos debendi, quam nume. 22. late confirmat, & num. 30. & 31. exemplificat in dictis beneficijs excussionis, & diuisionis, quod potest corroborari ex multis, quæ idem congerit num. 13. cum plur. sequen. vt propterea mirum non sit, si nec inter se ipsos intelligantur verè esse fideiussores, quod ea ratione fortissima videtur probari, quod scilicet & eo casu, quo reputantur fideius-65 sores ad inuicem quod est, quando, & correi, & socij sunt, non tamen soluenti pro repetitione soluti à correo, eodemque socio datur actio mandati, nec quidem tacita, aut vtilis, si non expressa competens fideiussoribus contra debitorem principalem, sed competit actio pro socio, vnde nō datur actio vi taciti consensus fideiussionis, & subintellecti mandati, sed vigore, & ex natura ipsius contractus societatis, vt post Bal. consil. 198. lib. 1. reperito in consil. 466. lib. 5. tradit Ronchega. sub nu. 32. ad fi. cum quo postea transit nu. 36. in fin. & latius prosequitur num. 40. & 43. quod ea ratione fit, quia ij correi, ijdemque so-66 cij negotium commune societatis, & non particulare vnius agere dicuntur, societatemque contrahere, & sit ille contractus æquè principaliter inter ipsos, vt ideo non habeant actionem, nisi pro socio, & quidem beneficia statutorum pro fideiussoribus inducta non in his procedunt, qui re 67 propriam agunt, sed in ijs, qui pro alijs se volunta-

voluntariè, & absque aliquo eorum com modo accessorie obligant, & præter omnem eorum intentionem soluunt, qui digni sunt particulari auxilio contra debito rem principalem, quod non est in duobus pluribusve correis, eisdemque sociis, qui proprio nomine tenētur, & proprium soluunt debitum, vt per Roncheg. sub num. 34. & 35. Hinc intelligentiæ pariter inhæret D. Alexander Saluius Florentinus aduocatus in suo breui statutorum glosemate, adeo vt & iuribus, rationibus, & authoritatibus euidentissimum sit opinionem hanc verissimam esse, optimisque fundamentis roboratam, a qua proptere a minime fuisset tutum in iudicando recedere.

Et quamuis ex deductis pro hac parte rectè intuenti pateat contrariorum remotio, attamē particularius ad maiorem rei dilucidationē respondendo dicitur, quod non obstat, quod primo loco ponderabatur, quod etiam inter duos correos alteri se principaliter, & in solidum obligantes inspicitur ad quem peruenit vtilitas, & il-68 le censetur principalis debitor, alter vero fideiussor, quia illud admittitur largè, & impropriè, quæ consideratio est extranea à statutis, in quibus proprietas verborum attenditur.

Ad consilium Dec. 268. dicitur, quod potius facit pro, quam contra, consideran 69 do, quod statutum, de quo in suo casu a præiudiciis, pœnisque cessantium valde odiosis eximit illum, qui re vera fuerit fideiussor, & sic considerat effectū potius, quam proprietatem verborum, & fideiussionis formam, quod innuunt illa verba re vera, & loquitur in pœnabilis, & valde odiosis, quare nimitum si extenditur ex solita pœnarum, & odij natura, quæ suadet restrictionem, & quia vt etiam aduertit ibi Dec. per talem extensionem minus 70 iuri communi derogatur, imo magis reducitur ad ius commune antiquum, & regulas, quod non patitur aliquem odio 71 alterius prægrauari, vt in regula, non debet, ff. de regul. iur. & quia pœnæ, & deli-72 cta debent tenere principales, & suos auctores, l. sancimus, C. de pœn. faciunt titu. C. ne filii pro pat. & ne vxor pro marit. & vbi per extensionem reducimur ad ius commune, talis extensio permittitur, & 73 toleratur etiam in correctoriis secundum glo. in ca. statutum, in versi. numerandum, de præbend. in 6. & notant Doctor. in d. l. si constante, & Ias. in d. authen. quas actiones, at in casu isto euenit totum oppositum, quia per talem extensionem magis recederetur a iure communi, illique magis derogaretur, magisque præiudicaretur iuri tertij contra præallegata, & regulas iuris notissimas: Ad consil. Alex. 41. dicitur quod ex ibidem dictis colligitur respō 74 sio, quia vt dicit ibi Alexa. constitutio, de qua ibi, erat fauorabilis inducta in fauorē, & vtilitatem ciuium, seu hominum illius loci, & sic concernebat publicam vtilitatem, Nos autem sumus in odiosis respectu tertij, ex quo suadetur restrictio, non autem extensio: Item quia ibi agebatur 75 de fraude publicæ vtilitatis, quia volens cōtrauenire, accesserat extra territorium ad contrahendum in fraudem prohibitionis statuti, vltra quod non parum dubita-76 ri potest de hac extensione in correctoriis iuris communis, quando ratio expressa non est in statuto, vel vnica tantum nō sit per allegata superius, cum quibus concordat idem Alex. consil. 167. num. 13. & cons. 171. num. 7. lib. 7.

Ad illud autem, quod simus in exorbitantibus non in correctoriis, non opus est aliter respondere, quia ex adductis supra satis constat de contrario.

Ad id vero, quod dicebatur de vnica ratione, quę posset assignari, quod habeatur pro expressa, & ex ea liceat arguere extensiue etiam in correctoriis, respondetur, quod potest hoc negari, & quod in dubio 77 non debet præsumi, quod vnica tantum ratio possit reddi, vt sit licita extēsio, imo debet præsumi oppositum, vt singulariter decidit Salyc. in l. si serui nostri, C. de noxal. quod dictum sequuntur, & commendant Alex. in d. l. si constante, ff. solut. matrimon. & in dicto consil. 107. num. 21. & Ias. in d. authent. quas actiones, 6. col. sub num. 22. Potest etiam considerari diuersa 78 ratio in fideiussore, & correo principaliter se obligante, Nam fideiussor propriè, & suapte natura promittit ea intentione, vt sit accessorie obligatus, & vt exigatur in defectu principalis non soluentis, & eo prius excusso, iuxta authen. præsente cum sua materia, C. de fideiussor. & hoc est, quod expressit, & intendit statutum in primis verbis, dum inquit quicunque fide-79 iussor, vel accessorie obligatus, & ideo hac probabili ratione forte, veriorique potuit moueri, vt prouideret, consuleretque indemnitati talis fideiussoris, qui contra intentionem suam, ac naturam suæ obligationis coactus soluerit, vt quouis iuris remedio etiam per actionem hypothecariam ipso iure inductam possit indemnitati suæ prouidere, & quod soluerit rehabere. Diuersum videtur, & nō tanta æquitate.

80 tate, ac fauore dignum, si quis principaliter, & vt correus contrahere, & se obligare voluerit, quia cum se principalem constituerit, videtur pro sua obligatione, vel negocio ad eum pertinente contraxisse, & si quod damnum propterea patitur, vel incurrit, sibi & non alteri debet imputare, qui nimis animose præcurrit, se principalem correum profitendo, cum in verita

81 te non esset argumento regulæ damnum de reg. iur. in 6. & hanc differentiam cum quibusdam aliis ponit Ronchegal. in d. l. reos, num. 34. & 35. Qua forte ratione, & Bartol. in d. l. reos censuit; quod etiam inter ipsos correos, & quoad actionem dandam inter eos in eo, quod eatenus videntur fideiubere alter pro altero, quatenus negocium ad alterum in veritate spectat,

82 in istis casibus nõ habent beneficium de fideiussoribus, sed habent beneficium authent. de duobus reis, quod idem aduertit Ronchegal. in d. l. reos, num. 22. in fin. nume. 36. etiam in fi. & num. 40 & 43. quod non potest esse ex alio, nisi quia sub ea forma, vt principales correi contrahere, & se obligare voluerunt. Ex quo dicto inferri

83 potest in proposito, quod si non habent beneficium de fideiussoribus de iure, multo minus ex forma statutorum eo debent gaudere, in quibus strictius proceditur, & a verborum proprietate non receditur l. 1. §. si is qui nauem, ff. de exercit. l. 1. §. hæc

84 verba. ff de neg. gest. cum aliis copiosè allegatis per Alex. d. consil. 207. nu. 21. & seq. li. 6 & consi. 167. n. 10 & seq. li. 7. & plures alias differentias inter fideiussores, & correos ponit Paul. de Cast. in d. l. sed & Iulianus, in prin. & nouissime Ronchег. in d. l. reos, n. 34. & seq. data ergo rationũ diuersitate non procedit argumentatio, nec locus est extensioni, etiam quod vnica tan-

85 tum ratio statuti esset, vt in indiuiduo dicit Cæpo. in d. tra. de interp. st. extensiua, ti. 1. de generali extens. interpr. nu. 124. & plur. seq. & tit. quæ fuerit caus. introdu. & extens. nu. 117. & sequen. & voluit etiam Matthesilan. in eod. tract. extens. num. 10. 22. iunctis antea dictis.

Ad vltimum de superfluitate illorum verborum, vel obligatus soluerit, dicitur, quod verba illa antea posita in principio

86 statuti, Quicunque fideiussor, vel accessoriè obligatus, videntur tollere hanc obiectionem, præcedentia etenim & quasi in præfatione statuti posita ad sequentia, & inferius dicta euidentiorem præstant intellectum, vt inquit Iurecõsultus in l. 1. ff. de orig. iur. & dicit Barto. in l. quisquis, in princip. ff. de leg. 3. quod clausula præce

87 dens est maioris efficaciæ ad declarationem, determinationemque sequentium, quàm è contra, sequitur Iaf. in l. pacta nouissima, C. de pact. & in l. qui filiabus, in §. ff. de legat. 1. Ange. & alij in l. verum. ff. de petit. hæred. Soc. in l. 1. ff. de reb. dub. cum enim vna pars legis, statuti, testamenti, & cuiusuis alterius dispositionis declaret aliam, & verba ambigua illius dispositionis, & magis præcedens sequẽtem, quam

88 sequens præcedẽtem, vt in dictis locis habetur, & per Roland. consil. 60. nume. 44. lib. 1. & plures alios adductos per Plot. in addit. ad consil. Martin. Garati, consi. 6. in verbo è contra sub littera G, in proposito nostro verbum illud obligatus intelligetur de accessoriè obligato, iuxta exordiũ statuti, vltra quod potius toleratur superfluitas, & quod verba sint otiosa, & nihil operentur, quam quod non admittatur

89 verisimilis intellectus statuentium, cum mens verbis præualeat, vt tradit post Cuma. Florian. & alios Cæpo. d. tit. quæ fuer. caus. introdu. extens. nume. 129. versic. & in tantum.

Additur postremo, quod statutum immediate sequens cogitauit, & prouidit de recuperatione debiti soluti a fideiussore, vel correo, necnon damnorum, & expensarum, per quod datur euidenter intelligi, quod in rubrica proximè præcedenti, & nigro non loquitur, nec prouidet, nisi vero, & proprio fideiussori, vel accessoriè o-

90 bligato aduersus principalem debitorem: In sequenti autem rubrica aduersus confideiussores, vel correos inter se, vnum ergo non continet aliud, alioquin alterum superflueret, nec refert, quod statutum sequens prouideat de recuperatione partis, & non totius, quando ad vnum tantum negocium pertinet, quia vel suppleri debet per interpretationem passiuam a regula iuris, quia idem iuris esse debet de toto, quod de parte, l. quæ de tota, ff. de rei

91 vend. vel si est casus omissus, iacet quod de eo in genere sit cogitatum, & remanet

92 in dispositione iuris communis, l. commodissime, ff. de lib. & posth. Et secundum prædictam opinionem negatiuam, quam tenui, reperi vsque de anno 1545. quo tempore nondum natus

93 eram, iudicatum fuisse per D. Nicolaum Marium Vandinum, tunc Rotæ huius Florentinæ Auditorem, & primarium appellationum iudicem, confirmando sententiam a primo iudice latam, pro cuius sententiæ iustificatione multa, & varia fundamenta copiose, & eleganter in motiuis de more factis dictus Do. Nicolaus

Marius

Marius deduxit, ex quibus quam plura in præſenti relatione inſerui, nec eum debito honore defraudare volui, eoque libentius hanc ſententiam tenui, quod pars, quæ nitebatur, quod ſtatutum caſum hunc comprehenderet, nuſquam reperijt aliquam deciſionem rotalem in contrarium, licet exactam diligentiam eam inueniendi adhibuerit. Anno 1596. Florentiæ.

94

E P I T O M E.

Quod per ſtatuta generalia in materia ceſſantium, & Decoctorum determinantia, quod ſindici, & Deputati creditorum vendant bona ſtabilia dictorum ceſſantium ad publicum incantum, & ea plus offerentibus concedant, & liberent, non intelligitur derogatum iuribus conſortium, & confinantium comprehenſorum in alio ſtatuto ſpeciali ſub rubric. de probibit. alienat. rei. irrequiſ. conſort. adeo quod qui habet beneficium huius ſtatuti, poſſit impedire venditionem ad publicum incantum propoſitam ex ordine ſindicorum prædictorum, & omnibus præferatur, & admitti debeat ad emptionem rei iuxta formam dicti ſtatuti ſpecialis de vendendo conſorti, ſeu vicino, vbi multa deducuntur in materia contrarietatis plurium ſtatutorum in eodem uolumine poſitorum, & eorum interpretationis, & conciliationis, & etiam data incompatibilitate prælationis.

S V M M A R I V M.

1. *Statutum Florentinum libro ſecundo, Rubrica 109. de probibita alienatione rei communis irrequiſito conſorte, procedit in materia ceſſantium, ita vt conſors conſequi poſſit bona decocti æſtimanda ſecundum tenorem ipſius ſtatuti, & conſequenter impedire venditiones fiendas per ſubhaſtationes, & incantus, iuxta formam alterius ſtatuti in materia ceſſantium.*
2. *Vbi verba ſtatuti verificantur, locus eſſe debet diſpoſitioni illius.*
3. *Vbi verba ſtatuti non conueniunt, diſpoſitio locum habere non debet.*
4. *Ad ſtatuti beneficium conſequendum concurrere debent qualitates ab ipſo ſtatuto requiſitæ.*
5. *Statuti Floren. diſpoſitio de probibita alienatione rei communis irrequiſito conſorte eſt verbis generalibus concepta.*
6. *Nulla; eſt dictio vniuerſalis negatiua.*
7. *Vniuerſalis affirmatiua omnia comprehendit, quæ excogitari poſſunt.*
8. *Vniuerſalis negatiua excludit omnia, quæ conſiderari poſſunt.*
   Et ibidem, quod negatiua fortior eſt ad negandum, quam affirmatiua ad affirmandum.
9. *Negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet.*
10. *Priuilegiatus compræhenditur in diſpoſitione generali, niſi in eo, de quo quæritur, reperiatur ſpecialiter priuilegiatus.*
11. *Vicinus habet ius emendi ex ſtatuto Florentino de quo ſupra nu. 1.*
12. *Statutum, vocans ad retractum conſortes, videtur habere reſpectum ad publicum decorem Ciuitatis; vt ſcilicet exornetur ædificijs.*
13. *Vicinum ignotum, & moleſtum habere admodum graue eſt.*
14. *Inter vicinos iurgia ſæpe non contemnenda oriuntur, quæ publicam quietem lædunt, & perturbant.*
15. *Statutum, vocans ad retractum conſortes, eſt fauorabile quibuſdam reſpectibus; licet alias odioſum dicatur.*
16. *Statuti ratio eſt magis attendenda, quam illius verba.*
17. *Ratio, vbi eſt par ratio, idem, non diuerſum ius, ſtatui debet.*
18. *Statuti ratio tunc multo magis attendenda eſt, cum ad vnum, & eundem finem concurrunt verba, & mens ſtatuentium.*
19. *Ratio & mens ſola, ceſſantibus verbis, ſufficit, vt ſtatutum habeat locum.*
20. *Vbi ſtatuti ratio, & mens viget, etiam ſi caſus non ſit in verbis expreſſus, diſpoſitio ſortietur effectum.*

21 *Idque fieri dicitur per comprehensionem, non per extensionem.*
22 *Ratio, Quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc eadem ratio numero decidit omnes casus emergentes non per extensionem, sed per comprehensionem.*
Et ibidem, quod ratio generalis comprehendit omnes casus sub ea repertos, sicut genus comprehendit omnes species.
23 *Ratio est anima legis.*
24 *Ratio legis est ipsa lex, non verba.*
25 *Statutum de retractu consortis non habet locum in alienatione necessaria.*
26 *Creditores, in quos iura cessantium transferuntur, subrogantur loco decocti, ipsumque repraesentant.*
27 *Cessans, sicut ipse cessans non posset irrequisito consorte distrahere, ita nec illum repraesentantes.*
28 *Bona cessantium non mutant naturam propriam, sed nomine decocti debitoris distrahuntur, & venduntur.*
29 *Sindici, factum sindicorum vendentium bona cessantis, dicitur factum ipsius partis.*
30 *Debitor decoctus, cuius bona per sindicos apprehensa sunt, non liberatur, nisi sequuta datione in solutum, vel nisi creditoribus satisfactum sit.*
31 *Alienatio bonorum debitoris decocti dicitur voluntaria, quia immediate originem trahit a causa uoluntaria, item sup. nu. 26.*
Debitor, aeris alieni mole grauatus, dicitur in ea necessitate se sponte posuisse.
32 *Voluntarium, Principio voluntario posito, quicquid inde sequitur, voluntarium existimatur.*
33 *Alienatio, quae fit a Iudice, necessaria dicitur.*
Item cum in executionem rei iudicatae res datur in solutum, factis subhastationibus, & non reperto emptore.
34 *In solutum, Cum res creditori datur in solutum, dicitur vlterius executionis actus.*
35 *Venditio mera dicitur, cum res danda est plus offerenti.*
36 *Statutum Floren. prohibens venditionem stabilium irrequisito consorte, derogare videtur alteri statuto Curiae Mercantiae, quo permittitur sindicis libera bonorum decocti venditio.*
37 *Statutum generale, & speciale, cum inuicem pugnare videntur; attenditur speciale, quia generi per speciem derogatur.*
38 *Statutum speciale praefertur generali.*
39 *Prouisio qualibet specialis facit cessare generalem.*
40 *In diuersis, & generalibus species non derogat generi.*
41 *Generale, Quod maius generale est, pro genere habetur; & minus generale pro specie.*
42 *Statutum mercantiae Floren. de cessantibus, quo sindicis tribuitur facultas vendendi bona decoctorum plus offerenti; procedit, quando non adest consors, vel non vult, aut non potest emere ob paupertatem, aut alias non contradicit.*
43 *Statutum Floren. de prohibita venditione irrequisito consorte, restringit facultatem sindicis decoctorum tributam per statutum mercantiae, de cessantibus.*
44 *Statuta, quae videntur contraria, ad concordiam sunt reducenda.*
45 *Vnum statutum recipit interpretationem ab alio.*
46 *Statutorum contrarietas, vt euitetur; permittitur interpretatio per subauditiones, & distinctiones.*
47 *Statutum negatiuum affirmatiuo validius censetur.*
48 *Negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet.*
49 *Probare, Quod patet expresse, non est probare necesse.*
50 *Statutorum incompatibilium illud praeualere debet, quod est fauorabilius.*
51 *Statutum illud fauorabilius dicitur, quod maiorem vtilitatem affert, magisque publico commodo fauet.*
52 *Item quando reducit nos ad iuris communis dispositionem, vel minus ab ea nos recedere facit.*
53 *Statutum mercantiae Floren. de quo supra numero 42. fauorabile dici potest, quia creditorum commodum respicit, & cum iure communi concordat.*
54 *Vendere rem suam nemo inuitus cogitur.*
55 *Statutum de vendendo consorti iuri communi contrarium, & odiosum est.*
56 *Statutum de venditione facienda Consorti Florentiae, & fere vbique gentium viget.*
57 *Fauorabilius est censendum, quod maioris fauoris causas, easque potentiores habet.*
Statutum, de vendendo consorti, ad euitandas discordias vicinorum, conditum fuit.
58 *Pacis publicae conseruandae gratia, multa aduersus iuris dispositionem conceduntur.*
59 *Statutum de vendendo consorti est aequius, & tanquam tale seruandum.*
60 *Statuta, quando sunt contraria, Iudex debet attendere illud, quod est iustius, & aequius.*
61 *Statutum posterius antiquiori praeferendum est.*
62 *Prioritas, uel posterioritas statutorum ex ordine compilationis demonstratur.*
63 *Regula, quod vltima derogat prioribus, intelligitur de omnino contrarijs, & incompatibilibus.*

Statutum

64 *Statutum posterius etiam generale, & indistincte loquens veteri praecedenti distincte disponenti non dicitur derogare, sed distinguere secundum antiquum.*

65 *Statutum nouum, quod sententiæ omnes mandentur executioni, non dicitur derogare statuto veteri, quod dat certum modum sententiandi, sed nouum distinguitur secundum vetus.*

66 *Per legem nouam non censetur derogatum antiquæ, nisi quatenus expresse dictum sit.*

67 *Lex sequens non censetur derogare primæ, sed limitatur, & restringitur a praecedenti, quando aliquo casu, vel modo saluari possunt.*

68 *Statutum Mercantiæ de cessantibus non habet clausulam specialiter derogatoriam, alijs statutis, sed generaliter tantum in fine voluminis.*

69 *Reformatores Mercantiæ non potuerunt tollere statuta generalia Communis Florentiæ.*

70 *Reformatores statutorum aliam potestatem non habent, quam sibi tributam a Principe, vel statutis.*

71 *Clausula derogatoria non operatur nisi quatenus adsit repugnantia.*

72 *Statutum vltimum non comprehendit casus specialiter terminatos a primo.*

73 *Clausula derogatoria generalis non videtur sufficere ad tollendum primum statutum, sed requiritur specialis.*

74 *Statutis in eodem volumine existentibus contrarijs non attenditur eorum prioritas, vel posterioritas, sed Iudex debet attendere, quod est iustius, & æquius, Item supra, numero 63.*

75 *Quod statutum Florentinum de prohibita alienatione rei communis irrequisito Consorte procedat etiam in materia cessantium, alias iudicatum fuit per sex Judices Rotæ Florentinæ.*

76 *A Rotæ sententia in dubijs non est recedendum.*

CONSILIVM CLXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Stante statuto Communis Florentiæ, libro secundo, Rubrica 109. de prohibita alienatione rei communis irrequisito Consorte, & alio Statuto Curiæ Mercantiæ, Rubrica decima, in materia cessantium, per quod ampla datur facultas Sindicis, seu deputatis super fallimento cessantium vendendi eorum bona stabilia forma ibi præscripta, & cum prohibitione, quod tales venditores irritari, aut infringi non possint. Dubitatum fuit coram Magnificis Dominis Deputatis super negocio Mensæ Bancariæ Dominorum de Riccijs, & sociorum campsorum, an consors comprehensus 1 in dicto statuto, Rubrica 109. possit vti talis statuti beneficio in bonis illorum ex dictis socijs, qui fuerunt declarati cessantes, & decocti, per dictos sindicos vendendis, vt ex eorum pretio creditoribus satisfieret. Et re bene perpensa, & de ea pluries facto Verbo in plena congregatione dictorum Dominorum Deputatorum. Retuli pro iustitia mihi videri locum esse dispositioni dicti statuti, rubrica 109. & propterea habentem qualitates ab ipso statuto requisitas posse consequi bona decocti æstimanda secundum tenorem ipsius statuti, consequenterque impedire eorum venditiones, quas dicti Domini Deputati vellent de eis facere subhastationes, & incantus, iuxta formam alterius statuti in materia cessantium, cuius quidem opinionis rationes proponendas duxi, veluti quæstionis non insequentis, & proinde non inutilis.

Considero itaque in primis, quod cum verba prædicti statuti de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte 2 libro secundo, rubrica 109. verificentur, locus esse debet dispositioni illius, sicut si eius verba non conuenirent, dispositio quoque locum non haberet, vt punctualiter dicunt Castrens. loquens propriè in 3 terminis statuti de muro communi consilio 221. sub numero primo, versicu breuiter non obstantibus, libro primo, & Crauett. consilio decimo, numero septimo, versicu. secundo fundatur, & concurrant qualitates ab ipso statuto requisitæ, 4 vt opus est ad eius beneficium consequendum, Barto. in leg. prima. §. ait Prætor, ff. ne quid in flum. public. Ioann. Andr. in capit. primo, de homicid. libro sexto, Socin. consilio 55. numero primo, tertio, & sequent. libro primo, consilio 274. numero 10. 11. lib. secundo, Deci. consilio 524. numero primo, & plur. sequent. Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. glos. 7. num. 1. & 2. Anchar. Regieni. quæstione 9. nu. 7. 8. lib. 1. & quæst. 55. numero 1. lib. 2. & est verbis generalibus concepta, vt in puncto 5 super hoc ipso statuto tradit Cast. cōs. 194.

columna secunda, versic. præterea statutum, libro primo, siquidem exorditur, nulla persona, quæ dictio nulla est vniuersalis negatiua. Bartol. in l. si is. qui 6 ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dub. Bal. in leg. si Ruffinus, C. de testamen. milit. Crauett. consilio 146. numero quarto. Vnde comprehendit sindicos, & quoslibet alios vendentes, Crauett. dicto consilio 146. numero quarto, vbi etiam subdit, 7 quod sicut vniuersalis affirmatiua omnia comprehendit, quæ excogitari possunt, ita & vniuersalis negatiua excludit om- 8 nia, quæ considerari possunt, cum sit fortior negatiua ad negandum, quam affirmatiua ad affirmandum, quod alij alijs 9 verbis dicunt, quod scilicet negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet, late Deci. consilio tertio, numero quarto, & quinto, consilio 364. sub numero quarto, & alij inferius citandi, sub qua generalitate continentur etiam priuilegiatæ per- 10 sonæ, modo in hoc specialiter non reperiantur priuilegiatæ. Deci. consilio quinto, per totum, & consilio 301. etiam per totum, & consil. 496. numero decimo, & vndecimo, Gozadin. consil. 97. numero septimo, versic. Nono etsi diceremus, Doctores in l. in fraudem, per illum textum, ff. de militari testamento. & ius emendi ex statuto acquiritur vicino, Castr. con 11 silio primo, per totum, libro secundo. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. glo. 1. numero decimo, versic. secundo intellige, & nume. 12. & sequent. vers. tertio intellige, & infra.

Concurrit præterea ratio ipsius statuti vocantis ad retractum consortes, quæ æque militat, quando sindici vendunt. Sta- 12 tuentes enim respectum habuisse videntur ad publicum decorem Ciuitatis, vt exornetur ædificijs, l. secunda, C. de ædific. priuat. & ne quis vicinum ignotum, & sibi molestum habere cogatur, quod 13 in consideratione habendum est, leg. non aliter, ff de vsu, & habitat. leg. quod sæpe, §. si quis in vendendo, & ibi glos. ff. de contrahend. empt. l. fina. versicu. forsitan enim, C. de pact. inter emptor. & venditor. & l. fina. C. de agrico. & mancip. dominic. libro 11. ex quo sæpe non contemnenda iurgia oriuntur, quæ publicam quietem 14 lædunt, ac perturbant, vt in dicta leg. fina. notant Luc. de Penn. & Ioan. de Platea, qui multa huic rei seruientia ponunt, quibus quidem respectibus statutum istud fanotabile censeri debet, quod alias o- 15 diosum nuncupatur iuxta congesta per Tiraquell. de retract. lignagier. in præfat. numero sexagesimoquarto, & sequent. versicul. cæterum; nec enim dubitatur, quin ratio statuti sit attendenda, etiam 16 magis, quam verba, quibus præualet, & potior, habetur, Marsil. in l. sed sciendum, ff. ad l. Pomp. de parricid. in principio, & vbi par est ratio, idem debet, & non diuersum ius statui, l. tutelas, post 17 principium, ff. de capit. diminut. l. illud, & l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. multoque magis, quando ad vnum, & eun- 18 dem finem concurrunt, & verba, & mens statuentium, l. regula, §. si quis ius, & §. finali, ff. de iur. & fact. ignorant. & §. hæc constitutio, Institutio. de eo cui lib. cau. bo. addicunt. cum sola mens, & 19 ratio cessantibus verbis sufficiat, vt in dictis iuribus probatur, & tradit Marsil. in loco citato, & Cæpol. de interpretat. iur. extens. titul. quæ fuer. caus. introduct. extens. numero 88. & sequent. & iterum numero 101. & sequent. & tursus numero 118. & sequent. qui latè insistit, & multa eleganter in hoc proposito notat, & vbi statuti mens, & ratio viget, etiam si casus 20 non sit in verbis expressus, dispositio sortietur effectum. gl. f. in leg. de quibus. ff. de legibus, vbi Doctor. dicunt id fieri per 21 comprehensionem, non autem per extensionem per l. de pupillo. §. riuos. ff. de oper. nou. nunciatio. vt præcise inquit Paul. de Castr. consilio 251. numero tertio, versicu. circa personas, libro primo. Deci. in l. prima, numero sexto, versicu. & in isto casu, ff. de regulis iuris, quando enim pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna, & eadem ratio numero 22 decidit omnes casus emergentes, non per extensionem, sed per comprehensionem, nam sicut genus comprehendit omnes species, ita ratio generalis omnes casus sub ea repertos Deci. consilio 227. numero octauo. Cæpol. in dicto tracta. titulo de gener extens. numero 115. versicul. quando pluribus, & sunt verba Paul. de Castr. in consilio 83. numero secundo, versicu. constat autem, libro secundo, & prius Bald. ab eo relati in dicta leg. de quibus, ff. de legibus, nec mirum, quia ratio est anima legis, vt per 23 Deci. dicto consilio 227. numero septimo. Socin. consilio trigesimo, numero octauo, libro primo. Cæpol in dicto tractat. titul. quæ fuer. caus. introduct. extens. numero 102. imo ratio legis est lex, non verba. Idem Cæpol. in eodem tractat. titul. vnde elicl poss. extens. nu- 24 mero decimosexto, vbi iura probantia adducit.

Et

Et quamuis statutum hoc locum non habere in alienatione necessaria tradiderint Doctor & præcipue Alberic.in l. Se-
25 natus,in principio, ff.de legatis primo, & de statut.libro primo, quæstione 110.numero quarto,& libro secundo,quæstione secunda, in principio, Alexand.consil.52. numero quarto,libro primo,Roma.consil.107. numero primo,& secundo, Deci. consil. 160.numero secundo, Gozad.con sil.103.videtur numero 21. Afflict.de iur. prothom. §. tertio, numero 26. Boer. in consuet.B.turig.de retract.§ tertio. Tiraquell de retract.lignag.§.primo, glos.14. numero octauo,nono,& sequent. versic. secundo intellige,& infra, & alij per eum allegati. Tamen aduertendum est nos versari in casu voluntariæ alienationis,
26 quoniam sindici,& creditores,in quos iura cessantium transferuntur,subrogantur loco ipsius decocti, ipsumque repræsentant,vt per statuta cessantium rubri.10.I-deo sicut ipse cessans non posset irrequisito consorte distrahere, ita nec isti eum repræsentantes,argument.l.si eum, § qui iniuriarum,ff. si quis caution. Deci.consi.
27 50. numero secundo,consil.182. numero decimo, & decimosexto, consilio 90. numero primo, consilio 433.numero vigesimo, & consilio 543. numero sexto, Gabr.libr.sexto, titul.de regul.iur.in conclusio. secunda, & quamuis notionem quandam per prædicta statuta dicti sindici adipiscantur,non tamen bona ipsa mutant naturam propriam, imo eam reti-
28 nent.& nomine decocti debitoris distrahuntur,& venduntur, quo fit, vt factum ipsorum sindicorum factum dicatur partis l.si ob causam, vbi Barto.Bald.& alij,
29 C.de euictionibus. Tiraquell.de retract. lignag.§.primo,glos.14.numero 13. vers. & has, Nec per apprehensionem a sindicis, & creditoribus factam de bonis ta-
30 lis debitoris liberatur ipse, nisi sequuta datione in solutum,aut si creditoribus est, satisfactum,vt post Castr.in l.heres a debitore,§ quod si stipulator,ff.de fideiusso. tradit Stracch.in tractat.de mercat.titulo de decoct.part.tertia, numero quadragesimoquinto, versicu. illud etiam, dicens esse verissimam sententiam, & probari in dicto §.in illis verbis, quod si professio rerum debitoris data sit creditori, æquè dicendum est fideiussorem manere obligatum.

Potest etiam dici alienatio voluntaria ex quo immediate originem trahit a causa voluntaria, scilicet a mole æris alieni,
31 quod debitor volens contraxit, & sponte in hac necessitate se posuit; a qua poterat abstinere Signorol.consil.73. factum sic præsupponitur paulo ante finem, quem refert,& sequitur Tiraquell.de retract.lignag.§ primo,glo.14. numero 13. versic.& has quidem post principium, & dato principio voluntario quicquid inde sequitur, voluntarium quoque existi-
32 matur,vt subdit Tiraquell.in eodem versicu.in fin. & voluit ante eum Bald. consilio 306. in fin. versicu. porro, libro primo,est enim necessaria alienatio, quæ fit
33 a iudice,vt per Boer.d.§.tertio,& per Tiraquell. in glos.14. numero decimooctauo, & cum in executionem rei iudicatæ factis subhastationibus,& non reperto emptore danda est res in solutum, vt loquitur Alexand.dicto consil.52. est enim vltimus executionis actus, qui fit, cum
34 res creditori datur in solutum,vt est text. in leg.ordo, C. de execut. rei iudic. & ita sentit Roman. dicto consilio 107. de alienatione necessaria ex laudo, quando autem plus offerenti res danda est,versamur
35 in mera venditione secundum Bald.consilio 300. statuto cauetur, numero secundo,libro primo,quem sequitur Tiraquel. dicta glos.14.sub eodem numero decimo octauo.

Cæterum,quia in hoc casu duo extant statuta, quorum vnum alteri non concordat,sed potius inter se differunt, quoniam illud communis Florentiæ, libro
36 secundo,rubrica 109. quod prohibet stabilium venditionem fieri irrequisito consorte, alterum Curiæ Mercantiæ in materia cessantium permittens sindicis liberam bonorum decocti venditionem illa subhastando, & plus offerenti distrahendo, seruata forma ibi tradita, non enim videntur dicta duo statuta posse simul stare, quia si cogerentur sindici admittere consortem ex statuto communis non haberent illam facultatem, quam statutum Mercantiæ ipsis tribuit, videndum merito est,quod nam istorum deroget, aut præualeat alteri. In qua re primo sese offert pro sustentatione relationis meæ, quod statutum de sindicis loquens sit generale, alterum vero de
37 consorte speciale, & consequenter attendendum, quia generi per speciem derogatur, capitu. generi, de regulis iuris, in sexto, leg. in toto iure, ff. eodem titulo, leg. sanctio legum, ff. de poen. leg. pediculis, §. argento, ff. de auro, & argent. legat. & in terminis, quod statutum speciale præferatur generali, tradit
38 Bartol. in leg. quæsitum, § si quis

 fundum,

fundum, num. 12. ff. de fund. instr. & consil. 100. in 3. dub. lib. 1. Bald. consil. 28. num. 1. lib. 1. Ang. consil. 160. nu. 2. Idem Bald. in l. executorem, num. 24. C. de execut. rei iudic. Fulgos. consil. 215. in primo proposite consultationis, in prin. num. 1. Alex. consil. 29. num. 1. lib. 1. consil. 58. nume. 6. consil. 122. num. 1. lib. 4. Gozad. consil. 72. num. 10. latè Philippus Dec. in d. l. in toto iure, num. 7. consil. 18. nume. 1. in fin. consil. 44. sub num. 7. & consil. 222. sub num. 4. consil. 382. num. 4. consil. 627. num. 12. Marsil. in leg. 1. §. si serui, quasi nume. 15. ff. de quæstion. & est generale, quod prouisio
39 quælibet specialis facit cessare generalē.

Et licet non videamur esse in duobus statutis, inter quæ proprie cadat consideratio generis, & speciei, sed potius in diuersis, & generalibus, in quibus species non
40 derogat generi, vt per Dec. in d. l. in toto iure, num. 10. vers. & prædicta regula. Responderi posset, quod illud, quod maius generale est, pro genere habendum est, & minus generale pro specie. Dyn. in cap. ge-
41 neri, de regul. iur. in 6. Bartol. in l. 1. §. hoc autem edictum, ff. de oper. nou. nuncia. & post eos Deci. in d. l. in toto iure, in prin.

Et quando prædicta dubium aliquod haberent, & dicta duo statuta pænitus diuersa censerentur, & æquè generalia, vel etiam in suis casibus specialia dici possent non tamen conclusionem firmatam destruerent, quoniam non sibi ipsis adeo cōtrariantur, quin ad cōcordiam reduci possint, & vtraque seruari, possunt enim sindici iuxta facultatem ipsis a statuto de ces-
42 santibus datam bona decoctorum vendere, & plus offerenti dare, si vel non adsit consors, vel nolit, aut emere ob paupertatem non possit, vel si bannis, seu edictis, aut proclamatibus super ea re factis in termino in eis assignato non contradixerit, sed ad venditionem deueniri permiserit, & tacendo sibi præiudicauerit, iuxta notata in terminis per Castrens. consil. 243. super primo, col. finali, versic. quantum tamen, libro primo, vt hæc non semel euenire scimus, his etenim casibus locum habebit statutum de cessantibus. Cæterum si adsit consors, & velit emere, & debito tempore hoc declaret, tunc vtrique obser-
43 uari debebit aliud statutum sub rub. 100. per quod non tollitur, sed restringitur facultas sindicorum, vt fieri potest. Dec. consil. 3. sub num. 5. vers. secundo specialiter, & hoc pacto in vnam consonantiam
44 rediguntur hæc duo statuta, prout fieri debet. Dec. consil. 520. num. 21. nec sunt contraria, sed vnum recipit interpretationem ab alio, l. non est nouum, ff. de legib. Dec.
45 consil. 301. num. 10. consil. 553. nume. 8. Rolan. consil. 10. num. 16. lib. 4. fugienda est enim statutorum contrarietas in tantum quod, vt euitetur, permittitur interpretatio per subauditiones, & distinctio-
46 nes, vt tradunt Roman. consi. 57. num. 3. Castr. consil. 21. sub num. 1. lib. 1. Alexan. consil. 48. sub num. 5. vers. etsi statutum libro 3. & cons. 123. nume. 14. vers. adduco etiam lib. 4. & Marsil. in l. prima, §. si serui quasi nume. 17. vers. teneas etiam menti, ff. de quæstion. sed & quando omnimodo adesset contrarietas, & conciliatio prædicta non admitteretur, & videndum esset, quod nam ex dictis duobus statutis incōpatibilibus præferri debeat, adhuc conclusio firmata subsisteret, quia regulare est,
47 quod statutum negatiuum affirmatiuo validius censetur, l. si Rufinus, C. de milit. testament. & ibi scribentes, Barto. in l. 3. §. liberti. ff. de susp. tutor. Dec. consil. 3. nume. 4. & cons. 44. num. 7. & Ratio est, quia
48 negatiua magis negat, quam affirmet affirmatiua, glos. fina. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstrat. Castrens. consi. 16. sub numero nono, libro primo, Cæpol. de seru. vrban. prædio. cap. 35. de seruit. luminum, numero 2. Dec. consi. 44. sub numero septimo, & latius in l. si Ruffinus, num. 7. & plur. seq. C. de testament. milita. et in cap. ex parte, numero sexto, de constitut. et dictum etiam fuit supra, constat autem ex conceptione verborum statutum Sindicorum esse affirmatiuum; aliud vero sub rubr. 119. negatiuum, nec alia demon-
49 stratio ad hoc probandum exigitur, quia quod patet expresse, non est probare necesse.

Accedat quod in concursu statutorum non compatibilium id præualere debet,
50 quod est fauorabilius. Doctor. in d. l. si Ruffinus. Alexan. consi. 65. numero septimo, libro septimo. Deci. consil. 3. nume. 6. et consil. 44. sub numero septimo; quod est quando maiorem vtilitatem affert,
51 magisque publico commodo fauet. Alexan. in l. Nesennius, sub numero quinto, in fin. ff. ad l. Falcid. et d. consil. 65. num. 7. et ibi addent ad eum littera B. Marsil. in pract. crimin. §. quæritur, numero septimo, versic. et teneas, vel quando reducit nos ad iuris communis dispositionem,
52 aut minus ab ea nos recedere facit, Alexan. dicto consil. 65. numero septimo. Dec. consil. 3. sub numero quinto, vers. secundo specialiter, et infra, et cons. 222. numero septimo, vers. et pro tali, et latè prosequitur Tiraq. de retract. lignag. in præ-

fatione

satione num. 58. vers. altera ratio, vnde, & si statutum syndicorum fauorabile dici possit ex eo, quod creditorum commodit 53 respiciat, & cum iure communi concordet, secundum quod bonorum debitoris subhastationes fieri debent, & plus offerenti ad creditorum beneficium venundari, l. prima, & secunda, C. si propter public. pensit. l. si tempora, C. de fid. instrumen. & inhast. fiscal lib. 10. & ex eo etiam quod consonum est dispositioni, l. dudū, 54 C. de contrahen. empt. ne quis rem suam inuitus alteri vendere cogatur, cuius respectu alterum statutum de vendendo consorti iuri communi contrarium, & odiosum arguitur, Deci. d. consil. 222. num. 1. Corn. consil. 166. nume. 8. lib. secundo, 55 Castr. consil. 249. col. secunda, lib. secundo, Paris. consil. 82. nume. 4. & sequen. lib. 3. & plures alij congesti per Tiraque. in d. præfat. numer. 60. vers. qua mobrem sunt multi. Attamen dictum aliud statutum de venditione facienda consorti, quod Florentiæ vigere, & in quamplurimus Ita-56 liæ Ciuitatibus, & locis, & alibi fere vbique gentium recenset ex aliorum Doctorum scriptis Tiraque. de retract. lignag. in præfat. numero primo, quibus addi possunt Castr. & Ias. in l. qui Romæ, § coheredes, ille, num. 3. 4. hic num. 43. ff. de verbor. obligat. maioris fauoris causas, & potentiores habens fauorabilius est censen-57 dum, & merito præferendum, fuit enim conditum ob bonum publicum ad euitādas discordias vicinorum, vt in illius interpretatione testatur Saluet. quietis enim, ac pacis publicæ conseruandæ gratia multa aduersus iuris dispositionem concedū-58 tur, cap. nisi essent, de præbend. ibi se pro bono pacis, & vtilitatis ordinasse fatentur & cap. secundo, in fin. de sponsalib. i mpuberum ibi, vtpote pro bono pacis talis coniunctio toleretur, Dec. consil. 202. nume. 14. vers. circa primam, & ante eum Rom. consil. 307. num. 3. in fin. est etiam æquius & tanquam tale seruandum, Alexan. consil. 58. numero quinto, vers. item & aliter, 59 hō. 4. inquiens post Bald. in ca. cum olim, in princip. de consuetud. quod quando statuta in eodem volumine sunt contraria, Iudex debet attendere illud, quod est iu-60 stius, & æquius, nulla, vt infra dicetur, eorum anterioritatis, aut posterioritatis consideratione habita.

Nec putaui prædictis obstare, quod statutum syndicorum veluti posterius sit alteri de vendendo consorti antiquiori præ-61 ferendum, l. sed & posteriores, ff. de legib. Marsi. in d. l. prima, § si serui quasi, numero nono, ff. de quæstion. & ante eum Barto. in l. si certarum, ff. de testament. milit. Alexan. consil. 58. num. 3. lib. 4. consi. 122. numer. 1. eodem lib. 4. Aretin. consil. 143. col. 2. sub num. 2. quam quidem posterioritatem, quando cætera deficerent, ordo 62 compilationis de per se demonstrat, vt per Alexan. d. consil. 58. num. 4. post Barto. in d. l. si certarum; Quoniam responde tur regulam, quod vltima derogent prioribus, intelligi de omnino contrarijs, & 63 incompatibilibus, Doct. in l. pacta nouissima, C. de pact. vltra quod non incongrue dici potest, quod statutum posterius etiā generale, & indistincte loquens veteri præcedenti distincte disponenti non dicitur 64 derogate, sed distinguere secundum antiquum Corn. consil. 199. num. 67. vers. ad idem, lib. secundo, sequitur Crauett. alios citans consil. 70. nume. 15. versic. decimoquarto ista quæstio, si enim statutum antiquum dat certum modum sententiandi 65 & nouum dicit, quod sententiæ omnes demandentur executioni, nō dicitur hoc nouum derogare veteri, sed imo ipsum nouum distinguitur secundum vetus, dūmodo scilicet in sententiando fuerit seruata forma requisita ex antiquo statuto, vt ibi per ipsos Corn. & Crauett. Nec per legem nouam censetur derogatum anti-66 quæ, nisi quatenus expresse dictum sit, l. præcipimus, in fin. C. de appellat. ibi quicquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum, constitutionumque regulis omnes relictum intelligant, l. fi. C. de ind. vid. toll. l. sancimus C. de testame. l. alumnæ, § qui filias, ff. de adim. legat. Oldrad. consil. 190. thema tale est fratres heremitæ, sub numero secundo, Alexan. consil. 122. num. 13. lib. 4. Crauett. consil. 70. nume. 17. vers. decimosexto adduco. Marsi. in pract. crimin. § quærit tur, numero 9. & 10 vers. & in quantum, & infra, & in l. 1. § si serui quasi, nu. 16. vers. item scias ff. de quæstion. Deci. consilio 3. numero septimo, nam si non sunt contraria, sed se compati possunt, & saluari ali-67 quo casu, seu modo, lex sequens non censetur derogare primæ, sed limitatur, & restringitur à præcedenti, Barto. in extraua. ad reprim. in verbo non obstantibus, & in l. omnes populi, in 3. quæstio. principali, in fi. ff. de iust. & iur. & in l. sciendum, in principio, ff. qui satisdare coga. Aret. consi. 143. col. 3. vers. sed tamen his non obstantibus, & infra, Corn. consil. 135. col. prima, & secunda, consil. 172. col. secunda, & tertia, lib. 4. Crauet. d. consi. 70 nu. 16. vers. decimoquinto adduco.

Non

Non etiam refragatur, quod dictum statutum sindicorum posterius videatur habere clausulam derogatoriam alijs statutis omnibus, & propterea illis anteponendum.

Quoniam pro respõsione dicitur, quod non habet talem clausulam specialiter in 68 hoc capite particulari, sed generaliter ea apparet in fin. totius voluminis statutorũ fori mercatorum, nec si voluissent, potuissent statuentes illi, seu reformatores deputati specialiter ad reformanda statuta dicti fori tollere statuta generalia commu- 69 nis Florentiæ, l. minor autem Magistratus, ff. de minoribus, cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia, Crauett. consil. 148. num. 3. & seque. vers. secundo respondeo, & infra, Non enim habent officiales isti aliam potestatem, quam illam, quæ ip- 70 sis tribuitur a principe, vel statutis, Rom. consil. 501. sub numero nono. Dec. consi. 5. in principio, & consil. 18. sub numero 2. & ante eos Bald. consil. 301. lib. tertio, in principio.

Et quando etiam talis clausula in hoc capite reperiretur, non tamen aliquid operaretur circa derogationem, cum, vt dictum fuit supra, locus sit conciliationi absque eo, quod de derogatione agatur, & vtrumque statutum saluetur, nec primũ per vltimum tollatur. Non enim opera- 71 tur dicta clausula, nisi quatenus adsit repugnantia, vt per Roman. cons. 57. num. 1. & 2. & per Alex. d. consil. 121. nume. 2. lib. 4. Nec in vltimo comprehenditur casus præuisus, & specialiter terminatus a primo Castr. d. consil. 21. numero secun- 72 do, vers. item considerandum, lib. primo. Dec. consil. 5. nũmero secundo, cons. 301. numero nono, decimo, cons. 496. num. 11. & in l. 1. num. 9. vers. ex quo infertur quod lex, ff. de reg. iur.

Posset etiam attentari, quod ad tollendum primum statutum nõ sufficiat clausula derogatoria generalis posita in secũ- 73 do, sed requiratur specialis, vt late tradit Marsil. in pract. crimin § quæritur, num. 12. & sequ. vers. & aduerte, & infra, qui tamen postea, num. 16. & seq. vers. sed contra prædicta faciunt, plura adducit in contrarium, quibus adhæret.

Postremo ex eodem Marsil. in eodem §. quæritur, nume. 7. vers. & ex istis, & latius in l. prima, §. si serui quasi, numer. 18. versic. vltimo teneas menti, ff. de quæstionibus, dicitur, quod quando etiam in eo- 74 dem volumine sunt statuta contraria, nõ attenditur eorum prioritas, vel posterioritas, sed Iudex debet attendere, quod est iustius, & æquius, vt ibi per eũ, & dictum etiam fuit supra.

Et secundum hanc opinionem alias quæstionem hanc determinandam esse retulerunt concorditer Domini Sex Iudices, & Auditores Rotæ huius Florenti- 75 næ Sindicis, seu deputatis Raphaelis de Donis, vsque de anno 1580. qui etiam eorum relationis causas, & rationes reddiderunt, & motiua, vt moris est, & iuris, fecerunt, quæ in campum venerunt, & tem ex infinitis ibi adductis clarissimam reddunt, quorum Dominorum vestigia sum ipse sequutus, nec ab eorum sententia, vbi negotium dubitabile videatur, recede- 76 re debebam, iuxta l. si de interpretatione, cum l. sequent. ff. de legibus. Anno 1596. Florentiæ.

EPITOME.

De interpretatione statuti ciuitatis Pistorij libro secundo, Rubrica 98. circa id, quod filijs naturalibus, vel spurijs relinqui possit extante legitima prole, vel alijs personis in eo statuto nominatis. De legitimatione in amplissima forma filij naturalis, vel spurijs, non extante legitima sobole instante patre facta per Principem cum clausula, absque tamen vllo legitimorum, & naturalium filiorum, & descendentium ipsius patris instantis præiudicio, si quos vllo vnquam tempore suscipere contingat. De effectu talis clausulæ, tam ex testamento, quam ab intestato ad fauorem legitimorum, & naturalium, & an ex testamento legitimatus possit capere vltra portionem a iure communi, vel municipali concessam, & vbi non possit, an relictum sustineatur in portione permissa, & ad quem id, quod superest, pertineat, & quo iure id consequi possit. Et an legitimatio facta de filio naturali, vel spurio de ordine patris post eius mortem retrotrahatur ad præiudicium agnatorum,

qui

qui eius hæreditatem ab intestato acquisiuerunt; An talis legitimatus facto testamento per Patrem rumpat illud: & an possit pater legitimare filium naturalem, vel spurium cum hoc, quod in certa tantum parte, vel in eo tantum, quod sibi placuerit, ei succedat, & nihil vlterius prætendere possit; & de alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto Pistorij, quod existentibus filijs legitimis, & naturalibus masculis, vel feminis, vel fratribus carnalibus, aut Nepotibus ex eis; pater possit filio, vel filiæ naturali, aut spurio relinquere vsque in quartam partem bonorum, quæ ab intestato eidem contingerent, si esset filius legitimus & naturalis; Idem pater non potest relinquere filio naturali legitimato vltra dictam quartam partem bonorum, superexistente filia legitima, & naturali.*

2 *Filius naturalis de iure communi non admittitur ab intestato ad hæreditatem patris, existente filia legitima, & naturali.*

3 *Per Statutum Pistorij, de quo supra num. 1. non immutatur ius commune in successione ab intestato, cum de ea nihil expressè disponatur, extantibus personis, de quibus ibi.*

4 *Filius naturalis per Statutum Pistorij succedit in tertia parte bonorum patris, non existentibus personis in illo expressis.*

5 *Filius Naturalis ex paterna dispositione admitti potest ad quartā partem bonorum ad summum extante filia legitima; idque per dictum statutum Pistorij.*

6 *Filio naturali de iure communi relinqui potest vncia tantum paternæ hæreditatis, stante super existentia filiæ legitimæ, & naturalis.*

7 *Filio naturali vsque ad quartam partem bonorum tantum relinqui potest secundum statuta Pistorij, non vltra.*

8 *Statutum, vbi habemus casum statuti, ibi nulla cadit dubitatio.*

9 *Legitimatio, de qua agitur habet clausulam reseruatiuam omnium iurium filiorum legitimorum, & naturalium.*

10 *Princeps non habet intentionem præiudicandi alicui per suum priuilegium, vel rescriptum.*

11 *Legitimatus cum reseruatione iurium filiorum legitimorum & naturalium non potest præiudicare filiæ legitimæ & naturali quoad succedendum patri.*

12 *In legitimatione semper intelligitur clausula: reseruatis iuribus filiorum legitimorum, & naturalium.*

13 *Et vbi dicta clausula expressa est, aliquid plus operari debet, ne sit superflua.*

Item dicta clausula debet conseruare iura filiorum legitimorum, non illa tollere, & contrarium effectum operari.

14 *Legitimatio ita exequenda est, vt non præiudicet in aliquo illis, quorum iura in legitimatione reseruata sunt.*

15 *Legitimatus ab intestato non potest in aliquo succedere in præiudicium filiæ legitimæ, & naturalis, idque omnino clarum est secundum receptiorem opinionem.*

16 *Legitimatus ex testamento capere potest in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium; dummodo illis non minuatur legitima iure naturæ debita.*

17 *Legitimatus in casu, de quo agitur, non potest etiam ex testamento succedere in præiudicium legitimorum & naturalium; sed ab ipsis excluditur.*

Et ibidem, quoties in legitimatione est clausula reseruatiua iurium legitimorum: legitimatus perinde habetur quoad præiudicium legitimorum, & naturalium, ac si legitimatus non fuisset.

18 *Legitimatus ita vt succedere possit ex testamento, & ab intestato, sine tamen præiudicio filiorum legitimorum, & naturalium: absque vlla difficultate non admittitur ad hæreditatem patris ex testamento in præiudicium legitimorum.*

19 *Verbum hoc, vllum: verificatur etiam in minimo.*

20 *Legitimatio facta cum dicta clausula reseruatiua, in omnibus firma remanet, in quibus non agitur de præiudicio legitimorum.*

21 *Legitimatus cum dicta clausula reseruatiua non dicitur quoad omnia legitimus, sed limitatè tantum.*

22 *Filiorum appellatione venit filia femina secundum communem opinionem.*

23 *Idque procedit etiam si ex statuto propter ipsos masculos femina excluderetur.*

24 *Descendentium nomen commune est ad masculos, & ad feminas, & sub eo vtriusque sexus descendentes propriè continentur.*

25 *Id quod fortius obtineret, si in dispositione, post nominationem descendentium apposita esset clausula: si quos vllo vnquam tempore illum suscipere contingat.*

26 *Verbum hoc: si quis: non solum comprehendit masculum, sed etiam feminam.*

27 *Filij naturales non possunt in bonis patris consequi vltra portiones à iure communi vel municipali ipsis concessas; extante filia femina legitima, & naturali.*

28 *Soboles, legitima, seu ciuilis sobolis appellatione femina non secus ac masculus venit.*

29 *Institutus in re certa, nullo dato, aut relicto coherede vniuersali efficitur ipse vniuersalis.*

30 *Idem si detur hæres vniuersalis, sed non adeat, vel*

vel quia nolit, vel quia non possit, secundum crebriorem sententiam.

31 *Quando ius accrescendi locum non habet: vt quia institutus in re certa non potest plus petere, sed iussus est, re sibi relicta contentum esse; in totum corruit testamentum.*

32 *Filia legitima, & naturalis admittitur ad paternam successionem naturali penitus excluso de iure communi; vel admisso ex iure municipali in portione ab ipso statuto tassata secundum magis receptam opinionem.*

33 *Filius naturalis vigore paterni testamenti retinet portionem à statuto permissam; Id autem, quod est vltra dictam portionem consequitur filia legitima, & naturalis.*

34 *Fructus, lite pendente percepti, sunt restituendi; quia in mala fide possessor constitutus videtur; etiam quod antea bonam, & titulatam habuisset.*

35 *Fructus percepti ante litem contestatam ab eo, qui bona fide possidebat pro hærede, & consumpsit, non sunt restituendi.*

Et ibidem, quoad fructuum acquisitionem sufficit bona fides, causata qualitunque errore etiam iuris.

36. *Hæres, qui iuris errore ductus se putauit hæredem; non est prædo, quia dolo caret.*

37 *Error iuris iustus omnino videtur, cum articulus dubius est, & variæ sunt Doctorum opiniones.*

38 *Error in iure dubitabili æquipollet errori facti.*

39 *Error iuris, circa apices iuris, & circa ius, quod est in opinionibus constitutum; tolerabilior est ignorantia, quàm in iure aperto.*

Et ibidem, quod error illius, qui pro hærede testamentario possedit publicè, & palam, scientibus, & tacentibus iis, quibus à iure defertur hæreditas: tolerabilis videtur, & omnino malæ fidei exclusiuus.

40 *Fructus, ad acquisitionem fructuum sufficit, quod mala fides absit, licet bona non absit.*

41 *Errans probabiliter in facto fructus acquirit, etiam in actu, cui lex resistit, idque omnes admittunt.*

42 *Error probabilis facti sufficit etiam ad præscriptionem.*

43 *Institutionis titulus facit præsumere bonam fidem.*

44 *Possessor ex titulo institutionis, etiam inualido, lucratur fructus ante litem contestatam, nec eos restituere tenetur.*

45 *Filius naturalis legitimatus, post mortem patris non aufert hæreditatem paternam Agnatis remotioribus in gradu, qui ab intestato successuri erant.*

Et ibidem, quod legitimatio non trahitur retrò in præiudicium tertij, cui iam quæsitum ius fuit.

46 *Dini opinio consil. 10. reprobatur.*

47 *Legitimans an possit legitimare in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum, disputabile est.*

48 *Sed vbi id non expresserit, id facere noluisse intelligitur.*

Bart. opinio in l. Gallus §. & quid si tantum numero 14 ff. de liber. & posth. declaratur.

49 *Legitimatio retrotrahitur ad præiudicium eorum, qui ab intestato hæreditatem acquisiuerunt, quando naturalis legitimatus fuit post mortem patris de ordine, & mandato per ipsum viuentem dato.*

50 *Et quod eo casu legitimatus aufert hæreditatem venientibus ab intestato, & legitimato in gradu posterioribus ad legitimationem non citatis.*

51 *Legitimatus post testamentum patris illud rumpit, si in eo præteritus est, vbi de communi.*

52 *Testamentum patris est nullum ex præteritione legitimatorum, quia necessario sunt instituendi, vel exheredandi.*

53 *Legitimatus ita vt in certa tantum parte succedat, vel in eo tantum, quod patri placuerit, non est propriè legitimatio, sed dispensatio.*

54 *Et quod ita legitimatus non potest mortuo patre impugnare illius testamentum, vti in eo præteritus, etiam si nihil penitus illi reliquerit.*

CONSILIVM CLXIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

INstante Bartolomeo Odaldo Ciue Pistoriēse legitimatus fuit Odaldus eius filius naturalis natus ex ipso Bartolomeo, dum matrimonio solutus esset, & ex muliere pariter soluta, ita vt sit de familia, & agnatione dicti Bartolomei eius naturalis Patris, eademque arma & insigna gerat, paternæ hæreditatis, aliorūque omnium agnatorum, atque affinium quorumcunque successionum tam ab intestato, quàm ex testamēto & quauis alia vltima volūtate capax omnino efficiatur, & ad quoscunque legitimos actus, honores quoque, dignitates, munera, officia, & beneficia cuiusuis generis habilis sit, & admittatur, perinde ac si de legitimo matrimonio ab initio fuisset exortus, adiecta immediate post prædicta verba per Serenissimum Principem Cosmum Medices Gloriosæ Memoriæ legitimantem infrascripta clausula videlicet; quam tamē gratiam & legitimationem, & legitimationis beneficium, vt supra, concedimus absque

que vllo legitimorum,& naturalium filiorum, & descendẽtium ipsius Bartolomei præiudicio,si quos vllo vnquam tempore suscipere contingat, vt constat ex priuilegio dictę legitimationis de anno 1566.die decima octaua mẽsis Iunij,post cuius priuilegij concessionem, & legitimationem idem Bartolomeus ex se, & legitima vxore suscepit Dominam Helenam filiam legitimam,& naturalem,qua superstite, & etiam dicto Odaldo filio naturali legitimato decessit, condito prius Testamẽto, in quo hęrede instituta d. D.Helena filia legitima, & naturali in certa pecuniarum summa,suum hæredem vniuersalem fecit dictum Odaldum filium naturalem legitimatum,qui dictam hæreditatẽ mortuo patre occupauit vsque ad eius mortẽ, & exinde Frãciscus de Odaldis vsquequo D.Iacobus de Ouaratesis Minister principalis Magonæ ferri Ciuitatis Florẽtiæ de notabili pecuniarum summa creditricis dicti Odaldi eam ad manus suas reduxit, seu verius incorporari fecit, vt sibi dicto nomine satisfieret, & stante dispositione

1 statutorũ Pistorij lib. 2. Rub. 98. quod existẽtibus filijs legitimis,& naturalibus masculis,vel fœminis, vel fratribus carnalibus vel nepotibus ex fratribus carnalibus possit frater filio,vel filiæ naturali, vel spuno, vel qualitercunque quæsito relinquere, vel legare vsque in quartam partem bonorum, quæ ab intestato eidem contingerent, si esset filius legitimus & naturalis, dicta Domina Helena mediante Domino Mutio de Viscontibus eius viro & procuratore iudiciũ instituit contra dictos Franciscum de Odaldis & dictum Dominum Iacobum de Ouaratesis vt i dictæ Magonæ ferri Ministrum, & Magonetiũ dictæ hæreditatis, & eius bonorum occupatores,& detentores coram Iudice Delegato super negocijs dictæ Magonæ ferri Ciuitatis Florentiæ, petens eos condemnari ad sibi tanquam dicti Bartolomei hæredi dicta bona dimittendum & relaxandũ vna cum fructibus à Morte dicti Bartolomei, & citra vsque ad effectualem, & realem relaxationem, cui petitioni se se opposuerunt Rei conuenti, & perfecto processu in eam veni sententiam,vt de iure iudicãdum esset pro Domina actrice, vt scilicet dictus Bartolomeus non potuerit relinquere dicto Odaldo eius filio naturali legitimato stante superexistentia dictæ Dominæ Helenæ filiæ legitimæ, & naturalis vltra quartam partem bonorum, quæ ab intestato ad eum peruenissent in hæreditate ipsius Bartolomei,si eius filius legitimus,& naturalis fuisset, quodq; ideo omne id, quod superest vltra dictam quartã partem dictorum spectet, & pertineat ad dictam Dominam Helenam filiam legitimam,& naturalem vnà cum fructibus à lite contestata; & citra tantummodo perceptis,& in futurum vsque ad realem restitutionem eiusdem portionis,quę supererit, percipiendis iuxta liquidationem tã dedicta quarta parte,quàm de eo,quod superesset,& eius fructibus alias faciendam.

Ad ita dicendum motus fui, quoniam si dictus Odaldus legitimatus non fuisset, de Iure communi tanquam filius natura-

2 lis Bartolomei in eius hæreditate ab intestato non fuisset admissus cum dicta D. Helena filia legitima, & naturali, sed ipsa in totum successisset illo penitus excluso l.humanitatis, & auth.licet patri vers.ab intestato verò.C.de natural.liber. & vtrobique notant Doctores, Gabriel Paleot. in tract.de notb.& spur.cap.38.nu.5.Peregrin.in tract.de fideicom.artic.23.nu.76. vers.quid autem, & ante eos Alex.cons. 198.nu.1.lib.6.ex forma verò dictorum statutorum Pistorij Rub. 98. vel nihil in

3 hoc immutatum dici potest, cum ab intestato nihil expresse disponatur de successione naturalium extantibus filiis legitimis & naturalibus masculis,vel fœminis, aut fratribus carnalibus, vel nepotibus ex fratribus carnalibus, sed solummodo non existentibus aliquibus de prędictis personis,quo casu statuitur posse filium naturalem succedere in tertia parte bonorum dicti sui patris siue vnus, vel vna sit,siuè plures non obstante aliquo iu-

4 re ciuili nouo, vel veteri, & specialiter auth. licet patri C. de naturalib. liber. super l.humanitatis extracta de corpore iuris auth.quib. mod.natural. effic. sui, vel ad summum,si id fas sit tẽtari, quod non credo, posset naturalis filius extante filia legitima admitti ad quartam partem bonorum,quæ ab intestato eidem peruenis-

5 sent, si fuisset filius legitimus, & naturalis, ad quam partem concedit statutum illum admitti ex paterna dispositione, cum verisimiliter statutum non concedat maiorem partem ab intestato, quam ex testamento in præiudicium legitimorum, & naturalium.

Ex testamento autem de iure communi fuisset Odaltus capax vnciæ tantùm paternæ hæreditatis, eamque tantum, &

6 non plus, potuisset Bartolomeus naturalis pater illi relinquere stãte superexistentia D.Helenæ filiæ legitimæ, & naturalis l. 2. C.de natural. liber. & ibi omnes scribentes

bentes notant, Paleot.d.cap.38.num.3.& Peregrin.d.art.23.num.76.& de iure mu nicipali pistoriensi d. Rub. 98. libro 2. ad quartam tantum partem bonorum, quæ
7 ab intestato illi contigisset, si legitimus, & naturalis fuisset, admitti potest, & vsq; ad illam partem, pater eidem relinquere potuit, & eumdem hæredem facere, & non vltra, vt sunt clara verba statuti, quibus standum est, nec vlterius quærẽdum ex his, quæ tradit Crauet.consil.4. nu.21.
8 consil.10.num.7.consil.273.num.7.& 8. & consil.317.num.1. vbi enim habemus casum statuti, ibi nulla amplius cadit dubitatio l.ancillæ cum glos.C.de furt.

Eandem quartam paternorum bonorum iure consequi potest idem Odaldus filius naturalis dicti Bartolomei, & non maiorem, nedum totam hæreditatem sibi à patre relictam in testamento, nõ obstante, quod sit legitimatus, & per legitimationem geniturę macula prorsus amota ad pristinum naturæ statum, quo omnes homines legitimi nascebantur, per supremum Principem in suo Territorio restitutus, & reintegratus vt perinde habeatur, & sit, ac si de vero & legitimo matrimonio procreatus esset in amplissima forma, quoniam dicta legitimatio in hoc proposito habenda est, ac si facta nõ fuisset, cum habeat expressam clausulam reseruatiuam omnium iurium filiorum legitimorum, & naturalium dicti Bartolo-
9 mei Patris, si quos vllo vnquam tempore suscepisset dictus Bartolomeus, prout postea suscepit dictam Dominam Helenam; Princeps enim, vt est de eius generali, & consueta intentione, nemini per suum priuilegium, aut rescriptum præiu-
10 dicandi l.1.§.merito, & §. si quid à Principe ff. ne qd in loco public. & l. nec auus C.de emancipat.liber.cap. ex tuarum extra de authorit. & vsu palij, Peregr. d.artic.23.num.77. voluit hoc expresè declarare, & adijcere clausulam, per quam intelligeretur se illam legitimationem filij naturalis facere absque vllo legitimorum, & naturalium filiorum dicti Bartolomei Patris præiudicio, si de cætero aliquos suscepisset, quibus dictæ legitimationis tempore carebat, adeo quod stante dicta clausula, & superuenientia filiæ legi
11 timæ, & naturalis Odaldus legitimatus non est melioris conditionis, quam fuisset, si non esset legitimatus, sed eiusdem conditionis, & propterea quoad succedendum patri non potest præiudicare filiæ legitimæ, & naturali, quia quoad eius præiudicium legitimatio in materia successionis non prodest Odaldo vigore prędictæ clausulę, quæ semper intelligitur in legitimatione, Bald.in cap. licet guerram
12 columna pen. titul. hic finit lex Conrad. Bologn.consil.58.colum.antepenult.numero 30. vers. sed plus, Surd. alios citans consil.337. num.24. lib.3. & quando expressa est, vt in casu nostro, aliquid plus operari debet, quàm quãdo expresè non
13 est apposita, sed subintelligitur, ne aliàs sit superflua, vt per Cępol. conf. ciuil. ult. num.20. Decian.consil.19.numero 32.& seqq.lib.1. & per Surd. d. consil.337. sub num.24. si enim ex testamento patris naturalis posset legitimatus capere plus, quàm sibi permittatur, tanquam naturali à iure communi, vel municipali, vtique clausula prædicta nihil operaretur ad fauorem legitimorum, & naturalium, imo illis præiudicaret, & auferet id, quod aliàs ipsis competeret, & operaretur contrarium effectum, quia non conseruaret iura legitimorum, prout sonat, sed tolleret contra legem legata inutiliter ff. de adimend. legat. vnde ita exequenda est hoc casu legitimatio, vt non pręiudicet in ali-
14 quo illis, de quibus loquitur dicta clausula reseruatiua, vt inquit Peregr. d. art.23. sub num.77. vers.his autem ad fin.

Et quidem si essemus in successione ab intestato res omnino clara esset, quod in pręiudicium D. Helenę filię legitimę & naturalis Odaldus legitimatus non posset in aliquo succedere, vt concludit Anchar.consil.241.columna 2.Castren. in l.
15 Gallus §. & quid si tantum sub num. 16. ff de liber.& posthu.& alij, quos refert, & sequitur Peregr.d.art.23.num.80.versic. cum itaque reseruatio, & rursus num.83. vers conclusiuè, inquiens esse receptiorem opinionem, & loquitur precisè, in hęreditate patris naturalis delata post legitimationem, prout in casu nostro, idem ex communi pręter adductos a Peregrin.tenent dec. conf.393. in princ. Alb. conf.7. etiam in princ. & Gabr. tit. de legitimat. conclus.8.per totam.

In successione autem ex testamento non desunt, qui velint legitimatum capere posse in pręiudicium filiorum legiti-
16 morum, & naturalium, dummodo illis non minuatur legitima iure naturę debita, & in specie Castrens. in d. §. & quid si tantum sub num.16. Alexan.consil.51 in primo dub. lib.2. consil.188. num.14. & seq. lib.5. & alij, de quibus meminit Peregr.d.art.23.num.80. post vers.cum itaque reseruatio & num. 82. vers. difficultas est; sed tamen veritas est, quod hoc

casu

casu nec ex testamento talis legitimatus potest succedere in praeiudicium legitimorum,& naturalium, imo quod excluditur penitus ab ipsis legitimis,& naturalibus, quibus non nocet legitimatio stante clausula reseruatiua eorum iurium, per quam constat Principem noluisse minuere iura ipsorum legitimorum, nec in eorum damnum cum naturali dispensare, sed eum relinquere quoad hoc, prout si legitimatus non fuisset, vt consuluerũt Socin.consilio 212. columna secunda, & per totum,& consil.246.sub numero 11. versicu.secundo clare libro secundo,consil.41. numero sexto, & sequent. versicu. quatto,& vltimo,lib.3.& consil 95.in vltimo dubio, sub numero 35. & sequent. vers.quibus tamen non obstantibus,libro quarto. Corne consilio tertio, per totum, libro primo,& consi.93.etiam per totum lib.2.Ruin.consilio 88.numero 14.15.& sequen.libro tertio, Ancharan.d.consilio 241.ante num.5. Castren.consil.180.col. secunda,libro primo,& consil.27. per totum,libro secundo,cum quibus,& alijs in eandem sententiam adductis transit Peregrin.d.artic.23.nume.80.vers.cum itaque reseruatio,& infra,& numero 82.versicu. difficultas est in fin. & latius sub num.83. post versic. conclusiue ibi in causa autem testati,& nouissime Surd.d.consilio 337. numero 54.versi. clausula vero,subdens, quod haec opinio tanquam fauens legitimae proli est attendenda, praecipue cum Doctores circa illius clausulae intelligentiam non parum laborando variauerint, quod indubitanter, & magis de plano admittendum est in casu nostro, in quo prae-

18 cisè dictum fuit in legitimatione, quod legitimatus possit succedere ex testamento, & ab intestato, & immediate sit dictum fine praeiudicio filiorum legitimorum,& naturalium ipsius Bartolomei patris,si quos vllo vnquam tempore suscipere contingat,nam tunc cessat omnis difficultas, & nullo modo admittitur talis legitimatus ad haereditatem patris ex testamento in praeiudicium legitimorum, vt in indiuiduo dicunt Ruin.consi.72.num. 17.& 18.vers.tertio praedicta confirmantur lib.3.& Socin.consilio 212. columna penultima,versicu praeterea etiam in terminis ibi,nec eorum interpretationes possunt esse verè libro secundo,& est de mente Ancharan.d.consilio 241.col.secunda, vers.praeterea posito, & apertissime ponit Peregrin.d.art 23.sub numero 80.ante fi. ibi, & si dictum fuisset in priuilegio legitimationis, & tanto magis praemissa debent procedere, quod dicta clausula non solum loquitur de praeiudicio simpliciter sed cum verbo hoc. vllo,quod verificatur etiam in minimo ex notatis per Alberic.

19 de Rosat.in suo dictionario,in verbo vllo & est text.in capit.secundo, extra de praebend.in l.vectigalia quaecunque, C.de vectigal.& commiss.& in l.1.in princip.& ad finem, ff.de donation. adeo quod nec minimum praeiudicium legitimis vult fieri, & est hoc casu, ac si legitimatio facta non fuisset, ea nihilominus firma in omnibus alijs remanente, in quibus non agi-

20 tur de praeiudicio legitimorum, vt notat Ruin consil.71.col.prima, & ibidem Socin. in subscriptione quasi per totam, & magis aperte consil.81.num.9. vers.& in casu nostro,lib.3. Nec stante dicta clausula quoad omnia dicitur legitimus, sed li-

21 mitate tantum secundum Socin. consil. 95.nume.40.vers.& hoc maxime libro 4. Nec dicatur,quod clausula reseruatiua loquatur de filijs legitimis, & naturalibus

22 in genere masculino,ideoque non videatur habere locum in Domin. Helena filia foemina,quia respondetur, quod appellatione filiorum venit filia foemina, l.iuxta interpretatione, l. filij appellatione, & l. pronunciatio.l.qui squis, ff.de verb.significat. l.si quis ita, ff.de testament. tutel.l. Lucius, ff. de hered. instituen. & l. si ita scriptum, ff.de legat. & ex communi tradunt Tiraquell. de retract. lignag. § primo,glos.9.num.179.& sequen. Gab titu. de verb.signific.conclusi.6. Menoch de praesumptio.lib.4. praesumptio.84 & 85. Peregrin. de fideicomm. art.25. numero primo,& sequent. maxime autem quando non adsunt masculi,etiam quod ex statuto propter ipsos masculos foemina ex-

23 cluderetur,vt tradit Mantic.de coniectu. vltim.voluntat.lib.6.titul.7. nume.12. & post eum Surd.decis. Mantuan.95. num. 23.vers.respondetur tertio,& Menoch.d. praesumpt.85.nume.20.& eo magis quia dicta clausula non simpliciter loquitur de filijs, sed etiam de descendentibus ipsius Bartolomei,quibus nullum praeiudicium fieri vult per illam naturalis filij legitimationem, quo casu nulla est dubitatio,

24 quin foeminae comprehendantur, quia descendentium nomen commune est ad masculos,& ad foeminas, sub eoque proprie vtriusque sexus descendentes continentur, Menoch.dicta praesumptio.octuagesimaquarta, numero vigesimosexto. Mantic.de coniectur. vltim voluntat. lib. octauo,titulo vndecimo,in principio, qui iura,& authoritates adducit,& Peregrin.

d.artic.25.num 8. vers.liberorum autem, & descendentium per text.in authent. de hered. ab intesta. venien. post princip. & per notat. ibi per Angel. & per plures alios, quos allegat, & adhuc fortius, quia post nominationem filiorum, & descendentium apposita est clausula, si quos vl-
25 lo vnquam tempore suscipere contingat, & notum est, quod verbum hoc si quis non solum comprehendit masculum, sed
26 etiam fœminam, l.prima, ff.de verborum significat.& in terminis nostris, quod filij naturales non possint consequi in bonis patris naturalis vltra portiones a iure communi, vel municipali ipsis concessas, vt supra, extante filia fœmina eiusdem patris legitima, & naturali, est text. in dicta l.
27 secunda, C.de natural liber.in illis verbis, legitimis filijs, vel nepotibus, aut pronepotibus cuiuscunque sexus, vno, pluribusue existentibus: & probatur etiam in d.l humanitatis, & in d.authen t.licet patri, eodem titulo, loquentibus de legitima, seu ciuili sobole, cuius appellatione fœmina non secus, ac masculus venit, Socin.con-
28 fil.212.col.secunda, in fin. vers.& probatur imprimis ista conclusio, libro secundo & ante eum Castrens. consil.180. colum. secunda, numero secundo, vers. proles enim, lib.1. & idem Socin.cons.95.nu. 26. & 37.lib.4. Menoch.d.præsumptio.84.numero 27.

Stante autem incapacitate dicti Odaldi in eo, quod portionem a statuto taxatam ampliorem portione a iure communi permissa excedit, consequens est, vt id totum pertineat ad ipsam Dominam Helenam filiam legitimam, & naturalem in re certa institutam iure accrescendi, quia
29 institutus in re certa nullo dato, aut relicto coherede vniuersali efficitur ipse vniuersalis, l.prima, §.si ex fundo, ff.de hęred. instituen. Barto.in l.quoties, in principio, & ibidem Ias.num.6. C.eodem titulo, & est communis opinio, Crass.alios citans. in §.hæreditas, quæstio.3. numero secundo, & in §.institutio, quæstio.22.nume.9. vers. porro hæres, vel etiam dato ipso herede vniuersali, & non adeunte, siue nolit,
30 siue non possit adire glos. in l.ex facto, la seconda, ff. de hered. instituen. Costa in cap. si pater, in verbo in re certa, numero 13.extra de testament. Crass.in dicto § hęreditas, quęstio.tertia numero tertio, qui etiam testatur de crebriori sententia, & in dicto §..nstitutio, quęstione 22. numero tertio, versicu.ex qua colligitur, & alij per eos allegati. Vltra quod quando ius accrescend i locum non haberet, puta si institu-
31 tus in re certa non posset quidquam, seu plus petere, sed iussus re sibi relicta contentus esse, in totum corrueret testamentum, & succederetur ab intestato, cum quis decedere non possit pro parte testa-
32 tus, & pro parte intestatus, sicque ipsa Domin. Helena tanquam filia legitima, et naturalis ad paternam successionem admitteretur, naturali penitus excluso de iure communi, admisso vero ex iure municipali, vbi illud admittat, in portione ab ipso statuto taxata iuxta superius dicta, et ita colligitur ex Bartol.in d.l.quoties, §.si duo, et tradit Costa loco citato, numero 14. vers.ego imprimis, et nouissime Crass. dicens esse sententiam magis receptam, et iudicando sequendam dicta quæstione 22.in fin.et antea quæstio.21. numero tertio, sed in terminis nostris tutior est opinio, quod naturalis retineat portionem a statuto permissam vigore paterni testamenti, id vero quod vltra dictam portio-
33 nem est, consequatur dicta Domin. Helena per prędicta, quibus conuenit text.in dicta leg secunda, C. de natural. libert. in illis verbis quicquid vero vltra modum concessum relictum sit, legitimis filijs iure reddatur, & tradunt Alexan. dicto consilio 198.numero primo, libro sexto, & Paleot.de noth.& spur. capitu.38. numero tertio.

A fructibus autem perceptis post litem contestatam, & deinde vsque ad realem relaxationem dictæ portionis vltra quartam partem legitimato debitam per
34 cipiendis hæredem Odaldi legitimati condemnandum esse existimaui, quoniam ab eo tempore omnes possessores pares dicuntur, & fructus ipsa lite pendente perceptos restituere tenentur quasi in mala fide constituti, etiam quod antea bonam, & titulatam habuissent leg. sed & si lege, §. etiam si ante litem contestatam, ff. de petitione hæreditatis, & ibi Scribentes, secundum quam opinionem iudicatum fuit in Sacro Consilio Neapolitano teste Afflict. decisione quinquagesimanona, numero secundo, quam etiam sequuta fuit Rota Bononie. vt refert Benintend. decisione vigesima, in tota.

A fructibus autem perceptis ante litem contestatam dictum hæredem Odaldi ab soluẽdum esse credidi, quoniam percepti
35 fuerunt per Odaldum, & ab ipso etiã consumpti, qui eos percepit possidendo pro hærede, putans legitimationem Principis in amplissima forma, & patre instante factã sibi sufficere ad excludendã D. Helenã filiam

filiam legitimam,& naturalem ex voluntate paterna in eius vltimo testamento expressa relicta præsertim, & ipsa Domi. Helena hærede in summa non minori, sed potius maiori legitima iure naturæ ei debita, quia ad fructuum acquisitionem sufficit bona fides causata qualicunque errore etiam iuris, l.sed & si lege, §.scire, ff. de petit. hæreditat. & ibi Bartol. Bald. Fulgos.& Castrens.& idem Fulgos. in §. præcedenti incipiente de eo autem numero primo, & secundo, & latissimè insistens ostendit Curtius Senior, consil.71. sub numero 14.vers.his conclusionibus, & volunt etiam Curt.iun.consilio 28.numero sexto, & consilio 168. numero 29. Gabr. consil. 33. numero sexto, & septimo,libro primo,glos.in l.secunda,in glos. fina. C.si quis ignor.rem.minor.esse sine decre compara.quam ibi sequuntur Bal. & Salic. Felin.in cap. de quarta, numero 29.versicu. limita secundo, extra de præscription.& in cap.cum causam, numero 27. vers.respectu autem fructuum, extra de re iudicata, diffuse Balbus in repet.l. Celsus, ff. de vsucapion. in principio, in quarto notab. numero 18. vers. tertio limitat, Couarruu.libro primo,variar.resolut.capit.tertio,numero octauo,& in specie nostra de perceptis ab eo, qui errore

36 iuris ductus putauerat se hæredem esse, cum alijs hæreditas esset delata, est text. in d.l.sed et si lege, § scire, ff.de petitione hæredita. in illis verbis putauerit forte recte factum testamentum, cum inutile erat, vel cum eum alius præcederet agnatus, sibi potius deferri, & non puto hunc esse prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure erraint, & ibi notant Scribentes, & punctualiter declarat Cagnol.omnino videndus, in l. qui in alterius,numero 25. in versicu. ex quibus, ff. de regulis iuris, quæ res optime præsentem casum decidit, cum constet de credulitate Odaldi, & quod probabilem habuit causam putandi institutionem vniuersalem de se in paterno testamento factam stante dicta legitimatione, & relicto Domin.Helenæ facto validam esse,& sustineri de iure posse ob dubietatem præsertim articuli, & varias, ac contrarias Doctorum opiniones, ita vt iustus omnino videatur fuisse eius error iuris per ea, quæ tradunt Do-

37 ctores in l.cum prolatis, ff.de re iudicat. & declarat Curtius senior, dicto consilio 71.sub dicto numero 14.vbi etiam dicit in proposito nostro, quod error in iure dubitabili æquipollet errori facti, vt etiam voluit Felyn.in dicto capit de quar-

38 ta,numero 27.vers.limita vtiliter,de præscript. sequitur Balb. alios referens, in dicta l.Celsus,in principio, sub numero 17. vers.primo limitat, & dicit Bald. in d.l.secunda,in fin. C.si quis ignor.rem minor. quod circa apices iuris, & circa ius, quod est in opinionibus constitutum tolerabi-

39 lior est ignorantia, quam in iure aperto, eoque magis cum pro hærede testamentario possederit publice, ac palam scientibus, & tacentibus ipsamet Domin.Helena, & cæteris propinquis ob quod magis tolerabilis videtur illius error,& omnino exclusiuus malæ fidei, vltra quod sufficit ad fructuum acquisitionem, quod mala fides absit,licet bona non adsit per text in

40 d.§.scire in verbis supranotatis,& ibi clare hoc tradunt Barto. sub numero quarto & Bald. numero primo, & bene declarat Castrens.in d.§. scire, quem legit. cum §. quod autem ait,numero septimo, & octauo,versic.vltimo oppono, late Curt.Sen. d.consil.71.sub num.14.versicu. & sic ad acquisitionem fructuum, Gabr.d.consil. 33.numero sexto, Felyn.in d.cap de quarta,num.31.in fin.post ver.tertia restrictio de præscription. Dec.in cap.cum causa,numero 22.extra de offic.delegat. Alex.in l. iuste possidet,num.21.vers.non obstat,ff. de acquir. possess. Alciat.in l.bonæ fidei, num.3.& 4 ff de verbor.signific.& tradit nuper Rota decis.577. sub num.15. ad fi. in nouissimis diuersor.pat.1. vbi etiam in quit, quod sufficit ignorantia iuris, & videtur expeditum in terminis nostris propter maximam dubietatem articuli in iure,cum tunc, vt dictum fuit error iuris æquiparetur errori facti, in quo omnes admittunt probabiliter errantem fructus ac

41 quirere etiam in actu, cui lex resistat, vt per Felyn in dicto capit.cum causam,sub numero vigesimoseptimo, ad fin.versic. procederet forte alia opinio de senten. & re iudicat.& per Couarruu.dicto cap.tertio, sub numero octauo, ante finem, versicu.potest etiam,imo secundum Balb.in d.l.Celsus,in principio,in quarto nota. numero 22. versicul. sexto limitatur prædicta conclusio, sufficit etiam ad præscriptionem, quod plus est, quam ad fru-

42 ctuum acquisitionem, vt omnes citati Doctores fatentur in dicto §.scire, & Felyn.in dicto cap.de quarta,numero 26. & plur. sequent. de præscription. & ipsemet Balb. in eodem quarto nota. numero decimoseptimo, & alijs sequentibus, & cæteri per eos adducti. Quæ sententia magis de plane procedit ob titulum institutionis hæredis de ipso Odaldo factæ,

43 ex quo bona fides præsumitur, l. penult. C. de euiction. etiam quod titulus sit inualidus, quia & tunc talis possessor lucratur fructus ante litem contestatam, nec eos 44 restituere tenetur Socin. regula 298. in verbo possessor, & latissimè Menoch. in tractat. de recupera. possess. remed. 15. quæstio 40. nume. 593. versic. prima conclusio, & alij per ipsum allegati, Anno. 1606. Florentiæ.

Et quoniam supra actum est de legitimatione filij naturalis, in qua materia alia vice tantum iam vigintiseptem annis elapsis scripsi, placuit tunc allegata ad instantiam Domin. Iulij Reghini Compatriotæ commorantis Papiæ hoc loco inserere, prout eo tempore facta per me fuerunt absque aliqua additione, vel suppletione, & sunt prout infra videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

In præsenti consultatione procedam per conclusiones, ex quibus postea inferam ad decisionem propositæ mihi dubitationis.

Prima igitur conclusio est, quod filius naturalis legitimatus post mortem pa- 45 tris non aufert hæreditatem paternam agnatis remotioribus in gradu, qui eam ex successione ab intestato acquisiuerunt, quia legitimatio non trahitur retro ad præiudicium tertij, cui iam ius quæsitum fuit, reprobata opinione Dini consilio decimo incipiente, quæstio talis est, 46 quidam nomine G. qui contrarium consuluit, cuius sententiam sequutus fuit Petr. de Ancharan. consilio 225. videtur prima facie dicendum, numero tertio, & consilio 290. in successione ab intestato, numero secundo, & Castrens. consilio 178 donatio prædicta, columna secunda, versicul. quinto pet id libro primo, prout contra dictam sententiam Dini firmant Bartol. in leg. Gallus, §. & quid si tantum, numero decimoquarto, ff. de liberis, & posthumis, et ibidem Bald. numero decimosexto, versicu. quarta & vltima quæstio. Castrens. numero decimosexto, & decimonono, Alexand. numero 24. & 26. Ias numero 89. 90. 119. & sequen. Angel. de Perus. in § si quas vero, numero octauo, in authent. quibus mod. natu. efficiun. legit. Castren. consil. 34. nume. quinto, versicu. sed tunc quæritur, libro secundo. Alexan. consilio secundo, numero 14. versic. & non est dubium, libro primo, & consil. 5. numero 10. libro septimo. Ruin. consil. 72 numero 13. libro tertio. Adden. ad Bartol in d. §. & quid si tantum, & alij addent. ad Din. dicto consilio decimo. Nec disputandum est, an legitimans possit, si velit, legitimari etiam in præiudi- 47 cium eorum, quibus ius quæsitum fuit, et hæreditas ab intestato delata etiam illis non citatis, quia satis est, quod vbi potuerit, id non expresserit, nec agnatos, ad quos hæreditas patris ab intestato delata est, citari fecerit, quo casu id facere noluisse intelligitur, vt dicunt Castr. consil. 178. 48 colum. penultim. et final. libro primo, et dicto consilio 34. numero quinto, libro secundo, et in d. §. et quid si tantum, sub numero 16. et melius, et expressius sub numero 19. et Alexan. d. consi. 2. num. 14. libro primo.

Quamuis dicta opinio Barto. et sequacium procedere non videatur, quando filius naturalis fuit legitimatus post mortem patris de ordine, et mandato per ipsum viuentem dato, quia tunc legitima- 49 tio retrotrahitur ad præiudicium eorum, qui ab intestato hæreditatem acquisiuerunt, quibus propterea illam auferr legitimatus, vt est de mente Bar. in d. §. et quid si tantum, numero 14. quem ibi sequitur Alexand. in addition. ad eum in appostilla magna, in principio, et tursus circa medium versicu. si vero legitimatio fiat post mortem patris, et colligitur etiam ex dictis ibidem per Bal numero 16. vers. quarta, et vltima quæstio, per Castren. sub numero 16. et 19. et per Iason. num. 91. 130. 135. et sequen. et apertissimè tradunt Addent. ad Din. d. cons. 10 et late ostendit Castr. d. cons. 178. col. penult. ad fin. et col. vltima, vers. et pro tanto dico, libro primo, quemadmodum illam consequutus fuisset, si in vita patris legitimatus fuisset, vt prædicti Doctores volunt etiam ipsis ab intestato venientibus, et legitimatio in gradu posterioribus ad legitimatione m 50 non citatis, Petr. de Ancharan. consilio 290 in successione ab intestato, in principio, et sub numero secundo, et consi 320. primum dubium, circa principium, et consilio 335. viso diligenter sub numero primo.

Secunda conclusio est, quod filius naturalis legitimatus post testamentum patris, 51 illud rumpit, si reperit se in eo præteritum non obstante, quod fuerit legitimatus ipso

ipso patre instante, contra quem offerentem Principi preces pro tali legitimatione operatur legitimatio ipsa, vt in indiuiduo tradit Pet. de Ancharan. dicto consi. 225. sub numero 5. versi. ad cuius confirmationem accedat, & latius d. consi. 290. sub num. 3. & idem habetur per Alexandrum consi. vltimo, ad fin. vers. & per hęc patet, lib. 5. & per Deci. consil. 257. incip. quæritur an legitimatus numer. 2. & per Socin. in Rub. ff. de liber. & posthum. numero quinto, & licet postea de hoc disputet, tamen sub numero 16. dicit hanc esse communem opinionem, & sibi placere, & confert ad propositum, quod tradit Castren. consil. 30. super puncto isto, num. 4. versicu. cogitaui etiam, lib. primo, volens

52 nullum esse testamentum patris ex præteritione filiorum naturalium ante legitimatorum, qui necessario ad testamenti paterni validitatem sunt instituendi, vel exhæredandi, quod etiam consulendo tenuit Roman. consil. 34. licet naturalis per totum.

Tertia conclusio est, quod Pater potest facere legitimare filium naturalem, cum hoc, quod in certa tantum parte, vel in eo tantum; quod sibi placuerit, ei succedat, & tunc proprie non est legitima-

53 tio, sed dicitur dispensatio, quæ valet, & impedit legitimatum habere aliquid contra voluntatem patris testantis, vt consulendo tenuerunt Castr. consilio 41. obiectis numero 20. & 21. & consilio 42. istud consilium, numero sexto, septimo, & sequen. libro tertio. Alexan consil. 25. circa primum dubium, numero 5. libro primo, consil. 30. vltra ea, num. 4. vers. sed posito, lib. 4 & consil. vltim. per lectis verbis legitimationis, col. prima, & secunda, libro 5. Dec. consil. 257. Quæritur an legitimatus, in principio, & Ruin consil. 72. quamuis concessa sub nume. 15. post versic. secundo non valuit, ad fin. lib. tertio, Castr in l. pactum, numero nono, Cod. de collat. et in Rubric. de iure annulorum aureorum, numero quinto.

Ex prędictis conclusionibus inferendo modo ad casum propositum. Dico, præsupposita semper validitate legitimationis, quod licet legitimatio facta de ordine patris post eius mortem retrotrahe retur ad præiudicium agnatorum, qui eius hæreditatem acquisiuerunt ab intestato, a quibus eam posset legitimatus auocare, et quod talis legitimatus facto testamento per patrē illud rumpat, si in eo sit præteritus, et per consequens adimat hæreditatem institutis hæredibus, cæteris in testamento dispositis remanentibus firmis, iuxta authen. ex causa. C. de liber. pręter. tamen ex quo pater in testamento ex-

54 presse voluit legitimari filium naturalem ab habente potestatem tam viuente, quā mortuo ipso patre, cum hoc tamen, quod nullo modo possit succedere ei, nisi in ea portione, quam sibi placuerit illi legare, etiam, si eidem nollet ipse testator aliquid pænitus relinquere, non potest talis filius legitimatus iam mortuo patre impugnare eius testamentum, vti in eo præteritus, & contra eiusdem testantis manifestam voluntatem aliquid in eius bonis consequi vltra id, quod ei reliquerit in ipso testamento, cum habeamus apertas decisiones magnę authoritatis Doctorum, quod ita liceat patri facere, & eius voluntas seruanda sit, eique contrauenirí per filium legitimatum seu potius dispensatum non possit, quia potest dispensatio fieri quoad quædam tantum, & in alijs non fieri, & limitari, ac restringi ad libitum. Anno 1579. Pontremuli.

EPITOME.

An substitutio facta per testatorem de aliquo in casu filiorum nasciturorum ex ipso testatore, & ex eius legitima vxore, & postea decedentium sine filijs, verificata dicatur, si nulli nascantur filij, ita vt illis non natis substitutus admittatur, ac si nati fuissent, & postea sine filijs decessissent. Qualis sit talis substitutio, & an in vno casu facta ad alium trahatur, et num quando plures sunt substitutiones; locus sit vltimæ, deficiente media.

SVMMARIVM.

1. *Substitutio facta de aliquo in casu filiorum nasciturorum ex ipso testatore, & ex eius legitima vxore, dicitur substitutio vulgaris, & extenditur voluntate testatoris ad casum, quando filij non sunt nati.*
2. *Substitutio facta ventri; si nascatur: comprehendit casum abortus.*
3. *Substitutio facta nascituro, locum habet etiam eo non nato, præsertim si apposita sit dictio quandocunque.*
4. *Substitutio loquens in vno casu, extendenda est*

ad alium ex verisimili mente testatoris.

5 *Idque procedit etiam in substitutione fideicommissaria.*

6 *Item etiam quod adsit dictio, tunc & eo casu.*

7 *Substitutus in casu natiuitatis, & mortis filiæ fœminæ, admittitur etiam fœmina non nata.*

8 *Item quod talis conditio non minus purificata dicitur ex deficientia ipsius fœminæ, si non nascatur, quam si nascatur, & sine prole decedat.*

9 *Decij consil. 227. probatur, rejectis Ruino, & Alciato contrarium affirmantibus, item numero 10.*

11 *Substitutio cum dicimus substitutionem factam nascituro habere locum etiam eo non nato, procedit potius ex mente testatoris, quam ex vi verborum.*

12 *Substitutio, quando in substitutione facta post deficientiam omnium institutorum, & substitutorum, apposita sunt hæc verba: tunc & eo casu, & non primo, nec ante, vel aliter, dicta substitutio non habet locum, mortuo instituto sine filijs.*

13 *Dictio, omnes, in substitutionibus posita, puta, post deficientiam omnium institutorum, non potest verificari nullo nato.*

14 *Deficientiæ nomen a testatore prolatum intelligitur de deficientia post existentiam, non de deficientia ex non existentia.*

15 *Verba hæc: tunc & eo casu: dicuntur restrictiua, & faciunt, vt a casu expresso non recedatur.*

16 *Verba hæc; & non primo, nec ante, vel aliter; sunt derogatiua ad quemlibet alium casum, & inducunt quandam formam, a qua non licet recedere.*

17 *Fideicommissum particulare strictius accipi solet, quam vniuersale.*

18 *Fideicommissum particulare non trahitur extra casum expressum at secus fideicommissum vniuersale.*

19 *Alciati consilio 492. quod est in nouis consilio 44. libro nono, declaratur non procedere, cum fideicommissum est vniuersale, & alias, vt ibi.*

20 *In substitutionibus fideicommissarijs generaliter locus est vltimæ substitutioni, quoties media deficit.*

21 *In substitutione compendiosa inest vulgaris, quę locum habet, etiam in fideicommissis, et de vno casu ad alium trahitur.*

22 *Legitima, & Trebellianica debentur hæredibus testatoris grauatis per fideicommissum.*

CONSILIVM CLXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIso puncto mihi ad consulendum de iure commisso per Magnificum Dom. Capitaneum Saxi Simonis per eius literas absque processu, & informationibus partium, in quo simpliciter quæritur, an substitutio facta per testatorem de aliquo in casu filiorum nasciturorum ex ipso testatore, & ex eius legitima vxore, & postea decedentium sine filijs, dicatur verificata, & locum habere debeat nullis natis filijs ex dicto testatore, & eius vxore; Referendum censui locum esse dictæ substitutioni, & proinde admissioni substituti ad dicti testatoris hæreditatem: hæc 1 enim substitutio vulgaris est, quæ loquens in vno casu ad alium extenditur ex testatoris voluntate, qui sicuti natis filijs, & illis sine filijs descendentibus substitutum vocauit, ita & ipsis filijs non natis vocasse intelligitur, vt est text. cum glos. in l. qui venturi. ff. de ventre inspiciend. Bal. in l. fin. col. vltim. num. 8. vers. quæro quidam credens, C. de institut. & substitut. Barto. in l. 1. num. 33. vers. vlterius quæro quid si substitutio, ff. de vulgat. & pupillar. & ibidem Alexan. num. 33. & Ias. num. 28. & 59. late Fulgos. consil. 89. numero primo. Calcan. consil. 103. nu. 5. & 6. qui etiam idem 2 dicit in substitutione facta ventri, si nascatur, quod comprehendat casum abortus, quam rem latiori calamo confirmat consil. sequenti, & Anton. de Rossel. & Francis. de capitibus listæ in alijs subsequentibus consilijs eidem sententiæ se subscribentes, & multa ad propositum deducentes, & Curt. iun. consil. 83. num. 5. & 6. Deci. consil. 227. sub numero 2. & sequen. & consil. 238. num. 3. vers. & hoc confirmatur, & Marzar. alios eiusdem sententiæ referens consil. 1. nu. 1. & sequen. Quorum dicta comprobantur ex late adductis per Peregrin. in tractat. de fideicommiss. artic. 15. sub num. 16. versic. nam decisio, & iterum num. 29. versicu. cæterum aduertendum est, vbi multorum authoritate probat, quod substitutio facta nascituro locū 3 quoque habet eo non nato et potissimum si apposita sit dictio quandocunque, puta si dictum sit, quod nascituro quandocunque

quæ contingat eum decedere sine filijs, substituit talem, reprobatque vtrobique Ruin.& Alciat.qui contrarium responde runt in causa Dominorum de Bardis de Auernio. Ad idem seruiunt quæ copiose tradit Curt.sen.de substitutione in vno ca

4 su loquente ad alium ex verisimili testatoris mente extendenda consil.51.nume. 3.28.& 29.& Curt.iun.d.consil.83.num. 5.& sequen. & quæ eleganter ponit Bald. consil.40.per totum,lib.3. Quam conclu sionem procedere etiam in substitutione fideicommissaria voluit Marzar. d.consi.

5 1.num.2. post vtrumque Curt.Dec.& alios,& nu.4.etiam quod adsit dictio,tunc & eo casu,qua non obstante adhuc exten

6 sioni prædictæ locus est ex Parif. cons.66. num.64.& 65.lib.3.ex Gozad. consil.64. in fin. & ex cæteris per eum adductis, & ita ex prædictis, & alijs antea per me allegatis, dum munere Auditoris primarum appellationum Rotæ Florentinæ fungebar in motiuis cuiusdam sententiæ per me in consimili casu latæ de more editis, quorum copiam transmisi vna cum præsenti consilio decisiuo, respondendum pro iustitia existimaui anno 1596. Florentiæ.

Motiua autem, de quibus supra memini,& in quibus pariter opinionem Rui. & Alciat. damnaui, sequuntur,& sunt infrascripti tenoris,videlicet.

Spiritussancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mota per D. Benedictam de Cinis a Barga contra D. Ioannam de Puccijs de eodē loco,factum ita se habet, Antonius de Cinis suum condidit testamentum, in quo instituit sibi hæredes vniuersales Michaelem,& Ioannem eius filios legitimos,& naturales,& si eius vxor esset grauida,& alius filius masculus superueniret, eum pariter instituit æquali portione cum alijs filijs supradictis, & si nasceretur filia, eam voluit esse contentam dote,quam sibi constituerent hæredes,& si vnus ex dictis filijs moreretur sine filijs,vel filiabus legitimis,voluit, quod alius succedat, & si omnes morerentur sine filijs, vt supra, quod succedat fœmina, si superueniret, & si dicta filia fœmina moreretur sine filijs, vel filiabus legitimis,voluit,quod succedat Domin. Benedicta eius soror, Euenit in facto quod vxor testatoris non fuit prægnans, nec peperit, & cum exinde decesserint dicti Michael & Ioannes nullis post se relictis liberis, D.Benedicta vltimo loco substituta mouit litem contra D. Ioannam vxorem testatoris, & matrem dictorum hæredum institutorum,vti possedítricem bonorum dicti testatoris, prætendens illa ad ipsam spectare, & quia factum ita fuit iustificatum, & in eo non est aliquod dubium, punctus est meri iuris, an scilicet

7 D.Benedicta substituta in casu natiuitatis, & mortis filiæ fœminæ, admittatur fœmina non nata,in quo articulo D. Primus Iudex ius dixit pro Rea conuenta, quasi quod defecerit conditio, sub qua erat vocata D.Benedicta Actrix, quæ propterea admitti ad penta nō debuerit,Ego autem contrarium verius esse putaui, & proinde ad Actricis fauorem pronuntiaui,quia verè ex testamenti serie constat mentem testatoris fuisse, vt soror admittatur deficiente eius linea masculina, & fœmini

8 na, adeo quod cum defecerit, locus esse debet vocationi sororis,etiam quod fœmina post masculos vocata non prouenerit in lucem, quia non minus dicitur purificata cōditio deficientiæ ipsius fæminæ,si nō nascatur, quam si nascatur, & sine prole decedat, vt in istis terminis tradit Socin. cons.52.sub nu.10.vers.& quod hæc interpretatio lib.1. quem sequitur Dec.consil. 527. nu.12. & videtur casus iste decidi ex dictis per Dec.in d. cons.527. vbi cōsuluit in Causa Nobiliū de Bardis de Auernio,

9 quod instituto quodā Angelo,& ei substitutis filijs masculis nascituris & dictis filijs exinde substitutis nepotibus,& mox alijs descendentibus, & demum vocatis dictis de Auernio post deficientiam omnium institutorum, & substitutorū,mortuo Angelo sine filijs, admittuntur dicti de Auernio, & quamuis in eadem causa consuluerint cōtrarium Ruin. cons. 172.

10 & 175.lib.2.& Alciat. cons.492.quod est in nouis consil.44. lib.9. tamen cum Dec. consuluerunt Socin.Iun.cons.181.nu.16. cum seq.vsque ad nu.65. in primo dubio lib. secundo, vbi etiam respondet ad allegata in oppositum num. 1.cum seq.vsque ad num.16.& Beroi.consil. 102. in primo dub.lib.2.vbi nu.11.cū infinitis seq.vsque ad nu. 40. hanc opinionē latissimē defendit, & responder adductis in contrarium num.1.& seq.vsq; ad nu.10. & idem videtur sentire in alio casu consil.66.in 4.dub. num.16.eod.lib.2.& parui faciēda est opi nio

nio Alciat. contra Dec. cum in illius sententiam transiuerit postea consil. 494 sub num. 11. in fin. versic. idq; etiam in fideicõmissis, vbi ab idem adducit Corn. consi. 276. lib. 3. ex cuius dictis num. 9. cum seq. vsque ad finem, optimè opinio hæc confirmatur, & cum eadem opinione Decij transit expressius, & clarius ipse Alcia. de verbor. significat. lib. 3. num. 26. vers. secundo quæritur, quidquid antea eodem libro dixerit num. 8. vers. sed & si sub verbis, vbi etiam nõ videtur improbare Dec.
11 simpliciter, sed ex eo solum, quod ex verborũ vi non sit purificata conditio, prout Dec. dicebat, vult enim Alciat. quod potius ex mente testatoris, quàm ex verbis fieri dicatur, & sic bene perpensus non reprobat opinionem, sed rationem Dec. vt aduertit Marzar. de fideicommiss. quæst. 13. vbi sequitur eandẽ Decij sententiam, & refert alios idem tenentes, quibus addo Zanch. in repet. §. cum ita l. hæredes Mei ff. ad Trebellian. in 2. par. nu. 10. vers. ex secunda, vbi expressè reprobat d. consi. Alciat. & in octaua part. num. 210. versic. substitutio. n. vbi sequitur Dec. & Socin. iun. contra Ruin. licet notet contrarietatem Socin. iun. in consi. 169. lib. 2. & cum eadem opinione Decij transit idem Marzar. consil. primo in princip. vltra quod in causa illa controuersia erant vocati
12 dicti de Auetnio post deficientiam omnium institutorum, & substitutorum appositis his verbis, tunc & eo casu & non primo, nec ante, vel alıter, vt Alciat. dicit
13 d. consil. 492. nu. 8. quo casu vult Alciat. non esse locum substitutioni illorum de Auetnio mortuo Angelo sine filijs ma-
13 sculis, tum propter dictionẽ omnes, quæ non poterat verificari nullo nato num. 8. tùm propter mentem testatoris, qui verè senserat de deficientia post existentiam
14 & admissionem filiorum, & nepotum Angeli: & non de deficientia ex non existentia num. 10. 11. 12. 13. 14. tum propter verba tunc, & eo casu, quæ dicuntur re-
15 strictiua, & inducunt iteratam limitationem, & faciunt, vt à casu expresso non recedatur, maximè stante geminatione nu. 16. 23. 24. tùm propter illa verba, & non primo, nec ante, vel aliter, quæ propriè sũt
16 derogatiua ad quemlibet alium casum, & habent vim conditionis resolutiuæ respectu cuiuslibet alterius casus: inducuntque quandam formam, à qua non licet recedere num. 16. 17. Rursus in casu illo fideicommissum erat particulare, quod
17 strictius solet accipi, quam vniuersale nu. 6. in fin. & nu. 7. & propterea non mirum, si non trahitur extra casum expressum,
18 quod secus esset si vniuersale esset num. 21. & propter istas rationes reprobat Alciat. d. consil. Dec. 227. vt dicit nu. 11. 19. & seq. quæ rationes & si tollantur ex latè deductis per Socin. iun. d. consil. 181. num. 49. cum sequ. hic tamen cessant omnes,
19 cum fideicommissum vniuersale sit, & testator veram existentiam fœminæ non considerauerit, & desint clausulæ extensionem vetantes, vt propterea non obstaret Alciati responsum, quando verum esset in suo casu. Sed vltra prædicta dico generaliter, quod in fideicommissarijs substitutionibus locus est vltimæ substitutio
20 ni, quoties media deficit, vt est Doctrina Bart. communiter approbata in l. quamdiu l'vltima in fin. ff. de acquir. hæredit. quem sequuntur Castrens. consi. 152. sub num. 1. vers. sed non obstantib. prædictis lib. 1. & consil. 422. col. fin. vers. in contrarium lib. 2. Socin. cons. 51. in fin. sub num. 15. versic. quartus, & vltimus casus lib. 1. & inter consil. Corn. consi. 298. sub num. 2. versic quartus & vltimus casus lib. 3. & est idem consil. cum præcedenti, licet buius, cui se subscripserunt Caccialup. & Corn. longo apparatu eandẽ opinionem confirmantes, Dec. consil. 238. num. 2. 3. consil. 318. col. 2. sub num. 1. versic. & vlterius respondeti potest & consi. 427. num. 7. 8. 9. attestans vbique de communi opinione, sequitur Crauet. consil. 295. in primo dubio num. 1. & nouissimè Zanch. in d. §. cum ita num. 20. versicu. ex secunda etiam si essent tres, vel quatuor substitutiones successiuè, & mediæ deficerent, vt ibi subdit num. 21. versic. imo etiam in dicta secunda parte.

Quod facilius admittendum est ex eo, qđ hoc fideicõmissum est cõceptum per
21 verba compẽdiose substitutionis, in qua compendiosa inest vulgaris substitutio, quæ locum habet etiam in fideicommissis, & de vno casu ad alium trahi solet, vt vltimo substitutus succedat primo, quando medius gradus deficit, vt Alciat. tradit consil. 508. num. 2. 3. & 4. vers. sed tamen contrarium est verius, & de verbo. significat. lib. 3. sub num. 16. versic. sed iterum tandem obijcitur, quod latiori sermone ostendit Crauet. consi. 283. col. 2. & 3. versic. sed præmissis non obstantibus, & sentit Dec. in supra relatis consilijs, & tradit Zanch. in d. 2. part. nu. 23. versic. ex vtraq; verò, adeo quod ni fallor opinio ista satis tuta videtur, sed quia in testamento dicti Antonij relictus erat vsusfructus vxori
22 conuentæ modo in eo contento, & hæredibus

redibus dictorum filiorum testatoris grauatorum per fideicommissum debetur legitima,& trebellianica,cap.raynutius,& cap. Raynaldus cum ibi notat.extra de testament. ius pro Actrice dixi citra praeiudicium dicti vsusfructus, & saluo iure detractionis dictae legitimae, & trebellianicae in bonis testatoris debitae dictis Michaeli, & Ioanni, quibus iuribus nullum paenitus per sententiam intellexi facere praeiudicium. Anno 1585. Florentiae.

EPITOME.

Latissima disputatio, an concessio in Emphyteosim facta per priuatum priuato de quibusdam bonis stabilibus ad lineam masculinam, & femininam conductoris in perpetuum pro certo annuo affictu cum expressione primo loco bonorum locatorum, secundo mensurae eorum, & postremo confinium, dicatur facta ad mensuram, an verò ad corpus: & quid intersit, an vno, an verò altero modo facta censeatur: & num, si ad corpus locatio celebrata indicabitur, prout iuribus, rationibus, & authoritatibus firmatur, maiori, aut minori reperta mensura quam enuntiatum in instrumento fuerit, liceat locatori, si maior sit, agere contra conductorem, vt affictum augeat; si verò minor, conductori, contra locatorem, vt conuentum affictum minuat; In qua re, si maior sit mensura, id totum conductoris lucro cedere absque aliquo augmento canonis annui, deciditur: contra verò si minor sit, id in damnum locatoris tendere, eumque propterea canonem pro rata deficientis mensurae diminuere debere, quod et in venditionibus, & similibus contractibus procedere dicitur: & cur diuersum, & non idem in augumento, quod in diminutione statuatur, optimè demonstratur, totaque haec materia clarè, & distinctè tractatur.

SVMMARIVM.

1. *Concessio in Emphyteosim, quae primo continet rem concessam, secundo mensuram, postremo confines, dicitur facta ad mensuram secundum aliquos, qui dicunt, hanc esse veriorem opinionem.*
2. *Idque maximè procedit, quando quantitas canonis debiti conuenit mensurae.*
3. *Emphyteosis. Concessio in emphyteosim facta modo, quo supra num. 1. dicitur facta ad corpus, non ad mensuram, secundum communem, quam sequitur D. Auctor.*
4. *Id autem indubitanter procedit, quando ea non pro concessione bonorum vnicus & simplex est constitutus, non pro modo mensurae.*
5. *Redditus. Ex quantitate redditeum non est inferendum ad quantitatem bonorum; quia quantitas bonorum potest esse magna, & redditus exiguus.*
6. *Canon. non attenditur proportio canonis ad redditum rei in emphyteosim concessae, quando soluitur in recognitionem directi dominij:*
7. *Concessio censetur facta ad corpus, quando in ipsa concessione adest clausula: cum omnibus & singulis, quae intra dictos continentur fines, nam totum amplectitur, etiam quod alias tali comprehensioni locus non esset.*
8. *Clausula haec, quantumcunque sit, apposita post expressionem mensurae, facit, vt mensura quaecunque sit, siue maior, siue minor, veniat in concessione.*
9. *Concessio ita facta scilicet de bonis inferius contentis & cõfinatis, declarat quod in subsequentibus agitur.*
10. *Concessio facta de stariotis tot, vel circa, videtur facta ad corpus, quia si ad mensuram facta esset, praecisum numerum contineret.*
11. *Concessio, in qua est pactum; quod talia & talia bona concedentis confinantia, non veniant in concessione; expressè demonstrat, concessionem factam esse ad corpus.*
12. *Quando concessio fit ad mensuram, quod plus est intra fines, remanet concedentis; quod minus est, accipienti supplendam.*
13. *Concessio secunda, quae habet relationem ad aliam concessionem praecedentem de eisdem bonis factam eodem modo facta videtur.*
14. *Relatum est in referente verè, & propriè cum omnibus suis qualitatibus.*
15. *Concessio. Cum dubium est, an concessio facta sit ad mensuram, vel ad corpus, id ex coniectu ris, & praesumptionibus probatur.*
16. *Canon. Quod Canon augeri non debeat, si bona reperiantur maioris mensurae, quàm fuerit expressum, est opinio communiter reprobata.*

17 Canon

17 *Canon minui non debet ob deficientiam mensuræ expressæ in contractu secundum aliquos.*
Sed veritas est, quod proportionabiliter minuitur, vt iuribus, & Doctorum authoritatibus probatur.

18 *Concessione in feudum facta modiorum terræ quattuor, si facta mensuratione, terra reperiatur non esse tot modiorum, suppleri debet, quod deficit.*

19 *Venditio facta de peculio serui, quod dictum fuit esse decem aureorum, si minus est, suppleri debet per venditorem.*

20 *Venditione facta ad corpus, & non ad mensuram, non tenetur venditor præstare totam mensuram, sed sufficit traditio eius, quod intra designatos confines continetur.*

21 *Auctoris consil. 56. declaratur in quibus termi nis procedat.*

22 *Canon ob deficientiam mensuræ expressæ tunc non minuitur, quando tempore contractus est condignum pretio, & canone respectiuè conuento.*

23 *Venditæ rei traditione sequuta eademque per tempus longissimum ab emptore possessa sine vlla prætensione suppletionis mensuræ efficitur, vt id tantum vēditum fuisse intelligatur, quod fuit traditum, etiam si minus esset mensura expressa.*

24 *Intentio partium seruanda est, vbicunque ex coniecturis, vel circunstantijs de illa constare potest.*

25 *Diuersa. ex diuersis non infertur.*

26 *C. per tuas de donat. loquitur in habente titulū lucratiuum, & à fortiori procedit in habente titulum onerosum.*
Mensura expressa supplenda, cum agitur de habente titulum lucratiuum, & multo magis cum agitur de habente titulum onerosum.

27 *Verba illa: Quantumcunque esset: immediate post expressionem mensuræ sequentia non alterant verba clara denotantia mensuram.*

28 *Idem affirmatur de clausula: plus, minusve.*

29 *Item quòd talia verba mentem partium declarant, quod non attendatur mensura.*

30 *Venditione, vel locatione facta ad corpus, si plus sit in mensura, quàm fuerit expressum; venditor agere poterit, vt pretium, vel canon augeatur secundum aliquos.*

31 *Contra verò plerique alij existimant; asserentes id totum emptoris, vel conductoris lucro cedere, & quòd quicquid intra fines designatos continetur, enunciatum sit causa demonstrationis, & ad fauorem emptoris, vel conductoris.*

32 *Vendito seruo cum peculio, quod dixi, esse decem aureorum, si plus est in peculio, totum debetur emptori.*

33 *Vendito fundo centum iugerum, si apponantur fines continentes plus, & aliquid euincatur emptori de illo pluri, illud euictum debet resarciri emptori per venditorem.*

CONSILIUM CLXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Verissima videtur cōclusio firmata pro parte rei conuenti per Dominos informātes pro eo, quod scilicet concessio in emphyteosim, de qua in processu, quę primo continet rem concessam, secundo mensuram, & postremo confines, dicatur facta ad corpus, & nō ad mensuram, ita quod quicquid intra fines continetur, concessum intelligatur, & non pro modo mensuræ tantum, nulla ipsius mensuræ maioris, aut minoris ratione habita, veluti appositæ causa demonstrationis, quæ etiam falsa non vitiat, nec alterat actum, nam & si in hac proposita specie, omittēdo, quæ in alijs casibus differentibus ab isto, qui mixtus solet à scribentibus appellari, tradita leguntur per Doctores in 1 varijs locis, non desunt, qui cōcessionem ad mensuram factam esse censuerint, & nominatim Abb. Alexan. Dec. Capyc. & Boer. in locis allegatis per Couaru. in lib. pract. quęst. cap. 3. sub num. 3. post versic. quarta species proponitur, ibi tamersi in proposito exemplo, & vltra eum Cagnol. in l. 2. C. de rescind. vendit. q. 33 num. 182. versic. sed est vnus tertius casus, vbi dicit hanc partem esse veriorem, & æquiorem & ibidem Pinel. eum sequens in 3. part. cap. 2. num. 5. Rimin. iun. cons. 448. in primo dub. ferè per totum vbi num. 55. vers. tertius vero casus est mixtus, dicit hanc opinionem esse roboratam maiori numero Doctorum, adeo quod debet cessare dubitatio, & nouissimè Decian. cons. 113. in secūdo dub. num. 8. lib. 3. & plures alij, quos nuper citat Surd. deci. Mantuan. 64. num. 2. & seq. quæ sententia potissimum debet procedere, quando ex quantitate 2 canonis debiti verisimile redditur ita factam esse concessionem, eo quia conueniat canon mensuræ ex ijs, quæ tradunt Neuizan. consil. 38. numer. 4. Couaru. in d. 4. specie ad fin. vers. hæc vero ita intelligenda sunt, & alij relati per Surd. d. decis. 64. num. 28.

Contraria tamen sententia mihi placuit, quod imo concessio ad corpus facta 3 dicatur, vt in ijs terminis tradiderūt Alex. cons. 33. num. 6. lib. 1. cons. 120. nu. 8. & 9. & cons.

& conſ. 127. in princ. lib. 2. Caſtr. in l. 2. in fin. C. de peric. & commod. rei vẽd. Ruin. conſ. 83 lib. primo, Pariſ. conſil. 64. lib. primo Socin. iun. conſil. 42 & conſil. 43. lib. 2. Dec. conſil. 347. col. 1. 2. & conſil. 500. col. 1. & ſeq. Anchar. Imol. & Abb. in cap. per tuas extra de donation. Couar. in d. 4. ſpecie in princip. vbi eam vti communem ſequitur, & vltra eum Iaſ. in l. 1. in prima lect. num. 4. C. de ſumm. trinit. & fid. cathol. & conſil. 73. in primo dub. nu. 1. iuncto themate, & conſ. 79. in princ. lib. primo, teſtans vbique de communi opinione, Crauet. conſil. 214 num. 8. verſic. ſimile videmus, & latiſſimè omniũ Surd. d. deciſ. 64. num. 5. & multis ſequentibus dicens, ſe ita ſemper tenuiſſe, quæ ſententia indubitanter videtur procedere, quando canon eſt vnicus, & ſimpliciter pro 4 conceſſione bonorũ conſtitutus, vt in caſu præſenti, & non pro modo menſuræ ad rationem certæ ſummæ pro ſtarioro, vel alia menſura terræ, Saly. in l. qui fundum §. qui agrum poſt princ piũ verſ. aut venditio ff. de contrahen. empt. & in l. 2. num. 3. verſ. quæro vendidi prædium C. eodem tit. Caſtrenſ. in l. ſi ſeruum §. ſi modus ſub num. 1. verſic. aut non fuit facta venditio ff. de action. empt. Neuizan. conſil. 38. nu. 2. & alij cõmuniter, quos refert, & ſequitur Anton. Gomez. de contract. c. 2. rubr. de empt. & vendit. num. 16. verſic. item quæro ſi quis vendidit, quibus addo Sozzin. in l. demonſtratio falſa ſub nume. 10. verſic. caue tamen ff. de condit. & demonſtrat. Iaſ. conſ. 55. ad fin. num. 4. lib. 1. Couar. vbi ſupra in ſeptima conſideratione ſub nume. 5. poſt medium, Surd. nouiſsimè d. deciſ. 64. num. 21. verſ. contrariam, licet ergo prima opinio cõmunior eſſet, quod tamen non videtur, Non enim Rimin. recenſet pro iſta ſecunda omnes eos, qui eam ſunt ſequuti, vt ideo mirum nõ ſit, ſi de maiori numero in contrariũ fuerit teſtatus, tamen in caſu præſenti ea minimè eſſet attendenda ob dictam canonis vnitatem, cui non refragatur conſideratio facta de veriſimilitudine ob ipſius canonis quantitatem, cui magis conſonare videtur conceſſio ad menſuram, quàm ad corpus, quia primo dicitur, quod in actis non conſtat de quãtitate redditũum omnium bonorum intra fines contentorum, prout opus eſſet ad inferendum, qđ canon promiſſus non correſpondeat redditui, ſed ſit nimis magnus, & exceſſiuus, nec dicatur, quod id poteſt ad ſenſum patere ex quantitate bonorum, quia po5 teſt eſſe, quod quantitas bonorum ſit magna, & tamen redditus ſit exiguus, maximè quando ſunt bona eius qualitatis, cuius hæc deſcribũtur, vltra quod hęc conſideratio non cadit ſemper in iſtis terminis, quia quandoque ſolet ſolutio fieri in ſignum recognitionis directi domi- nij, quo caſu non attenditur proportio 6 canonis ad redditum rei in emphyteoſim conceſſæ Clar. in §. emphyteoſis quæſtio ne prima, nu. 5. verſic. & aduerte, Anchar. alios referens, quæſtione 34. num. 5. lib. 1. & quando prædicta opinio aliquam pateretur difficultatem, ea tamen eſſet in præſenti caſu amplectenda ex clauſula illa, cum omnibus, & ſingulis, quæ intra dictos continentur cõfines, appoſita in con7 ceſſione, quæ totum contentum intus fines amplectitur, etiam quod alias tali cõprehenſioni locus non eſſet, Roman. conſil. 5. nume. ſecundo verſicu. hoc ſecundo oſtenditur, Alexan. conſil. 8. num. 8. lib. 4. Surd. d. deciſ. 64. num. 28. & ex alia vrgentiori clauſula ſtatim poſt expreſſionem 8 menſuræ appoſita videlicet, & quantumcunque ſit, ex qua datur intelligi mentes contrahentium fuiſſe, vt quæcunque eſſet mẽſura, ſiue maior, ſiue minor expreſſa, illa tantum in conceſſione veniret Clement. prima, §. fin. de foro compet. & clement. in plerique de electĩon. & tradit in terminis Alexan. conſil. 127. in princ. lib. ſecundo, & conſil. 8. num. 2. verſ. hoc confirmatur lib. 4. ſequitur Surd. d. deciſ. 64. ſub num. 28. verſ. fuit etiã conſideratum & infra, quod præſertim procedit, cum in principio ipſius cõceſſionis dicatur, quod 9 ea fiebat de bonis inferius in eodem inſtrumento contentis, & confinatis, vt ſic ex præcedentib. fuerit declaratum, quod in ſubſequentibus ageretur l. qui filiabus, & l. ſi ſetuus plurium §. fin. ff. de legat. 1. Additur, quod conceſſio non dicit ſimpliciter de ſtarioris tot ad cordam, ſed cum 10 adiuncto, vel circa, cum tamen veriſimile ſit, quod ſi ad menſuram facta eſſet, pręciſum numerũ contineret, & non maiorem in præiudicium concedentis, nec minorem in damnum accipientis, vt de ſe patet, & tradit Corn. conſil. 59. num. 5. & 6. lib. 4. & refert etiã Surd. d. deciſ. 64. ſub num. 28. & ponunt alij per ipſum relati; Rurſus bona concedentis in duobus late11 ribus ponuntur pro confinio bonis conceſſis in emphyteoſim cum pacto in ſingulo confinio appoſito, quod talia bona ſic confinantia non veniant in conceſſione: quod expreſsè ad corpus cõceſſionem factam eſſe demonſtrat, quia alias eſſet ſuperflua pactio contra l. ſi quando ff de legat.

legat. 1. cum si ad mēsuram facta fuisset, nil opus fuisset dicto pacto, quia tunc quantum erat in mensura traditū erat, & si plus fuisset intra fines, id cōcedentis 12 erat, & si minus per eum accipienti supplendum, vt per Couaru. supra citatum in 11. consideratione sub num. 7. & per Neuizan.consil.38.num.5.& per Surd.d. decis.64. num.28. Postremo eadem concessio habet relationem ad aliam concessionem præcedentem de eisdem bonis fa 13 ctam antecessorib. conductoris, cui emphyteosis de nouo conceditur, quæ quidem cōcessio loquitur de certa mensura ad cordam, quæ mensura lōgè minor est, quàm alia mensura eiusdem numeri ad semen, & propriè cōuenit cum eo, quod intra fines continetur, & propterea videtur ista concessio eodem modo facta, ex quo se refert ad d primam concessionem cum clausulis amplis & cum citatione instrumenti, quia relatum est in referente verè, & propriè cum omnibus suis quali- 14 tatibus, Crauet consil.45. nu.4. & in substantia Bell. in.consil. 59.num.3.cum maximè ex testibus constet in regione illa nō ad semen, sed ad cordam stariora mensurari, quæ omnia si non singula, saltem vnita satis apertè demonstrant, vbi aliàs essemus in dubio ob conflictum opinionum contrariarum in principali quæstione, concessionem ipsam ad corpus factam censeri, nam & in dubijs ex coniecturis, 15 & præsumptionibus probari, an ad mensuram, vel ad corpus quid concessum fuerit, tradit Couar. in d. 4. specie in fin.& ante eum idem voluit Iaf. d.consilio 79. sub num.1.colu.1.& secunda lib. 1. Neuizan. d.consil.38.num.3.& 4. & Surd. d.decis. 64. num. 28 & ita alias iudicaui in causa D. Roberti Puccij cum Reuerendis Monachis Cartusiēsibus de anno 1585. dum munere Auditoris, & Iudicis primarum appellationū Rotæ Florentinæ fungerer; iterumque eandem sententiam sequutus sum anno 1592. requisitus à D. Potestate terræ nouæ de modo iudicādi in causa corā eo agitata, vt patet ex dictis supra consil. 56. in causa mihi ad referēdum de iure commissa.

Secunda autem conclusio per eosdem informantes firmata, quod ex quo concessio facta dicitur non ad mensuram, sed ad corpus, nulla debeat fieri diminutio canonis, licet bona sint minoris mensuræ, quàm fuerit expressum, sicuti nullum esset faciendum augmentum, si maioris reperiretur, non solum dubia est, sed etiā communiter reprobata, nam & si in specie nostra, in qua agitur de diminutione 16 canonis ob deficientiam mensuræ expressæ in contractu, nōnulli Doctores scribāt non esse illi locum, & præsertim Alexān. consil.127 per totum lib. 2. Corn. consil. 59. etiam per totum lib. 4. Boer. decis. 58. num 6. Socin. in l demonstratio falsa nu. 10.ff.de condit & demonstr. Cagnol. in l. 2. C.de rescind. vendit nu. 190. ad fin. & alij relati per Surd. d. decis. 64. nume. 21. vers. contrariam tamen opinionem.

Tamen veritas est, quod & hoc casu si minor sit mensura, canon proportionabiliter minuatur, quæ opinio optimè pro- 17 batur in l.2.in d.l.si fetum §.fin.& in d.l. si duorum ff.de action.empt.vbi fuit vendita species, seu fundus totus, & sic nō ad mensuram ipsa tamen mensura expressa & tamen si mensura deficiat, debet venditor supplere quod deficit, & hanc opinionem tenuerunt glo. in d. §.fin.in glo. vltima in finalibus verbis,& in l Iulianus §. si titius in verbo non compareat eod. titu. & ibidem Bart.num.1.& Castren.colum.1. versic. secundo potest, & idem Castren. in d.l. si duorum circa medium versic. in textu,& in l 2.circa fin.num 4. C.de pericul.& commod.rei vendit. Pract. Papiens. in forma libelli in causa vendition. in verbo perticarum num. 2.versicu. aliquando defectus, Specul.in tit.de empt. & vendit. §.sciendum ante fi.nu.74. Alex. consil.8. num.3 & seq.vsque ad fin.lib.4.Ioan. Neuizan.alios citans.consil.38.in 4.dub. sub num.13.versic.in contrarium faciunt, Capyc.decis.14.num.3. versic. quidam dicebant, Benint.decis. Bononiens. 30. per totum, Couaru.lib pract.quæstion.ca.3.sub nu 7.post versi. vndecimo circa medium ibi attamen si vend.tio fiat ad corpus, Gabr. consil.64. numc.7.lib. 2. & nouissime Surd.cæteros eiusdem sententiæ referens & iura, & rationes adducens d.decis. Mantuan.64.num.15.& seq.vers.circa verò secundum casum,& est text.in cap per tuas extra de donation.vbi dicitur, quod si Pr̨- 18 latus concessit in feudum petiam terræ modiorum quatuor, si facta mensuratione reperiatur non esse tot modiorum, debet fieri reintegratio, & suppleri, quod deficit,& in l.si venditor hominis in princip. ff. de action. empt. vbi si vendidi seruum cum peculio, quod dixi esse decem 19 aureorum, si minus est, suppleri debet per venditorem, quæ iura ad hoc citat Alexan. d. consil. 8. numc.3.& alij eum sequuntur.

Nec obstant prædictæ conclusioni, quę aliàs dixi d.consil. 56. ad fauorem venditoris

totius contra emptorem, vt in specie ista, in qua vēditio dicitur facta ad corpus, & nō ad mensuram, non teneatur venditor praestare totam mensuram, sed sufficiat tradi-
20 tio eius, quod intra designatos confines continetur, in quibus terminis etiam antea iudicaui ad fauorem Reuerendorum Monachorum Cartusiensium, vt non tenerētur tradere D. Roberto Puccio plus, quam esset intra confines in locatione specificatos, etiam quod minoris reperiretur mensurae, quam in ipsa locatione exprimeretur, quoniam aduertendum est, quod in dictis casibus agebatur praecisè, vt venditor, & locator cogerentur ad traditionem, & consignationem totius mensurae, & clarissimè constabat, quod
21 terrenum intra confines positū erat tempore contractus communis valoris, & ęstimationis pretij, & canonis respectiue conuenti, & quod licet non esset tantae mensurae, quanta fuerat expressa, tamen erat condignum pretio, & canone respectiuè conuento, ita quod emptor, seu cōductor non fuerat deceptus, imo si mensura deficiens fuisset suppleta, venditor ipse, seu locato valde fuisset deceptus, & lęsus in pretio, seu canone, quo casu non videtur pro-
22 cedere supradicta conclusio per allegata in dicto meo consilio 56. quibus addo, quod ita in puncto voluit Corne. consi. 59. colum. 2. in princip. sub num. 4. versic. maximè dicendum lib. 4. sequitur Surd. d. decis. 64. sub num. 28. post versic. his sic praemissis, ibi fuit etiam consideratum & infra; Item in dictis casibus sequuta erat
23 traditio & res per tempus longissimum ab emptore, & conductore possessa sine vlla penitus petitione, aut praetensione suppletionis mensurae, aut diminutionis pretij, seu canonis, ex quo clarè dabatur intelligi, id tantum, quod fuerat traditum, fuisse venditum, aut concessum, etiam si minus esset mensura expressa, vt per Ruin. consil. 83. ante num. 7. versicu. praeterea & secundo libro primo, & per Surd. d. decis. 64. sub numero 28. est enim clarum in iure, quod vbicunque ex con-
24 iecturis, vel circunstantijs constare potest de intentione partium, ea seruanda est, vt in indiuiduo tenet Ioan. de Anan. consilio 98. per totum, quem sequitur Surd. loco citato, vltra quod in eisdem casibus multa concurrebant contra emptorem & conductorem, quae hic deficiunt, vt propterea de illis ad hunc inferri non possit. l. papinianus exuli ff. de minorib. 25.
25 annis vnde stabilis remanet in proposito nostro cōclusio, quod si bona in emphyteosim concessa non sint mensurae in contractu expressae, sed longè minoris, & in quantitate valde cōsiderabili, vt satis apertè processus demonstrat, faciēda sit conductori diminutio canonis pro rata mensurae deficientis, ex quo debet correspondere fructuum perceptioni, & non esse excessiuus in maximum conductoris damnum, prout esset, si ex illo terreno consignato tantum soluendus esset, vt ex depositionibus testium & ex libris priuatarum rationum exhibitis constat, & facit à fortiori text. in d. cap. per tuas, qui loquitur
26 in habente titulum lucratiuum & tamen vult suppletionem expressae mensurae faciendam, vnde multo magis id esse debet in habente titulum onerosum, vt in hoc casu; Non etiam obstant verba illa, & quantumcunque esset immediatè expressionem mensurae sequentia, & vt supra
27 contra actorem considerata, quia in copia concessionis producta in processu non legitur; Nec tamen omitto, quod Alex. d. consil. 8. lib. 4. sub num. 9. in fin. & numero 10. respondet, quod ea non alterant verba clara denotantia mensuram, quemadmodū dicimus de clausula plus,
28 minusve, quae nihil operatur, quod tamen ex superabundanti sit dictum, cum ipsemet Alexan. voluerit talia verba mentem partium declarare, quod mensura
29 non attenderetur consil. 127. in princip. lib. 2. vt supra retuli, adducendo etiā Surd. idem ponderantem, satis autem est in proposito nostro, quod talia non legantur verba in instrumento.

Caeterum si plus esset in mēsura, quam in venditione, vel locatione facta ad corpus, expressum fuisset, & venditor, vel locator ageret aduersus emptorem, aut conductorem, vt pretium vel canon pro rata maioris mensurae augeretur, secus esset, nam quamuis aliqui vellent, & hoc casu rectè venditorem agere, & pretium vel canonem augendum esse, quemadmodum locus est ad fauorem emptoris, vel
30 conductoris diminutioni illius ex causa minoris mensurae, & praecipuè Speeul. d. tit. de emption. & vendit. §. sciendum ante finem nume. 74. Castr. in l. 2. ad fin. sub num. 4. C. de peric. & commod. rei vend. & Alexan. licet non multum clarè consil. 120. sub nu. 8. in fi. & nu. 9. lib. 2. & clarius consil. 8. sub nu. 3. versi. quarto facit lib. 4. vbi sequitur speculatorem.

Sunt tamen alij aliud existimantes, & id totum emptoris, vel conductoris lucro cedere absque aliquo pretij, vel canonis augumento, cum quicquid intra fines

designatos continetur, etiam quod sit ma ius mensura enuntiata non solum ad demonstrationem, sed etiam ad fauorem ipsius emptoris, vel conductoris, qui cum 31 ignarus esset, voluit certificari, & sibi prospicere, vt saltem res esset illius mensuræ, cuius venditor esse asserebat, & qui de ea sciens præsumebatur, ita tradunt Castr. in d.l. si duorum post medium vers. in textu. & in d.l. si seruum §. 1. sub nu. 2. ff. de act. empt. Salyc. in l. 2. nu. 3. C. de contrahen. empt. Raphael Fulg. in l. qui fundũ nu. 1. ff. de euictionib. Soc. in l. demõstratio falsa sub nu. 10. ff. de cõdit. & demõstr. Alex. consf. 133. nu. 5. lib. 1. & cons. 8. nu. 3. lib. 4. Iaf. cons. 55. num. 10. lib. 1. Ruin. cons. 83. num. 3. & seq. lib. 1. Paris. cons. 64. nu. 39. & 42. lib. 1. Socin. iun. cõs. 42. nu. 21. lib. 2. Gabr. cõs. 64 nu. 5. & 6. lib. 2. Benint. decis. Bonon. 30. ad fi. & Surd. plures alios de cõmuni, & omnium consensu recepta sñia attestans d. decis. 64. nu. 14. post vers. secundus est casus ibi quoad primum, quib. addo Capyc. d. decis. 14. nu. 3. & Couaru. d. c. 3. sub nu. 7. post vers. vndecimo ibi attamẽ si venditio fiat ad corpus, qui pariter dicit esse communẽ opinionẽ, cum qua etiam postea transit nu. 8. vers. duodecimo est in hoc animaduertendum in princ. quæ quidem sententia secundum Alex. d. cons. 8. nu. 3. lib. 4. quẽ alij sequuntur, apertissimè probatur in l. si venditor hoĩs ff. de act. empt. vbi si vendidi seruũ cũ peculio, qđ dixi 32 esse decem aureorum, si plus est in peculio, totũ debetur emptori, si minus, supplẽdum est per venditorẽ & in l. qui fundum ff. de euictionib. vbi vẽditor tradiderat emptori fundum centum iugerum, & appo-33 suit fines continẽtes plus & dicitur, quod si aliquid euincitur emptori de illo pluri vltra centum iugera, si modo continetur intra cõfines datos, illud euictũ dẽt resarciri emptori per venditorẽ, quod fieri non potest nisi id, qđ superest de mẽsura enuntiata, cederet commodo emptoris ad corpus, vt considerat Paris. d. cons. 64. nu. 42. & ante eum Fulgos. in eadem lege qui fundum vers. nota quod quando & infra & secundum istam opinionem iudicandũ retuli D. Capitaneo Palaccioli Romandiolę Florentinæ. Anno 1596. Florentiæ.

E P I T O M E.

Quod impugnans contractum à se factum sub prætextu non interuentus proximiorum coniunctorum à statuto requisiti, tenetur probare tempore contractus extitisse in loco proximiores, qui interuenire potuissent, & quod hi habiles et idonei ad interueniẽdum fuissent, alioquin obtinere non potest, quod iuribus, & authoritatibus probatur, Itẽ quomodo, & qualiter probanda sit agnatio, seù cognatio, uel affinitas, & parentela.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier impugnans suam obligationẽ tanquam factam sine consensu proximiorum, tenetur probare, quod tẽpore ipsius obligationis habebat coniunctos proximiores illis, qui fuerunt adhibiti præsentes in loco, & quorum consensus facile adhiberi poterat.*

2 *Item qđ erãt habiles, & idonei ad consentiẽdũ. Mulieris obligatio facta sine consensu proximiorum, qui inhabiles, & non idonei sunt ad consentiendum, sustinetur.*

3 *Proximiores, qui ex forma statutorũ debent consentire obligationibus mulierum, maiores 25. annis esse debent, alioquin inhabiles dicuntur, ratio assignatur num. 5.*

4 *Statuto requirenti cõsensum propinquorũ, satisfactum videtur, si interueniant propinqui adulti, & non pupilli.*

5 *Statutum requirẽs in obligationibus mulierum consensum propinquorum, factum censetur, vt occurratur fraudibus, & deceptionibus, quæ mulieribus fieri possunt. Minores propter ætatis lubricum, & intellectus imbecillitatem facile decipi possunt in dicto consensu præstando.*

6 *Item quod statutum prædictum ponderat prudentiam consilij, & quod ideo intelligitur de habentibus perfectum intellectum.*

7 *Bald in l. in coniunctione in prima lectura nu. 6. C. de nuptijs declaratur. Statuto requirente consensum propinquorum admittuntur minores adulti, qui sint discreti, & capaces cõsilij, quando non extant maiores.*

8 *Castr. in l. vnica sub nu. 3. C. vnde vir, & vxor, & Alex. cons. 62. nu. 4. lib. 2. declarantur, vt cũ dicunt, per pupillum non esse satisfactum statuto prædicto, quod uõ propterea inferatur, quod velint adultos admitti.*

9 *Consanguinitas. In probãda cõsanguinitate vel parentela testes debent incipere à cõi stipite, & successiuẽ descendentiã deponere, taliter, quod Iudex possit elicere ipsam consanguinitatem.*

Consan-

10 *Consanguinitas quilibet gradus consanguinitatis, vel parentelæ probari debet per duos testes ad minus.*
11 *Testes, deponentes super parentela, non sufficit, quod dicant, aliquos fuisse tentos, & tractatos tanquam taliter attinentes, quia per hoc non dicitur probatum eos fuisse tales.*
12 *Mulier nullos habens coniunctos, vel habens, sed inhabiles ad consentiẽdum potest se absque consensu proximiorum obligare, non obstante statuto eorum consensum exigente.*

CONSILIVM CLXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Difficultas præsentis consultationis tota consistit in uidendo, an probationis factæ pro parte Margaritæ Ricciæ de Fosdenono sufficiãt ad impugnandam obligationem per eam factam Gulielmo Berlengerio de Illice, cuius personam, cessione mediante, repræsentat Dom. Antonius Borghesius de Rapallo Actor, & quidem cum ipsa Dom. Margarita impugnet obligationem tanquam factam sine consensu duorum proximiorum coniunctorum, sine quo valide obligati non po- 1 tuit ex forma statutorum Fosdenoni, tenebatur probare, quod tempore ipsius obligationis habebat coniunctos proximiores illis, qui fuerunt adhibiti, præsentes in loco, quorum consensus facile adhiberi poterat, Cor. conf. 131. num. 2. & consil. 151. nume. 4. lib. 4. & in alijs locis infra allegandis, Craue. conf. 80. nu. 14. & quod ijdem erant habiles, & idonei ad consen- 2 tiendum, cum si inhabiles, & non idonei fuissent, sine eis obligatio sustineatur, Corn d. conf. 131. num. 2. ad fin. & consil. 242. num. 2 lib. 4. & in duobus consil. statim citandis, & ante eum Cast. conf. 124. sub num. 2. vers. ad hoc autem, vt dicatur libr. primo, quem etiam sequuti sunt Addit. ad Barto. in l. si tertius, sub nume. 6. in verbo, & idem diceremus littera E, ff. de aq. pluu. arc. Corn. in l. vnica, C. vnde vir. & vxor sub num. 3. vers. idem voluit Pau. de Castr. dicens esse menti tenendam si procedit; & successiue, quod essent maiores 3 vigintiquinque annis, cum si minores ea ætate essent, inhabiles dicerentur, & propterea non adhibendi, Castr. dicto consil. 124. sub numero secundo, versi. secundo videndum est, Corn. consil. 316. in tertio dubio, numero 8. lib. primo, & consi. 241. num. 7. lib. 2. Quæ omnia cum nedum D. Margarita probauerit, sed nec articulauerit, sequitur, vt succumbere debeat, prout præfati omnes Scribentes dicunt.

Nec obstat, quod satisfactum non sit statuto requirenti consensum propinquo 4 rum interuenientibus propinquis minoribus vigintiquinque annis, dummodo sint adulti, & non pupilli, Bald. in l. in coniunctione, in prima lect. num. 6. versic. pone, quod ista puella, C. de nupt. & in l. prima, ad fin. num. 69. vers. sed de quibus coniunctis intelligitur statutum, C. qui admitt. cum quo videntur sentire Castr. in l. vnica, sub numero tertio, versic. item quæritur quid si consanguinei, C. vnde vir, & vxor. & Alexan. consil. 62. nume. 4. lib. 2. & alij relati per Corn. dicto consil. 316. sub numero octauo, libro primo, versic. est autem ponderandum. Quoniam respondetur, quod imo statutum hoc intelligitur 5 de maioribus vigintiquinque annis, & nõ de minoribus, quia cum factum censeatur, vt occurratur fraudibus, & deceptionibus; quæ mulieribus fieri possunt, non videtur satisfactum eius menti, nisi per consensum maiorum, qui sunt apti consentire, cum minores propter ætatis lubricum, & intellectus imbecillitatem facile decipi possint in huiusmodi consensu præstando, vt in terminis tradit Cagno in l. finum. 137. & 138. post vers. infertur etiam C. de pactis, vnde dicit Bald. in l. fina. sub numero tertio, versic. item scias, C. de verbor. significat. quod hoc statutum ponderat prudentiam consilij, & eum sequi- 6 tur Castren. in l. si cum dotem, §. si patri, numero tertio, ff. soluto matrimonio, dicens, quod ideo intelligitur de habentibus perfectum intellectum, quoniam requiritur consensus ad supplendum defectum mulieris vnde non debent ipsi consentientes esse defectuosi, & propterea Cast. quẽ alij sequuntur loquutus est in d. consil. de maioribus 25. ann.

Nec obstat Bald. supra allegat. quia in dicta leg. in coniunctione loquitur in de- 7 fectu maiorum, quibus non extantibus dicit admitti minores adultos, qui tamen sint discreti & capaces consilij, de qua qualitate non constat in isto casu, vt propterea non dicatur Dom. Margarita probasse sibi incumbentia, & in dicta l. prima, loquitur alternatiuè, quod scilicet debeant esse maiores, vel saltem adulti, vnde non videtur hoc bene firmare, & Cast. & Ale.

non dicunt, quod fatis sit, qđ sint adulti, sed dicunt, qđ per pupillos non est satisfa-
8 ctum statuto, vnde non potest de necessitate inferri, qđ velint adultos admitti, cũ præsertim habeamus particulares decisiones in cõtrariũ, & prædicta seruiunt respectu aliorũ filiorũ dictę D. Margaritę, quos ipsa dicit tũc habuisse natu maiores Iacobino, qui vna cũ alio propinquo consensũ adhibuit, nã respectu Capitanei Antonij Rappi nihil videtur dicendum, cum non solũ nõ constet de eius præsentia in loco, & habilitate ad consentiendum, & maiori ætate 25. annorum, sed nec de coniunctione, & propinquitate, quæ nedũ proba-
9 ta, sed nec recte articulata fuit, nã in probanda cõsanguinitate, seu agnatione, vel parentela debẽt testes incipere à communi stipite, seu parẽte, vel saltẽ à fratrib. germanis ex latere paterno cõiunctis, à quibus alij successiuè descẽderũt, & debẽt distinguere gradus in facto, & successiuã descendentiã deponere taliter, qđ Iudex possit elicere ipsam cõsanguinitatẽ, aut agnationem, vel parentelam. Dec. consil. 321. num. 4. 9. 10. & consil. 524. num. 2. 3. 4. & sentit etiam Capr. consil. 156. num. 6. & quilibet gradus debet probari per duos te-
10 stes ad minus, Cepol. cõs. Crim. 32. nu. 10. post vers. & maximè, Nec sufficeret, qđ testes dicerent aliquos fuisse tẽtos, & tracta-
11 tos tanquam filios, fratres, aut aliter attinentes, quia per hoc non diceretur probatum eos fuisse tales Dec. d. consil. 321. sub num. 9. & 10. & d. consil. 524. sub nu. 4. & 5. & videtur de mente Capr. d. consil. 156. num. 8. Ex prædictis igitur infertur, quod cum non constet D. Margaritam tempore obligationis habuisse alios proximiores præsentes in loco habiles, & idoneos ad cõsentiendum, & proinde maiores 25. annis, qui de facili adhiberi potuissent pro consensu præstando, non potest infringi dicta obligatio, sed imo ea sustinetur, etiã quod ij, qui ei consenserunt, inhabiles ad consentiendum fuissent, cum tunc nullius alterius, quàm solius mulieris se obligantis consensus exigeretur, vt supra probatum est ex multis doctorũ authoritatibus, quibus addo ad hoc ostendendum quod vbi mulier nullos habens coniunctos, vel habens, sed inhabiles ad consentiendum
12 potest se absq; aliquo consensu obligare non obstante statuto talẽ consensum exigente, Roman. in l. si quis mihi bona §. penul. sub nu. 5. in 5. & 6. limitatione, ff. de acquir. hæredit. & in l. vnica nu. 18. versic. vlterius C. vnd. vir. & vxor, & Bald. ibidem in princ. nu. 2. Cast. sub num. 3. vers. item quæritur, quid si consanguinei, & Corn. sub num. 3. vers. sed quod tale statutum, & secundum prædicta rescripsi Do. Potestati Fosdenoui. Anno 1584 Florẽt.

EPITOME.

De appellatione coram honestis personis interponenda, & qualiter, & quando sic interponi possit, & valida censeatur. De interpretatione Sacrosancti Concilij Tridentini sess. 13. c. 2. de reformat. circa commissionem causarum appellationis à sententijs in criminalibus latis per Episcopos, vel eorũ Vicarios generales alijs Episcopis, vel eorum Vicarijs generalibus nõ autẽ inferioribus, & an talis commissio fieri possit Auditoribus Nuntiorum Apostolicorum, numvè hi dicantur inferiores Vicarijs generalibus Episcoporum. De declaratione iuris anti qui ab habente authoritatem facta, quod trahatur etiam ad casus præteritos, & de validitate actorum, & sententiarum ex consuetudine, vel cõmuni errore et ne multi alij similes actus irritentur, nõ obstante defectu potestatis, & quando, & quõ id procedat et de plurib. alijs in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Commissio causa facta per literas apostolicas ad vnguem obseruanda est, ne acta corruant.*
2 *Appellatio interposita coram honestis viris, vt valeat, necesse est, quod appellans vsus fuerit diligentia in perquirendo iudicem a quo, & procuratores pro interponenda appellatione, & quod illis non repertis protestatus fuerit, ut hic dicitur.*
3 *Iudicis absentia a loco residentiæ non præsumitur, & ideo probanda est. & ibidem, quod Causidici non præsumuntur timere de iudice in actu licito.*
4 *Appellandum est coram iudice ad quem, si facile haberi potest, priusquam deueniatur ad honestas personas.*
Appellatio nulla, seu non legitime interposita non producit effectum deuolutiuum, nec suspensiuum, ibidem.
5 *Sententia iudicis a quo remanet valida, & transit in rem iudicatam, quando per appellationem nullam iurisdictio non est deuoluta ad iudicem ad quem.*

Appellans

6 *Appellans videtur, quod recta via adire possit vel Judicem ad quem, vel honestas personas.*

7 *Appellatione deserta, prima sententia firma manet, & executionem meretur, ac si ab ea non fuisset appellatum.*

8 *Appellationes à sentẽtijs in causis criminalib. latis, per Episcopos, vel eorum Vicarios generales cõmitti debent alteri Episcopo, vel eius generali Vicario, non inferioribus Iudicibus.*

9 *Auditor, etiam generalis, & locum tenens Nuntij Apostolici dicitur inferior Vicario generali Episcopi.*

Concil. Trid. sessio. 13. de reformat. c. 2. declaratur. ibidem

10 *Declaratoria trahitur ad præterita negotia, quia nihil noui dicit, sed antiquum declarat.*

11 *Declaratio iuris continens pœnam non trahitur ad præterita, sed futura tantum respicit.*

12 *Declaratio Juris, quod communi omnium iudicio fuit intellectum alio modo, quàm fuerit declaratum, non trahitur ad præterita negotia, sed futura tantum comprehendit.*

Laqueus non est injiciendus his, qui communi iudicio peccauerunt ibidem.

13 *Declaratio legis antiquæ non extenditur ad decisa per sententiam contra dispositionẽ ipsius legis antiquæ postea declaratæ.*

14 *Vsus frequens faciendi aliquid in iudicio, vel extra non eo modo, quo secundum iuris rigorẽ fieri debet, sed diuerso, operatur, vt actus sustineatur.*

15 *Sed id procedit, quando communiter erratur, circa factum, non quando erratur circa ius.*

Error iuris. Communis error, & ignorantia iuris non excusat maximè clericos, qui possunt consulere peritiores ibidem.

16 *Idque præsertim procedit, vbi de Jure Papæ dubitatur, quia ad eum recurrendum est.*

Concilij Tridentinũ. Quoties de intelligẽtia Sacri Tridentini Concilij dubitatur, ad Sacram Congregationem, illius interpretem, recurrendum est. ibidem

17 *Glossa in cap. vnico in versic. de cætero de postulat. prælat. lib. 6. declaratur procedere, quando commissiones fiunt de consensu partium, aut saltem sine contradictione.*

18 *Vsus communis non attenditur, nisi in ipsa facti specie, de qua agitur, obtinere ostendatur.*

19 *Vsus tantum habet de potentia, & effectu, quãtum habet de actu, & vsu, & non plus, & proprios facti, & vsus terminos non excedit.*

20 *Error communis probabilis tũc sustinet in præteritum gesta, vt non annullentur per subsequentem declarationem, quando vsus sic faciendi reputabatur dubius; vt quia ius contrarium multipliciter poterat intelligi.*

21 *Secus quãdo talis vsus nõ reputabatur dubius, nec rationabilis à viris doctis.*

22 *Declaratio iuris superueniens lite pendente, attendi debet, & contra illam gesta sunt nulla.*

CONSILIVM CLXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Visis, & consideratis processibus factis in quampluribus instantijs in causa vertẽte inter Curiã Archiepiscopalem Pisanam ex vna parte, & Reuerẽdum D. Franciscum de Viciatis Præpositum Ecclesiæ Sanctorum Iacobi, & Philippi Castri Pontis Heræ, & mihi consulendæ commissa, Retuli, Partes admodum Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Episcopi Fesulani Iudicis Delegati, & Commissarij Apostolici esse in pronuntiando, & declarando sententiam contra dictum D. Præpositum latam per Reuerendum D. Vicarium Pisanum transiuisse in rem iudicatam, & tanquam talem exequendam esse, & opportunis iuris remedijs exequi debere iuxta illius continentiam.

Ad ita referendum moueor, quia stante commissione causæ facta per literas 1 apostolicas d. D. Episcopo Fesulanum, quæ ad vnguem obseruanda est, ne aliter acta facta corruant iuxta notat. per Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdict. delegat. numero 91. versic. sexto principaliter, erat in primis cognoscẽdum, an sententia d. D. Vicarij Pisani lata contra d. D. Præpositum fecerit transitum in iudicatum, nec de validitate, aut iustitia aliarum sententiarum tractari poterat, nisi in euentum, in quem de non transitu d. sententiæ in rem iudicatam constitisset, vt propterea cum mihi visum sit d. sententiam in iudicatum transiuisse, in hoc solummodo insistere debuerim, in quam opinionem ex pluribus facilè veni, & primo quia cum appellatio non fuerit inter- 2 posita Pisis coram ipso D. Vicario, sed Florẽtiæ coram honestis personis ex caussis absentiæ, & metus allegatis in ipsa appellatione, necesse erat ad validitatem dictæ appellationis, quod appellans vsus fuisset debita diligentia in perquirendo D. Vicarium in loco eius solitæ Audientiæ, vel habitationis, & procuratores pro interponenda ipsa appellatione, & illis non repertis protestatus fuisset, quod libenter appellasset ab ipso D. Vicario, sed quia erat absens, vel eius copia haberi

non poterat, & procuratores Pisani timebant coram eo appellationes interponere; ideo extra iudicialiter appellabat corā ipsis honestis viris Socin. conf. 45. sub nu. 1. lib. 1. consil. 39 sub nu. 32. lib. 4. Crauet. conf. 240. circa fin. Cępol. caut. 78. in fi. & Marant. de ord. iudic. in 6 part. princip. in tit. de appellat. sub num. 121. vel saltem non facta dicta diligentia, & protestatio-

3 ne debebat postea allegatam causam probare cum nec Iudicis absentia à loco residentiæ, nec timor in causidicis de Iudice in actu licito præsumatur, Socin. d. consi. 45. sub nume. 1. lib. 1. & Crauet. d. consil. 240. circa fin. Secundo quia antequam deueniretur ad honestas personas, appel-

4 landum erat coram Iudice ad quem, si facilè haberi poterat, prout haberi potuisset in hac casu Illustrissimus & Reuerendissimus D. Nuntius Apostolicus cōmorans Florentiæ, vbi appellatio ipsa interposita facit coram Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. Crauet. d. consil. 240. ad finē versic. denique, vt propterea cum dicta appellatio legitimè interposita non fuerit, tanquam nulla non produxerit effectum deuolutiuum iurisdictionis ad Iudicem ad quem, nec suspensiuum sententiæ Iudicis à quo, & proinde sententia per ipsum Iudicem ad quem lata in causa appellationis prædictæ fuerit nulla, veluti lata à non habente iurisdictionem & prima sententia Iudicis à quo remanserit valida, &

5 transiuerit in rem iudicatam, vt punctualiter dicit Socin. d. consil. 39. nume. 31. & sub num. 32. in fin. lib. 4. hoc tamen fundamētum aliquam patitur difficultatem, quia videtur, quod recta via possit appel-

6 lans alterutrum facere scilicet vel adire Iudicem ad quem, vel honestas personas, vt vidētur velle Cępol. d. caut. 78. in princ. & Marant. d. tit. de appellat. sub num. 121. tertio quia, quādo ritè interposita fuisset appellatio, ea tamen deserta esset ob non legitimā prosequutionem de ea factam, & ideo prima sententia firma manet &

7 tanquam in iudicatum transacta executionem meretur non secus, ac si ab ea appellatum non esset l. fin. §. illud etiam C. de tempor. appell. l. si contra maiorem l. quoniam nonnulli de appellat. & consul. Doct. in l. Præses ff. de re iudic. vbi præcipuè Imol. in princ. & Alexan. sub num. 5. De illegitima autem prosequutione patet ex eo, quod causa dictæ appellationis fuit per præfatum D. Nuntium commissa eius Auditori contra dispositionem Sa

8 cri Concilij Tridentini, per quod session. 13. cap. 3. de reformat, cauetur appellationes à sententijs in criminalibus latis per Episcopos, vel eorum Vicarios generales committi debere alteri Episcopo, vel eius generali vicario, non autem inferioribus Iudicibus, cum talis Auditor dicatur inferior Vicario Episcopi, etiam si sit generalis & locum tenens D. Nuntij, vt Illustrissima congregatio Cardinalium dicto concilio interpretando à Sanctissimo Papa præpositorum interrogara

9 respondit præfato Nuntio eam consulenti in ipsamet causa sub die 19. Octobris 1588. & iterato idem moderno Nuntio scripsit sub die 11. Iunij 1589. quæ quidē responsio terminat præsentem quæstionem, quia tanquam declaratoria dicti Concilij trahitur ad præterita negotia, &

10 respicit retro, quia nihil noui dicit, sed antiquum declarat l. non dubium, versic. quoad omnes C. de legib. & ibi Bald. sub numero 2. in tertio notabili, & Castrens. sub numero secundo, versic. tertio dicitur, & ijdem Bald. & Castrens. in l. leges, & constitutiones eod. titu. ille sub numero 1. in prima oppositione & numero 5. in tertia fallentia, ille in principio, Federic. de Sent. in consilio 112. numero 3. Iason in l. in eum numero octauo, ff. de in ius vocand. Fęlyn. in ca. fin. numero 4. versic. fallit secundo extra de constitutionibus, etiam si pœnam de nouo conti-

11 neret, licet respectu ipsius pœnę non traheretur ad præterita, sed futura tantum respiceret, gloss. in clementina vnica in verbo de cætero de vsur. quam ibi commendant, & sequuntur Doctores, & præcipue Abb. numero tertio, Iason in d. l. in eum sub numero octauo, & idem tenet gloss. in cap. vnico in verbo recepe-rit circa principium de cleric. non resident. libro sexto, tradit Fęlyn. in d. cap. fin. sub numero quinto, versicu. hanc fallentiam extra de constitut. Nec releuar, quod d. Concilium per tempora præte-

12 rita communi omnium Iudicio fuit intellectum alio modo, quam fuerit declaratum, & quod commissiones fuerunt in similibus factæ per Nuntios eorum Auditoribus, quo casu declaratio non trahitur ad præterita negotia, sed futura tantum comprehendit, ne iniiciatur laqueus his qui communi Iudicio peccarunt gloss. in capit. vnico in verbo de cætero de postul. prælat. libro sexto, cuius dictum sequitur, & perpetuo tenendum menti dicit Castrens. in d. l. leges, & constitutiones sub numero 1. quam glos. referunt etiam Federic. de Sen. d. consil. 112. nu. 2. & Fęlyn. in d. cap. fin. numero 6. versic. secund

secundo limita, maxime autem cum vigore talium commissionum plures latæ
13 sint sententiæ, quia declaratio legis antiquæ non extenditur ad decisa,& termina ta per sententiam contra dispositionem ipsius legis antiquæ postea declaratæ, Bal. in d.l. leges,& constitutiones, sub num. 1. in prima oppositione per tex. clarum in l. si quis in conscribendo in vltimo responso, cap. de Episc.& Cler. Fel. in d.c. fi. nu. 8. versicu. quarto limita,& præsertim etiam quia consuetudo aliquid faciendi in iudicio, vel extra non eo modo, quo secundum eius rigorem fieri debet, sed diuerso,& ip
14 sa iuris dispositione non seruata, operatur vt propter frequentem vsum sic faciendi, actus ille sustineatur, ne multi alij similes irritentur, & corruant, iuxta dictum Castr. in l. iusto, ad fin. num. 3. ff. de vsucapionib. de quo dicto plura dicit Neuizan. consil. 24. num 10.& seruiunt notata in l. Barbarius, ff. de off. Præto. per Ias.& alios. Quoniam respondetur hoc procedere quando communiter erratur circa factū,
15 secus autem quando erratur circa ius, quia tunc error, & ignorantia iuris non excusat maxime clericos, quia potuerunt consulere peritiores, vt in puncto declarat Federic. de Sen. d. consi. 113. nu. 4. & 5. loquens in permutationibus factis de pluribus beneficijs vigore reseruationis Papæ Ioannis 22. declaratæ postea per Papam Benedictum eius successorem, & subiungit hoc præsertim procedere, vbi de iure Papæ dubitatur, quia ad eum recurrendū
16 est, c. ordinarij, §. si vero, de off. ordi. lib. 6. cum concor. ibi in gl. alleg. quod optime adaptatur huic casui, quia cum dubitaretur de interpretatione Concilij Tridentini, erat recurrendum ad sacram congregationē Cardinalium huiusmodi interpretationi à Summo Pontifice præpositorum, prout postea recursum fuit; & maximè cum pro parte Mensæ Archiepiscopalis Pisanæ opponeretur commissioni,& allegaretur dispositio dicti Concilij in contrarium. Potest etiam secundo responderi, quod dictum illius glo. non potest seruire
17 præsenti casui, quia commissiones factæ per Nuntios eorum Auditoribus nunquam apparent in dubium reuocatæ, sed semper processerunt de partium consensu, aut saltem sine contradictione,& propterea non possunt casus illi ad hunc trahi, in quo fuit contradictum commissioni veluti factæ contra dispositionem dicti Concilij, vnde validitas dictarum præteritarum commissionum de necessitate nō infert validitatem alterius commissionis, in qua non eodem modo, sed diuerso processum fuit, quia vsus, aut consuetudo huiusmodi debebat ostendi in specie præsentis casus de commissione scilicet facta, nō
18 obstante contradictione partis, & oppositione dispositionis Concilij, & aliter nō attenditur, vt late docet Craue. consi. 241. sub nu. 20. col. 10. vers. ad tertium in 2. 3.& 4. responsione, tantumque habet de potētia,& effectu, quantum habet de actu, & vsu, & non plus, & proprios facti, & vsus
19 terminos non excedit, vt tradit Ias. consil. 192. in fin. lib. 2. Craue. consi. 30. nume. 5. vers. sexto considero, & alij per eum citati. Tertio responderi potest, quod illa gl. procedit, quando vsus, seu consuetudo re-
20 putabatur dubia, quia ius contrariū multipliciter poterat intelligi, quia tunc ille communis error probabilis excusat, & sustinet in præteritum gesta, vt non annullentur per subsequentem declarationem, Fel. in d. c. fin. extra de constit. sub nu. 6. in primo casu, secus autem quando præteri-
21 ta consuetudo nō reputabatur dubia, nec rationabilis a viris doctis, quia tunc constitutio declaratoria trahitur ad præterita negotia, nec ea sustinentur vigore dictæ consuetudinis Fel. vbi sup. in 2. casu. Quarto respondetur, quod cum oppositum fuerit commissioni,& ab ea etiam appellatū,
22 et de hoc disputaretur, et lite adhuc pendente superuenerit declaratio Illustrissimæ Congregationis prædictæ, illa sequenda est; et attendi debet contra in oppositū gesta, quę nulla, et inualida sunt, et contra declarationem vires nō obtinent, vt dicit Imo. in d. c. fi. quod dictum tanquam notabile refert, et sequitur Fel. ibi nu. 7. vers. excipiuntur ab ista limitatione tres casus, quæ sola responsio ponit falcem ad radices, et omnem difficultatem penitus tollit. Anno 1589. Florentię.

EPITOME.

Quod donatio facta absenti, non interueniente nuntio, vel epistola, & nemine pro eo acceptante, nulla est, maxime autem non habita eius notitia per donatarium in vita donatoris, sed solum post eius mortem accidentaliter, ita vt nec tunc quidquam operetur ipsius donatarij consensus, præter quam in causa dotis, & quid quando Notarius pro dona-

tario

tario stipulatus est, an scilicet hoc casu mortuo donatore donatarius ratificare possit, & necessaria sit talis ratificatio, an vero secus, & statim absque alia donatarij acceptatione, ius ei quaesitum sit, & actio irreuocabiliter, si non repudiet.

SVMMARIVM.

1 *D. Thomas de Malespinis ex Marchionibus Villae Franchae gubernator Ciuitatis Senarum.*

2 *Donatio est nulla, quando est facta per scripturam priuatam, absente donatario, & nemine pro eo acceptante. Itemque sine interuentu nuncij, vel epistola, & est communis opinio.*

3 *Idque procedit etiam in donatione facta Ecclesijs, pijsque locis, & pauperibus, & haec pariter est communis opinio.*

4 *Donatio non sustinetur per superuenientem consensum donatarij, quando habuit notitiam donationis a tertia persona suo motu proprio, & non de speciali commissione donantis, & ista communis est.*

5 *Donatio, cuius notitiam nunquam donatarius habuit in vita donantis inualida est; maximè quando donator post donationem superuixit multo tempore, & non tradiderit scripturam donationis.*

6 *Donationis acceptatio facta per donatarium mortuo donatore, non conualidat donationem; etiam quod scriptura donationis donatario specialiter directa fuißet.*

Donatore mortuo, dici non potest, quod scriptura eius loquatur, ibidem.

7 *L. bonorum, in si. ff. rem rat. haber. quomodo intelligatur.*

Ratificatio mortuo illo, qui alieno nomine actum gessit, is, in cuius fauorem actus gestus est, ratificare potest; quia actus in persona procuratoris ab initio est validus, ibidem.

8 *Promissio facta absenti, nemine pro eo acceptante, & nuncio, aut epistola non est interueniente actus est nullus, & ideo mortuo promittente, non potest acceptari.*

9 *Donatarius ratificare potest mortuo donatore, quando pro absente stipulatus est Notarius, vel alius pro absente acceptauit.*

10 *Donatio facta absenti nullo acceptante, & nuntio, vel epistola non interueniente, valet in causa dotis.*

11 *Donatio scriptura loquens simpliciter de donatione, de simplici donatione intelligenda est.*

Contractus talis iudicatur, qualis in sua figura apparet, & talis esse intelligitur, qualis a contrahentibus denominatur, ibidem.

12 *Donatio quando fit mentio de donatione in verbis dispositiuis, dicitur fieri libera donatio.*

13 *Notario pro alijs stipulante, nullum ius acquiritur illis, nisi sequatur ratificatio.*

Consensus coniunctio, in quolibet contractu requiritur coniunctio consensus vtriusque partis, & ideo ante ratificationem contractas nihil censetur actum, secundam opinionem crebriorem, ibidem.

14 *Ratificatio, vt effectum habeat, fieri debet re integra, & eo tempore, quo adhuc negocium denuo fieri possit.*

15 *Donare. mortuus donare non potest.*

16 *Notarius, ex stipulatione Notarij quaeritur ius, & actio irreuocabiliter absenti contra promittentem, si non repudiet. Idque etiam ante acceptationem, & absque cessione, secundum veram Doctorum sententiam, quicquid alij dicant in contrariam.*

CONSILIVM CLXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PVnctus mihi commissus ad consulendum de iure per Illustrissimum, & Excellentissimum D. Thomam de Malespinis ex Marchionib. Villae Franchae ad praesens meritissimum Gubernatorem Ciuitatis Senarum pro Serenissi- 1 mo Magno Duce Etruriae, modicam videtur habere difficultatem. Quaerit enim d. Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus, vt ad remouendas inter eius subditos lites, sibi dicam, an donatio simpliciter facta per Antonium nescientem scribere manu Rectoris Ecclesiae parochialis Sanctinae eius Nepti ex sorore innuptę de quadam pecuniarum summa in absentia dictae Sanctinae, & ea etiam inscia, & ignorante sine interuentu Notarij, & nullo pro ea acceptante, & post mortem donatoris ad ipsius Sanctinae notitiam peruenta, & tradita a quodam tertio, qui eam inter alias scripturas dicti donatoris reperierat, moxque per ipsam Sanctinam acceptata, de iure sustineri possit, vel ne? Et stando in terminis propositae quaestion s & re bene perpensa, Respondi praefato Domino Marchioni, cui semper parere, & inseruire non parum desideraui ob eius merita, & incredibilem beneuolentiam, qua me prosequitur, partem negatiuam contra

contra

tra donatariam sustentabiliorem mihi videri.

Et ad ita respondendum motus fui, quia dicta donatio facta fuit per scripturam priuatam manu presbyteri loci pro donatore nesciente scribere in absentia donatariç nemine pro ea acceptante,& si-
2 ne interuentu nuntij,vel epistolæ,quo casu nulla est per text. in l. absenti, cum ibi notat.per Doct.ff.de donat.& tradunt Paris.cons.88.nu.15.vers.secundo principaliter,lib.3.dicens esse communem Doctorum opinionem. Capic.decis.180.num.8. vers.prima difficultas, & Clar. pariter de communi atte stans in §.donatio,q.12. in prin.nu.1.quod adeo verum est, vt procedat etiam in donatione facta ecclesijs,pijs
3 locis,& pauperibus, nam & illis absentibus facta nullo pro eis acceptante, & nuntio,vel epistola non interueniente inualida est secundum glos.communiter approbatam in l.illud, C.de Sacrosi.eccl.vt tradunt Rom. cons.295. sub nume.1. Rub. Alexandr.cons.132.sub numero primo. Ruin.cons.13.num.10.& cons.37.nume.14.lib.4.& post eum Clar.in d.§.donatio, quæstione 12.in fin. num.6. versicu.item quæro, & Marsil. in l.si quis ne quæstio, sub nume.61. post vers.& ideo,ff.de quæstio.quæ conclusio fortius videtur locum
4 habere in casu præsenti, in quo donataria nunquam habuit notitiam donationis in vita donatoris,sed tantum post eius mortem, mediante tertia persona, quæ ipsam donationem inuenit inter alias scripturas donatoris,& ipse donatariæ tradidit,vt in themate dicitur, quo casu nō videtur posse sustineri dicta donatio sub superuenientem consensum Dominæ Franciscæ donatariæ per notitiam habitum a tertio proprio motu, & non de speciali commissione donantis, Roma.consil.295.sub numero primo, quicquid postea dicat in casu suo,Corn.consi.254 sub nume.2.lib.3. & expressius Capic. d.decis.180. sub allegato vers.prima difficultas,& Mars.in l.si quis ne quæstio nume.61. vers.& ideo,ff. de quæstionib. qui late insistit, & Clar.d. q.12.num.2.vers.scias tamen,vbi hanc dicit esse communem opinionem,quod eo magis procedit, cum donator post donationem superuixerit multo tempore, &
5 tradere dictam scripturam donatariæ potuerit, & non tradiderit, & proinde facile eum potuerit pœnitere factæ donationis. His accedat, quod acceptatio donationis facta per donatariam mortuo donatore non valet ad conualidandam ipsam donationem, etiam quod scriptura illa donationis per ipsum donatorem directa specialiter ad ipsam donatariam fuisset,& ca su ad eam non peruenisset, quia mortuo
6 donatore non potest dici, quod scriptura eius loquatur, vt in proprijs terminis tradunt Alexan.cons.14.num 9.lib.5.Ruin. consil.6.nume.6.& 7.libro primo.Rube. Alexandr.cons.132.in fin.Crauer.consil. 252.sub numero primo,& secundo.& latè Addent.ad Alexand.d.consil.14. vbi alios adducunt,quibus addunt Iacob.Mandel.de Alba,cons.266.num.28.vers.& in terminis,libro secundo,& respondent præ
7 fati Addent.ad l.bonorum, in fin. ff.rem. rat.haber. quæ in contrarium facere videbatur,quod loquitur in eo, qui gessit actū alieno nomine, vt eo mortuo possit is,in cuius fauorem actus est gestus,ratificare, quia actus in persona procuratoris ab initio est validus,sed vbi promissio fit absenti,nemine pro eo acceptāte,& nuntio, aut
8 epistola non interueniente, actus est nullus,quia nō fundatur in persona alicuius, ideo mortuo promittente non potest acceptari.Nec notata per Clar.in d.§.donatio,quæstione 13.in vers.primo ergo casu numero secundo, & in vers.tertius est casus, numero quarto, ad ostendendum,
9 quod potuerit sequi ratificatio donatariæ mortuo donatore videntur in hoc casu obstare, quia procedunt, quando pro absente stipulatus est Notarius,vt ibi patet, & propterea non possunt accommodari ad casum nostrum, in quo nec Notarius, nec alius pro absente acceptauit, Nec releuat etiam si diceretur,quod in causa dotis valeat donatio facta absenti nullo acce-
10 ptante,& nuntio,vel epistola non interueniente,l.fina.in principio, C.de iu.dot.l.vnica,§.accedit,C.de rei vxor.actio. Barto. consil.123.num.2.lib.1.& ibi Addent. ad eum,Castren.consil.92.numero secundo libro secundo, Alexan.consil.4.num 8.li. 2. & ibi Natt. in apostill. Deci.consil.35. nu.primo, Tiraquel.de priuileg.piæ caus. priuil.115.circa medium, vers.& in hanc partem. Quia respondetur,quod non sumus in donatione pro dote,de qua scriptura non loquitur, sed sumus in donatione
11 simplici,quia scriptura simpliciter loquitur de donatione,vnde de simplici intelligenda est,quia talis debet iudicari contractus,qualis in sua figura apparet,& talis esse intelligitur,qualis a contrahentibus denominatur Ale.cons.3.nu.1.li.1. Abb.cōs. 15.nu.3.& cons.49.sub nu.1.li.1.Cra.cōs. 20.in prin n.1.& seq. & in proposito dicit Soc.iun.cons.102.n.9. cum seq.li.2.quod
12 quando de donatione fit mentio in verbis

bis dispositiuis,dicitur fieri libera donatio quoniam a verbis contrahentium nō debet recedi,& secūdum hanc partem alias iudicaui hic Florētiæ de anno 1582.dum munere Auditoris, & iudicis primarum appellationum fungerer in causa D.Francisca Medices de Martinis cum Domin. Verio de Medicis,& litis consortibus, quam & nunc tanquam veram sequor. Nec ad maiorem prædictorum confirmationem omitto, quod adeo verum est in terminis nostris,quod acceptatio donationis mortuo donatore, per donatariam fieri non potuit,vt non desint,qui teneant id procedere etiam si Notarius interuenisset in donatione, & stipulatus fuisset pro donataria, quia licet Notarius tamquam publica persona possit pro alijs sti-
13 pulari,nullum tamen ius acquiritur illis, nisi sequatur ratificatio, quia ante subsequutam ratificationem nihil censetur actum, cum non sit coniunctus consensus vtriusque partis, prout requiritur in quolibet contractu, vt concludit Dec. consil. 226.num.9.& seq.& cons.247. sub nu.5. & 6.& consil.432.ad finem,sub num.26. & in l.contractus,num.22.& seq. versi.& ampliatur,ff.de reg.iur. & istud est, quod voluit Castr.consi.195.in 2.dubio,per totum,lib.2.& antea consil.171. col.2.& 3. versi.nec obstat si dicatur,& infra eodem lib.2. & nouissimè tradit Alba consi.266. nume.26.vers.nec quicquam,lib.2.plena apostilla ad Alex.consi. 31.sub num.16. in verbo vtilis,lib.6.dicens hanc hodie esse crebriorem opinionem, latissimè Tiraquel.in tract.de constit.possess.in 3.p.lim. 30.num.8.& plurib.seq. vers.sed & hanc, & infra, vbi etiam adducit dictam apostillam,& alij adducti per Cacheran.decisio.Pedem.33.num.1.& 2.Molin.in trac. de Hispanor.primogen.lib.4.cap.2.num. 69.& seq. Vinc.de Fran.decis.Neap.339. num.2.p.2.& alij relati per Antonin. Tesaur.decisio.Pedem.70.num.3. versic.secunda erit conclusio,vbi late super hoc insistit,quæ quidem ratificatio,vt effectum habeat,fieri debet re integra,& eo tempo-
14 re, quo adhuc negotium denuo fieri posset,si illud contrahentes facere vellent,vt tradit Barto.in l.bonorum per illum text. ff.rem rat.haber.in prima, & secunda oppositione,sequitur Dec.in locis citatis, & Alba vbi supra numer. 27. quod quidem nunc fieri non posset, cum iam mortuus
15 sit donator, qui amplius donare non potest, vt præfati Doctores considerant, et sentit etiam Cast.d.consi.195.in d. 2.dub. In qua re tamen non facio fundamētum, quia scio alios aliter tenere, et testari veram,et communem Doctorum sententiam esse, quod ex stipulatione Notarij ante acceptationem, et absque cessione quæritur ius, et actio irreuocabiliter ab-
16 senti, si non repudiet, contra promittentem Bald.consil.146.ante fi.num.8.lib.2. consi.238 ad fi.lib.5.Anto.de But.consil. 9.in 4.dub.vers.nec obuiat, et ibi plena appostilla, Alex.cons.31.num.16.lib.6.consil.53.num.5.lib.7.Deci.consil.293.col.2. sub num.2.vers.et licet, Corne.consi.139. in fi.num.6.lib.3.Crauett.consil.19.num. 11.in principio tertij dubij, et consil.252. num.2.versic.aduertendum,Tiraquel.d. limitatione 30.num.13.et sequ. versi.contrarium tamen,et iterum num.23.versic. sunt,et alij,et rursus num.49.et sequ.versicu.ex quibus vides,et infra, Clar.in §.donatio,quæstione 13.per totam,Cacheran. d.decisio.33.num.4.et seque. vsque ad fi. Anchar.quæstio.23.sub num.9.in fi.et numе.sequ.lib.2.et infiniti alij per prædictos pattes adducti quos recensere longum esset. Anno 1593.Florentiæ.

EPITOME.

Disceptatio lata circa pœnas a iure ciuili impositas secundo nubentibus, tam intra annum luctus, quam postea, & an omnes sublata sint hodie per ius Canonicum, an vero intacta remaneant illa, quæ fauorem filiorum prioris Matrimonij concernunt, & præsertim in eo, quod quicquid ex priori matrimonio, vel ex legato, vel aliter titulo lucratiuo consequutum fuit, reseruandum sit illis, & pariter quicquid ex bonis alicuius ex filijs eiusdem matrimonij ex successione acquisitum esset, & an communes sint tales pœnæ, tam masculis, quam fœminis secundo nubentibus, & quomodo, & qualiter

qualiter possint euitari, & de alijs in hac materia non inutilibus.

SVMMARIVM.

1 Pœnæ a lege ciuili impositæ mulieri, secundo nubenti, concernentes fauorem liberorum primi matrimonij, non sunt correctæ per ius Canonicum iuxta magis communem opinionem.

2 Mulier transiens ad secunda vota, quicquid de bonis primi mariti fuerit lucrata, reseruare tenetur filijs primi matrimonij.

3 Item quicquid per successionem consequuta fuerit de bonis filij primi matrimonij, alijs filijs eiusdem matrimonij reseruare tenetur, idem infra num. 8.

4 Pœnæ secundo nubentium non solum procedunt in muliere, sed etiam in viro, quia communes sunt.

5 L. fœminæ, C. de secund. nup. locum habet etiam in viro ad secundas nuptias conuolante, item infra nu. 8. vbi de communi.

6 Mulier, in omnibus casibus, in quibus mulier tenetur reseruare filijs primi matrimonij lucra, quæ habuit a prædefuncto marito; ijsdem omnibus maritus tenetur reseruare liberis primi tori quæcunque ad eum peruenta sunt de bonis prædefunctæ coniugis.

Item disp osita aduersus binubam mulierem ad virum extenduntur, ibidem.

7 Mulier, quæ extantibus ex prædefuncto viro liberis, transit ad secunda vota, priuatur proprietate omnium, quæ lucratiuo titulo ex bonis defuncti mariti ad se deuoluta sunt, & filijs primi matrimonij reseruare tenetur.

8 Idem iuris est in viro secundum communem opinionem.

9 Legatum, quod mulier consequuta est ex successione filij primi matrimonij tenetur reseruare alijs filijs eiusdem primi matrimonij, si transierit ad secunda uota.

10 Mulier, secundo nubens intra annum luctus, de iure ciuili amittit quicquid a priori viro consequuta fuit in vltima voluntate, vel inter viuos.

Et ibidem, quod iure Canonico sublatæ sunt omnes pœnæ secundo nubentium infra annum luctus.

11 Mulier, secundo nubens infra tempora luctus, non priuatur acquisitis a prædefuncto marito, & ab hac opinione tanquam communi non est recedendum.

12 Et tunc potissimum quando non nubit intra illud tempus, in quo sequi posset incertitudo partus propter commixtionem sanguinis, & seminis primi, & secundi mariti.

13 Illud autem tempus intelligitur de tribus, aut quatuor mensibus, & ita aiunt Florentiæ seruari.

14 Mulier mortuo viro potest quandocunque nubere, etiam intra dictum tempus trium mensium; quinimo intra solum mensem secundum aliquos.

15 Prolis incertitudo. Admodum rationabile est, quod euitetur periculum incertitudinis prolis; & quod ideo mulier post mortem viri non statim transeat ad secunda vota.

16 Nubere statim. Cum dicimus, mulierem mortuo marito posse statim nubere, locum habere posset in casu occurrenti, data senectute, & longa infirmitate mariti, quia cessat ratio turbationis sanguinis.

17 Nuptiæ. Secundarum nuptiarum festinatio tunc intra annum luctus permissa est, quando non potest sanguis commisceri, vt quia mulier est senex, non faciens filios, vel maritus per annum absuerit.

18 Mulier consulit Do. Auctor, vt festinanter non ineat secundas nuptias, tùm ob propriam existimationem, tum ob periculum ex varietate opinionum.

19 Ius Canonicum corrigens ius ciuile in pœnis indictis contra secundo nubentes intra annum luctus, seruandum est etiam in foro ciuili, & in terris Imperij.

20 Idque etiam si statuto caueretur, quod in causis ciuilibus decidendis ius ciuile sit seruandum.

21 Mulier siue nubat intra annum luctus, siue post, remanet sub pœnis fauorem filiorum respicientibus, idque etiam de iure canonico.

22 Mulier, quæ nubit ante annum luctus, non debet esse melioris conditionis, quam illa, quæ eo lapso contrahit nuptias.

23 Pœnæ a iure ciuili impositæ contra secundo nubentes, fauorem filiorum respicientes, non sunt sublatæ per ius canonicum, sed adhuc obseruandæ sunt, iuxta communem opinionem.

24 Mulier transiens ad secunda vota etiam post annum luctus tenetur reseruare liberis primi matrimonij acquisita de bonis primi mariti, solo vsufructu in vita retento, & omni alienatione penitus interdicta.

25 Et huic dispositioni non fuiße a iure Canonico derogatum affirmant in specie Doctores hic relati.

26 Eademque dispositio procedit non modo extantibus ex primo matrimonio filijs, sed etiam nepotibus, vel alijs liberis vlterioris gradus susceptis ex dictis filijs.

27 Liberorum appellatione veniunt nepotes, & pronepotes, & cæteri ex filijs descendentes.

28 Pœnæ ad fauorem liberorum prioris matrimonij inductæ, vt locum habeant, non sufficit, filios extare tempore, quo mater secundo nubit, nisi etiam extent tempore eius mortis, quia si ante decederent, ius istud non transmitterent ad hæredes.

Fallit si in eorum vita de hoc conquesti fuissent, alioquin non conquerendo, tacite videntur talibus nuptijs consensisse, ibidem.

L. fæ-

29 *L.fœmina,& l.generaliter,C.de secun.nupt. & §.si vero expectet, in Authent. de nupt. procedunt in muliere transeunte ad secundas nuptias relictis filijs communibus cum viro prędefuncto.*

30 *Mulier,quæ nullum ex priori matrimonio suscepit filium, potest secundo nubere absque metu alicuius pœnæ,cum cesset causa prohibitionis, quæ est amor filiorum.*

31 *Pœnæ contra mulierem secundo nubentem non habent locum, quando ex priori matrimonio non habet prolem, licet vir haberet liberos ex praambula vxore.*

32 *Iniuria, quæ propter transitum mulieris ad secunda vota fieri dicitur filijs præcedentis matrimonij,non est in consideratione.*

33 *Donatio remuneratoria propter benemerita, & seruitia percepta per virum ab vxore, vel recompensationem iuuentutis ipsius vxoris, vt quia erat adolescentula, vir autem senex, excipitur a dispositione l.fœminæ,C.de sec.nupt.*

34 *Merita vxoris erga virum probare oportet, & non sufficit assertio,cum inter eos prohibita sit donatio.*

35 *Talia autem merita debent esse officialia videlicet ex superabundanti caritate prouenientia, & non obsequialia tantum.*

36 *Item debent esse respondentia donationi.*

37 *Donatio recompensatiua iuuentutis vxoris iusta reputãtur,etiam cessantibus alijs meritis. Id quod videtur intelligendum, quando est facta tempore contracti matrimonij, & non postea,ibidem.*

38 *Mulier transiens ad secundas nuptias cum licentia uiri, quæ legitime probetur, euitat omnem pœnam.*

39 *Quæ quidem licentia non est necesse, quod fuerit data in testamento, uel alia ultima uoluntate;sed sufficit,quod aliter, vel inter uiuos concessa sit.*

40 *Maritus non potest dare licentiam uxori, quod nubat intra annum luctus, quia dicitur esse contra bonos mores secundum aliquos.*

41 *Sed contrariũ uerius est,& efficacius probatur.*

CONSILIVM CLXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN quæstione agitata in Curia Magnifici Domini Capitanei Saxi Simonis visis scripturis ad me transmissis, & illis maturè consideratis putaui de iure respondendum ad fauorem agentium, vt bona peruenta ad eorum patrem ex hæreditate eorum matris vigore legati eidẽ per ipsam facti spectent ad ipsos tanquam filios dictæ coniugis, a qua ea consequutus fuit,exclusis pænitus filijs eiusdem patris ex alia vxore postea susceptis, quoniã 1 indubitati iuris est, quod pœnæ a lege ciuili impositę mulieri secundo nubenti cõcernentes fauorem liberorum primi matrimonij non sunt correctæ per ius canonicum, sed adhuc vigent, & hodie obseruari debent, vt est opinio Innoc.in c.fina. extra de secun.nupt.quam ibi sequuntur, & communem dicunt Hostiens.Ioannes Andr.Henric.Boic.Anton.de Butr.Abb. Panormit.& Præposit.Alexand.Idem firmant Abb.Aret.Fel.& Dec.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitur. qui pariter dicunt esse communem,& ab ea iudicando & consulendo non esse recedendum,licet alia opinio, de qua ibi per eos, sit forte in puncto iuris verior, eandem sententiam veluti magis communem,tam legistarũ, quam canonistarum, a qua in consulendo, & iudicando non sit recedendum, & contra quam velle tenere esset temerariũ latissime firmat Ioan. de Garronib. in repetit.l.1.C.de secund.nupt.num.133.versic.aliæ vero pœnæ,post Barto.Bal. Ang. Alberi.Fęder.de Sen.Anchar. Fulg. Sali. Signorol.Soci.Corne.Ludouic.Bologni. & alios per eum citatos, quibus addi possunt alij citati per Gab. titulo de sec.nupt. conclusio.6.per totam,& vltra eos Grati. consil.35.nume.11.lib.primo,Afflict.decisio.75.num.5.& Couarruu.lib.4.Decretalium, titulo de sponsal.& matrimon. in 2.par.cap.3.§.9.numero quinto, versi.verum hoc, & hanc esse opinionem ab omnibus approbatam, & canonizatam dicit Deci. consilio 230. in primo dubio, in principio.

Inter quas quidem pœnas hæc vna est quod mulier transiens ad secunda vota, 2 quicquid de bonis primi mariti fuerit lucrata,filijs primi matrimonij reseruare tenetur, vt probat text.in l.fœminæ, & in l. generaliter,C.de secund.nup. & in §.si vero expectet, & in §.nec illud quoque nobis,in authen.de nuptijs,& in authen. neque virum,quod ex dote,&c. per totum, & in §.hoc autem, in authenti.de non eligend.secund. nubent. & tradunt Oldrad. consil.33.in 2.dub. Fulgos.cons.49.col.3. sub num.3.vers.nam & transiens,& consil.63.col.3.sub num.2. vers.diuersam tamen sententiam, Cor.cons.309.col.antepe.& infra sub num.2.lib.3.Gab.ti.de sec. nup.conclusio.1.in prin.num.1. Couarr.

d.§.9.nume.7. vers. tertio hinc apparet, in principio.

Imo,& quicquid fuerit consequuta de bonis filij primi matrimonij ex successio 3 ne illi facta, alijs eiusdem matrimonij filijs defuncti fratribus reseruare tenetur, vt est tex.in d.l.fœminæ,§.illud, C.de sec. nup.& tradunt expresse Ang.in authe. de nup.§ hinc nos,ad fin.& in auth.ex testamento,post prin.C.de sec.nup. Grat.consil 35.num.10.& sequen.in 2 col. lib.primo,Ruin.consil.113.col.fi.num.7.libr.2. Gab.d.tit.de sec.nup.conclusio.3. in principio,num. 1.& 2.

Quæ quidem pœnæ secundo nubentium non solum procedunt in muliere, 4 sed etiam in viro, communesque sunt, tã masculis, quam fœminis secundo nubentibus,vt tradit Gab.d tit. de sec.nupt.conclusio.7.in prin.& ante eum Oldrad.consil.33.in 2 dub.num.3. Rom.consi.182.in primo dubio,num primo. Grat.consi.35. num. 12.lib.primo. Boer.decisio.187. per totam,& est text.in l.generaliter, in princ. C.de sec.nup.in § si vero expectet,in versi.& hæc communis mulieris,& viri mulcta sit posita,& in § nec illud quoque nobis ibi hoc ipsum, & in patribus,sit secundas nuptias facientibus,in auth.de nup. & in auth.neque virum,quod ex dote,&c.in rubro, & in nigro per totum,& in §. hoc autem,in versi quia vero contra binubos pœnæ communes, & viri sunt, & mulieris, in authentic. de non eligend. secund. nubent.

Et specialius loquendo, quod dispositio d.l.fœminæ,C.de secund nup.volens, 5 quod mulier transiens ad secunda vota quicquid ex facultatibus primi viri titulo lucratiuo consequuta est, teneatur moriens liberis communibus illius prioris matrimonij reseruare, locum etiam habeat in viro ad secundas nuptias conuolãte probat tex.in d l.generaliter, C.de secu nup.in prin.& in § si vero expetet,& in §. nec illud,in auth.de nup. & in §.hoc autẽ, in auth.de non eligendo secund. nubent. & in §.primo,& per totum,in authen.neque virum, quod ex dote, & tradunt Oldrad d.consil.33.in 2.dub. Rom.consilio 182.in primo dubio,numero primo, Rip. in d.l.fœminæ,in prima quæstio.numero primo,& secundo,qui id late probat,& latius prosequitur Io.Nicol. Arelatan. in repet.d l.generaliter, in prin.num. 1. 2. & seque.concludens generaliter,quod in omnibus casibus,in quibus mulier tenetur re 6 seruare filijs primi matrimonij lucra,quæ habuit a prædefuncto marito ijsdem omnibus versa vice maritus tenetur reseruare liberis primi tori quæcunque ad eum peruenta sunt de bonis prædefunctæ coniugis,ita vt idem ius sit in lucris peruenientibus ex primo matrimonio ad virum secundo nubentem, quod est in illis, quæ perueniunt ex primo coniugio ad mulierem,quæ secundo nubit, dispositaque aduersus binubam mulierem ad virum extendantur,& idem firmat idem Io. Nico. Arelatan.in eadem l.generaliter,in 2.quęstio nume. 11.vbi ait,quod sicuti mulier, quæ extantibus ex prædefuncto viro libe- 7 ris transit ad secunda vota, priuatur proprietate omnium, quæ lucratiuo titulo ex bonis defuncti mariti ad se deuoluta sunt,& filijs primi matrimonij reseruare tenetur, ita & maritus ad secũdas nuptias conuolando extantibus liberis primi coniugij lucra ex eo consequuta illis reseruare tenetur,& quod ista est communis cõclusio, & probatur ex litera illius textus, & aliorum iurium supra allegatorum, idem voluerunt Oldrad d.consi.33.in 2.dubio,num. 3.Rom.d.consil.182. post principium,Grat.d.consil.35.colum. 2. num. 12.lib.primo. Aret.consil.72.in 2.dub.nu. 3.Boer.d.decis.187.& plures alij relati per Gab.d.tit.de sec.nup.conclusio.1. num. 2.vers primo amplia,& post eum per Couarru.loco citato,num.7.vers.tertio hinc apparet,vbi ex aliorum mente testatur de communi, sic & dispositio eiusdem l.fœminæ,in §.illud,C.de sec.nup. quod mulier transiens ad secunda vota tenetur reseruare alijs filijs ex primo matrimonio, quæsita ex successione alicuius ex dictis 8 filijs ad virum extenditur; vt & ipse teneatur reseruare alijs filijs primi matrimonij quæ ex successione vnius ex illis prædefuncti ad ipsum peruenerunt, voluit Glo. in d. §.illud, in glo.fina. quam ibi sequuntur Bart.& latius Salyc. Oldrad. & Rom. in locis supra adductis. Aret.consil. 72. in secundo dubio,num.3. Corne.consi.242. num.2.& 6.lib.2. Dec.consil.87.nume.3. & consil.230.in primo dubio per totum, inquiens esse communem opinionem, a qua nullo modo in consulendo, & iudicãdo non sit recedendum. Grat.d.consi.35. col.2.num.10. & 12.lib.primo, Rip.dicẽs ita communiter teneri in d.§.illud,in principio numero primo, Ioan. Hiuol. Arelatan. in d.repetit.d.l.generaliter,quæst.3. num. 12.& seq.dicens esse communem opinionem,quam ex pluribus probat Ruin.consil.20.num.4.5.& consil.37.nume.3.& 9. lib.3.& consil.58.numero 1.& 3.lib.5.& quamplures alij, quos refert, & sequitur

Gab.d.titu. de ſecund. nupt. concluſio.3. num.3. verſ primo amplia, & in proprijs terminis legati eſt text.clarus in d. §. ſi ve-9 ro expectet,in authent.de nupt.in verſ. & hæc ſancita ſunt,ibi aut etiam ex teſtamẽto,aut mortis cauſa donatione, ſiue inſtitutionis ſit pars, ſiue legatum, ſiue fideicommiſſum,& in legato punctualiter loquuntur Oldrad.conſil.33 in ſecundo dubio,numero tertio. Fulgoſ.conſil.63.col.3.num.ſecundo,verſicu diuerſam tamen ſententiam,& Roman.conſil.182. in primo dubio, ſub numero primo. Anno 1593. Florentiæ.

Et quoniam poſtea in hac materia pęnarum impoſitarum a lege ciuili ſecundo nubentibns, præſertim vero mulieribus, & intra annum luctus id facientibus habui in contingentia facti dicere, quid de iure ſentirem, placuit ea ſcripta hic ſubijcere cum vera mihi videantur, & non raro in facto eueniant,& ſunt infraſcripti tenoris ad literam videlicet

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

DVbitationes ſubtiliter excitatę per egregium Iure Conſultum Domi. Belliſarium Paraſacchium compatriotam, & tanquam fratrẽ honorandum, & ſi prima facie multum vrgere videantur, diligenter tamen conſideratæ non taugunt punctum difficultatis,quæ oriri poteſt circa bona donata per virum vxori, quę vult tranſire ad ſecunda vota, cum reſpiciant tantummodo tempus anni luctus,& agãt de priuatione commodi prædictorum bonorum donatorum,& nihil dicant de nuptijs, quæ dicto anno elapſo ſequerentur, quo tempore aliæ extant iuris pœnæ cõntra ſecundo nubentes, quæ & in tempore dicti anni lugubris procedunt, & magis timendæ videntur, quam quæ de priuatione prædicta loquuntur, vt ex infra dicendis apparebit, propterea ego vtrumque tẽpus attingendo dicam breuiter quid in vno quoque iuridicum mihi videbitur, & circa primum dico, quod etſi mulier ſecundo nubens intra annum luctus de iu-10 re ciuili amittit quicquid a priori viro cõſequuta fuit.in vltima voluntate, vel inter viuos,l.1.& 2.C.de ſec.nup.& §.primę ſiquidem, in auth.de nupt & vbique not. gloſ. & Doctor. tamen de iure canonico ſecus eſt, cum per illud ſublatæ ſint omnes pœnæ ſecundo nubentium intra annum luctus, de quibus in dictis legibus per dictum Apoſtoli,de quo in cap.penu. & fina.de nup. quod mulier mortuo viro nubat in Domino,vt poſt infinitos Doct. tradit Gab.in titu.de ſecund.nupt.concluſio.5.numero primo,& vltra eos Alexan. conſil.3.num.12.verſ.poteſt etiam,in fin. libro ſeptimo, Afflict.deciſio.75. in fi.nume.6. Boer.deciſio.186.ſub nume.2.& 3. poſt verſ.tamen Ioan.de Garo. Angel.de Peruſ. in authe.de non eligend.ſecund.nubent.ſub nume.6,verſi. oppono contra iſtud,Tiraq. in repet.in l boues, §.hoc ſermone,in reg.nu.160.ver.an autem huiuſmodi pœnæ,ff.de verborum ſignificatio. Couarruu.lib.4.decretalium, de ſponſalibus,& matrimon.in ſecunda parte, cap.3. § 9.numer.4.5.verſ.ex his etiam conſtat, Barto.in l.decreto,in fi.ca.ex quibus cauſ. infam.irrogetur,& in l.prima, in fi. & ibidem Bald.in 2.lect.etiam in fin. & poſt illos Salyc.num.7.& Dec.in rub. C.de ſec. nupt.ſub numer.6.verſ.ſed videndum, & nouiſſimè Didac. Spin. in Specul. teſtam. gloſ.14. de legato. ſub conditione relicto num.99.verſic. ex qua authoritate, & alij, qui conſulto omittuntur, ex qua concluſione infertur, quod hodie mulier ſecun-11 do nubens infra tempora luctus non priuatur acquiſitis à prædefuncto marito, vt poſt Federic. de Sen. Capr. Caſtr. Rip. & Ioan.de Garon.firmat Gabr. d.concluſ.5. num.2.verſic.infertur igitur, quod etiam ſpecialiter tradiderunt Boer. d.deciſ. 186. ſub num.2.& 3. Corne. conſil.308. in fin. lib.4.Crauet.conſ.36. poſt principium, & Couaru.loco citato ſub nume.5. verſ.quo fit vt fęmina, quæ opinio, & ſi contradictores aliquos habet, vt per Gabr. d. concluſ.5.num.3. verſ. contrarium, vbi alios refert, quibus addũtur Boer. d.deciſ.186. in princ.ſub num.1. Iaſ.in l. ambiguitates in primo notab.num.2.C.de Indict. viduitate tollenda.& Addent.ad Salyc.in l. prima, C. de ſecund. nupt. ad finem primæ apoſtillæ,& alij Addent.ad Alex.d. conſil. 3.ſub num.12.in addit. in verbo aliud litera e.lib.7. tamen recedendum non eſt ab ea, veluti communi, vt ſubdit Gabr. loco citato num. 4. & fatentur Addent. prædicti ad Alexan.& Deci.in d.verſ. ſed viden-12 dum, ſaltem quando mulier nimis properè non feſtinaret ad ſecundas nuptias, & intra tempus, in quo ſequi poſſet incertitudo partus propter commixtionem ſanguinis & ſeminis primi & ſecundi mariti per ea,

ea, quæ notat Gabr. d. conclus. quinta, numero 5. vers. primo, limita, vbi refert alios idem tenentes, quibus adduntur Boer. d. decis. 186. sub num. 2. & 3. & Capra consil. 70. num. 11. versic. & hanc opinionem, & Couar. d. §. 9. sub num. 5. ad fin. post vers. quo fit vt fœmina, Quod tēpus de tribus, aut quatuor mensibus intelligendū esset,
13 cum postea cesset ratio turbationis sanguinis, & seminis primi, & secundi mariti secundum Bal. in d. l. prima in prima lect. C. de secund. nupt. numero 21. versic. modo quæro quæ sit ratio finalis, qui, dicit ita Florentiæ seruari, & notāt etiam Boer. & Capr. in locis citatis, qui tamē si bene considerentur, non videtur huic opinioni adherere, sed imo contrarium tenere, quod
14 scilicet quandocunque mortuo viro possit nubere etiam intra dictum tempus, in quam opinionem inclinant alij adducti per Gabr. d. conclus. quinta in prima limit. sub num. 5. versic. contrarium tenet, & non iniuriter Couarr. supra citatus, qui loquitur de solo mense, quibus certè difficile esset assentire, cum admodum rationabile videatur, quod euitetur periculum incerti-
15 tudinis prolis, de qua re alias maximā de facto ortam fuisse quæstionem recenset Boer. d. decis. 186. sub num. 3. ad fin. versic. nec reperi aliquem, licet forte in puncto iuris eorum sententia præualeat per rationes potissimum relatas à Capra, quæ mihi admodum placent & quibus magis de pla-
16 no locus dari posset in casu occurrēti propter senectutem, & longam infirmitatem mariti, ex quis cessat ratio turbationis sanguinis, vt per Addent. ad Salyc. in d. l. prima C. de secund. nupt. in prima addit. & antea per Ioan. Andr. in cap. fin. sub num. 5. de secund. nupt. dicentes quod tunc indubitāter permissa est secūdarum nuptiarum festinatio intra annum luctus, quando nō potest sanguis commisceri vt quia
17 mulier est senex nō faciens filios, vel quia maritus steterit per annum à longinquo, & postea mortuus fuerit, nisi dicamus cum Bald. in d. l. 1. in prima lect. num. 21. versic. modo quæro quæ sit ratio finalis, quod alia etiam ratione prohibita sit hæc nuptiarum secundarum festinantia secundum legistas, de qua tamen parum curan-
18 dum videtur vt à iure canonico reprobata, vt ibi per ipsummet Bal. qua mis non consulerem mulieri, vt ita festinanter secūdum duceret virum tum ob propriam existimationem tuendam, tum ob omne periculum fugiēdum ex varietate opinionum Doctorum.

Quod quidem ius Canonicū dicta pœnas iure ciuili introductas cōtra mulieres intra annum luctus secundo nubentes tollens, ipsumque ius ciuile corrigens circa.
19 priuationes eorum, quæ mulier sic nubēs à defuncto viro habuit, vt supra probauimus, locum habet, & seruandum est non solum in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ, sed etiam in foro ciuili, & in terris Imperij, vt notat Couarr. d. § 9. sub numero 5. circa medium vers. sed cum recepta in prima illatione, & ante eum Dec. in d. rubr. C. de secund. nupt. post versicu. sed videndum, & pulcrè ostendit Capra. d. consil. 70. nume. 12. & sequ. versicu. nec obstat statutū vbi latè hoc probat, etiam stante statuto, quod in causis ciuilibus
20 decidendis ius ciuile sit seruandum & est certissima sententia, & sine contradictore, Bene verum est, quod cū à iure canonico festinantiæ tātum penæ sublatæ sint, & non aliæ contra secundo nubentes, quæ fauorem filiorum respiciunt, vt in secundo dubio videbimus, mulier secundo nubens intra annum luctus subijcitur dictis
21 penis fauorem filiorum respicientibus, quemadmodum subijcitur, quæ eo elapso nubit, nec in hoc retenta opinione ex iure canonico firmata aliqua est differētia, an nubat secundo intra annum luctus, an vero post annum, sed vtroque casu remanet sub eadem pena, nec quæ nubit ante annum luctus, debet esse melioris conditionis illa, quæ eo elapso cōtrahit nuptias Bald. in d. l. prima in prima lect. qu. 1. sub num. 19. ibi sed Innoc. dicit & in d. l. gene-
22 raliter etiam in prima lect. sub num. 1. ad fin. ibi. & hæc sanctio & sentiunt omnes de quibus in d. 2. dubio dicemus.

Circa vero secundum dico, quod cœteræ pœnæ iure ciuili impositæ contra secundo nubentes fauorem filiorum respicientes per ius canonicū sublatæ non fuerunt,
23 sed imo adhuc durant, & obseruādæ sunt, Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 12. versic. secunda conclusio de constitutionibus consil. 87. num. 3. versicu. restat ergo, consil. 230. in primo dubio nume. 1. & in d. rubr. C. de secund. nupt. sub num. 6. versic. sed videndum, dicens vbique esse communem opinionem & plures alij relati per Gabr. d. tit. de secund. nupt. cōclus. 6. num. 1. quibus adduntur Bart. in d. l. 1. C. de secund. nupt. in fin. & ibidem Bald. in secunda lectura etiam in fin. quicquid in prima lectura dixerit sub nu. 17. & seq. in prima quæstione, & Salyc. ad fin. nu. 8. Ang. de Perus. in d. Auth. de nō eligend. secundo nubent. sub num. 6. versic. oppono contra istud ad fi. Alex. cōsil. 3. nu. 12.

versic. potest etiam lib. 7. & antea consil.
66.num.7.vers.attamen lib.3. Afflict.d.de
cis.75.num.5.versic.an autem,vbi attesta
tur de communi, Crauet. consilio 36.
post principium Couar.d.§.9. numero 5.
post versic.verum hoc intelligendum est,
qui itidem hanc esse communem opinio-
nem fatetur, & Didac. Spinus d. glos.14.
num.100.vers.secus vero,Ex qua conclu-
sione insertur, quod mulier transiens ad
24 secunda vota etiam post annum luctus,
quicquid titulo lucratiuo de bonis primi
mariti consequuta fuerit, moriens debet
reseruare liberis primi matrimonij, solo
vsufructu in vita retento, & omni aliena-
tione pęnitus interdicta ex dispositione le
gi feminę & legis generaliter C. de secūd.
nupt. & §. si vero expectet in authen. de
nupt.Boer.decis.185.num.7.& plur.sequ.
versic.& non solum,Deci.in d. rubr.nu.7.
versic.& retenta,Gabr.plures adducens d.
tit.de secund.nupt.conclus.prima in prin-
cipio,cui quidem dispositioni à iure cano
25 nico derogatum nō fuisse affirmat in spe
cie Gabr.d.tit.de secund.nupt.conclus. pri
ma num. 18. versic. Duodecimo amplia
post Guid.Papę in cons.per eum allegato,
& vltra eum Deci.d.cons.87.num.3.vers.
restat ergo & consil.230.nu.1. versic. hoc
præsupposito, & in d. rubr. C. de secund.
nupt.num.7.versic.& retenta,Alex. cōsil.
16.num. 7. versic. attamen attento lib.3.
Angel. de Perus.in d.auth.de nō eligend.
secund.nubent.in princip sub nu.9.versic.
punitur etiam mulier & nouiter Couaru.
d.§.9.nu.7.versic. tertio hinc apparet,qui
tamen prædictos non allegat & procedit
non modo extantib. ex primo matrimo
26 nio filijs,sed etiam nepotibus,vel alijs libe
ris vlterioris gradus susceptis ex dictis fi-
lijs,Gabr.d. conclus.prima,num.8. versic.
tertio amplia,& ante eum latè tradit Dec.
d. consil.87. sub num.3. & 4. versic. circa
hoc tamen & videtur probari in d.l.Gene
raliter,quæ loquitur de liberis,quorum ap
pellatione veniunt nepotes,& pronepotes
27 & cęteri ex filijs descendentes.l.liberorū,
ff.de verb. signific. & ibi scribētes omnes
notant,quos nihilominus non sufficit ex-
tare tempore, quo mulier secundo nubit,
28 nisi etiam extent tempore eius mortis,
cum si antea decederent, ius hoc ad hære-
des non transmitterent, vt est text. in §.
quoniam infirmas in auth. de nupt. & la-
tè ostendit Gabr. d.conclus. prima, num.
23.versic. secundo amplia, nisi in eorum
vita de hoc con quæsti fuissent, vt subijcit
28 ibidem Gabr num.26.versic. tertio limi-
ta, quasi quod non conquerendo tacitè

videantur talibus nuptijs consensisse, vt
eodem loco subnectit Gabr. numero 37.
versic. primo amplia & istud est dubium,
quod oriri potest cōtra dictam mulierem,
quæ ad secundas vult conuolare nuptias
mortuo viro, à quo validam inter viuos
donationem habuit quingentorū aureo-
rum, cum dictus vir ex alia priori vxore
plures ex filia neptes superstites reliquen-
rit, quasi quod quocunque tempore nu-
bat, siue intra annum luctus, siue postea
res donatas dictis Neptibus reseruare te-
neatur, nec de eis disponere valeat vltra
id, quod sibi ratione solius vsusfructus,
qui sibi in vita remanet,iure permittatur,
vt ex prædictis apparet, quam tamen diffi-
ficultatem clarissimè,ni fallor, ex infrascri
ptis tolli posse existimo.

Primo,quia dispositio d.l.fœminæ, d.l.
generaliter, & d.§.si vero expectet,proce-
dit in muliere,mortuo viro,transeunte ad
secundas nuptias, relictis filijs, seu liberis
ex eo matrimonio susceptis, & sic com-
29 munibus cum viro prædefuncto, Ita pro-
bat d.lex feminæ in illis verbis, quæ susce-
ptis ex priore matrimonio filijs, & paulo
infra ibi integram ad filios, quos ex præce
dente coniugio habuerit, & d.lex genera-
liter in illis verbis mulierem: liberis com-
munibus,& d.§.si vero expectet,in vers.si
vero sit soboles,& filios ex hoc ex honora
tos viderit. Nec procedit, quando ex eo
matrimonio nullum cum prædefuncto vi
30 ro ipsa mulier suscepit filium, prout eue-
nit in casu nostro, quia tunc potest secun-
do nubere absque alicuius metu pœnæ, cū
cesset causa prohibitionis,quæ est amor fi
liorum. Ita in indiuiduo dicit glo.in d.l.fę-
minæ,in verbo filijs, per tex.in d.§.si vero
expectet,vbi apertis verbis probatur,quod
mulier transiens ad secunda vota post tē-
pora luctus nullas penas patitur, si ex pri-
mo matrimonio soboles nulla superest,
& ita notat ibi Angel.de Perus. in summa
rio, & ita etiam tenere Odofred.in d.l. fę-
minæ,in figuratione casus,& Ripam in 3.
quæstio. refert Gabr. d.conclusio.prima,
num.21.versi.secundo limita,& ita etiam
reperio tenuisse Dec.in cap. Ecclesia San-
ctæ Mariæ,nume.124. vers.item intelligi-
tur,vbi punctualiter dicit, quod commu-
nis opinio,de qua supra,quod pęnæ secun-
do nubentium respicientes fauorem filio
rum non sint sublatæ,intelligitur extanti-
bus filijs eiusdem matrimonij,alias secus,
& allegat Alexan.in consil.63. lib.2. quod
reperitur in quinto volumine,prout idem
Dec.congrue allegat in d.rub.ad fi.vers.&
supradicta locum habent, & incipit d.con

filium

filium Alexand. in dubitatione præmissa, vbi num. 2. & sequen. vsque ad finem hoc clare colligitur, quod forsassis est etiam illud eiusdem Alexan. consilium 45. in primo libro allegatum per Ripam, vbi supra num. 4. quod non reperij: sententiam eandem probant Bald. in summario d. l. fœminæ, in prima lectu. dum loquitur de communibus liberis. & verbis rotundis in 2. lectu. nume. 3. versicu. item nota dicens formaliter, item nota, quod quando mulier
31 quæ secunda nubit, non habet ex illo matrimonio prolem, non habent locum pœnæ, licet ille vir haberet liberos ex præambula vxore, & ibidem Salyc. in prima quæstione, sub numero primo, inquiens, quod si mulier liberos non haberet, dispositio illius legis cessaret, & idem Bald. in d. l. generaliter, in prima lectura, in summario, dum loquitur de luctis primi matrimonij reseruandis per secundo nubentem filijs eiusdem matrimonij, & Crauet. d. consi. 36. in fi. qui clare loquitur, & est verissima opinio, quia cessat ratio prohibitionis, vt dicunt glos. & Rip. nec consideratur iniuria, quæ propter transitum ad secunda vota
32 fieri dicitur filijs præcedentis matrimonij, propter quam secundo nubens pœnas incurrit, vt per Roma. consil. 219. num. 3. versic. & huius est ratio, per Dec. consilio 206. num. 4. vers. & ibi rationem adducit, & per Tiraquell. in d. l. boues, d. §. hoc sermone in regula num. 145. vers. adde quod nostris legibus, & hoc solum sufficit ad tollendum prædictum dubium, quia vt dicit Rip. omnes in hoc concordant.

Secundo, quia dictorum iurium dispositio non vendicat sibi locum in donatione remuneratoria propter benemerita, &
33 seruitia percepta per virum ab vxore, & ob causam, videlicet in recompensationem iuuentutis ipsius vxoris, quæ erat adolescentula, uir autem senex, vt pulcrè tradit Rip. in d. l. fœminæ quæst. 17. num. 38. & plurib. sequ. quem sequitur Gabr. d. conclus. prima, num. 43. uersic. nono limita, & num. 52. uersic. 17. limita, Boer. decis. 185. sub num. 10. post uersic. & intellige prædicta, licet quoad merita, & seruitia
34 opus esset eorum probatione, quia non sufficit ipsorum assertio, cum simus inter personas, inter quas prohibita est donatio iuxta tradita per Tiraque. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus, num. 87. et sequen. C. de reuocand. donatio. & per Cla. in §. donatio, quæstio. 3. num. 2. versic. sed hic occurrit, & talia merita, & seruitia debeant esse artificialia, & officialia ex super
35 abundanti caritate prouenientia, & non obsequialia, quæ tanquam debita non exposcunt remunerationem, vt per Rip. ibi, num. 41. & debent etiam esse responden-
36 tia donationi, vt ibi per eum, & per Clar. d. quæstio. 3. nume. 3. versic. sed numquid, quibus tamen cessantibus sustineretur ex causa allegata recompensationis iuuentutis, quæ iusta reputatur, vt per Rip. vbi su-
37 pra numer. 44. & facit Clar. d. §. donatio, quæstione 9. num. 5. versicu sed pone, qui tamen videtur hoc restringere, quando est facta tempore contracti matrimonij, & non postea.

Tertio, quia sufficit mulieri habere licentiam viri transeundi ad secundas nuptias, eamque legitime probari posse cum
38 per eam omnis pœna euitetur, Rom. late cons. 219. sub num. 1. & plu. seq. Boer. decis. 113. nu. 6. vers. 1. quando mulier, & d. decis. 185. nume. 21. & seque. vers. quarto limita, Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 123. versic. & ista communis opinio, & in d. rub. de sec. nup. sub nume. 7. & 8. vers. & licet pœnæ statutæ, vbi late insistit, & indubitanter procedere ait Gabr. plures alios referens, d. conclusio. prima, num. 29. ver. sexto limita, & d. conclusio. 5. num. 10. vers. tertio limita, & d. conclusio. 6. num. 2. versic. primo limita, Rip. in d. l. fœminæ, quæstione 11. num. 22. & pluribus sequent. vbi post disputationem ad partes dicit esse veriorem sententiam, & seruari. Et quamuis Ias. consil. 53. sub numero primo, versi & primo præsuppono, ad fin. lib. primo, quem sequitur Gabr. d. conclusio. prima, numero 31. vers. declara id procedere, velit hanc licentiam præ-
39 standam esse per vitum in testamento, vel alia vltima voluntate, et satis non esse fuisse datam inter viuos, nihilominus contrarium verius videtur, quod sufficiat etiam aliter concessa vt per Boer. d. decisi. 185. numer. 21. vers. quarto limita, & sentiunt alij indistincte loquentes, nec Ias. aliquid allegat, quod vrgere videatur. Nec dicendum est talem licentiam non prodesse, quando mulier nubit intra annum
40 luctus, quasi quod maritus non sensetit de talibus nuptijs, nec si sensisset, potuisset dare licentiam, quæ contra bonos mores dicitur, vt per Roma. d. consil. 219. in principio, & per alios adductos per Gabr. d. conclusio. prima, num. 32. ver. primum sublimita, quibus addo Boer. d. decis. 185. nu. 26. vers. & prædictæ limitationes, quoniam respondetur, quod contrarium tenuerunt Castr. Ludouic. Bolognin. & Io. de Garon relati per Gabr. d. conclusio. 1. num. 34. vers. contrarium in hac sublimi-

tatione,& vltra eos Rip.in d.l.fęminæ, q. 13.nume.27.& 28. dicens hoc esse verius propterre missionem iniuriæ, Deci. in d.rubr.sub num.8.versic. & conclusio su pradicta,Boer.d.decisio.185.nu.27.versi. sed contrarium, vbi pariter dicit hoc esse verius,& quod corroboratur, & substentatur per ius canonicum,per quod tollun tur omnes pęnæ secundo nubentium intra annum luctus,quæ ratio efficacissima & probabilis mihi videtur.

Hæc tamen duo fundamenta vltima ex superabundāti sint dicta,cum primum de per se sufficiat,& indubitatum sit. Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

De solutionibus factis creditori nō mine eius,qui debitor erat plurium, & diuersarum partitarū varijs temporibus,& sub diuersis fideiussoribus, tam per ipsius debitoris procuratores, quam per tertios, siue de eorum, siue de ipsius debitoris pecunijs, & tam simpliciter,quam in certā causam,& ad extinctionē particularem quarumdam tātum partitarum,& controuersijs in hac materia occurrentibus, maxime vero quando in minus antiquam causam cæteris paribus solutio facta est in præiudicium fideiussorum antiquioris debiti, cum distinctione omnes fere casus magis frequentes, & dubitabiles amplectente.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio inducitur etiam ex prioritate horæ tantum, quando inspicitur tempus celebrati contractus.*

2 *Solutionis tempus attenditur.*

3 *Montis Florentiæ ordinamenta statuunt, vt is, qui prius mutuum recepit, prius restituere teneatur; & in cæteris omnimoda sit paritas, & vniformitas singulorum debitorum.*

4 *Solutio facta per debitorem simpliciter cedit in extinctionem debiti antiquioris.*

5 *Cum debitor soluit, nulla facta electione in quā soluat causam, electio transit in creditorem recipientem.*

Sed talis creditor tenetur solutionem recipere tanquam bonus vir, & eo modo eam ponere, quo probabiliter posuisset ipse debitor, & sic in causam antiquiorem,ibidem.

6 *Procurator generalis cum libera potest authoritate, vt ipsemet debitor eligere, in quam causam soluere velit.*

7 *Procurator habens mandatum limitatum ad soluendum in certam causam non potest in aliam causam soluere.*

8 *Dispositio limitata limitatum producit effectū.*

9 *Mandatum est stricti iuris,& propterea non extenditur, sed eius fines sunt diligenter custodiendi.*

10 *Idque procedit etiam in accessorijs, quæ sine principali expediri possunt.*

11 *In mandatis non potest sumi argumentum a maiori,nec a tacita mente mandantis.*

12 *Procurator, qui non habet mandatum ad solutionem faciendam, & soluit, perinde est, ac si nullum haberet mandatum.*

Mandatum. Pariū sunt non habere mandatum,vel habere insufficiens ad actum, de quo agitur.

13 *Procurator falsus dicitur tam is,qui nullum habet mandatum,quam is,qui habet, sed impertinens ad actum,qui geritur.*

14 *Soluens pro eo,a quo mandatum habet generale cum libera,potest eligere,quam in causam soluat,sicut ipse dominus.*

15 *Si non eligat,proinde est,ac si dominus per se ipsum soluisset,& non elegisset.*

16 *Si eligat in causam minus grauem, videtur, quod electio teneat.*

17 *Procurator soluens pro domino in causam minus grauem,conueniri potest,quasi minus diligenter negocium gesserit.*

18 *Mandatum habens generale,sed sine libera, potest eligere,quā in causam pro domino soluat.*

19 *Procurator,non habens mandatum generale, non potest eligere,quam in causam soluere velit;quia videtur præstare nudum ministerium ad soluendum.*

20 *Et in hoc casu perinde est, ac si dominus soluisset per se nulla facta electione.*

21 *Creditor,sibi ipsi soluens de pecunia debitoris ex pluribus debitis diuerso tempore sibi obligata, solutionem debet conuertere in causam antiquiorem.*

22 *Creditor, cui facta est solutio simpliciter, absente debitore, debet eam ponere in causam duriorem,uel leuiorem,in quam debitor soluisset.*

23 *Affectio sanguinis,& parentelæ efficit, vt quis præsumatur velle potius liberare coniunctum, vel agnatum ab obligatione, vel fideiussione, quam extraneum.*

Solutio

24 *Solutio facta simpliciter intelligitur facta, prout de iure fieri debebat.*

Et ideo debitor non potest ex interuallo illam approbare in præiudicium antiquioris fideiussoris, sed in continenti tantum.

25 *Mons Pietatis, creditor plurium, & diuersarum partitarum potest, & debet solutionem recipere a tertio soluente nomine debitoris, & solutionem ponere in extinctionem illarum partitarum, quas tertius soluens voluerit.*

Creditor compelli potest recipere solutionem a quocunque tertio soluente nomine debitoris ex quo sua non interest quod magis ab uno quam ab alio sibi soluatur.

26 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, etiamsi solutio fiat a tertio.*

27 *Soluens pro alio. Tertius simpliciter soluens pro alio, dicitur soluere de proprio, animo tamen rehabendi, vel sibi retinendi, aut compensandi cum his, quæ de bonis, vel pecunia debitoris ad suas manus peruenerunt, vel peruentura sunt.*

28 *Tertius soluens pro debitore præsumitur soluere de pecunijs debitoris, quando ille tertius debitoris negotia gerebat.*

29 *Fideiussor, qui apud Montem Pietatis se principaliter, & in solidum obligauit cum debitore ad restitutionẽ mutui, dicitur quoad ipsum Montem principalis debitor.*

30 *Debitor soluens repetit ratam a fideiussore, qui se principaliter obligauit.*

31 *Fideiussor, qui pro debitore se obligauit, vt principalis, non est re vera debitor principalis, sed fideiussor.*

32 *Actio nulla competit ijs, inter quos nihil agitur.*

33 *Fideiussor, antequam soluat, non potest agere etiam contra ipsum principalem debitorem.*

34 *Officium Iudicis nobile conceditur in subsidium cum omnis actio deficit, & æquitas id, quod prætenditur fieri debere, suadet.*

35 *Fideiussor, postquam pro debitore soluerit; actiones personales, & hypothecarias aduersus illum, & illius bona tempore obligationis, vel postea quæsita, etiam penes tertios possessores existentia, respectiue experiri poterit.*

36 *Debitori actio competit contra soluentem de eius pecunijs, si solutionem non fecit in eam causam, in quam ipse volebat, vel in quam soluere debebat.*

37 *Procurator ad exigendum, qui Domini pecunias exegit, cogi potest ad reddendam de eis rationem.*

38 *In qua redditione rationis potest Dominus indemnitati suę consulere, si male, aut non, vt oportebat, solutum fuerit.*

39 *Fideiussor vti potest omnibus defensionibus, & exceptionibus suo principali competentibus.*

40 *Debitor verisimilius est, quod soluerit in extinctionem debiti per eum contracti cum fideiussione illius, qui pluries, & pro notabilioribus summis pro eo intercessit, quam in extinctionem fideiussionis illius, qui semel tantum, & pro longe minori summa fideiussit.*

41 *Debitor soluens debes potius subleuare eum, a quo maius seruitium habuit.*

42 *Verisimilitudinis effectus.*

43 *Solutio facta nomine debitoris tollit omnem obligationem.*

44 *Nec superest obligatio, aut actio, quæ cedi possit.*

45 *Obligatio semel extincta non potest reuiuiscere.*

46 *Idque etiam de voluntate debitoris, qui liberationem consequutus est, vel etiam si ipso inuito solutio facta fuisset.*

CONSILIVM CLXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi ad referendum de iure commissa per admodum Magnificos Dominos Officiales Montis Pietatis inter Illustrem Domi. Antonium de Saluiatis, & filios olim equitis Iuliani de Gianfigliazzijs ex vna parte, & Illustrẽ Dom. Nerum de Nerijs ex altera, cum Illustris Eques Hierosolymitanus frater Bon Ioannes de Gianfigliazzijs diuersis temporibus & sub diuersis fideiussoribus notabiles pecuniarum quantitates a Mõte Pietatis Ciuitatis Florentiæ mutuo acc episset, & potissimum vna cum Vincentio, & Cosmo eius fratrib. Florenos quingentos sub die 10. Maij anni 1581. sub fideiussione d. Illustris D. Antonij Saluiati, & Florenos mille sub die 11. eiusdem Mensis Majj. d. anni 1581. sub fideiussione di. Illustris Domi. Neri de Nerijs, & olim Illustris Domin. Francisci quondam Dom. Alexandri Capponij: & demum alios Florenos ter mille sub fideiussione eiusdem Dom. Neri tantum sub die 22. Septembris anni 1582. Et destinatus Ambasciator a Serenissimo Magno Duce Etruriæ apud Catholicam Maiestatem Regis Hispaniarum constituerit in Ciuitate Florentiæ. Procuratores Nobiles Dominos Carolum, & Philippum de Nerijs, & socios bancarios ad recipiendum, & leuandum a Depositaria, & Deputatis Depositariæ suæ Celsitudinis Serenissimæ omnes, & quascunque pecuniarum summas

mas

mas eidem occasione dictæ legationis sub nomine prouisionum, vel alio quouis nomine debitas, aut debendas, donec in dicta legatione permansisset, & dicti procuratores de dictis pecunijs prouisionum a depositaria exactis plures soluerint partitas dicto Monti, illasque poni, & describi per Ministros dicti Montis fecerint ad computum, & in extinctionem illorum debitorum, pro quibus d. D. Nerus fideiussor extiterat. Quæstionis erat, an dictæ solutiones sic fieri potuerint in præiudicium aliorum fideiussorum anteriorum d. Dom. Nero, & successiue dict. Do. Antonij de Saluiatis, qui priusquam d. Dom. Nerus pro d. Dom. Equite intercesserat, in qua dubitatione referendum primo aspectu videbatur ad fauorem dic. Dom. Antonij de Saluiatis, & dictorum de Granfigliazzis agentium, Quoniam cum debitum d. Do. Equitis cum fideiussione d. D. Antonij antiquius sit nedum debito eiusdem equitis contracto cum fideiussione D. Nerij tantum, sed etiam cõtracto cum fideiussione ipsiusmet D. Nerij, & D. Francisci Capponij, siue inspiciamus tempus celebrati contractus mutui, 1 quia prioritas etiam in hora tantum sufficit ad inducendam prælationem, vt in terminis istis est tex, in l. si ex pluribus, §. fin. iuncta glos. in verbo obligauit, & in verbo ex vsu, ff. de solution. quam ibi sequuntur Imo. num. 5. & Cast. num. 2. Fel. in ca. ego, col. 1. versi. in textu ibi hora litis, extra de iureiurand. & Afflict. decis. 387. num. 5. ver. sic etiam, siue etiam tempus faciendæ solutionis attendamus, prout illud respiciendum esse declarat Bartol. in l. cum 2 ex pluribus 103. sub num. 2. versic. si vero nulla causa est grauior altera, ff. de soluti. & post eum Imo. in l. 1. numer. 5. circa finem, vers. si autem neutrum sit grauius altero eod. titu. Ruin. consil. 136. numero 15. versic. secundo hoc confirmatur, libr. 4. Menoch. consil. 121. nume. 56. lib. 2. & de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 136. num. 11. per tex. in d. l. si ex pluribus, § fina. quia singulæ partitæ fuerunt mutuatæ secundum ordinamenta Montis, quæ certum, & præfixum terminum debitoribus statuunt ad restitutionem faciendam, ita 3 vt qui prius mutuum recepit, prius restituere tenetur, & in cæteris omnimoda sit paritas, & vniformitas singulorum debitorum, nec vnum durius, aut grauius sit altero, sed omnia cum hypotheca bonorum cum fideiussoribus sub eodem interesse, cum eadem executione, & cum eisdemmet obligationibus, & priuilegijs; clarum videtur, quod sicut solutiones prædictæ, si factæ fuissent simpliciter per ipsum Dominum Equitem debitorem, qui non declarasset, nec elegisset in quam causam, seu pro quo debito soluebat, cedere debuissent, & de iure cessissent, in extinctionem eius debiti, quod antiquius erat, vt sunt textus aperti in leg. in his, in 4 leg. vbi fideiussor, in leg. si ex pluribus, §. fina. in leg. cum ex pluribus, & in leg. creditor, §. Valerius, ff. de solutio. & tradunt omnes Scribentes in dicta lege prima, & in dicta leg. cum ex pluribus, ff. de solution. Fulgos. consilio septimo, in primo dubio, versicul. nulla autem, Corne. consilio 128. numero primo, libro quarto, Socin. consilio 225. numero secundo, libro secundo, Paris. consilio 122. numero septimo, libro quarto, Menoch. consilio 121, numero 38. libro secundo, & de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 136. numero decimo, versicu. quinto causa existimatur potior, Rota Roman. decisio. 113. sub numero tertio, & septimo, parte prima, & decisio. 123. numero secundo, parte secunda, in nouissim. diuers. Surd. decisio. Mantu. 186. numero quinto, ita & factæ per dictos Dominos Carolum, & Philippum in eandem causam cedere debent, vt infra dicetur.

Et licet nulla facta electione per debitorem soluentem, electio transeat in cre- 5 ditorem recipientem, ea tamen modici momenti esse videtur, quia dicta electio non transfertur libere, sed tenetur talis creditor solutionem recipere tãquam bonus vir, & eo modo eam [illegible]nere, quo probabiliter, ac verisimiliter facturus fuisset ipse debitor, si de hoc cogitasset, & sic data in reliquis paritate in causam antiquiorem, vt ostendit Fulgos. dic. consilio septimo, in primo dubio, numero primo, in principio, idem vult Castr. in d. l. 1. sub numero septimo, versic. oppono secundo, ff. de solutio. & sentit ibidem Imol. sub numero sexto, versic. si autem creditor vellet, & apertissime tradit Bald. in l. prima, Cod. eodem titulo, numero primo, versi. quod electio.

Nec electio per dictos Dominos Carolum, & Philippum quicquam nocere potest Domino Antonio. Nec Domino Ne- 6 ro prodesse, cum nullum ad hoc mandatum haberent, nam & si Procurator cum libera, vel generali authoritate possit, non secus, ac ipsemet debitor, eligere in quam causam, seu in quod debitum soluere velit, Bar. in d. l. cum ex plurib. num. 1. Imol. in d. l. 1. num. 6. versic. item attende, quod

prædicta

prædicta procedunt eod. titu. & Fulgos.d. consil.7.in primo dub. nu.1.tamen quando procurator habet mandatū limitatum 7 ad soluendum in certam causam, quo casu non potest in aliam causam soluere, vt per Bart. & Imol. in locis citatis, & per Fulgos.d.consil.7.in primo dub.sub nu.1. versic.si vero procurator soluit, per l. si ex pluribus §.primo,ff.de solut.quia limitata 8 dispositio limitatum producit effectum l.in agris ff.de acquir.rer. domin. & l.cancellauerat ff.de his, quæ in testam. delent. præsertim cum mādatum sit stricti iuris, & propterea non extēdatur, sed eius fines 9 diligenter custodiendi l.diligenter ff.mand dat.cap.cum dilecta de rescript. quod procedit etiam in accessorijs, quæ sine princi-10 pali expediri possunt Castrensf.consil.12. num.4.lib.1.Cephal.consil.230.num.16. lib.2.Riminal.iun.cōsil.622.nu.20.lib.6. nec sumi possit argumentum à maiori, 11 nec a tacitamente mandantis, cap.quamuis & c.cui de nō sacerdotali de præbend. in 6.Beroi consil.61.nu.20.lib.2.Rimin. iun.consil.525.num.25.lib.5.vel quando procurator habebat mandatum, quod nō 12 extendebatur ad solutionem faciendam, vt in proposito nostro, quo casu proinde est,ac si nullum haberet mandatum, cum paria sint non habere mandatum, vel habere tale, quod non sufficiat ad actum, de quo agitur,Bald.in l.licet nu.2.C.de procurat.inferens propterea, quod falsus procurator dicitur tam is, qui nullum habet 13 mandatum, quam is, qui habet, sed ad actum,qui geritur, impertinens,vel ad illud se non extendens, vtique huiusmodi procurator ius nō habet eligendi,in quam causam soluat,vt nō obscure sentiūt Bart. Imol.& Fulgos.supra relati.

Et vltra prædicta quæstionem hanc in puncto decidit Imol. in d.l.prima sub nu. 6.versic.item attende, quod prædicta procedunt, & infra ff. de solut. vbi magistraliter procedendo & omnes casus in solutione pro alio per tertiū facta amplectendo,sic distinguit,Aut soluens habet mandatū generale cum libera ab eo, pro quo soluit, & iste potest eligere sicut Dominus l.Procurator cū libera ff. de procurat. & si non eligit,perinde est, ac si Dominus 15 per se ipsum soluisset & non elegisset, si autem eligat in causam minus grauem, videtur,quod electio teneat per ea,quæ hā 16 bentur in d.l.procurator cum libera, & in l. nouare in fin. ff. de nouat. forte tamen poterit conueniri à Domino, quasi minus diligenter gesserit negotia sua, iuxta l.a procuratore cum ibi notat.C.mandat. & idem est,si habet mandatum generale, 18 sine libera, quia adhuc habet potestatem eligendi,ac si haberet liberam, argumento eorum, quæ habentur in l.vero procuratori,ff.de solution.aut est alius, qui non 19 habet aliquod tale mādatum & tunc iste non potest eligere, quia videtur præstare nudum ministerium ad soluendum arg.l. qui autem,§ 1.ff.de consti.pecun.& ideo perinde habebitur ac si dominus soluisset 20 per se nulla facta electione,hactenus Imolæ cuius doctrina omnem tollit difficultatē, ex quo soluentes nullum habebant ad soluendum mandatum, & solutiones habēdæ sunt,prout si factæ fuissent ab ipsomet debitore nulla electione facta, quo casu, vt dictum est, cedere debent in extinctionem antiquioris debiti.

Confirmaturque hæc Imol. traditio ex dictis per Barto.in d.l. cum ex pluribus numer.3.versicu. restat videre,vbi tradit, 21 quod si creditor vult soluere sibi ipsi ex pecunia redacta ex venditione pignoris debitoris sui pro pluribus debitis diuerso tempore sibi obligati debet solutionem conuertere in causam antiquiorem, sequitur Imol.in d.l.1.sub num.7.post versic.an autem creditor, vnde multo magis faciendum id erat a tertio, qui nullum omnino ius habebat super pecunijs solutis, vel super re, vnde pecuniæ extractæ fuerant.

Ad idem seruit Cast.in d.l.1.in fi. verb. ff. de solution. vbi censuit, quod quando 22 debitor non soluit per se ipsum,sed per alium simpliciter,adeo quod electio transfertur in creditorem, & non est præsens, quando creditor eligit,tunc valet electio, dummodo eligat in causam duriorem, vel leuiorem,in quam cōstat debitorem, idem facturum fuisse, quo fit, vt iste tertius soluens, vel non possit eligere, vel ad summum teneatur electionem facere, vt bonus vir,& sic in causam,data in cæteris paritate,antiquiorem,in quam debitor ipse soluens simpliciter fecisse intelligeretur,nec qua ratione præfati soluentes moti fuerint ad soluendum in causam minus antiquam,facile cognosci potest,nisi forte dicatur,quod affectio,atque coniunctio sanguinis,& parentelæ ad id eos induxerit,vt fauerent D.Nero eorum agnato, quem potius, quam Dom. Antonium a 23 fideiussione liberari voluerint ex his,quę congerit Menoch.de præsumptio. libr.4. præsumptio.89.per totam, quo casu facilius dicta electio reicienda videtur tanquam suspecta.

Nec stantibus prædictis posset nunc Do-

29 *L.fœmina,& l.generaliter,C.de secun.nupt.& §.si vero expectet, in Authent. de nupt. procedunt in muliere transeunte ad secundas nuptias relictis filijs communibus cum viro prędefuncto.*

30 *Mulier, quæ nullum ex priori matrimonio susce pit filium, potest secundo nubere absque metu alicuius pœnæ, cum cesset causa prohibitionis, quæ est amor filiorum.*

31 *Pœnæ contra mulierem secundo nubentem non habent locum, quando ex priori matrimonio non habet prolem, licet vir haberet liberos ex præambula vxore.*

32 *Iniuria, quæ propter transitum mulieris ad secunda vota fieri dicitur filijs præcedentis matrimonij, non est in consideratione.*

33 *Donatio remuneratoria propter benemerita, & seruitia percepta per virum ab vxore, vel recompensationem iuuentutis ipsius vxoris, vt quia erat adolescentula, vir autem senex, excipitur a dispositione l.fœmina,C.de sec.nupt.*

34 *Merita vxoris erga virum probare oportet, & non sufficit assertio, cum inter eos prohibita sit donatio.*

35 *Talia autem merita debent esse officialia videlicet ex superabundanti caritate prouenientia, & non obsequialia tantum.*

36 *Item debent esse respondentia donationi.*

37 *Donatio recompensatiua iuuentutis vxoris iusta reputātur, etiam cessantibus alijs meritis. Id quod videtur intelligendum, quando est facta tempore contracti matrimonij, & non postea, ibidem.*

38 *Mulier transiens ad secundas nuptias cum licentia uiri, quæ legitime probetur, euitat omnem pœnam.*

39 *Quæ quidem licentia non est necesse, quod fuerit data in testamento, uel alia ultima uoluntate; sed sufficit, quod aliter, vel inter uiuos concessa sit.*

40 *Maritus non potest dare licentiam uxori, quod nubat intra annum luctus, quia dicitur esse contra bonos mores secundum aliquos.*

41 *Sed contrariū uerius est, & efficacius probatur.*

CONSILIVM CLXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN quæstione agitata in Curia Magnifici Domini Capitanei Saxi Simonis visis scripturis ad me transmissis, & illis maturè consideratis putaui de iure respondendum ad fauorem agentium, vt bona peruenta ad eorum patrem ex hæreditate eorum matris vigore legati eidē per ipsam facti spectent ad ipsos tanquam filios dictæ coniugis, a qua ea consequutus fuit, exclusis pænitus filijs eiusdem patris ex alia vxore postea susceptis, quoniā 1 indubitati iuris est, quod pœnæ a lege ciuili impositę mulieri secundo nubenti cō cernentes fauorem liberorum primi matrimonij non sunt correctæ per ius canonicum, sed adhuc vigent, & hodie obseruari debent, vt est opinio Innoc. in c.fina. extra de secun.nupt. quam ibi sequuntur, & communem dicunt Hostiens. Ioannes Andr. Henric. Boic. Anton. de Butr. Abb. Panormit. & Præposit. Alexand. Idem firmant Abb. Aret. Fel. & Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. qui pariter dicunt esse communem, & ab ea iudicando & consulendo non esse recedendum, licet alia opinio, de qua ibi per eos, sit forte in puncto iuris verior, eandem sententiam veluti magis communem, tam legistarū, quam canonistarum, a qua in consulendo, & iudicando non sit recedendum, & contra quam velle tenere esset temerariū latissime firmat Ioan. de Garronib. in repetit. l. 1. C. de secund. nupt. num. 133. vers. sic. aliæ vero pœnæ, post Barto. Bal. Ang. Alberi. Fęder. de Sen. Anchar. Fulg. Sali. Signorol. Soci. Corne. Ludouic. Bologni. & alios per eum citatos, quibus addi possunt alij citati per Gab. titulo de sec. nupt. conclusio. 6. per totam, & vltra eos Grati. consil. 35. nume. 11. lib. primo, Afflict. decisio. 75. num. 5. & Couarruu. lib. 4. Decretalium, titulo de sponsal. & matrimon. in 2. par. cap. 3. §. 9. numero quinto, versi. verum hoc, & hanc esse opinionem ab omnibus approbatam, & canonizatam dicit Deci. consilio 230. in primo dubio, in principio.

Inter quas quidem pœnas hæc vna est quod mulier transiens ad secunda vota, 2 quicquid de bonis primi mariti fuerit lucrata, filijs primi matrimonij reseruare tenetur, vt probat text. in l. fœminæ, & in l. generaliter, C. de secund. nup. & in §. si vero expectet, & in §. nec illud quoque nobis, in authen. de nuptijs, & in authen. neque virum, quod ex dote, &c. per totum, & in §. hoc autem, in authenti. de non eligend. secund. nubent. & tradunt Oldrad. consil. 33. in 2. dub. Fulgos. cons. 49. col. 3. sub num. 3. vers. nam & transiens, & consil. 63. col. 3. sub num. 2. vers. diuersam tamen sententiam, Cor. cons. 309. col. antepe. & infra sub num. 2 lib. 3. Gab. ti. de sec. nup. conclusio. 1. in prin. num. 1. Couarr.

d.§.9.nume.7. vers. tertio hinc apparet, in principio.

Imo, & quicquid fuerit consequuta de bonis filij primi matrimonij ex successio 3 ne illi facta, alijs eiusdem matrimonij filijs defuncti fratribus reseruare tenetur, vt est tex. in d.l.fœminæ, §. illud, C.de sec. nup. & tradunt expresse Ang. in authe. de nup. § hinc nos, ad fin. & in auth. ex testamento, post prin. C.de sec. nup. Grat.consil.35.num.10. & sequen. in 2 col. lib. primo, Ruin.consil.113.col.fi.num.7.libr.2. Gab.d.tit.de sec.nup.conclusio.3. in principio, num.1. & 2.

Quæ quidem pœnæ secundo nubentium non solum procedunt in muliere, 4 sed etiam in viro, communesque sunt, tã masculis, quam fœminis secundo nubentibus, vt tradit Gab.d tit. de sec.nupt.conclusio.7.in prin.& ante eum Oldrad consil.33.in 2.dub.num.3. Rom.consil.182.in primo dubio, num primo. Grat.consil.35. num.12.lib.primo. Boer decisio.187. per totam, & est text. in l.generaliter, in princ. C.de sec.nup.in § si vero expectet, in versi. & hæc communis mulieris, & viri mulcta sit posita, & in § nec illud quoqueno-bis ibi hoc ipsum, & in patribus, fit secundas nuptias facientibus, in auth. de nup. & in auth. neque virum, quod ex dote, &c. in rubro, & in nigro per totum, & in §. hoc autem, in versi quia vero contra binubos pœnæ communes, & viri sunt, & mulieris, in authentic. de non eligend. secund. nubent.

Et specialius loquendo, quod dispositio d.l.fœminæ, C.de secund. nup. volens, 5 quod mulier transiens ad secunda vota quicquid ex facultatibus primi viri titulo lucratiuo consequuta est, teneatur moriens liberis communibus illius prioris matrimonij reseruare, locum etiam habeat in viro ad secundas nuptias conuolãte probat tex. in d.l. generaliter, C.de secu. nup. in prin. & in § si vero expetet, & in §. nec illud, in auth. de nup. & in §. hoc autẽ, in auth. de non eligendo secund. nubent. & in §. primo, & per totum, in authen. neque virum, quod ex dote, & tradunt Oldrad d.consil.33.in 2.dub. Rom.consilio 182.in primo dubio, numero primo, Rip. in d.l.fœminæ, in prima quæstio. numero primo, & secundo, qui id late probat, & latius prosequitur Io.Nicol. Arelatan. in repet.d l.generaliter, in prin.num.1.2. & seque. concludens generaliter, quod in omnibus casibus, in quibus mulier tenetur re 6 seruare filijs primi matrimonij lucra, quæ habuit a prædefuncto marito ijsdem omnibus versa vice maritus tenetur reseruare liberis primi tori quæcunque ad eum peruenta sunt de bonis prædefunctæ coniugis, ita vt idem ius sit in lucris peruenientibus ex primo matrimonio ad virum secundo nubentem, quod est in illis, quæ perueniunt ex primo coniugio ad mulierem, quæ secundo nubit, dispositaque aduersus binubam mulierem ad virum extendantur, & idem firmat idem Io. Nico. Arelatan. in eadem l. generaliter, in 2.quæstio nume.11. vbi ait, quod sicuti mulier, quæ extantibus ex prædefuncto viro libe- 7 ris transit ad secunda vota, priuatur proprietate omnium, quæ lucratiuo titulo ex bonis defuncti mariti ad se deuoluta sunt, & filijs primi matrimonij reseruare tenetur, ita & maritus ad secũdas nuptias conuolando extantibus liberis primi coniugij lucra ex eo consequuta illis reseruare tenetur, & quod ista est communis cõclusio, & probatur ex litera illius textus, & aliorum iurium supra allegatorum, idem voluerunt Oldrad.d.consil.33.in 2.dubio, num.3. Rom.d.consil.182. post principium, Grat.d.consil.35.colum.2. num. 12.lib.primo. Aret.consil.72.in 2.dub.nu. 3. Boer.d.decis.187. & plures alij relati per Gab.d.tit.de sec.nup.conclusio.1. nume. 2.vers.primo amplia, & post eum per Couarru.loco citato, num.7.vers.tertio hinc apparet, vbi ex aliorum mente testatur de communi, sic & dispositio eiusdem l.fœminæ, in §.illud, C.de sec.nup. quod mulier transiens ad secunda vota tenetur reseruare alijs filijs ex primo matrimonio, quæsita ex successione alicuius ex dictis 8 filijs ad virum extenditur; vt & ipse teneatur reseruare alijs filijs primi matrimonij quæ ex successione vnius ex illis prædefuncti ad ipsum peruenerunt, voluit Glo. in d. §.illud, in glo.fina. quam ibi sequuntur Bart.& latius Salyc. Oldrad. & Rom. in locis supra adductis. Aret.consil.72. in secundo dubio, num.3. Corne.consi.242. num.2.& 6.lib.2. Dec.consil.87.nume.3. & consil.230.in primo dubio per totum, inquiens esse communem opinionem, a qua nullo modo in consulendo, & iudicãdo non sit recedendum. Grat.d.consi.35. col.2.num.10. & 12.lib.primo, Rip.dicẽs ita communiter teneri in d.§.illud, in principio.numero primo, Ioan. Hiuol. Arelata. in d.repetit.d.l.generaliter, quæst.3. num. 12.& seq.dicens esse communem opinionem, quam ex pluribus probat Ruin.consil.20.num.4.5.& consil.37.nume.3.& 9. lib.3.& consil.58.numero 1.& 3.lib.5.& quamplures alij, quos refert, & sequitur

ea, quæ notat Gabr. d. conclus. quinta, numero 5. vers. primo, limita, vbi refert alios idem tenentes, quibus adduntur Boer. d. decis. 186. sub num. 2. & 3. & Capra consi. 70. num. 11. versic. & hanc opinionem, & Couar. d. §. 9. sub num. 5. ad fin. post vers. quo fit vt fœmina, Quod tẽpus de tribus, aut quatuor mensibus intelligendũ esset, 13 cum postea cessct ratio turbationis sanguinis, & seminis primi, & secundi mariti secundum Bal. in d. l. prima in prima lect. C. de secund. nupt. numero 21. versic. modo quæro quæ sit ratio finalis, qui, dicit ita Florentiæ seruari, & notat etiam Boer. & Capr. in locis citatis, qui tamẽ si bene considerentur, non videtur huic opinioni adherere, sed imo contrarium tenere, quod 14 scilicet quandocunque mortuo viro possit nubere etiam intra dictum tempus, in quam opinionem inclinant alij adducti per Gabr. d. conclus. quinta in prima limit. sub num. 5. versic. contrarium tenet, & nouiter Couarr. supra citatus, qui loquitur de solo mente, quibus certè difficile esset assentire, cum admodum rationabile vide-15 deatur, quod euitetur periculum incertitudinis prolis, de qua se alias maximè de facto ortam fuisse quæstionem recenset Boer. d. decis. 186. sub num. 3. ad fin. versic. nec reperi aliquem, licet fortè in puncto iuris eorum sententia præualeat per rationes potissimum relatasq; Capra, quæ mihi admodum placent & quibus magis de pla-16 no locus dari posset in casu occurrẽti propter senectutem, & longam infirmitatem mariti, ex qua cessat ratio turbationis sanguinis, vt per Addent. ad Salyc. in d. l. prima C. de secund. nupt. in prima addit. & antea per Ioan. Andr. in cap. fin. sub num. 5. de secund. nupt. dicentes quod tunc ita dubitãter permissa est secũdarum nuptiarum festinatio intra annum luctus, quando 17 do nõ potest sanguis commisceri, vt quia mulier est senex nõ faciens filios, vel quia maritus steterit per annum à longinquo, & postea mortuus fuerit, nisi dicamus cum Bald. in d. l. 1. in prima lect. num. 22. versic. modo quæro quæ sit ratio finalis, quod alia etiam ratione prohibita sit hæc nuptiarum secundarum festinantia secundum legistas, de qua tamen parum curant 18 dum videremus vt à iure canonico reprobata, vt ibi per ipsummet Bal. qua mais non consulerem mulieri, vt ita festinanter secũdum duceret virum tum ob propriam existimationem tuendam, tum ob omne periculum fugiẽdum ex varietate opinionum Doctorum.

Quod quidem ius Canonicũ dicta pœnas iure ciuili introductas cõtra mulieres intra annum luctus secundo nubentes tollens, ipsumque ius ciuile corrigens circa 19 priuationes eorum, quæ mulier sic nubẽs à defuncto viro habuit, vt supra probauimus, locum habet, & seruandum est non solum in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ, sed etiam in foro ciuili, & in terris Imperij, vt notat Couarr. d. § 9. sub numero 5. circa medium vers. sed cum recepta in prima illatione, & ante eum Dec. in d. rubr. C. de secund. nupt. post versicu. sed videndum, & pulcrè ostendit Capra. d. consil. 70. nume. 12. & sequ. versicu. nec obstat statutũ vbi latè hoc probat, etiam stante statuto, quod in causis ciuilibus 20 decidendis ius ciuile sit seruandum & est certissima sententia, & sine contradictore, Bene verum est, quod cũ à iure canonico festinantiæ tãtum pœnæ sublatæ sint, & non aliæ contra secundo nubentes, quę fauorem filiorum respiciunt, vt in secundo dubio videbimus, mulier secundo nubens intra annum luctus subijcitur dictis 21 penis fauorem filiorum respicientibus, quemadmodum subijcitur, quę eo elapso nubit, nec in hoc retenta opinione ex iure canonico firmata aliqua est differẽtia, an nubat secundo intra annum luctus, an vero post annum, sed vtroque casu remanet sub eadem pena, nec quæ nubit ante annum luctus, debet esse melioris conditionis illa, quæ eo elapso cõtrahit nuptias Bald. in d. l. prima in prima lect. qu. 1. sub. num. 19. ibi sed Innoc. dicit & in d. l. gene-22 raliter etiam in prima lect. sub num. 1. ad fin. ibi. & hæc sanctio & sentiunt omnes de quibus in d. 2. dubio dicemus.

Circa vero secundum dico, quod cęteræ pœnæ iure ciuili impositæ contra secundo nubentes fauorem filiorum respicientes per ius canonicũ sublatę non fuerunt, 23 sed imo adhuc durant, & obseruãdæ sunt, Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 122. versic. secunda conclusio de constitutionibus consil. 87. num. 3. versicu. restat ergo, consil. 230. in primo dubio nume. 1. & in d. rubr. C. de secund. nupt. sub num. 6. versic. sed videndum, dicens vbique esse communem opinionem & plures alij relati per Gabr. d. tit. de secund. nupt. cõclus. 6. num. 1. quibus adduntur Bart. in d. l. 1. C. de secund. nupt. in fin. & ibidem Bald. in secunda lectura etiam in fin. quicquid in prima lectura dixerit sub nu. 17. & seq. in prima quæstione, & Salyc. ad fin. nu. 8. Ang. de Perus. in d. Auth. de nõ eligend. secundo nubent. sub num. 6. versic. oppono contra istud ad fi. Alex. cõsil. 3. nu. 12.

versic. potest etiam lib. 7. & antea consil. 66. num. 7. vers. attamen lib. 3. Afflict. d. de eis. 75. num. 5. versic. an autem, vbi attestatur de communi, Crauet. consilio 36. post principium Couar. d. §. 9. numero 5. post versic. verum hoc intelligendum est, qui itidem hanc esse communem opinionem fatetur, & Didac. Spinus d. glos. 14. num. 100. vers. secus vero, Ex qua conclusione infertur, quod mulier transiens ad 24 secunda vota etiam post annum luctus, quicquid titulo lucratiuo de bonis primi mariti consequuta fuerit, moriens debet reseruare liberis primi matrimonij, solo vsufructu in vita retento, & omni alienatione penitus interdicta ex dispositione legi feminę & legis generaliter C. de secūd. nupt. & §. si vero expectet in authen. de nupt. Boer. decis. 185. num. 7. & plur. sequ. versic. & non solum, Deci. in d. rubr. nu. 7. versic. & retenta, Gabr. plures adducens d. tit. de secund. nupt. conclus. prima in principio, cui quidem dispositioni à iure cano-25 nico derogatum nō fuisse affirmat in specie Gabr. d. tit. de secund. nupt. conclus. prima num. 18. versic. Duodecimo amplia post Guid. Papę in cons. per eum allegato, & vltra eum Deci. d. cons. 87. num. 3. vers. restat ergo & consil. 230. nu. 1. versic. hoc præsupposito, & in d. rubr. C. de secund. nupt. num. 7. versic. & retenta, Alex. cōsil. 16. num. 7. versic. attamen attento lib. 5. Angel. de Perus. in d. auth. de nō eligend. secund. nubent. in princip sub nu. 9. versic. punitur etiam mulier & nouiter Couaru. d. §. 9. nu. 7. versic. tertio hinc apparet, qui tamen prædictos non allegat & procedit non modo extantib. ex primo matrimo-26 nio filijs, sed etiam nepotibus, vel alijs liberis vlterioris gradus susceptis ex dictis filijs, Gabr. d. conclus. prima, num. 8. versic. tertio amplia, & ante eum latè tradit Dec. d. consil. 87. sub num. 3. & 4. versic. circa hoc tamen & videtur probari in d. l. Generaliter, quæ loquitur de liberis, quorum appellatione veniunt nepotes, & pronepotes 27 & cęteri ex filijs descendentes. l. liberorū, ff. de verb. signific. & ibi scribētes omnes notant, quos nihilominus non sufficit extare tempore, quo mulier secundo nubit, 28 nisi etiam extent tempore eius mortis, cum si antea decederent, ius hoc ad hæredes non transmitterent, vt est text. in §. quoniam infirmas in auth. de nupt. & latè ostendit Gabr. d. conclus. prima, num. 23. versic. secundo amplia, nisi in eorum vita de hoc con quæsti fuissent, vt subijcit 28 ibidem Gabr num. 26. versic. tertio limita, quasi quod non conquerendo tacitè videantur talibus nuptijs consensisse, vt eodem loco subnectit Gabr. numero 37. versic. primo amplia & istud est dubium, quod oriri potest cōtra dictam mulierem, quæ ad secundas vult conuolare nuptias mortuo viro, à quo validam inter viuos donationem habuit quingentorū aureorum, cum dictus vir ex alia priori vxore plures ex filia neptes superstites reliquerit, quasi quod quocunque tempore nubat, siue intra annum luctus, siue postea res donatas dictis Neptibus reseruare teneatur, nec de eis disponere valeat vltra id, quod sibi ratione solius vsusfructus, qui sibi in vita remanet, iure permittatur, vt ex prædictis apparet, quam tamen difficultatem clarissimè, ni fallor, ex infrascriptis tolli posse existimo.

Primo, quia dispositio d. l. fœminæ, d. l. generaliter, & d. §. si vero expectet, procedit in muliere, mortuo viro, transeunte ad secundas nuptias, relictis filijs, seu liberis ex eo matrimonio susceptis, & sic com-29 munibus cum viro prædefuncto, Ita probat d. lex fęminæ in illis verbis, quæ susceptis ex priore matrimonio filijs, & paulo infra ibi integram ad filios, quos ex præcedente coniugio habuerit, & d. lex generaliter in illis verbis mulierem liberis communibus, & d. §. si vero expectet, in vers. si vero sit soboles, & filios ex hoc ex honoratos viderit. Nec procedit, quando ex eo matrimonio nullum cum prædefuncto vi-30 ro ipsa mulier suscepit filium, prout euenit in casu nostro, quia tunc potest secundo nubere absque alicuius metu pęnæ, cū cesset causa prohibitionis, quæ est amor filiorum. Ita in indiuiduo dicit glo. in d. l. fęminæ, in verbo filijs, per tex. in d. §. si vero expectet, vbi apertis verbis probatur, quod mulier transiens ad secunda vota post tēpora luctus nullas pęnas patitur, si ex primo matrimonio soboles nulla superest, & ita notat ibi Angel. de Perus. in summario, & ita etiam tenere Odofred. in d. l. fęminæ, in figuratione casus, & Ripam in 3. quæstio. refert Gabr. d. conclusio. prima, num. 31. vers. secundo limita, & ita etiam reperio tenuisse Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nume. 124. vers. item intelligitur, vbi punctualiter dicit, quod communis opinio, de qua supra, quod pęnæ secundo nubentium respicientes fauorem filiorum non sint sublatæ, intelligitur extantibus filijs eiusdem matrimonij, alias secus, & allegat Alexan. in consil. 63. lib. 2. quod reperitur in quinto volumine, prout idem Dec. congrue allegat in d. rub. ad fi. vers. & supradicta locum habent, & incipit d. con

filium

filium Alexand.in dubitatione præmissa, vbi num.2.& sequen. vsque ad finem hoc clare colligitur, quod fortassis est etiam il lud eiusdem Alexan.consilium 45. in primo libro allegatum per Ripam,vbi supra num.4.quod non reperij: sententiam eandem probant Bald.in summario d.l. feminæ,in prima lectu. dum loquitur de communibus liberis.& verbis rotundis in 2.lectu.nume.3.versicu.item nota dicens formaliter, item nota, quod quando mulier 31 quæ secunda nubit,non habet ex illo matrimonio prolem, non habent locum pœnæ, licet ille vir haberet liberos ex præambula vxore,& ibidem Salyc.in prima quæstione,sub numero primo,inquiens,quod si mulier liberos non haberet, dispositio illius legis cessaret,& idem Bald.in d.l.generaliter, in prima lectura, in summario, dum loquitur de lucris primi matrimonij reseruandis per secundo nubentem filij eiusdem matrimonij, & Crauet.d.consil.36. in fi. qui clare loquitur, & est verissima opinio,quia cessat ratio prohibitionis,vt dicunt glos.& Rip.nec consideratur iniuria, quæ propter transitum ad secunda vota 32 fieri dicitur filiis præcedentis matrimonij, propter quam secundo nubens pœnas incurrit, vt per Roma.consil.219.num.3. versic. & huius est ratio, per Dec.consilio 206.num.4. vers.& ibi rationem adducit, & per Tiraquell.in d.l.boues, d.§.hoc sermone in regula num. 145.vers.adde quod nostris legibus, & hoc solum sufficit ad tollendum prædictum dubium,quia vt dicit Rip.omnes in hoc concordant.

Secundo,quia dictorum iurium dispositio non vendicat sibi locum in donatione remuneratoria propter benemerita, & 33 seruitia percepta per virum ab vxore, & ob causam, videlicet in recompensationem iuuentutis ipsius vxoris, quæ erat adolescentula, uir autem senex, vt pulcrè tradit Rip.in d.l. feminæ quæst.17. num. 38.& plurib.sequ.quem sequitur Gabr. d. conclus.prima,num.43.uersic. nono limita,& num.52.uersic.17.limita, Boet.decis. 185. sub num. 10. post uersic. & intellige prædicta, licet quoad merita, & seruitia 34 opus esset eorum probatione, quia non sufficit ipsorum assertio, cum simus inter personas, inter quas prohibita est donatio iuxta tradita per Tiraque.in l.si vnquam, in verbo donatione largitus,num.87. et sequen.C.de reuocand.donatio. & per Clar. in §.donatio,quæstio.3.num.2.versic. sed hic occurrit,& talia merita,& seruitia debeant esse artificialia, & officialia ex super 35 abundanti caritate prouenientia, & non obsequialia,quæ tanquam debita non exposcunt remunerationem,vt per Rip.ibi, num.41. & debent etiam esse responden-36 tia donationi,vt ibi per eum, & per Clar. d.quæstio.3.nume.3.versic. sed numquid, quibus tamen cessantibus sustineretur ex causa allegata recompensationis iuuentutis,quæ iusta reputatur,vt per Rip. vbi su-37 pra numer.44. & facit Clar. d.§.donatio, quæstione 9.num.5.versicu sed pone,qui tamen videtur hoc restringere, quando est facta tempore contracti matrimonij, & non postea.

Tertio, quia sufficit mulieri habere licentiam viri transeundi ad secundas nuptias,eamque legitime probari posse cum 38 per eam omnis pœna euitetur, Rom.late consil.219. sub num.1.& plu.seq. Boer.decis.113.nu.6.vers.1. quando mulier, & d. decis.185.nume.21.& seque.vers.quarto limita, Dec.in d.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ,num.123. versic.& ista communis opinio,& in d.rub.de sec.nup.sub nume.7. & 8.vers.& licet pœnæ statutæ, vbi late insistit,& indubitanter procedere ait Gabr. plures alios referens, d.conclusio.prima, num.29.ver.sexto limita,& d conclusio. 5.num.10.vers.tertio limita,& d.conclusio.6.num.2. versic. primo limita, Rip.in d.l.feminæ,quæstione 11.num.22.& pluribus sequent. vbi post disputationem ad partes dicit esse veriorem sententiam, & seruari. Et quamuis Ias.consil.53.sub numero primo, versi & primo præsuppono, ad fin. lib. primo, quem sequitur Gabr.d. conclusio.prima,numero 31.versi.declara id procedere,velit hanc licentiam præ-39 standam esse per virum in testamento, vel alia vltima voluntate, et satis non esse fuisse datam inter viuos,nihilominus contrarium verius videtur, quod sufficiat etiam aliter concessa vt per Boer.d.decisi. 185.numer.21.vers.quarto limita,& sentiunt alij indistincte loquentes,nec Ias.aliquid allegat, quod vrgere videatur, Nec dicendum est talem licentiam non prodesse, quando mulier nubit intra annum 40 luctus, quasi quod maritus non senserit de talibus nuptijs, nec si sensisset, potuisset dare licentiam,quæ contra bonos mores dicitur, vt per Roma.d.consil.219. in principio,& per alios adductos per Gabr. d.conclusio.prima,num.32.ver.primum sublimita,quibus addo Boer.d.decis.185. nu.26.vers.& prædictæ limitationes, quoniam respondetur, quod contrarium tenuerunt Castr. Ludouic. Bolognin.& Io. de Garon.relati per Gabr. d.conclusio.1. num.34.vers.contrarium in hac sublimitatione,

tatione,& vltra eos Rip.in d.l.fœminæ, q. 13.nume.27.& 28. dicens hoc esse verius propterre missionem iniuriæ, Deci. in d.rubr.sub num.8.versic. & conclusio su pradicta,Boer.d.decisio.185.nu.27.versi. sed contrarium, vbi pariter dicit hoc esse verius,& quod corroboratur, & substentatur per ius canonicum,per quod tollun tur omnes pęnæ secundo nubentium intra annum luctus,quæ ratio efficacissima & probabilis mihi videtur.

Hæc tamen duo fundamenta vltima ex superabundāti sint dicta,cum primum de per se sufficiat,& indubitatum sit. Anno 1600. Florentiæ.

EPITOME.

De solutionibus factis creditori nomine eius, qui debitor erat plurium, & diuersarum partitarū varijs temporibus, & sub diuersis fideiussoribus, tam per ipsius debitoris procuratores, quam per tertios, siue de eorum, siue de ipsius debitoris pecunijs, & tam simpliciter, quam in certā causam, & ad extinctionē particularem quarumdam tātum partitarum, & controuersijs in hac materia occurrentibus, maxime vero quando in minus antiquam causam cæteris paribus solutio facta est in præiudicium fideiussorum antiquioris debiti, cum distinctione omnes fere casus magis frequentes, & dubitabiles amplectente.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio inducitur etiam ex prioritate horæ tantum, quando inspicitur tempus celebrati contractus.*

2 *Solutionis tempus attenditur.*

3 *Montis Florentiæ ordinamenta statuunt, vt is, qui prius mutuum recepit, prius restituere teneatur; & in cæteris omnimoda sit paritas, & vniformitas singulorum debitorum.*

4 *Solutio facta per debitorem simpliciter cedit in extinctionem debiti antiquioris.*

5 *Cum debitor soluit, nulla facta electione in quā soluat causam, electio transit in creditorem recipientem.*

Sed talis creditor tenetur solutionem recipere tanquam bonus vir, & eo modo eam ponere, quo probabiliter posuisset ipse debitor, & sic in causam antiquiorem, ibidem.

6 *Procurator generalis cum libera potest authoritate, vt ipsemet debitor eligere, in quam causam soluere velit.*

7 *Procurator habens mandatum limitatum ad soluendum in certam causam non potest in aliam causam soluere.*

8 *Dispositio limitata limitatum producit effectū.*

9 *Mandatum est stricti iuris, & propterea non extenditur, sed eius fines sunt diligenter custodiendi.*

10 *Idque procedit etiam in accessorijs, quæ sine principali expediri possunt.*

11 *In mandatis non potest sumi argumentum a maiori, nec a tacita mente mandantis.*

12 *Procurator, qui non habet mandatum ad solutionem faciendam, & soluit, perinde est, ac si nullum haberet mandatum.*

Mandatum. Paria sunt non habere mandatum, vel habere insufficiens ad actum, de quo agitur.

13 *Procurator falsus dicitur tam is, qui nullum habet mandatum, quam is, qui habet, sed impertinens ad actum, qui geritur.*

14 *Soluens pro eo, a quo mandatum habet generale cum libera, potest eligere, quam in causam soluat, sicut ipse dominus.*

15 *Si non eligat, proinde est, ac si dominus per se ipsum soluisset, & non eligisset.*

16 *Si eligat in causam minus grauem, videtur, quod electio teneat.*

17 *Procurator soluens pro domino in causam minus grauem, conueniri potest, quasi minus diligenter negotium gesserit.*

18 *Mandatum habens generale, sed sine libera, potest eligere, quā in causam pro domino soluat.*

19 *Procurator, non habens mandatum generale, non potest eligere, quam in causam soluere videtur; quia videtur præstare nudum ministerium ad soluendum.*

20 *Et in hoc casu perinde est, ac si dominus soluisset per se nulla facta electione.*

21 *Creditor, sibi ipsi soluens de pecunia debitoris ex pluribus debitis diuerso tempore sibi obligata, solutionem debet conuertere in causam antiquiorem.*

22 *Creditor, cui facta est solutio simpliciter, absente debitore, debet eam ponere in causam duriorem, uel leniorem, in quam debitor soluisset.*

23 *Affectio sanguinis, & parentelæ efficit, vt quis præsumatur velle potius liberare coniunctum, vel agnatum ab obligatione, vel fideiussione, quam extraneum.*

24 *Solutio facta simpliciter intelligitur facta, prout de iure fieri debebat.*
Et ideo debitor non potest ex interuallo illam approbare in praeiudicium antiquioris fideiussoris, sed in continenti tantum.
25 *Mons Pietatis, creditor plurium, & diuersarum partitarum potest, & debet solutionem recipere a tertio soluente nomine debitoris, & solutionem ponere in extinctionem illarum partitarum, quas tertius soluens voluerit.*
Creditor compelli potest recipere solutionem a quocunque tertio soluente nomine debitoris ex quo sua non interest quod magis ab uno quam ab alio sibi soluatur.
26 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, etiamsi solutio fiat a tertio.*
27 *Soluens pro alio. Tertius simpliciter soluens pro alio, dicitur soluere de proprio, animo tamen rehabendi, vel sibi retinendi, aut compensandi cum his, quae de bonis, vel pecunia debitoris ad suas manus peruenerunt, vel peruentura sunt.*
28 *Tertius soluens pro debitore praesumitur soluere de pecunijs debitoris, quando ille tertius debitoris negotia gerebat.*
29 *Fideiussor, qui apud Montem Pietatis se principaliter, & in solidum obligauit cum debitore ad restitutionē mutui, dicitur quoad ipsum Montem principalis debitor.*
30 *Debitor soluens reperit ratam a fideiussore, qui se principaliter obligauit.*
31 *Fideiussor, qui pro debitore se obligauit, vt principalis, non est re vera debitor principalis, sed fideiussor.*
32 *Actio nulla competit ijs, inter quos nihil agitur.*
33 *Fideiussor, antequam soluat, non potest agere etiam contra ipsum principalem debitorem.*
34 *Officium Iudicis nobile conceditur in subsidium cum omnis actio deficit, & aequitas id, quod praetenditur fieri debere, suadet.*
35 *Fideiussor, postquam pro debitore soluerit; actiones personales, & hypothecarias aduersus illum, & illius bona tempore obligationis, vel postea quaesita, etiam penes tertios possessores existentia, respectiue experiri poterit.*
36 *Debitori actio competit contra soluentem de eius pecunijs, si solutionem non fecit in eam causam, in quam ipse volebat, vel in quam solnere debebat.*
37 *Procurator ad exigendum, qui Domini pecunias exegit, cogi potest ad reddendam de eis rationem.*
38 *In qua redditione rationis potest Dominus indemnitati suę consulere, si male, aut non, vt oportebat solutum fuerit.*
39 *Fideiussor vti potest omnibus defensionibus, & exceptionibus suo principali competentibus.*
40 *Debitor verisimilius est, quod soluerit in extinctionem debiti per eum contracti cum fideiussione illius, qui pluries, & pro notabilioribus summis pro eo intercessit, quam in extinctionem fideiussionis illius, qui semel tantum, & pro longe minori summa fideiussit.*
41 *Debitor soluens debet potius subleuare eum, a quo maius seruitium habuit.*
42 *Verisimilitudinis effectus.*
43 *Solutio facta nomine debitoris tollit omnem obligationem.*
44 *Nec superest obligatio, aut actio, quae cedi possit.*
45 *Obligatio semel extincta non potest reuiuiscere.*
46 *Idque etiam de voluntate debitoris, qui liberationem consequutus est, vel etiam si ipso inuito solutio facta fuisset.*

CONSILIVM CLXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa mihi ad referendum de iure commissa per admodum Magnificos Dominos Officiales Montis Pietatis inter Illustrem Dom. Antonium de Saluiatis, & filios olim equitis Iuliani de Gianfigliazzijs ex vna parte, & Illustrē Dom. Nerum de Nerijs ex altera, cum Illustris Eques Hierosolymitanus frater Bon Ioannes de Gianfigliazzijs diuersis temporibus & sub diuersis fideiussoribus notabiles pecuniarum quantitates a Mōte Pietatis Ciuitatis Florentiae mutuo accepisset, & potissimum vna cum Vincentio, & Cosmo eius fratrib. Florenos quingentos sub die 10. Maij anni 1581. sub fideiussione d. Illustris D. Antonij Saluiati, & Florenos mille sub die 11. eiusdem. Mensis Maij. d. anni 1581. sub fideiussione di. Illustris Domi. Neri de Nerijs, & olim Illustris Domin. Francisci quondam Dom. Alexandri Capponij: & demum alios Florenos ter mille sub fideiussione eiusdem Dom. Neri tantum sub die 22. Septembris anni 1582. Et destinatus Ambasciator a Serenissimo Magno Duce Etruriae apud Catholicam Maiestatem Regis Hispaniarum constituerit in Ciuitate Florentiae. Procuratores Nobiles Dominos Carolum, & Philippum de Nerijs, & socios bancarios ad recipiendum, & leuandum a Depositaria, & Deputatis Depositariae suae Celsitudinis Serenissimae omnes, & quascunque pecuniarum summas

mas eidem occasione dictæ legationis sub nomine prouisionum, vel alio quouis nomine debitas, aut debendas, donec in dicta legatione permansisset, & dicti procuratores de dictis pecunijs prouisionum a depositaria exactis plures soluerint partitas dicto Monti, illasque poni, & describi per Ministros dicti Montis fecerint ad computum, & in extinctionem illorum debitorum, pro quibus d. D. Nerus fideiussor extiterat. Quæstionis erat, an dictæ solutiones sic fieri potuerint in præiudicium aliorum fideiussorum anteriorum d. Dom. Nero, & successiue dict. Do. Antonij de Saluiatis, qui priusquam d. Dom. Nerus prod. Dom. Equite intercessetat, in qua dubitatione referendum primo aspectu videbatur ad fauorem dic. Dom. Antonij de Saluiatis, & dictorum de Granfigliazzis agentium, Quoniam cum debitum d. Do. Equitis cum fideiussione d. D. Antonij antiquius sit nedum debito eiusdem equitis contracto cum fideiussione D. Nerij tantum, sed etiam cōtracto cum fideiussione ipsiusmet D. Nerij, & D. Francisci Capponij, siue inspiciamus tempus celebrati contractus mutui, quia prioritas etiam in hora tantum sufficit ad inducendam prælationem, vt in terminis istis est tex. in l. si ex pluribus, §. fin. iuncta glos. in verbo obligauit, & in verbo ex vsu, ff. de solution. quam ibi sequuntur Imo. num. 5. & Cast. num. 2. Fel. in ca. ego, col. 1. vers. in textu ibi hora litis, extra de iureiurand. & Afflict. decis. 387 num. 5. ver. sic etiam, siue etiam tempus faciendæ solutionis attendamus, prout illud respiciendum esse declarat Bartol. in l. cum ex pluribus 103. sub num. 2. versic. si vero nulla causa est grauior altera, ff. de soluti. & post eum Imo. in l. 1. numer. 5. circa finem, vers. si autem neutrum sit grauius altero eod. titu. Ruin. consil. 136. numero 15. versic. secundo hoc confirmatur, libr. 4. Menoch. consil. 121. nume. 56. lib. 2. & de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 136. numer. 11. per tex. in d. l. si ex pluribus, § fina. quia singulæ partitæ fuerunt mutuatæ secundum ordinamenta Montis, quæ certum, & præfixum terminum debitoribus statuunt ad restitutionem faciendam, ita vt qui prius mutuum recepit, prius restituere tenetur, & in cæteris omnimoda sit paritas, & vniformitas singulorum debitorum, nec vnum durius, aut grauius sit altero, sed omnia cum hypotheca bonorum cum fideiussoribus sub eodem interesse, cum eadem executione, & cum eisdemmet obligationibus, & priuilegijs;

1

2

3

clarum videtur, quod sicut solutiones prædictæ, si factæ fuissent simpliciter per ipsum Dominum Equitem debitorem, qui non declarasset, nec elegisset in quam causam, seu pro quo debito soluebat, cedere debuissent, & de iure cessissent, in extinctionem eius debiti, quod antiquius erat, vt sunt textus aperti in leg. in his, in leg. vbi fideiussor, in leg. si ex pluribus, §. fina. in leg. cum ex pluribus, & in leg. creditor, §. Valerius, ff. de solutio. & tradunt omnes Scribentes in dicta lege prima, & in dicta leg. cum ex pluribus, ff. de solution. Fulgos. consilio septimo, in primo dubio, versicul. nulla autem, Corne. consilio 128. numero primo, libro quarto, Socin. consilio 225. numero secundo, libro secundo, Parif. consilio 122. numero septimo, libro quarto, Menoch. consilio 121, numero 38. libro secundo, & de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 136. numero decimo, versicu. quinto causa existimatur potior, Rota Roman. decisio. 113. sub numero tertio, & septimo, parte prima, & decisio. 123. numero secundo, parte secunda, in nouissim. diuers. Surd. decisio. Mantu. 186. numero quinto, ita & factæ per dictos Dominos Carolum, & Philippum in eandem causam cedere debent, vt infra dicetur.

4

Et licet nulla facta electione per debitorem soluentem, electio transeat in creditorem recipientem, ea tamen modici momenti esse videtur, quia dicta electio non transfertur libere, sed tenetur talis creditor solutionem recipere tāquam bonus vir, & eo modo eam ponere, quo probabiliter, ac verisimiliter facturus fuisset ipse debitor, si de hoc cogitasset, & sic data in reliquis paritate in causam antiquiorem, vt ostendit Fulgos. dic. consilio septimo, in primo dubio, numero primo, in principio, idem vult Castr. in d. l. 1. sub numero septimo, versic. oppono secundo, ff. de solutio. & sentit ibidem Imol. sub numero sexto, versic. si autem creditor vellet, & apertissime tradit Bald. in l. prima, Cod. eodem titulo, numero primo, versi. quod electio.

5

Nec electio per dictos Dominos Carolum, & Philippum quicquam nocere potest Domino Antonio. Nec Domino Nero prodesse, cum nullum ad hoc mandatum haberent, nam & si Procurator cum libera, vel generali authoritate possit, non secus, ac ipsemet debitor, eligere in quam causam, seu in quod debitum soluere velit, Bar. in d. l. cum ex plurib. num. 1. Imol. in d. l. 1. num. 6. versic. item attende, quod prædicta

6

prædicta procedunt eod.titu. & Fulgof.d. consil.7.in primo dub. nu.1.tamen quando procurator habet mandatū limitatum 7 ad soluendum in certam causam, quo casu non potest in aliam causam soluere, vt per Bart. & Imol. in locis citatis, & per Fulgos.d.consil.7.in primo dub.sub nu.1. versic.si vero procurator soluit, per l. si ex pluribus §.primo,ff.de solut.quia limitata 8 dispositio limitatum producit effectum l.in agris ff.de acquir.rer. domin. & l.cancellauerat ff.de his,quæ in testam. delent. præsertim cum mādatum sit stricti iuris, & propterea non extēdatur, sed eius fines 9 diligenter custodiendi l.diligenter ff.mandat.cap.cum dilecta de rescript. quod procedit etiam in accessorijs,quæ sine princi-10 pali expediri possunt Castrens.consil. 12. num.4.lib.1.Cephal.consil.220. num.16. lib.2.Riminal.iun.cōsil.622. nu.20.lib.6. nec sumi possit argumentum a maiori, 11 nec a tacitamente mandantis, cap.quamuis & c.cui de nō sacerdotali de præbend. in 6.Beroi.consil.61.nu.20. lib.2. Rimin. iun.consil.525.num.25.lib.5.vel quando procurator habebat mandatum, quod nō 12 extendebatur ad solutionem faciendam, vt in proposito nostro, quo casu proinde est,ac si nullum haberet mandatum, cum paria sint non habere mandatum, vel habere tale, quod non sufficiat ad actum, de quo agitur,Bald.in l.licet nu.2. C. de procurat.inferens propterea, quod falsus procurator dicitur tam is, qui nullum habet 13 mandatum, quam is, qui habet, sed ad actum,qui geritur, impertinens,vel ad illud se non extendens, vtique huiusmodi procurator ius nō habet eligendi,in quam causam soluat,vt nō obscurè sentiūt Bart. Imol.& Fulgos.supra relati.

Et vltra prædicta quæstionem hanc in puncto decidit Imol. in d.l.prima sub nu. 6.versic.item attende, quod prædicta procedunt, & infra ff. de solut. vbi magistraliter procedendo & omnes casus in solutione pro alio per tertiū facta amplectendo,sic distinguit, Aut soluens habet mandatū generale cum libera ab eo, pro quo soluit, & iste potest eligere sicut Dominus l.Procurator cū libera ff. de procurat. & si non eligit,perinde est, ac si Dominus 15 per se ipsum soluisset & non elegisset, si autem eligat in causam minus grauem, videtur,quod electio teneat per ea,quæ hā-16 bentur in d.l.procurator cum libera, & in l. nouare in fin. ff. de nouat. fortè tamen poterit conueniri à Domino, quasi minus diligenter gesserit negotia sua, iuxta l.a procuratore cum ibi notat.C.mandat. & idem est,si habet mandatum generale, 18 sine libera, quia adhuc habet potestatem eligendi,ac si haberet liberam, argumento eorum, quæ habentur in l.vero procuratori,ff.de solution.aut est alius, qui non 19 habet aliquod tale mādatum & tunc iste non potest eligere, quia videtur præstare nudum ministerium ad soluendum arg.l. qui autem,§ 1.ff.de consti.pecun.& ideo perinde habebitur ac si dominus soluisset 20 per se nulla facta electione,hactenus Imol. cuius doctrina omnem tollit difficultatē, ex quo soluentes nullum habebant ad soluendum mandatum, & solutiones habēdæ sunt,prout si factæ fuissent ab ipsomet debitore nulla electione facta, quo casu, vt dictum est, cedere debent in extinctionem antiquioris debiti.

Confirmaturque hæc Imol. traditio ex dictis per Barto.in d.l. cum ex pluribus numer.3.versicu. restat videre,vbi tradit, 21 quod si creditor vult soluere sibi ipsi ex pecunia redacta ex venditione pignoris debitoris sui pro pluribus debitis diuerso tempore sibi obligati debet solutionem conuertere in causam antiquiorem, sequitur Imol.in d.l.1.sub num.7.post versic.an autem creditor, vnde multo magis faciendum id erat a tertio, qui nullum omnino ius habebat super pecunijs solutis, vel super re, vnde pecuniæ extractæ fuerant.

Ad idem facit Cast.in d.l.1.in fi. verb. ff. de solution. vbi censuit, quod quando 22 debitor non soluit per se ipsum,sed per alium simpliciter, adeo quod electio transfertur in creditorem, & non est præsens, quando creditor eligit,tunc valet electio, dummodo eligat in causam duriorem, vel leuiorem,in quam cōstat debitorem, idem facturum fuisse, quo fit, vt iste tertius soluens, vel non possit eligere, vel ad summum teneatur electionem facere, vt bonus vir,& sic in causam,data in cæteris paritate,antiquiorem, in quam debitor ipse soluens simpliciter fecisse intelligetur,nec qua ratione præfati soluentes moti fuerint ad soluendum in causam minus antiquam,facile cognosci potest,nisi forte dicatur,quod affectio,atque coniunctio sanguinis,& parentelæ ad id eos induxerit,vt fauerent D. Nero eorum agnato, quem potius, quam Dom. Antonium a 23 fideiussione liberari voluerint ex his,quę congerit Menoch.de præsumptio. libr.4. præsumptio.89.per totam, quo casu facilius dicta electio reicienda videtur tanquam suspecta.

Nec stantibus prædictis posset nunc Do-

Dominus Eques debitor, si vellet, solutio
24 nem prædictam approbare in præiudiciũ
Do. Antonij antiquioris fideiussoris, cum
in continenti tantum, & non ex interuallo
posset eligere, & immediate facta solutione
præclusa sit via soluenti simpliciter
& solutio facta intelligatur, prout de iure
fieri debebat, vt determinat Ang. in d.l.
prima, in fin. num. 5. ff. de solutio. dicens ita
se consuluisse, quem ibi sequutus est Imol.
col. 3. sub num. 3. vers. in glo. sed constituerit,
& iterum vers. in eadem glos. ibi
sed ex interuallo, & notat etiam ibidem
Castrens. nume. 3. vers. in tertia parte, & idem
vult Fulg. d. cons. 7. in 1. dub. in prin.
num. 1.

Ceterum re diligentius considerata putaui
contra dictos agentes ius dicendum
esse, & Montem ipsum Pietatis, ac D. Nerum
de Nerijs, seu nunc eius hæredem ab
soluendos esse a molestia illis per præfatos
agentes illata, & ad ita referendum dictis
Dominis officialibus motus sum;
quia Mons tanquam dicti æquitis creditor
plurium, & diuersarum partitarum
potuit solutionem recipere a Dominis
25 Carolo, & Philippo de Nerijs soluentibus
nomine ipsius æquitis, eamque ponere
in extinctionem illarum ex dictis partitis,
quas ipsi voluerunt, imo hoc facere
tenebatur, nec recusare poterat, quia potest
creditor compelli recipere solutionẽ
a quocunque tertio soluente nomine debitoris,
ex quo sua non interest, quod magis
ab vno, quam ab altero sibi soluatur
Ias. consil. 74. in fin. lib. primo, Paris. cons.
107. nume. 128. lib. 3. Neulzan consil. 49.
nume. 6. Roland. consil. 14. num. 10. libro
primo. Surd. decisio. Mantua. 174. nume.
27. & talis solutio per dictos soluentes facta
liberauit non solum ipsum Do. Equitem
debitorem principalem, sed etiam
Dom. Nerum eius fideiussorem, quia so-
26 lutione eius, quod debetur, tollitur omnis
obligatio, Instituti. quibus mod. tollitur
obligat. in principio, etiam si solutio
fiat a tertio, l. soluendo, ff. de negot. gest. l.
solutionem, ff. de solution. l. tale pactum,
§. post diuisionem, in fi. & ibi notant Scribent.
ff. de pact. Surd. decisio. Mantua. 115
numer. 2. prout factæ sunt hæ solutiones,
de quibus agitur, quia Domini Carolus,
& Philippus non erant in hoc procuratores
Dom. Equitis debitoris, nec tanquam
eius procuratores soluerunt, sed tanquam
tertij, nec quidem de pecunijs Do. Equitis,
vel eius nomine exactis soluere dixerunt,
sed simpliciter eius nomine soluerunt,
quo casu potius de proprijs soluisse

dicuntur, cum præsertim Mercatores essent,
& Mensam Nummulariam exercerent,
animo tamen eas rehabendi, vel sibi
retinendi, aut compensandi cum alijs ad
27 eorum manus peruentis, aut peruenturis
ex exactione facta, aut facienda per eos a
depositaria vigore mandati prædicti l. &
magis, ff. de solution. l. 2. & ibi Bartol. &
Bald. C. pro socio, Crauett. consil. 129. numero
secundo, & hoc stante cessant omnia
in contrarium adducta, quæ procedunt,
quando tertius sine mandato soluit
de pecunia debitoris, nam si de propria
soluisset, vtique in quam causam voluisset,
soluere potuisset, per eamque omnem
obligationem extinxisset, vt supra
est dictum, & infra etiam dicetur.

Sed & quando dici posset, quod isti tertij
soluissent de pecunijs debitoris, cuius
negotia gerebant ex notat. per Crauet. d.
28 consil. 129. num. 3. & sequ. & consil. 191.
nu. 8. & propterea adhuc allegata in contrarium
procederent, & solutionẽ eo modo,
quo fecerunt, facere non potuissent,
non tamen audiendi erant dicti Domini
Agentes, sed potius tanquam sine actione
repellendi, nam filij D. Iuliani ex persona
Dominorum Vincentij & Cosmi de Gianfigliazis
in ea partita scutorum quingentorum,
in qua D. Antonius Saluiatus extitit
fideiussor, & ad cuius extinctionem
vellent cedere solutiones factas per dictos
tertios, quoad Montem creditorem sunt
debitores principales, & plures rei debendi
29 cum d. D. Equite Bon Ioanne, cum quo
principaliter & in solidum sese obligauerunt
pro restitutione mutui toto titu. in
ff. & C. de duobus reis & Instit. eod. tit. in
princ. Natt. consil. 52. num. 1. consil. 267.
nume. 3. Surd. decis. Mantuan. 308. nu. 11.
& cum nihil ipsi soluerint, nullum habere
videtur interesse, quia & si D. Eques Bon
Ioannes soluisset, ab eis tamen eos tangentem
repetere potuisset remedijs a iure
30 introductis, Ronchegal. in l. reos in principio
num. 40. & pluribus sequ. & iterum
num. 54. & infra ff. de duob. reis, Gabr.
consil. 63. colu. 1. & 2. lib. 2. Surd. d. decis.
308. nu. 1. & seq. & si dicatur, quod attenta
rei veritate non sunt tales, sed fideiussores,
cum intercesserint pro negotio ad so-
31 lum D. Equitem spectante, & ad quem
pecunia peruenit, Ruin. consil. 142. num.
10. lib. primo, Crauet. consil. 91. nume. 2.
& seq. Gabr. d. consil. 63. num. 5. & 10. lib.
2. Surd. d. decis. 308. num. 5. Roncheg. vbi
supra num. 16. & multis sequ. & alij, qui
consulto omittuntur.

Respondetur, quod quãdo hoc verum
esset,

esset, & appareret, non tamen sequeretur, quod hi agere possent cōtra Montem pro solutionibus ei factis, & in aliam causam 32 positis, quia nihil gestum est in hoc inter eos & dictum Montem, ex quo actio aliqua competere possit instit. de action. in princ. cum ibi notat. qua ratione nec contra D. Nerum actionem habēt, cum quo nihil egerunt ipsi, nec etiam qui Monti soluerunt, quod dictum itidem D. Antonio Saluiato Agenti obstat, cum nec ipse actionem aliquam habeat contra Montem, vel contra D. Nerum; Et si D. Eques Bon Ioannes debitor principalis & de cuius pecunia solutum fuisse dicitur, solutiones non impugnat, nec ad eas retractandas & in extinctionem debiti per ipsum, & fratres cōtracti sub fideiussione D. Antonij Saluiati ponendas agit, non satis rectè percipio, quomodo prædicti eius fideiussores ad id agere potuerint, maxime cū tantum temporis effluxerit, quod verisimiliter omnium pro eo gestorum per dictos Dominos Carolū & Philippum notitiam habere potuerit & semper tacuerit, nec contra dixerit, nec enim fideiussor, antequam soluat occasione præstitæ per 33 eum fideiussionis agere potest, nec quidem contra ipsum principalem debitorē, pro quo intercessit, nedum contra alios. l. Lucius Titius §. fi. ff. mand. & ibi gloss. & Doctor. Afflict. decis. 241. in secundo dub. sub nu. 3. Nec refert, quod ipsorum fideiussorum intersit Montem cogi ad remouendum solutiones sibi factas per Dominos Carolum & Philippum a computo debiti cum fideiussione D. Neri, & ad eas ponendum ad computum debiti cum fideiussione D. Antonij Saluiati, ratione cuius interesse, licet non competat filijs D. Iuliani & D. Antonio neque realis, neque 34 personalis actio aduersus Montem, competit tamē officium iudicis Nobile, quod in subsidium omni alia actione deficiente conceditur, vbi æquitas id, quod prætenditur, fieri debere suadeat, Socin. iun. consil. 52. num. 2. & sequ. lib. 2. Natt. consil. 147. num. 2. consil. 384. num. 7. Roland. consil. 1. num. 55. & seq. lib. primo & Surd. consi. 142. num. 4. lib. 1. Quia dicitur interesse hoc nō esse cōsiderabile ad effectū prædictum, quia fideiussor, qui sequutus fuit fidem D. Equitis debitoris principalis, pro quo intercessit, habet ius suum saluum, & illæsum contra eundem, nec adhuc pro eo soluit, aut damnum aliqd passus fuit & postquam soluerit, actiones personales, & & hypothecarias aduersus illum, & illius 35 bona tēpore obligationis, vel postea quæsita etiā penes tertios possessores existentia respectiuè experiri poterit, adeo quod cum alia via iuridica consultum sit fideiussori, officium iudicis subsidiarium non habet locum, cessatque æquitas illud dari suggerens, & tanto magis, quia & ipsi equiti actio competit cōtra soluentes de eius pecunijs, si solutionem non fecerunt 36 in eam causam, in quam ipse volebat, vel in quam soluere debebant, vt tradit Imol. in l. 1. ff. de solution col. 6. sub nu. 6. versic. si autem eligat, quod & alio modo probatur, nam cum soluentes essent procuratores D. Equitis ad exigendum pecunias a Depositaria & eas exegerint, potest con- 37 tra illos agere, vt sibi de eis reddant rationem, l. si remunerandi, & l. si procuratorem §. 1. ff. mand. Boeri. decis. 59. in princ. Roland. consi. 49. num. 4. & 15. lib. primo, in qua quidem rationis redditione potērit indemnitati suę cōsulere, si male, aut non, 38 vt oportebat, dictarum pecuniarum partem eius nomine soluerint iuxta l. cum seruus ff. de condit. & demonstrat. & ibi notata per Doctores & congesta per Roland. alios referentem d. consil. 49. nu. 10. & quamplur. sequ. lib. primo, Nec allegata per Surd. consil. 271. nume. 23. & sequ. lib. 2. & decis. Mantuan. 301. nu. 12. & 13. seruire possunt fideiussori respectu actio- 39 nis sibi in istis terminis dandæ, quia ex ijs probatur posse fideiussorem vti omnibus defensionibus, & exceptionibus competentib. suo principali, & bene, quia de hoc est text. in l. 2 ff. quę res pignor oblig. non poss. in l. constitutionibus C. de vsur. in l. omnes ff. de exception in l. tam mādatori C. de non num. pecun. & in l. si stipulatus in fin. ff. de fideiussor, & vbique notant scribent & tradunt Marsil. in rubric. ff. de fideiussor, num. 267. & sequ. Paris. consil. 96. num. 39. lib. 3. Natt. consil. 50. nu. 23. & seq. & consil. 658. num. 5. & 6. & habetur per Bald. Magistraliter loquentem in d. l. tam mādatori per totam C. de non num. pecun.

Additur, quod non absurdè tentari posset, quod Domini Carolus & Philippus benè se gesserint in soluendo de pecunijs. D. equitis in extinctionem debiti per ip- 40 sum contracti cum fideiussione D. Neri potius, quam in extinctionem contracti cū fideiussione D. Antonij Saluiati, quia & idem verisimiliter fecisset D. Eques, si per se ipsum soluisset, quia pro eo pluries idē D. Nerus intercesserat pænes eundem Montem & pro notabilibus summis: Dominus autem Antonius semel tantum, & pro longè minori summa, & cum promissione

missione indemnitatis non solum ipsius equitis, sed & dictorum eius fratrum, & sic cum maiori securitate, quàm D. Nerus, qui solum D. Equitem obligatum habet, vnde bono equiti conuenire videbatur potius subleuare D. Nerum, à quo ma-
41 ius seruitium habuerat, & cum debiliori cautione, quam D. Antonium pro minori summa, & cum maiori cautione pro ipso obligatum, parit enim verisimilitudo ista hunc effectum & plures alios de quibus latè meminit Crauet. in tract. de antiq. tempor. in prima parte sessione, quar-
42 to limitatur num. 43. versic iam verisimilitudo folio mihi 89.

Postremo dicitur, quod ex quo Domini Carolus, & Philippus soluerant expressim nomine D. Equitis debitoris, nihil vlterius quærẽdum est, quia sublata est om-
4, nis obligatio ex dicta solutione. leg. papinianus ff. mandati. l. modestinus & l. solution. & instit. quibus mod. tollit. obligat. in principio, ita vt nec cessio aliqua impetrari contra ipsum debitorem posset, qui solutione eius nomine facta liberatus fuit,
44 nec superfit obligatio, aut actio, quæ cedi possit secundum Bart. in d. l. Modestinus numero quarto, Alberic. numero 2. Imo. numero quarto, & Cuman. numero 6. quos sequutus est Menoch. in tract. de præsumpt. libro 3. præsumpt. 143. numero 1. & 2. & idem tradit Surd. d. decis. 308. numero octauo, & sequ. nec semel extincta potest reuiuiscere. l. eius qui §. fin. ff.
45 de iure fisci gloss. in l. qui res § aream. ff. de solut. Tiraq in l si vnquam C. de reuocand. donat. in verbo susceperit liberos numero 191. in fin. versic. nam & generale & Surd. d. decis. 113. numero 4. etiam de voluntate ipsius debitoris, qui libera-
46 tionem consequutus fuit per solutionem ab alijs pro ea factam etiam quod plus est si ipso inuito facta fuisset, vt in d. l. tale pactum §. post diuisionem ff. de pact. notant scribent. & præsertim Fulgos. post principium versic. in glos. præferant, & Castr. numero 2. & 3. Ias. consil. 74. in fin. lib. primo, Paris. consil. 107. num. 128. lib. 3. Neuizan. consil. 49. numero 6. Roland. consil. 14. nu. 10. lib. 1. & alij per eos citati. Anno 1606. Florentiæ.

EPITOME.

De alimentis, & dotibus præstandis tam per patrem filijs, & filiabus spurijs, quàm per auum paternum nepotibus, & neptibus nedum legitimis & naturalibus, sed etiam spurijs ex filio spurio habitis, & quod etiam vxorem talis filij spurij viduam, & inopem, & sine dote susceptam alere idem auus tenetur, & quod eo mortuo totum hoc onus ad ipsius aui hæredes transit, nec denegationi locus est, etiam quod filius ipso patre ignorante vel contradicente ipsam vxorem duxerit, etiam sine dote, vel, quod plus est, etiam turpem, & indignam.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium. In materia matrimonij ius canonicum attenditur.*
2 *Filiusfamiliàs de iure canonico matrimonium contrahere potest nedum sine consensu patris, sed etiam eo inuito, & contradicente.*
3 *Filius contrahens matrimonium inuito patre, non dicitur committere causam ingratitudinis, ex qua possit exhæredari.*
4 *Filius contrahens matrimonium cum persona vili, indigna, ac turpi, non potest à patre ex ea causa exhæredari.*
5 *Contrarium tamen affirmant pleriq; hic relati.*
6 *Exhæredatio, & alimentorum priuatio à pari procedunt, & ideo ex quibus causis filius non potest exhæredari, non potest etiam alimentis priuari.*
7 *Alimenta. Pater non potest alimenta negare filio, qui vxorem duxit sine eius consensu, & absque dote.*
8 *Filia, quæ sine consensu patris, vel etiam eo inuito maritum accepit, non potest propterea à patre exhæredari, nec dote congrua priuari; saltem vbi vilem, indignumque, & turpem non elegerit.*
9 *Ioannis Baptistæ Lupi Geminianensis fit mentio cum laude.*
10 *Pater ex æquitate canonica tenetur alere filios naturales ex quocunque coitu etiam penitus reprobato, & punibili.*
11 *Idque seruandum est vbiq; locorum in vtroque foro secundum magis communem Doctorum opinionem.*
12 *Nepotes ex filio spurio alendi sunt ab Auo paterno.*

13 Id

13 *Id quod obtinet, nedum patre uiuente, sed etiam eo mortuo.*

14 *Et præsertim si tales nepotes ex filio naturali sint legitimi.*

Pater tenetur liberis suis ministrare necessaria.

15 *Liberorum appellatione ueniunt non solum filij, sed etiam nepotes.*

16 *Alimenta. Quæ dicuntur de alimentis a patre, & auo paterno filio, & nepotibus respectiue præstandis procedunt in dotibus, filiabus, vel neptibus ab eisdem dandis, item num. 17.*

18 *De alimentis ad dotem, quæ ipsorum alimentorum loco succedit, valet argumentatio.*

Alere qui tenetur, dotem etiam præstare debet.

19 *Dos congrue numeratur inter necessaria ad fœminas.*

20 *Pater tenetur alere uxorem filij naturalis. item numero 23.*

21 *Idque etiam si filius eam indotatam, & sine consensu ipsius patris, quinimo eo contradicente, duxisset. Item num. 24.*

22 *Decius consil. 231. colum. penul. in quibus terminis loquatur.*

25 *Nurus. Non solum Nurus, sed etiam pronurus a socero alenda est.*

26 *Vxor filij. Iura, quæ dicunt, vxorem filij a patre alendam esse, loqui videntur in vxore filij legitimi.*

27 *Sed nihilominus idem est in vxore illegitimi, vt & illi sine alimenta subministranda.*

28 *Vir, & vxor pari passu ambulant, & vna caro censentur.*

29 *Nurus vidua a socero alenda est, donec torum defuncti viri custodit.*

Vidua eadem priuilegia habet, quibus constante matrimonio fruebatur.

30 *Vidua, donec in viduitate permanserit, alenda est ab hæredibus mariti, si egena sit, & indotata.*

31 *Nepoti naturali ex filio pariter naturali, alimenta non sunt præstanda ab auo paterno, vt Baldus sentit.*

32 *Contrarium firmat Surdus, quia militat ratio naturalis charitatis, & affectionis, de qua in cap. cum haberet. de eo, qui duxit in matrimo. quam pollu. per adulter. & hanc opinionem sequitur D. Auctor num 33.*

33 *Spurius ex spurio potest institui ab auo, si legitima non extet soboles.*

Pater non habet filium spurium in potestate, & ideo illi non quæritur vsusfructus.

34 *Baldus consil. 67. nume. 3. lib. 1. & consil. 406. num. 2. lib. 3. reprehenditur.*

35 *Aui appellatione venit etiam proauus, præsertim quando lex simpliciter, & indeterminatè de Auo loquitur.*

36 *Patris, vel Aui onus ad filios legitimos, & hæredes transit, illudque adimplere tenentur quemadmodum pater tenebatur.*

Ampliatur etiam, si pater in testamento vel aliter prohibuerit.

37 *Prohibitio patris aduersus eius debitum nihil operari potest, nec eius hæredes iuuare.*

CONSILIVM CLXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VSque de anno 1593. retuli Domin. Officiali Vergareti nõ posse patrem iustè denegare filio alimenta, etiam quod is vxorem ipso inuito, & sine dote duxerit, Motus ex eo, quod de iure Ca-1 nonico, quod in materia matrimonij attenditur Federic. de Sen. consilio 36. in principio, Angel. consilio 29. numero secundo, tertio, & consilio 92. in quinto dubio, numero tertio, Anton. de Butr. consilio 35. in secundo dubio, numero tertio, & sequent. Abb. consilio 12. in primo dubio, libro primo, consilio 65. in primo dubio, libro secundo. Curtius Senior, consilio 27. in primo dubio, per tot. Hierony. de tort. consil. sequent. etiam in primo dubio, per totum, Dec. consil. 231. numero primo, & in l. nuptias, numero octauo, ff. de regulis iuris, Ioann. de Plat. in l. adijcimus, columna secunda, versicu. & nota hic, C. de Muriregul. libro 11. & ibidem Angel. post principium, filius familias po-2 test contrahere matrimonium nedum sine consensu patris, sed etiam eo inuito, & contradicente, vt consulendo determinat Abb. consilio 12. in primo dubio, libro primo, & dicto consilio 65. etiam in primo dubio, libro secundo, Angel. dicto consilio 29. in principio, Ancharan. consilio 21. in secundo dubio. Dec. dicto consilio 231. columna prima, in fin. & columna secunda, sub numero primo, & in l. nuptias, numero 8. 9. versicu. circa primum, ff. de regulis iuris. Nec per hoc dicitur fi-3 lius commisisse causam ingratitudinis in patrem, ex qua possit ab eo exhæredari, quia factum hoc licitum, & iure permittente factum pœnam non meretur, vt consuluit Abb. dicto consilio 12. in primo dubio, libro primo, & in dicto consilio 65. itidem in primo dubio, libro secundo, & idem voluit Ancharan dicto consilio 21. in secundo dubio, quem sequitur

Alexand. consilio 97. numero quarto, versic. pro ista parte, libro primo, & idem latè insistens prosequitur Dec. dicto consilio 231. columna tertia, quarta, in secundo dubio, per tot. & in dicta l. nuptias, numero 10. & sequent. versicu. venio ad secundum, & Ruin. consilio 144. numero 18. & sequent. libro 5. Ias. in authentic. sed si post sub numero quinto, C. de inofficios. testament. Ioann. Crot. in repetit. l. si constante, ff. soluto matrimonio, in secunda repetit. columna penultima, & final numero 160. & sequent. vsque ad fin. & bene facit Federic. de Sen. d. consil. 36. sub num. 2.

Quod procedit, etiam si cum persona vili, & indigna, ac turpi contraxisset filius matrimonium, nam nec tunc ex hac causa exhæredari posset, Alexand. consil. 209. numero 16. libro sexto, & ibi Natt. in additio. & in appostill. ad eumdem Alexan. consilio 97. libro primo, in vltim. addit. in verbo statutum, Deci. dicto consilio 231. in secundo dubio, columna quarta, versi. & quamuis plerique dicant, & in dicta l. nuptias, numero 14. versicu. & quamuis, ff. de regulis iuris, & Ias. in authent. sed si post, C. de inofficios. testament. ad fi. nu. sexto, in quo tamen contrarium voluerunt Alexand. dicto consilio 97. sub numero quinto, libro primo, Curtius Seni. dicto consilio 27. in quarto dubio, numero 35. Socin. in tractat. regularum iuris, regu. 281 in verbo pater, in quarta fallen. Abb. dicto consilio 12. in primo dubio, sub numero tertio, libro primo, & dicto consilio 65. in primo dubio, circa principium, libro secundo, Ancharan dicto consilio 21. in secundo dubio, numero sexto. Ioann. Crot. supra relatus, & alij adducti per Dec. supra citatum, de cuius rei veritate non est nunc disputandum, ex quo mulier est honestæ conditionis, & famæ.

Et cum ex causa prædicta non possit filius exhæredari, non poterit etiam alimētis priuari, in quibus militant illæmet rationes, quæ in exhæredatione considerantur, quia a pari procedunt exhæredatio, & alimentorum priuatio, prout in puncto decidunt Dec. dicto consilio 231. columna penultima, & final. in quarto dubio, sub numero quarto, & in d. l. nuptias, in fin. numero 15. Ruin. dicto consilio 144. numero quinto, & sequen. & iterum numero 18 & sequen. & Ias. in dicta authen. sed si post sub numero quinto, & ita etiā est de mente Abbat. in dd. cons. 12. & 65. supra allegatis, & huic sententiæ videtur adhærere Natt. consilio 278. in finalib. verbis. & in additio. ad Alexand. consilio 97. in vltima additio. libro primo, & consilio 209. sub numero 16. libro sexto, & ita etiam in terminis de alimentis a patre non denegandis filio vxorem sine eius cō sensu, & absque dote ducenti, tradit Couarru. de sponsalibus, & matrimon. in secunda parte, cap 8. §. 6. sub numero quinto, versicu. tertio subinfertur, & late Ioan. Crot. in d. l. si constante, sub dicto numero 160. & sequent. quem ipse Crot. sequitur, & nouè Surd. postea visus in tractat. de aliment titulo primo, quęstione 38. numero vndecimo, & pluribus sequent. vbi alios eiusdem sentētiæ refert, ex quorum dictis etiam apparet idem esse in filia sine consensu patris, vel etiam eo inuito maritum accipiente, quæ ob hoc à patre, nec exhæredari potest, nec dote congrua priuari saltem, vbi vile, indignumque, & turpem non elegerit.

Quoniam vero postea super hac materia consului, & multa ad suprascriptam relationem decisiuam seruientia dixi, volui hic consultationem illam subijcere, & est tenoris infrascripti videlicet

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PLura ex proposito themate elijciūtur dubia. Primum an Antonius Iuncta teneretur alere Simonem nepotem suū legitimum, & naturalem, & aliunde, vnde se alat, non habentem, ex Didaco filio naturali tempore, quo solutus erat, ex soluta pariter suscepto, & Mariam itidem Didaci prædicti filiam legitimam, & naturalem, ac egenam dotare. Secundum an idem Antonius teneretur alere vxorem dicti Didaci viduam, & pauperem. Tertium an etiam teneretur præstare alimenta filio naturali eiusdem Didaci inopi, & aliunde, vnde se nutriat, non habenti. Quartum, an dato quod ad prædicta omnia teneretur, onus hoc alimentandi, & dotandi respectiue transiuerit ad Franciscum, & Ioannem filios legitimos, & naturales, ac hæredes dicti Antonij. Super quibus dubitationibus adeo plenè, & doctè scripsit Excellentissi. Domin. Ioan. Baptist. Lupus Geminianensis, solidæ do-

ctrinæ

ctrinæ Iure Consultus,& mihi veluti frater honorandus, vt satis esset eius sententiæ simpliciter subscribere, vt tamen petenti pro meta veritate, & ac si iudicaturus essem, quid de iure sentiam, aliqua ex parte satisfaciam, nonnulla in medium afferam, quæ difficultatum medullam tangere mihi videbuntur, ex quibus consultatio ipsa clarissima, ni fallor, reddetur.

Quo igitur ad primum dicendum est, quod absque dubio d. Antonius tenebatur alere Simonem nepotem legitimum, & dotare Mariam neptem legitimam ex Didaco filio naturali, quoniam vera est, & approbata sententia, quod sicut pater tenetur alere filios naturales ex quocunque coitu etiam penitus reprobato, damnato, & punibili ex æquitate canonica per capitulum cum haberet in fine de eo, qui duxit in matrimonium, quam poll. per adulter. & ibi notant omnes Doctores, & tradunt Abb. consilio 50. numero secundo, tertio, consilio 115. numero primo, & sequent. libro secundo. Alexand. consilio 74. numero quarto, libro secundo, consilio 113. numero tertio, libro septimo, Ias. consilio 26. numero quarto, libro primo, Calcan. consilio 62. numero vndecimo, & sequent. Deci. consilio 311. numero tertio, consil. 611. numero quarto, sexto, & in fine, Ruin. consilio 124. numero sexto, & sequent. libro primo, Soci. consilio 161. numero primo, versicul. tertio præmitto, libro secundo, Porti. consil. 146 fere in toto, Roland. consilio 74. in secundo dubio, numero 39. & sequen. libro primo, consilio 54. in secundo dubio, numero 57. & sequen. libro secundo, & consilio 89. numero primo, libro tertio. Gabriel. consilio 25. numero 12. libro primo Speculat. titulo qui filij sint legitimi, §. primo, sub numero 17. Barto. in authent. ex complexu, numero secundo, C. de incest. nupt. Marsil. singu. 358. pater in principio, Didac. Couarruu. de Sponsal. & matrimon. in secunda parte, cap. 8 §. 6. numero primo, & sequent. Benint. decisio. Bonon. 22. numero primo, Boer. decisio. 127 numero secundo, Paleot. de not. & spur. cap 46. numero secundo, quinto, & sexto, Gomez. in legibus Tauri, ad l. 9. 10. 11. & 12. sub numero 36. & 37. Peregrin. de iure fisci, libro tertio, titulo 18. numero 55. & 57. Menoch. de præsumptio. libro primo. quæstio. 35. numero 13. Duran de arte testan. titulo primo, cautel. 14. numero 13. vers. decimumtertium, & Surd in tractat. de aliment. titulo primo, quæstio. 10. numero quinto, & sexto, quæ quidem æquitas Canonica vbique locorum, & in vtroque foro seruanda est, glos. in dicto cap. cum haberet, & ibidem Scribentes, & est communis opinio, Ias. dicto consilio 26. numero 13. Ruin. dicto consi. 124. numero 12. Porti. dicto consilio 146. in fin. sub numero septimo, Alb. consil. 44. numero secundo, & tertio, Natt. consilio 108. numero quarto, late Roland. testans de magis communi, & approbata Legistarum, & Canonistarum opinione, dicto consilio 74. in secundo dubio, numero 47 libro primo, dicto consilio 54. numer. 59. & sequent. libro secundo, & dicto consil. 89. numero secundo, libro tertio, Gabriel. dicto consilio 25. numero 13. Dec. in cap. Clerici, numero quarto, de iudicijs, Capy. decisio. 164. numero primo, & secundo, Benint. dicta decisio. 22. numero quarto, Duran. d. caut. 14. sub numero 13. Gabr. titu. de aliment conclusio. prima, numero secundo, dicens esse magis communem sententiam, Molin. de Hispan. primogen. libro secundo, cap. 15. numer. 42. Gomez. loco citato, sub numero 37. post versic. item adde quod videtur, Paleot. de not. & spur. cap. 47. numero primo, Peregrin. dicto titulo 18. sub numero 55. & Surd. dicta quæstione decima, numero sexto.

Ita tenetur alere nepotes ex tali filio naturali, quia receptum est nepotes ex filio spurio alendos esse ab Auo paterno, l. si filia, § si filius familias, versicu. nec solum, ff. famil. hercisc. glos. in l. si quis a liberis, § non tantum, ff. de liber. agnoscen. & ibi etiam Bartol. Areti. consilio 17. numero 11. Socin. consilio 161. numero primo, versic. quarto, & vltimo, libro secundo, Ruin. consilio 124. numero 11. libro primo, consilio 45. numero secundo, lib. secundo, consilio 94. numero septimo, & octauo, libro quinto, Porti. dicto consilio 146. numero primo, & sequent. Gabriel. dicto consilio 25. numero 18. versicu. nec enim, Didac. Couarruu. dicto §. sexto, numero quinto, versic. tertio subinfertur, & numero 16. versic. decimo adnotandum, Surd. dicto titulo primo, quæstione 12. numero primo, & sequent. probans hoc procedere nedum patre viuente, sed etiam eo mortuo, & alij per eum allegati, maxime autem si tales nepotes ex filio naturali legitimi sint, vt in casu nostro per text. in dict. cap. cum haberet, dum in fine, ait, quod liberis suis tenetur pater necessaria ministrare, quia appellatione liberorum veniunt non solum filij, sed etiam Nepotes, l. liberorum, ff. de verborum signific.

15 & tradunt in puncto Ruin. dicto consil. 124. numero 11. libro primo, Rolan. consilio 54. numero 62. libro secundo, Paleo. dicto cap. 47. numero sexto, Surd. dicto titulo primo, quæstione 13. numero primo, & sequent. & præter eos Bald. consil. 146. numero quinto, versic. item præmitte, libro primo, consilio 363. numer. quarto, versicu. Quæritur vtrum nepos, libro quinto, Alexand. consilio 88. in sexto dubio, numero quinto, & sexto, libro septimo, & latius antea consilio 74. in primo dubio, per tot. libro tertio. Cotta memoral. verbo nepos. vers. & in nepote, Dura. de arte testan. titulo primo, cautel. 14. numero 12. versi. duodecimum remedium est, Couarru. dicto §. sexto, numero 16. & Peregrin. dicto titu. 18. numero 64. & alij per eos citati.

Qua ratione, & Mariam neptem legitimam ex filio naturali dotare tenebatur, nam quæ dicta sunt in alimentis a patre,
16 & auo paterno filio, & nepotibus respectiue præstandis, procedunt in dotibus filiabus, vel neptibus ab eisdem dandis, vt de patre probant Barto. in d. authentic. ex complexu, numero quarto, C. de incest. nupt. & in l. fin. numero septimo, ff. de his quibus vt indignis, Capyc. d. decisio. 164. numero secundo, tertio, Abb. d. consilio 50. numero secundo, & tertio, & consilio 115. numero primo, & sequent. Alb. consil 44. numero tertio, & quarto, Crauett. consilio 199. sub numero primo, Porri. d. consilio 146. numero sexto, Benint. d. decisio. 22. numero primo, Couarruu. d. §. sexto, numero 11. & 12. vers. sexto, ex his infertur, & infra, Gabrie. titul. de aliment. conclusio. prima, numero 14. vers. nono amplia, Deci. consilio 611. numero quinto, Roland. consilio 74. in secundo dubio numero 43. & sequen. libro primo, consi. 54. in secundo dubio, numero 52. & sequ. & iterum numero 64. libro secundo, Paleot. de not. & spur. cap. 49. numero tertio & sequent. Peregrin. d. titul. 18. nume. 56. vers. ideoque interpretes, dicens esse receptissimam conclusionem apud Scribentes, & de auo est text. in l. dotem, quam dedit, ff. de collation. in l. auus, cum glo. ff. de
17 iur. dot. & in l. qui liberos, ff. de ritu nupt. & ita in proprijs terminis ex pluribus late concludit Aret. dicta conclus. 17. in quarto dubio, numero 13. & sequen. & volunt etiam Ruin. consil. 45. numero secundo, in fi. libro secundo, consilio 94. numero nono, libro quinto, Crauet. consilio 219. numero primo, & sequen. Natta consil. 363. numero quinto, Surd. alios referens dicta quæstione 12. numero quinto, & latius dicta quæstione 13. sub numero secundo, ad fin. & numero tertio. Valet enim argumentum de alimentis ad dotem, quæ ipsorum alimentorum loco succedit, vt pro-
18 ptetea non immerito, qui alere tenetur, dotem etiam præstare debeat, vt præfati Doctores dicunt, & suadetur ex verbis d. capituli cum haberet, dum agit de necessarijs ministrandis liberis, cum inter necessaria quoad fœminas dos congrue nu-
19 merari possit per ea, quæ leguntur, & no tantur in l. prima, ff. soluto matrimonio, & in authent. res quæ, Codic. commun. de legat. & ponit Deci. d. consilio 611. numero quinto.

Quoad secundum respondendum videtur ad fauorem vxoris Didaci filij naturalis d. Antonij, vt eam pariter alere tene-
20 retur ipse Antonius per text. apertum in d. l. si filia, §. si filius famil. vers. nec solum ff. famil. herciscu. qui videtur adstringere patrem ad alimenta præstanda non solum filio, sed & eius vxori, & ibi hoc notant Doctor. & præcipue Alberic. in qua id expresse voluerunt glos. in d. l. si quis a liberis, §. non tantum, ff. de liber. agnoscen. & Carol. Ruin. consi. 144. numero quinto, & sequen. vsque ad fin. libro quinto, vbi late insistit, volens hoc procedere etiam si fi-
21 lius eam indotatam, & sine consensu ipsius patris duxisset. Sequitur Peregrin. d. cap. 18. nume. 63. vers. amplia vt pater, qui etiam ad hoc adducit Deci. consil. 231. columna penultima, qui tamen de hoc non agit, sed tantum de alimentis a patre filio
22 non denegandis, quamuis vxorem sine eius consensu duxerit, vt ibi in quarto dubio, sub numero quarto, de qua re etiam tractat Ruin. vbi supra maxime vero numero 18. & sequent. & cum Decio conuenit. Idem in terminis nostris in vxore
23 tenent Ruin. consilio 94. in tertio dubio, numero septimo, libro quinto, & antea consilio 124. sub numero 11. vers. hinc etiam videmus libro primo, & consilio 45 numero secundo, vers. & non tantum, lib. secundo, Aret. consilio 17. sub numer. 11. post vers. præterea alia ratione Natt. consilio 278. in principio. Rolan. consilio 54. in secundo dubio, nnmero 58. libro secundo, Boer. decis. 195. in fin. numero 10. Couarru. d. §. sexto, sub numero quinto, ver. tertio subinfertur, ad fin. dicens ita probare Ioan. Crot. in l. si constante, in secunda lect. columna penultima, & fina. ff. soluto mattimonio, et Surd. alios referens d. tit. primo, quæstione 38. numero primo, secundo, et sequent. qui etiam numero 12. & se-

& seque. concurrens cum opinione Rui. dicto consilio 144. & aliorum ab ipso citatorum, vult hoc procedere, etiam quod 24 filius talem vxorem sine dote, & ipso patre non consentiente, sed imo contradicente duxisset, cui sententię videtur etiam adhærere Natt. dicto consilio 278. in fin. Porti. dicto consilio 146. numero primo, & sequent. hancque conclusionem adeo veram esse dicunt Natt. dicto consil. 278. in principio, & Surd. dicta quæstione 38. ad fi. numero 40. & 41. vt procedat etiam 25 in pronuru, quæ non secus, ac nurus a socero alenda est, quod ante eos scriptum reliquit Specul. titu. qui filij sint legitimi, §. primo, numero 28. Et quamuis authoritates supra adductæ videantur loqui in 26 vxore filij legitimi prout & text. in dicta l. si filia, §. si filius famil. vers. nec solum & glos. in dicta l. si quis a liberis d. §. non tantum, nihilominus idem in vxore illegitimi dicendum est, cui non secus, ac ipsi le-27 gitimo alimenta subministranda sunt, vt considerat Peregrin. dicto titulo 18. numero 63. & in hoc etiam casu loquitur Couarruu. supra citatus adducens Crot. idem volentem, vt ibi per ipsum, & ita etiam loquitur expresse Porti. dicto consilio 146. numero primo, & sequent. & quidem si Didacum naturalem alere tenebatur, vtique & eius vxorem, quæ in hoc pari passu cum eius viro ambulat, & 28 vna caro censetur alimentare debebat, vt Doctores prædicti argumentantur, quorum dicta etiam in vidua procedere existimo, donec torum defuncti viri custodit, 29 quæ eadem priuilegia habet, quibus constante matrimonio fruebatur, l. fina. C. de bon. matern. l. filij. §. vidua, ff. ad municip. l. fœminæ, in fin. ff. de Senator. §. soluto igitur, in authent. de nupt. Castrens. consi. 147. sub numero primo, libro secundo, Crauett. consilio 205. numero 40. 41. vers. non obstat. & infra, & in hæredibus mariti, quod ab illis alenda sit, si est egena, & 30 indotata, donec in viduitate existat, tradit Castr. dicto consilio 147. sub numero secundo, & consilio 428. in quinto dubio, in fin. sub numero tertio, libro secundo, & est opinio rationi consona, æqua, verissima, & tenenda, vt per Surd. alios referentem in dicto tractat de alimen. titulo primo, quæstione 44. in septima ampliatio. numero 44. & quæstione 45 in principio, numero primo, & iterum numer. 27. vers. secundo restringitur, hoc tamen in auo paterno decisum in indiuiduo non inuentum huc usque, & libentissimè accederem opinioni tangentis punctum in specie.

Quoad tertium resoluendum duxi, quod idem Antonius teneretur alere filium naturalem d. Didaci, & sic nepotem naturalem ex filio naturali, quoniam etsi 31 huic nepoti naturali ex filio pariter naturali ab auo paterno alimenta præstanda non esse senserit Bald. consilio 67. numero tertio, libro primo, & consilio 406. numero secundo, lib. tertio, ea ratione, quod talis nepos non solum propria, sed etiam paterna sorditate laboret, & hanc opinionem sequatur Cotta memoral. verbo Nepos, vers. sed quid, tamen contrarium firmat Surd. qui tamen de Cotta non memi-32 nit dicta quæstione 13. numero octauo, vers. an vero spurio nepoti ex filio spurio, inquiens, quod etsi nō inueniat decisum, existimat idem esse, quod in nepote legitimo ex spurio, & in nepote spurio ex filio legitimo, quibus alimenta ab auo paterno subministranda esse nullus negat, quia omnibus his casibus militat illa ratio naturalis, caritatis, & affectionis, de qua in capitulo, cum haberet, & sicut filius spurius tenetur alere suum filium quantumuis spurium, ex quo est onus suum, ita auus tenetur ei succurrere pro alimentis, quæ dicuntur esse in onere patris. Additio. Surd. numero 9. aliam rationem, quod spurius ex spurio potest insti-33 tui ab auo, si legitima non extet soboles, l. fina. C. de natural. liber. & ibi Doctores, & præcipue Salycet. quam sententiam sequuntur omnes secundum Boer. decisio. 127. numero 16. & Pinel. in l. tertia, numero 22. vers. qua in re, C. de bonis matern. qui etiam inquit fortius procedere dictā legem finalem in nepotibus spurijs ex filio spurio, quam in legitimis, quia in spurijs cessat ratio, quod patri quæratur vsusfructus, ex quo pater nō habet filium spurium in potestate, & ita etiam ante præfatos patres tenuit Federic de Sen. consilio 57. in sexto dubio, sub numero tertio, quem sequutus est Crauett. consilio 184. sub numer. primo, ad medium, idem vult Abb. consilio 50. sub numero tertio, libro secundo, & ita etiam non obscure voluit Peregrin. dicto titulo 18. numero 64. versic. item ne dum pater, & nouè Marc. Anton. Rouescal. in additio. ad Bald. dicto consilio 406. libro tertio, in appostilla, in verbo, vt notat sub numero secundo, vnde recipienda non est opinio Baldi, quem 34 etiam reprehendit Crauett. dicto consilio 184. numero primo, in fin. licet specifice non aduertat eum loqui in nepote spurio ex filio spurio, cum quo transit Surd. qui tamen non meminit de dictis consi-

lijs Federici de Sen. & Abbatis, & subdit numero decimo, quæ dicta sunt de auo, locum habere etiam in proauo, qui aui 35 appellatione venit, præcipue quando lex simpliciter, & indeterminate de auo loquitur.

Quoad quartum, & vltimum concludendum existimaui onus, quod Antonio patri, & auo respectiue secundum ea, quæ in præcedentibus tribus dubijs diximus incumbebat, eo mortuo, non cessasse, sed ad Franciscum, & Ioannem eius filios le-36 gitimos, & hæredes transiuisse, eosque propterea illud teneri adimplere, quemadmodum pater tenebatur d.l. si quis a liberis, §. item rescriptum, ff. de liber agnoscen & ibi glos. & Barto. Ruin. cons. 124. numero 12. libro primo. Porti. d. consilio 146. in fin. numero septimo, Roland. consilio 54. in secundo dubio, numero 65. & sequen libro secundo. Gabriel. consil. 25. ad finem, numero 19. libro primo, Capy. decisio. 164. numero tertio, Benintend. d. decisio. 22. numero primo, ad finem, vers. & prędicta opinio, Paleot. de notis, & spu. cap. 48. in fin. numero septimo, Gabr. titulo de aliment. conclusione prima, numero decimo, vers. sexto amplia, Marsil. singul 358. ante fin. vers. Quinimo filij, Gomez in legibus Tauri, loco citato, numero 38. post vers. item adde, & extende, Peregrin. dicto titulo 18. numero 65. & 66. Couarruu. d. §. sexto, numero 14. vers. octauo constat, Molin. de Hispanor. primogen. libro secundo, cap. 15. numero 43. versicul. quæ alendi obligatio, & diffuse Surd. dicto titulo primo, quæstione 23. per totam, etiam quod pater in testamen to aut aliter id prohibuerit, quia prohibi-37 tio patris aduersus eius debitum nihil operari potest, nec eius hęredes iuuare, Bal. in l. id quod pauperibus, C. de Episcopis, & Clericis, numero 38. vers. vltimo quæritur, & ibi etiam addentes ad eum, Marsil. dict. singul. 358. in fin. vers. & tene menti Gabr. dicta conclusio. prima, numero vndecimo, versicu. amplia istam, Couarruu. dicto §. sexto, numero quinto, ad fin. versicu. quinto infero, Paleot. de not. & spu. cap. 47. numero sexto, Roland. dicto consilio 54. in secundo dubio, numero 68. & 69. libro secundo, Peregrin. vbi supra numero 67. & Surd dicta quæstione 23. numero decimoquinto. Anno 1606. Florentiæ.

Petrus Caballus Doctor
Pontremulensis.

EPITOME.

Bona Ecclesiastica qualiter, quando, & a quo in emphyteosim concedi possint, & an in perpetuum, & cum diminutione sextæ partis redditus bonorum. Et de efficacia Bullæ Pauli Secundi, & Quarti Papæ Maximorum, ac de alijs in proposito pulcris, & quotidianis.

SVMMARIVM.

1. *Quisquis metam suæ authoritatis excedit, nulliter agit.*
2. *Fines mandati sunt diligenter custodiendi.*
3. *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis dicitur insanabilis.*
4. *Factum ab eo, qui faciendi authoritate caret, pro non facto habetur.* *Factum quando dicatur peccare in forma, ibidem.*
5. *Iurisdictio conditionaliter concessa nihil operatur ante purificatam conditionem.*
6. *Literas, aut priuilegia facultatis concessæ ostendere non sufficit, nisi etiam probentur omnia in eis contenta.* *Consensus Sedis Apostolicæ circa bonorum alienationem Ecclesiasticorum est necessarius, alioquin nihil valet, quod gestum est, ibidem.*
7. *Bona Ecclesiæ stabilia, & fructifera, non ruinosa, an in emphyteosim perpetuam concedi possint cum diminutione sextæ partis eorum redditus propter periculum sterilitatis. declaratur numero 10.*
8. *Ecclesia propter sterilitatem non remittit emphyteotæ mercedem sicut priuatus.*
9. *Tempus concessionis rei emphyteotæ attendendum est quo ad valorem, & æstimationem rei, & eius redditus.*
10. *Diminutio sextæ partis redditus bonorum Ecclesiasticorum conductori quando licite concedatur, & num. 12.*
11. *Bona Ecclesiastica virtute Bullæ Pauli Secundi, & Quarti Papæ Maximorum non possunt locari vltra triennium, & num. 12.*
12. *Concessio diminutionis sextæ partis redditus bonorum Ecclesiasticorum hodie non est amplius in consideratione, & Bullæ Pauli Secundi, & Quarti Papæ Maximorum circa alienationem bonorum Ecclesiasticorum quomodo procedant, & de eorum efficacia late disseritur.*
13. *Concessio rerum Ecclesiasticarum in emphyteosim debet constare, quod facta sit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ.*

CON-

CONSILIVM CLXXII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN causa appellationis in terria instantia vertente coram admodũ Reuerẽdo Domino Raphaele Medices Præposito Metropolitanæ Ecclesiæ Fl.rẽtinæ Iudice delegato, & Commissario Apostolico inter admodum Reuerendum Dominum Iulianum Medices Canonicum dictę Metropolitanę vti Rectorem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Garnialla Fesulanæ Diocesis ex vna parte, & Dominorum Iacobum, & Matthæum fratres de Galligarijs, & litis consortes ex altera, Retuli dicto Domino Iudici, & Commissario eius partes esse in approbando, & confirmando binas sententias antea latas, Vnam per admodum Illustrem, & Reuerendissimum Dominum Alexandrum Martium Medices Episcopum Fesulanum, & numquam satis laudatum virum & alteram per admodum Reuerendum Dominum Gabrielem Baccionium Præpositum Fesulanum de Consilio Excellentissimi Iurisconsulti Domini Nicolai Antellensis Assessoris in Causa electi

1 ad fauorem dicti Domini Iuliani pro nullitate Emphyteosis bonorum dictæ Ecclesiæ de Garnialla, nam cum potestas data Dominis Commissarijs super concessione dictæ Emphyteosis dependat non a Summo Pontifice, sed a Reuerendissimo Domino Pęnitentiario, & is non haberet facultatem liberam, & absolutam circa alienationes bonorum stabilium Ecclesiarum, sed restrictam, & limitatam circa ea tantum bona, quorum redditus non excedunt communem Annuum valorem scutorum viginti auri in auro de Camera, vt patet ex Bulla Pij Quarti Pontificis Maximi de anno 1562. quarto Nonas Maij incipiente: In sublime Beati Petri super Reformatione Officij Penitentiariæ, & fructus bonorum, de quibus agitur, excedant dictum annuum valorem aureorum viginti de Camera; sequitur, quod concessio in Emphyteosim ipso-

2 rum bonorum nulla sit, †quia fines Mandati summi Pęnitentiariæ, non erant excedendi, sed diligenter custodiendi; l. diligenter, ff. mandat. §. is qui exequitur, Institut. eodem titulo, cap cum dilecta, de rescrip. & ideo non mirum si excedens formam mandati, & facultatis sibi concessæ faciat actum nullum. Abba. consil. 41. in principio, libro primo, Dec conf. 142. num. 5. & sequen. Gozad. conf. 73. num. 2. late Malual. conf primo, nume 45. libro primo, & latius in terminis nostris Riminal iunior, conf. 355. num. 14. & sequen. vsque ad fi-

3 nem, lib 4. †quæ quidem nullitas cum ex defectu iurisdictionis procedat, maxima dicitur, & insanabilis, Angel. in l de pupillo, §. qui opus, numer. 3. in fine, ff. de oper. noui nunciat & ibidem Imol. numer. 19. Rimina iun. conf. 386. nume. 20. libr. 4. & Vant. de nullitat. titu de nullitat. ex defe-

4 ctu iurisdict. nume. 1. 2. & 6. † nec factum videtur, quod factum apparet ab eo, qui faciendi facultatem non habebat, toto titulo, C. si a non competente iudi. l prima, §. fina. ff. ad Tertullian. l. secunda, §. fin. ff. de pœn. & omnia remanent nulla, quia factum dicitur priuare in forma, Bald. in l. exceptionem, num. 26 vers. sed pone statutum, C. de probat Vant dicto tit. de nullitat. ex defect. iurisdict num. 3. Riminal. iun. consil. 438. nume. 20. libro quarto, & probatur in iuribus supra citatis, & Dominis de Galligarijs conductoribus incumbebat onus probandi, quod redditus dictorum bonorum dictam summam

5 non excedetent, † quia quando contenta in aliquo mandato sunt sub certa conditione, non intelligitur competere aliqua iurisdictio, nisi prius purificetur conditio, & ostendatur, quod mandato locus est, & casus ab illo comprehensus, ca. ab excommunicato, cum ibi notat. per Doctores, de rescript. Paris. consil. 45. nume. 5. lib. 4. Ruin. consil. 68. num. 5. 16. & 18. libr. 1. & si aliter fiat, faciens censetur, vt priuatus facere, & actus est nullus. glos. in l. minor. ff de euict. Roman. consilio 320. in secundo dubio, Gabr. consil. 149. num. 24. libro

6 secundo †Et qui se fundat in litteris licentiæ alienandi, debet probare omnia in ipsis litteris requisita, & contenta, l. minorum, C. de prædi. minor. Osasc. decisio. 71 nume. 22. & in terminis nostris decis. 171. nume. 10. & sequen. Ioseph de Ludouic. conclusio. 14. in tertia illat & vbi consensus Sedis Apostolicæ necessarius est in alienatione, si nõ interuenit, videtur etiam deficere in eo actu consensus partium, ita vt nihil videatur fuisse gestum, Riminal. iunior, consilio 285 numero 23. libro tertio, & consilio 569. numero 205. lib. quin-

7 to. † Nec obstat si dicatur, quod bona stabilia Ecclesiæ etiam fructifera, & non rui

nosa possunt in emphyteosim etiam perpetuam concedi cum diminutione sextæ partis veri eorum redditus propter periculum sterilitatis,& aliorum casuum fortuitorum ad emphyteotam spectantium §.dudum autem,& §.quia vero Leonis, in Authent. de non alienand. aut permutand.rebus Eccles. & §. emphyteosis vero,in authent.de non alien & emphyt. & authentic. perpetua, C.de sacrosanctis ecclesijs,& ibi Barto. numero quarto, Alberic. numero secundo, Salicet. numero secundo, Castren. eam legens,cum authen. quas ruinas,numero tertio,Barto.in d.§. quia vero Leonis, numero primo, & ibidem Angel. de Perus. numero 20. Alexa. consilio 112 numero secundo, in 2.3. & 4. argumentis,libro primo, Ancharan. Regiens. quæstio.52. numero quinto, libro secundo, Ioseph.de Ludouic.conclusio. duodecima, de emphyteo.& conduct.ad longum tempus columna tertia,vers. retenta tamen communi, Redoan.de rebus Eccles. non alienan. quæstio. 12. numero nono,& 20. tit.de immob.rerum Eccles. alien.Corbol.de causis ex quibus emphy. iure suo priuat.tit.de causa priua. ob non solut. Canon.ampliatio.12. numero nono, Rauden. consilio 17. in tertia parte, numero 30.libro primo, & in tractat. de iure emphyt.tit.de declarat. vel alien.rer. Eccles.numero 12.Rota decisio.720.numero sexto,& septimo,& decisio.273.numero secundo, & sequent. in nouissimis diuersorum, in secunda parte. Nec per hic Ecclesia dicitur esse deterioris conditionis,quam priuatus sine tali diminutione rem suam alteri locans, immo meliori-

8 ris. † Ex quo ecclesia propter sterilitatem non remittit emphyteotæ mercedem, prout priuatus remittit, vt dicunt Alberi. in dicta authent.perpetua, in fine, numero tertio,& Salicet.sub numero secundo, & Alexand.dicto consilio 112.sub numero secundo, in quarto argumento, libro primo,& quod propterea cessat proposita nullitas ex defectu potestatis, quia si habenda sit ratio dictæ diminutionis sextæ partis ex deductis in processu pro parte dictorum de Galigarijs, constabit communem annuam fructuum dictorum bonorum æstimationem non excessisse summam aureorum viginti de Camera tem-

9 pore concessionis, † quod tempus attendendum est, nec consideratur, quod post contractum res sit reducta ad maiorem fertilitatem industria acquirentis, & magis vtilis, et fructifera effecta, glos. et Doctor.in cap.ad aures, de rebus eccles.non alienan. et tradit ex communi Canonistarum opinione Guid. Pap. decisio. 157 per totam. Quoniam ad hoc respondetur. quod ex probationibus in processu factis facile deprehenditur, quod immo redditus bonorum tempore contractus excedebant communem annuam æstimationem scutorum viginti aurei in auro de Camera,etiam habita ratione dictæ dimi

10 nutionis sextæ partis, † Præterea respondetur, quod dicta conclusio diminutionis sextæ partis intelligitur, quando facta diligenti inquisitione non reperitur, qui velit plus dare,nam si inueniretur, qui maiorem mercedem daret ecclesiæ, non valeret concessio cum dicta sextæ partis diminutione alteri facta. Barto.in d.authenti. perpetua, numero quinto,et ibidem Castr.sub numero quarto, vers.et scias,et idē Barto.in d.§.quia vero Leonis sub numero primo. Rursus respondetur, quod tunc diminutio sextæ partis concedi potest, quando prædia sunt extra mansionem ecclesiæ, et ab ea distantia, secus autem si sunt multum propinqua, quia tunc non fit remissio sextæ partis,sed concessio est facienda pro eadem fructuum quantitate,quam ipsa ecclesia percipit,ita dicit Angel.in d.§.quia vero Leonis, numero 21. vers.in quibus autem casibus,in authent. de non alienan.aut permutan.rebus eccl. et in §.emphyteosis,il primo,in principio in summario,et in fine,in vltimo notabili in authen.de alienatione,et emphyt. Vltimo dicitur,quod quicquid olim esset,hodie sublata est dictorum iurium dispositio diminutionis dictæ sextæ partis fructuum per Constitutiones Pauli Secundi,et Pauli Quarti Paparum Maximorū,

11 quibus prouisum est, † quod res ecclesiæ stabiles non possint locari vltra triēnium, et licet ipsi Summi Pontifices soleant dictis Constitutionibus derogare, tamē huiusmodi causas committunt duobus viris probis in dignitate ecclesiastica constitutis, qui faciunt processum, et examinant testes super redditu rei concedendæ in emphyteosim, et pronuntiant eam esse concedendam pro tanta annua pensione, quæ tendat in euidentem vtilitatem ecclesiæ, et sic non æstimatur res ipsa minus,sed plus iusto redditu arbitrio delegatorum Apostolicorum, vt formaliter dicit Ioseph.de Ludouic.d.conclusio.12.columna tertia, versi.quæ declaratio, quem sequitur Rauden. in repertor. suorum Consiliorum, in verbo sextæ partis, libro primo,et in summarijs particularibus dicti consilij 17. in eodem verbo sextæ par-

tis,

12 tis,dicens vtrobique,† quod in concessio nibus in emphyteosim bonorum immo bilium ecclesiarum diminutio sextæ partis eorum redditus non est amplius in cōsideratione secundum antiquos attentis Paulinis, & allegat dictam authoritatem Iosephi de Ludouic. Nec irrationabilis videtur dicta declaratio, nam constitutio Pauli Secundi,quæ est extrauagans ambitiose de rebus ecclesi.non alienan.in extrauagan.commun. condita de anno 1458. secundum Beroi.consil.84.numero 14.libro primo, & de anno 1467. secundum Grat.consil.142.num.25.in fine,lib.2.de quibus meminit Additionat.ad Redoa. in d.tractat.quæstio.35.in principio additionis, & de anno 1468. Calendis Martij secundum lecturam mei Codicis impressionis anni 1582. factæ Romæ tempore Gregorij Decimitertij Pontificis Maximi, expresse prohibet bonorum ecclesiasticorum locationem vltra triennium, & eorumdem in emphyteosim concessionem, præter quam in casibus a iure permissis,ac de rebus,& bonis in emphyteosim ab antiquo concedi solitis, cum ipsarum tamen his casibus ecclesiarum euidenti vtilitate. & non alias. Constitutio autem Pauli Quarti super reuocatione, annullatione, & cassatione alienationum de rebus ecclesiæ,& in damnum ecclesiarum,vel non de iure seruatis seruandis factarum,in qua insertus fuit fere totus tenor dictæ extrauagantis ambitiose ,& illius dispositio renouata , fuit edita de anno 1555. Pridie Idus Iulij,vt dicit Redoa. in d.tractat. de rebus ecclesi.non alienan. quæstio.36.ad finem,sub numero 20. vers sic. Paulus Quartus,& antea quæst. 3. nume.43.versitem in Extrauaganti, & ponit Additionat.ad ipsum Redoan.d.quæstio. 35. in principio appostillæ incipient. hæc constitutio, adeo quod cum concessio , de qua agimus facta sit post vtramque Paulinam huiusmodi alienationes prohibentem etiam in casibus a iure permissis,nisi in euidentem tendant ecclesiæ vtilitatem,& de tali vtilitate non constat, concessio ipsa sub dictarum constitutionum dispositione comprehensa substineri de iure non possit, quod etiam optime probat Rauden.d.consil.17. in prima parte,ad finem,numero 351.&352. libro primo,vbi circa euidentem ecclesiarum vtilitatem in concessionibus in emphyteosim sentit attendendas esse Paulinas, & non ius antiquum,quibus illæ derogant, quod sine dubio dicendum est in hoc Florētino dominio, quia etsi multi in ea sint opinione,quod dictæ Paulinæ non sint vbique locorum receptæ, vt tradit Couar. lib.secundo,variar.resolut.cap.16. numero sexto,vers.quinto,sunt qui, & Moeda. decisio.prima, de constit.tamen in ciuitate,& Dioecesi Florentina sunt vsu receptæ, & obseruantur, vt testatur in specie Redoan dicta quæstio.35.numero secundo, versic.& hoc credo verissimum. Nec dubium est, quin dictæ Constitutiones conditæ fuerint ad restringendum,& limitandum ius ordinarium , & antiquum, & ad fauorem Ecclesiæ, vt firmat idem Redoan. dicta quæstio 35. sub numero primo & latius quæstio. 36. sub numero 6. & 8. & alibi per discursum dictæ quæstio. & dicit Mascard.de probat.conclusio 75. numero 19.& sequent. vers. quod maxi-

13 me procedit, libro primo, † quod tunc maxime debet in concessione emphyteosis constare vtilitas ecclesiæ, quando per rescriptum Summi Pontificis, aut alterius potestatem habentis mandatur,vt ad ipsam emphyteosim deueniatur,si per diligentem inquisitionem eam in euidentem ecclesiæ vtilitatem cedere fuerit repertum,nam tunc clare de ea constare debet, vel per instrumenta, vel per testes, vel per sententiam, aut aliam probationem non ambiguam,alioquin actus non valet,quia cognitio euidentis vtilitatis videtur posita in conditione,quæ implenda est in forma specifica. Anno 1604. Florentiæ.

EPITOME.

Emphyteota cadit a iure suo , si rem emphyteoticam alienet inrequisito domino , vel illam alteri licet in emphyteosim , vel ad longum tempus , & caducitas præiudicat etiam descendentibus alienantis , etiam si sint comprehensi in inuestitura , ita vt non possint ex persona propria emphyteosim vendicare .

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota alienans irrequisito Domino directo cadit a iure suo, & res reuertitur ad Dominum directum.*

Em-

2 *Emphyteota debet requirere Dominum directum, quando vult alienare, ea ratione, vt Dominus possit offerre idem pretium, si velit emere, & etiam alijs rationibus.*
3 *Emphyteota cadit a iure suo si irrequisito Domino directo rem alij concedat in emphyteosim, vel locet ad longum tempus, & num. 4.*
4 *Caducitas non censetur remissa, si dominus directus ignorans alienationem recipiat canonem ab eo, in quem bona sunt alienata.*
6 *Emphyteota alienans irrequisito domino praeiudicat suis filijs comprehensis in inuestitura, ita vt non possint ex propria persona emphyteosim vendicare.*
7 *Emphyteota alienans partem emphyteosis an cadat a iure totius.*

CONSILIVM CLXXIII.

Spiritussancti gratia illuminet intellectum meum.

SEcundum ea, quæ in themate proponuntur, arbitror bona, de quibus agitur, reuersa esse ad ecclesiam Plebis Sanctæ Mariæ de Pupilio ob alienationem de eis factam per Nosrium de Notarijs irrequisito Domino, non obstante, quod Plebanus Canonem receperit ab his, in quos alienatio facta est, nec filius Nosrij posse eadem bona obtinere ex eo, cum persona tanquam comprehensos in inuestitura, quoniam dictus Nosrius, qui emphyteo-
1 sim acquisiuit a Plebano dictæ ecclesiæ ob alienationem irrequisito Domino directo factam, cecidit a iure suo, resque ad ipsum Dominum directum reuertitur. l. fin. C. de iure emphyteo & ibi communiter Scribentes, Clar. in § emphyteosis, quæstio. 13. in principio, numero primo, Corb. in tractat. de caus. ex quib. emphyte. iure suo priuatur, titu. de causa priuat. ob alienat. in principio, numero primo, secundo, vbi id ea ratione factum dicit, vt Dominus possit offerre idem pre-
2 tium, si ipse rem emere voluerit, & vt propter consensum, & receptionem noui emphyteotæ Laudemium consequatur, & vt pro domino recognoscatur, nec necesse habeat probare dominium, si vellet agere, & rem vendicare aduersus extraneũ in quem res est alienata, quod ei difficile esset. Nec excusatio competit, si dicatur,
3 quod dictus Nosrius non vendidit dicta bona, sed potius concessit in emphyteosim, vel in simplicem locationem extraneo, quoniam vtroque casu cecidit a iure suo, vt de primo quãdo emphyteota rem emphyteoticam irrequisito Domino alteri in emphyteosim concedit, quod iure suo priuetur, tenent Clar. in d. §. emphyteosim, quæstio. 20. inquiens hoc verissimum, cum concessio in emphyteosim sit species alienationis, & ita de consuetudine obseruari, & Corb. d. titul ampliatio. 48. in principio, & alij per eos allegati. Et de secundo quod ob locationem simplicem ad longum tempus factum, prout hanc extitisse thema demonstrat, emphy-
4 teota iure suo priuetur, ex quo talis locatio dicitur alienatio, cum per eam transferatur vtile dominium, volunt Clar. in d. §. emphyteosis, quæstio. 19. in fine, & latissime Corb. ti tu. citato, ampliatione 35. per totam, vbi ostendit esse opinionem communem, & veram, quam defendit ab impugnantibus eam respondendo eorum argumentis. Incurriturque hæc caducitas, etiam si nullum pactum fuerit factum circa hoc alienationis caput inter Dominum, & emphyteotam, quia illud venit ex natura contractus, vt probat Corbo. vbi supra, ampliatione prima, numero primo, & secundo.

Nec remissa dicitur caducitas, prædi-
5 cta ex eo, quod post alienationem a Nosrio factam irrequisito Plebano, Plebanus recepit Canonem ab eo, in quem facta est alienatio, quia data ignorantia in themate præsupposita, & quę admodum probabilis est, cum præsens Plebanus is non fuerit qui emphyteosim Nosrio concessit, sed successor in beneficio, & receperit quod sibi soluebatur ab eo, qui bona, de quibus agitur, possidebat, credens eum esse ecclesiæ suæ emphyteotam, non intelligitur remissa caducitas, quæ requirit veram scientiam, quia ignorans non dicitur remittere, nec sibi aliquo modo præiudicare, vt concludit Corbo. in allegat. titu. limitat. 40. in principio, vbi alios idem tenentes refert.

Nec ad dicta bona alienata ius aliquod
6 competit filijs dicti Nosrij alienantis, tanquam comprehensis in inuestitura, quia vera, & communi Doctorum calculo recepta est sententia quod emphyteota alienans rem emphyteoticam irrequisito domino, præiudicat nõ solum sibi, sed etiam alijs postea vocatis ad emphyteosim, nisi alienatio fuerit facta in fraudem ad excludendos alios comprehensos in inuestitura, vt post antiquiores copiose ostendunt Corb. in d. titu. ampliatio. 43. numero 1.

& Alua-

& Aluarot. Valas.in tractat. de iure emphyteo.quæstio.49.numero secundo,vers.secundus casus est,& Ioseph.de Ludouic.decisio.Lucens.9.nume.6.7.& 8. Verum tamen est, quod dictus Nostrius ob dictam alienationem non cecidit a iure suo pro omnibus capitibus bonorum in instrumento concessionis in emphyteosim contentorum, sed ab ea tantum re, seu ab eo tantum capite bonorum, quod 7 alienatum fuit, licet enim magna fuerit inter Doctores contentio, an emphyteota alienans partem rei emphyteoticæ cadat a tota emphyteosi, an vero, cadat solummodo a parte alienata, tamen communior opinio est, quod cadit tantum a parte alienata, vt dicit Clar.in d.§.emphyteosis, quæstio. 13. numero 10. vers. non omittam, vbi etiam inquit esse æquiorem,& secundum illam iudicasse Consilium Neapolitanum, quam sententiam sequitur etiam Redoan. in tractat. de rebus eccles.non alienan.quæstio.79.cap.9. num.10.& sequen.folio mihi 560 & nouissime Corb.in loco citato,ampliati.42. numero 6.vers.cæterum prædicta,vbi ait quod est communis opinio, & quod in iudicando, & consulendo contraria opinio non facile admitteretur; & prout supra ab ambabus partibus communiter consultus de iure respondi, Anno 1598. Florentiæ.

EPITOME.

Quod scriptura sit necessaria in contractu emphyteosis: & quando præsumatur interuenisse vna cum alijs solemnitatibus, & de renouatione emphyteosis in proximiorem emphyteotæ extincta linea in prima inuestitura comprehensa.

SVMMARIVM.

1. *Contractus emphyteoticus requirit necessario scripturam circunscripta consuetudine, (si qua in aliquo loco viget.)*
2. *Scriptura in contractu emphyteotico est necessaria, & ea deficiente agens ad caducitatem ob lineam finitam, non potest obtinere non constito de linea comprehensa in inuestitura.*
3. *Scriptura, & omnis alia solemnitas interuenisse præsumitur in contractu emphyteotico ex longinquitate temporis, & ex diutina possessione bonorum, & receptione pensionum.*
4. *Emphyteuosis ecclesiæ in dubio concessa intelligitur vsque ad tertiam generationem tantum, & non vltra.*
   Sententia transacta in rem iudicatam pro veritate habetur. ibidem.
5. *Emphyteosis an renouari debeat in personam proximiorem eius, ob cuius mortem emphyteosis extincta remansit. declara numero 7.8. & sequent.*
6. *Emphyteosis renouanda est proximiori, maxime si a conductoribus facta fuerint melioramenta in bonis conductis.*
7. *canonin renouatione emphyteosis an idem, uel maior statui liceat.*
8. *Emphyteosi finita, ecclesia non tenetur reinuestire proximiorem, si pro se malit rem emphyteoticam retinere.*
9. *Emphyteosi finita, si in personam proximioris est renouanda, intelligitur de proximioribus descendentibus lineæ finita.*
   Agnati proximiores tantum in emphyteosi finita, & in illius renouatione admittuntur, exclusis penitus cognatis. ibidem.
10. *Inuestituræ renouatio (emphyteosi finita) peti debet infra annum a die mortis illius, in quo emphyteosi extincta remansit.*

CONSILIVM CLXXIIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

Voniam ex motiuis duorum Dominorum Iudicum, qui in prima, & secunda instantia iudicauerunt ad fauorem Reuerendi Domini Iulij de Batalijs Rectoris Sanctæ Mariæ de Verzaria contra Dominum Federigum de Boncianis, & liris consortes clarissime demonstratum est ius ipsius Rectoris,& eorum dicta supletione,aut additione non indigent. Ego qui eorum sententias confirmandas, & approbandas esse retuli admodum Reuerendo Domino Præposito Ecclesiæ Metropolitanæ Florentiæ Iudici delegato, & Commissario Apostolico, insistendum solummodo duxi in responsione ad duas oppositiones, in quibus dictus Dominus Federicus, & litis consortes præcipuum constituebant fundamentum ad excludendam dicti Rectoris intentionem.

Primo itaque opponebatur pro parte 1 dictorum Reorum conuentorum, quod cum emphyteosis sit contractus, qui de

sui

sui essentia requirit scripturam. Bald.con silio 220.sub numero primo,libro primo Alexan cons. 112.ad fi. vers. vel etiam, & cons. 136.nu.8.lib.1.& cons.50 num 4.5. lib 5.vbi dicit esse communem opinionē & ab ea non esse recedendum, nisi de particulari consuetudine in contrarium constet,quod dictum approbat postea consil. 94.in prin & num.2.lib 7.consulens in eadem causa,& de magis communi testantur Soc.cons.169.num.12.13.lib.2.quod est duplicatum in cons 120.lib.4.& Affli. decisio.72. ante numerum octauum, dicens de magis communi,Cotta attestans de communi memorali verbo emphyteosis concessa petro,vers.& hoc dictum Aret in §.adeo autem,num. 8. Inst.de locat.inquiens ita semper vidisse obseruari, quam sententiam late sequitur Clar.in §. emphyteosis,quæst.4. vbi plures alios refert,& dicit esse magis communem,tutiorem,& æquiorem,& in practica obseruādam, nisi in eo loco, in quo contingeret de hoc disputari, appareret in specie contrariam obseruari. Mascar.de probat.con clus.602 in princ.nu.1.& seq.in 2.p.& nouissime Aluar. Vallasc.in trac.de iure emphyteotico,q.7 num.2. vers.inter omnes autem, qui post relatas in hac quæstione contrarias Doctorum opiniones firmat sententiam hanc tamquam magis communem,a qua non sit in practica recedendum, & eamdem sententiam diffuse probat,& sequendam ait Osas.decis. Pedem. 53.sub num.1. vers.contrariam opinionē

2 † & in propo. sito nulla exter scriptura dictæ concessionis in emphyteosim, nullo modo videtur præfatus Rector posse victoriam reportare ex capite finitæ generationis,seu lineæ finitæ, non constito de qua linea fuerit in concessione conuentū inter partes,vt per Corb.in trac.de causis ex quib emphyteota iu.suo priuatur,titu. de caus.priuat. ob lineam finit.in princip.

Sed hæc obiectio facile tollitur, nam cum longissimo tempore bona,ad quę agitur,tāquam emphyteotica possessa fuerint,& pro eis Canones Rectori ecclesiæ

3 soluti,† ex hac temporis diuturnitate iuncta possessione bonorum, & solutione pēsionū præsumitur,quod interuenerit scriptura,& omnis solemnitas necessaria, vt in terminis emphyteosis post infinitos Doctores antiquos,& Modernos tradunt Crauett.de antiquitat. temporum, in 3 p. sectione vidimus in genere ad finem, nu 40.versic 14.præsumitur fol.mihi 158.& 159.Gab.de præsump.conclu 1.in 2.illatione,nu.18.Mascar.d.conclu.602.nu.15. vers.secundo loco,& iterum conclu.603. in prin.lib.2. Corb.in d.trac.tit.de cau.priuat.ob non solut.canonem, ampl.3.nu.1.

4 & seq.† intelligiturque facta concessio vsque ad tertiam generationem tantum,cū vltra eam non possit ecclesia concedere. Ruin.cons.75.nu.7.& consil.160.nu.1.& 10.lib 1.Masc.d.conclu.603 nu.26.27.& conclu.605. nu. 2. quæ quidem tertia generatio extincta est, considerando personas,quæ bona emphyteotica possiderunt, & Canonem soluerunt,quinimo & si diceretur concessionem in emphyteosim perpetuam esse censendam,& non in tertiam tantum generationem ex his, quæ subijcit Mascar.d.conclu.603.nu.28.vers. ex sententia tamen, adhuc finita concessio diceretur nullis prorsus extantibus descendentibus dictorum emphyteotarum de quibus intelligenda esset, vt per Masc. 161. Et quando prędicta dubium aliquod haberent, res tamen ad fauorem ecclesiæ clara esset ex sententia lata de anno 1546 contra authores reorum, quod bona ad ecclesiam reuersa essent propter lineam finitam, quæ cum in rem iudicatam transiuerit,pro veritate habenda est. l.res iudicata cum sua materia,ff.de re iudic.

5 Secundo opponebatur,quod vbi bona essent reuersa ad ecclesiam ob finitam lineam, tamen emphyteosis renouanda esset dictis reis conuentis tamquam proximioribus eius, per cuius mortem extincta est linea,per doctrinam Bart.in l.1. §. permittitur,ff.de aqua quotidi & æstiua, quæ procedit etiam In concessione ecclesiastica,Imo cons.27.nu.3.Alex.cons.80. nu.11.lib.1.Grat.cons.86.nu.7.lib.1.Calcan cons.8.nu.33.& seq.versi.quinimo si nihil,Ruin.cons.151.nu.16.& sequ lib.1. Ripa in l.1.nu.67.ff.de priuile.credit.late Thob.Noni.cons.3.nu.3.& seq.Dec.con si.78.ad fi.vers.postremo non obstat,& latius cons.131.col.2.3.& 4.& cons.328.co lum.2.vers.quibus tamen non obstantib. & col.penult. vers.secundo non obstat,& vers.3 non obstat,Clar.in § emphyteosis q.43.nu.1.& 3.Gab.tit.de iu.emphyteot. conclu.1.nu.1.& 3.& iterum num.13. ad finem,Raudens.decis. Pisana 42.num.52. vers.septimo opponebatur in 1.p. & allegantes pro Cęsare Estensi in causa Ducatus Ferrarensis num.189. vers.sextum caput, qui dicunt esse communem opinionem, de qua etiam attestantur alij præcitati Doctores,quę conclusio potissimum

6 procedit,† quando a conductoribus facta sunt meliotamenta in bonis conductis, quia tunc magis de plano tenetur ecclesia

sia renouare proximioribus defuncti. Imo.cons. 68.nu.4. Cur.sen.cons.47.nu.8. & 9. Cast.cons. 142. nu.2.lib.2. Feli.cons. 42.nu. 11.& seq. Ripa in trac. de peste, tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem, nu.256.& seq. vsque ad finem, Thob. Noni.d.cons.3.nu.6. Raudens.d.decis.42.sub nu.52.in fi. & allegantes præfati nu.191. vers.tertio nedum, qui plures alios referunt,† & subijciunt, quod nec tunc potest 7 augere Canonem, quod propter ibi adductos volunt Imol.d.cons.68.nu.4.& Feli. d.cons.42.nu.11.& seq. & Ripa d.titu.de remedijs præseruatiuis contra pestem,nume.256.& seq.& in d.l.1.ff.de priuileg.creditor.nu.13.& seq.vers.quinto intellige.

Sed ad hãc oppositionem pluribus modis respondetur, Primo quod dicta conclusio Bartol. secundum veriorem, & communem scribentium sententiam non habet locum in ecclesia, Romanus cons.70. nu.3.ad fin.vers.vel secundo aliter, Alex. cons.83. nu.4.& 5. vers.dicit etiam, lib 7. & in l.si mihi,& Titio, ff.de verbo.oblig. nu.19 vers.putarem in hoc,& ibidem sentiunt Imo.colu.finali, vers.sed aduerte,& Aret.col.penu. vers.hoc autem præcipue Fulgo cons.222.colum.2. vers.verum his non obstantibus,& colu.fin.vers.& quod dicit Bartolus,Iason cons.24 col.fin.vers. quarto respondetur,lib.3.late Ruin.cons. 151.num.3.et seq. vsque ad finem,lib.1.et diffuse etiam Gozad.cons.39. in secundo dubio per totum, num.17.et seq.consilio 71.colum.2.sub nu.3.vers.præterea dico, quod doctrina Barto.et col.vlt.ad fi.vers. quinto dixi,copiose Grat.cons.110.nu.35 et pluribus sequen.lib.1. qui respondet rationibus in contrarium adductis,addent. ad Dec.d.cons.131.in prima appostilla.

Secundo,quod vbi dicta opinio admittenda sit etiam in emphyteosi ecclesiastica,ea tamen non procedit, quando ecclesia vult retinere pro se, et nemini concedere. Abb.in c.bonæ,il secondo,sub num. 28.vers.hoc dictum ego limitarem, et ibi etiam addentes ad eum,de postul prælat. Calcan.d.cons.8 nu.35. vers.quia dictum Domini Ioannis,Curt.sen.d.cons.47. nu. 10.vers.secus si vellet,Iasd.consil.24. sub nu.8.col.pen.vers. sed non recedendo,lib. 3.Ruin.d.cons.152.cum seq lib.1. copiose Gozad.d.cons.39.col fin.ver.tertio etsi vera esset,late Benint.decis.Bononien.19 per totam, vbi dicit esse communem opinionem,et sequendam,et plures refert eã tenentes,et communem testantes,Cla.d. q.43.in fin. vers.sed quid si ecclesia,dicens quod libenter inclinat in sententiam Abb. 8

quæ etiam videtur æquior, Gab.d.titu.de iur.emphyt.conclus. 1.nu.14.vers.quarto limita, et habetur in confutatione 29. dictorum allegationum pro Cęsare Estensi,nu.1.2.et 3.fol.33. vbi pluribus authoritatibus probatur,quod allegata opinio ad fauorem Cęsaris pro renouatione nume. 189.de qua memini,in ecclesia non est vera sed magis cõmunis, et verior est,quod si ecclesia vult pro se, non teneatur renouare,et quod hanc sententiam tamquam veriorem, et æquiorem amplexa est Rota iudicãdo,nec hoc casu refert,quod sint factæ meliorationes, vt ibi dicitur, et tradit etiam Rauden.d.decis.42.nu.53. vers. respondetur æquitatem stare ad fin.

Tertio quod dicta opinio procedit in 9 descendentibus lineæ finitæ, qui bene possunt petere renouationem , secus autem in transuersalibus, quibus hæc facultas non conceditur,Iasd.cons.24.col.fi.vers. quinto,et notabilius lib. 3. Ruin.d.consil. 152.sub nu.6.vers.et hac ratione, libro 1. Gozad.d.cons.39.col.fi. vers.quarto opinio Bartoli,Addent.ad Abb.in d.c.bonæ, il secondo, sub nu.28.in appostilla in verbo renouationem in 2.limitatione,et ante istos Anchara.cons.134.nu.2.vers.quo ad secundum,sentit Imol.in d.l.si mihi et Titio,col.fi.vers. item in tertia quæstione ff. de verb.obligat. In quo tamen contrarium tenent Imo.cons.27.nu.3.Deci.late insistens cons. 131.col.3.versi.et ista conclusio,et col.penu.vers.tertio non obstat, et sentit antea cons.78 col.1. et seq. Rui. cons.151.nu 18.lib.1.Gozad.consi.71.In prin.sentit Roma.cons.22.sub nu.6. vers. secundo est videndum,cons.70.nu.3.et in rub.ff.de arbitr.sub num.45. circa finem, vers et scias,quod finita,et in l.Prætor ait num.2.ff.de oper.noui nunciatio. Gab.d. conclusio.1.de iur.emphyteot.sub num. 16.in fine,et nu.17. Cla.in d §.emphyteosis d.q.43.nu.2. vers. et hæc quidem conclusio, qui tamen hoc restringit ad agnatos tantum proximiores, excludendo penitus cognatos,authoritate Socin.iun.de cõmuni attestantis cõs.9.nu.23.in fi.li.3.

Quarto quod talis renouatio debebat 10 peti intra annum,quo elapso non est amplius ei locus , nec eam petens audiendus est Roman.d cons.22.nu.6.d cons.70.sub nu.3.post medium, vers.vel aliter dici potest in d.rub.ff.de arbit.sub nu 45. ad fin. versic.et scias qnod finita,et in d.l.Prætor ait, §.fin.nu.2. ff de oper.noui nunciatio. Alexan.in d.l.si mihi,et Titio,nu.21.vers. item limita,ff.de verbo.oblig. Ripa in d.l. 1.nu.11.in 3.declaratione, ff.de priuil.creditor.

ditor. Iaſ.d.conſ.24.col.fin.verſ.tertio reſpondetur,lib.3.Dec.d.conſ.131.col.3. in prin.ver.et idem ſequitur, Soc.iun.dicens de magis communi d.conſ.9.nu.17. in fi. Gozad.d.conſ.39.col.fin.verſ.item et ſexto,quod latius firmat, et de communi teſtatur d.conſ.71.ſub nu.1. verſ.ſecundo reſpondetur,et num.3.verſ.pręterea reſpondeo,et ſecundo,et iterum,col.fi.ante finē verſ.ſecundo reſpondeo, Adden.ad Abb. in d.c.bonæ,il ſecondo,ſub nu.28.in appoſtilla,in verbo renouationem,in 4.limitatione,Gab.d.concluſ.1.nu.10. verſ.ſecundo limita,Clar.d.q 43.ante finem,verſic. quinimo etiam,qui tamen non omnes ſupracitatos refert,nec meminit de Dec.cōſil.328.colum.antepenu.verſ.primo ergo non obſtat, & de Ruin.d.conſ.151. num. 19.lib.1. qui contrariam tuentur ſententiam, quibus minime aſſentiendum videtur. His addere poſſim,ſi forte nimię non imputaretur audaciæ, quod numquam in practica vidi has renouationes contra Eccleſiam impetrari,prout in feudis aſſerit Clar.in §.feudum,quæſt.87.ad fin.qui tamen in emphyteoſi aliter dicit, ſed non loquitur præciſe in Eccleſiaſtica. Anno 1603. Florentiæ.

E P I T O M E.

De Nullitate renunciationis facta ab eo, qui ingreſſus eſt religionem, & poſt habitum aſſumptum intra tempus probationis ſine licentia ordinarij, & ante profeſſionem poſt duos menſes proximos cum authoritate iudicis ſecularis violenter ereptus a coniunctis in habitu ſeculari inuitus extra monaſterium per aliquot dies tentus, bona ſua donauit dictis attinentibus, & poſtea cum potuit ad monaſterium rediit, ibique profeſſionem fecit, ad ſacros ordines promotus fuit, & tandem multos poſt annos obijt.

S V M M A R I V M.

1 *Profeſſio tacite emiſſa præſumitur in religione ex curſu anni data legitima ætate eius, qui ingreſſus eſt monaſterium, qui dicitur ſe, ſuaque bona Deo dicaſſe; & transtuliſſe in monaſterium.*

2 *Monaſterium eſt loco hæredis, & ſuccedit in ius eius, qui ingreſſus eſt monaſterium ipſo iure, & facto, tam in vita, quam poſt mortem illius.*

3 *Renunciatio facta a nouitio poſt ingreſſum monaſterij ante duos menſes profeſſionis, ſine licentia ordinarij, vel eius Vicarij, non valet vllo modo, etiamſi ſit iurata, vel aliter roborata, &c.*

4 *Vbi habetur caſus legis clarus, non eſt vlterius dubitandum.*

5 *Ingreſſus religionem pendente tempore probationis poteſt deponere habitum, & redire ad ſeculum ad eius libitum ſine licentia alicuius.*

6 *Nouitius violenter à ſuis extra religionem extractus, deinde cum potuit ad monaſterium reuerſus, in monaſterio ſemper ſtetiſſe dicitur, et dies, quibus inuitus extra monaſterium in ſeculo moratus eſt, computantur ad complendum tempus probationis, & ſucceſſiue ad tacitam profeſſionem inducendam.*

7 *Detentus apud hoſtes, ſi redierit ad patriam, præſumitur ſemper in patria ſtetiſſe cum iiſdemmet iuribus, & prout ante captiuitatem ſtabat.*

8 *Renuntiatio facta a Nouitio inuito a monaſterio extracto ab attinentibus ſecularibus, non tenet.*

Iudicis præſentia in contractu aufert ſuſpicionem fraudis. ibidem.

9 *Nouitij ſunt de foro eccleſiaſtico, & ſi iudex laicus interponat authoritatem ſuam renuntiationi facta per nouitium, nulliter agit.*

10 *Nouitius accipiens mutuo pecuniam etiam ex cauſa monaſterij illud non obligat ad reſtitutionem, niſi in ipſius monaſterij rem, aut vtilitatem verſa probaretur.*

11 *Monaſterium non dicitur habuiſſe quicquam ab ingreſſo, quamuis monaſterium hæreditatē matris ingreſſi mortuę poſt ingreſſū adierit.*

C O N S I L I V M CLXXV.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

IN cauſa appellationis vertēte coram Reuerendo Domino Priore Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Laurentij de Florentia Iudice Delegato, & Commiſſario Apoſtolico inter Nobiles Dominos Equi-

Equitem Zenobium,& Cosmum fratres de Acciaiolis appellantes ex vna parte,& Reuerendum Priorem fratres,& conuentum Diui Marci appellatos ex altera occasione hereditatis quondam Dominæ Mariæ Cacciæ, vxoris olim Antonij de Acciaiolis per d. Monasterium petitæ, & plurium summarum pecuniarum per d. de Acciaiolis petitarum. Retuli in vtroque capite bene fuisse iudicatum ad fauorem monasterij,& quoad primum caput hereditatis petitæ per monasterium, clara est conclusio, quod cum frater Thomas, in seculo Zenobius nuncupatus habitum dictæ religionis susceperit die 6. Maij 1569. & postea die 8. Maij anni sequentis 1570 professionem expresse fecerit,& maxime in eadem religione quamplurimis annis steterit,& ad sacerdotium peruenerit, & sic etiam tacitam professionem emiserit, quæ data legitima ætate ex solo anni cursu inducitur, c. 2 extra de regular. c. r. c. 2. c 3. eo ti. in 6 dicitur ex hoc te, suaque Deo dicasse, & propterea omnia eius bona, & quæcunque iura in monasterium transtulisse per authe. ingressi, C. de sacrosan. eccl. quæ est canonizata in c. quia ingredientibus, 19. q 3. & idem habetur in c. per latum est immediate sequ. & in c. in præsentia, extra de probatio. Ex quo fit, quod hereditas d. Dominæ Mariæ spectet ex persona d. fratris Thomæ eius filij ab intestato ad dictum monasterium & quidem immediate, & ipso iure absq; aliquo facto,& ministerio d. fratris, ita vt etiam eo mortuo illam adire possit monasterium secūdum communem opinionem Canonistarū, Soc. conf. 183. in prin. & conf. 245. nu 3. lib. 2. in quibus locis refert etiam plures legistas ita tenere, & dicit, quod ab ea consulendo, & iudicando non recederet, Cor. conf. 272. nu. 3. libr. 3. vbi pariter ait esse communem Canonistarum,& præualere in foro ecclesiastico, Cla. in §. testamentum, q. 30. circa principium attestans pariter de communi Canonistarum,& subdens in fine in foro Canonico esse seruandam.

Nec obstat renuntiatio producta contra monasterium, quia vti facta sub die prima Iulij 1569. a Nouitio post ingressum religionis sine licentia ordinarij, vel eius Vicarij, & ante professionē per duos mēses proximos, prout disponit Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. c. 16. de regular. & monialibus nihil valet, etiā iurata,& quibusuis clausulis,& renuntiationibus, vel cautelis, etiam iuratis vallata, vt in d. c. expresse dicitur, & in hoc cum casum legis habeamus, nulla cadit dubitatio, l. ancillæ, cum glo. C. de fur.

Nec nocet, quod tempore factæ renunciationis renuncians non esset in religione, nec in habitu Sancti Dominici per ipsum assumpto, sed extra Religionem, & in habitu seculari, & ob id, quod non poterat dici nouitius, nec persistens in probatione tanquam egressus monasterium, & extra illud sine religionis habitu manēs, cum ad libitum ante completum probationis annum possint ingressi religionem nulla petita licentia habitum deponere & ad seculum redire, c. statuimus, extr. de regula. & c. 1. & c. 2. eod. ti. in 6. quoniam respondetur, quod illi decem dies, quib. permansit extra monasterium in habitu laicali, non habentur in cōsideratione ad interrumpendum probationis anni, vel ad effectum, vt desierit esse nouitius, cum apertissime constet eum in die Vigiliæ Sācti Ioannis Baptistæ violenter a cætu fratruum processionabiliter incedētium ab latum, & ereptum fuisse, & in domo coniunctī adductum, & inde ad patris habitationem nocturno tempore conductum, ibique quasi in priuato carcere retentum & custoditum, nulla recedendi, & ad monasterium rediendi facultate sibi concessa, nisi facta renuntiatione prædicta, cum enim eo modo, & forma prænarrata steterit extra monasterium, & postea ad illud, cum potuit, de nocte redierit, & deinde in eo permanserit, & interim etiam dū vt supra retineretur, auxilium pro tollenda custodia, & libero ad religionem reditu postulauerit, videtur semper in monasterium stetisse, & numquam ex eo exiuisse, vt ex multis probant admodum Re ue. DD. Priores Iudices, quorum dictis ad dere placet ad hoc propositum notat. per Ant. Bard. in tract. de temp. vti. & conti. c. 18. num. 5. & seq. vers præterea pater. Vbi patet detentum apud hostes, vel aliter cōtra eius voluntatem, non mutare statum, & reuersum haberi, ac si continuatis temporibus in primæuo esse perseuerasset, vt ibi per ipsum, iura, rationes, & exempla adducentem, & seruit regula, l. velle non creditur, cum ibi notat. per Decium, & Cagnol. ff. de regulis iuris.

Est etiam dicta renuntiatio nulla, vti facta a tali, vi erepto, retento, & custodito, vt supra l. interpositas, C. de transf. non obstā te interuentu iudicis, ex cuius præsentia solet alias fraudis suspicio cessare, l. transactionem, C. de transa. cum ibi not. per scribentes, cum n. hoc ex indicijs, & præsumptionibus probetur d. l. interpositas, ver. ad

ad vim, Dec. alios citans in l. in omnibus causis 39 nu. 7. ff de reg. iu. nullus sani capitis diceret eam fuisse libera volũtate renuntiantis, & non coacte factam, attenta præsertim personarum qualitate, quæ in hoc multum inspici debet, vt per Decium in d. l. in omnibus causis, num. 3. et stante, quod iudex adhibitus erat laicus, et per cõsequens incompetens, cum etiam nouitij sint de foro ecclesiæ, Soc. qui ad hoc solet 9 allegari cons. 12. nu. 16. li. 1. vbi tamen loquitur generaliter in Clerico in minoribus cõstituto, sed hoc in indiuiduo tenet Dec. in tractatu crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. nume. 24. vers. vndecimo extende.

Quo vero ad secũdum caput pecuniarum per dd. Dominos de Acciaiolis peti-10 tarum, absolutio monasterij ex eo patet, quod præsupposito millies, quod d. frater Thomas eas mutuo recepisset, etiam ex causa monasterij, non tamen ad earum restitutionem illud obligasset, nisi in ipsius monasterij rem, aut vtilitatem versæ probarentur Doct. in l ciuitas, ff. si cer. pet. & in l. ei qui, et in l. pen. C. quod cum eo qui in alie. potest. et est tex. clarus, in auth. hoc ius porrectum, in fi. C. de sacrosa. eccl. cu ius dispositio est canonizata in c. hoc ius 10. q. 2. et tradunt Bal. cons. 353 in prin. li. 3. et Cast. cons. 338. etiam in princ. lib 1.

11 Nec tenetur monasterium ad obligationes, et debita d. eius fratris, ex eo, quod bona eiusdem fratris ad ipsum monasteriũ peruenerunt, quia nihil dicitur peruenisse ad monasterium de bonis ipsius fratris nec opera ipsius, cum hereditas matris deferatur ipso iure, et immediate monasterio, et monasterium adeat sine d. fratre secundum opinionem Canonistarum, de qua supra dictum est, ita in specie respondet Cor. d. cons. 272. in fin. sub nu. 8. lib. 3. Anno 1593. Florentiæ.

Laus Deo, & Virgini.

Petrus Caballus I. C. Pontremulensis.

FINIS.

EPITOME.

De nullitate actorum, & sententiæ contra minorem cum interuentu eorum, qui erant Tutores, sed non fecerant incumbentia eorum officio, vt legitimam personam pro pupillo haberent. De probatione minoris ætatis, & bonorum identitatis, cui incumbat, & de executione sententiæ ad contenta tantummodo in ea restringenda.

SVMMARIA.

1 *Iudicium agitatum contra minorem cum interuentu Tutoris, qui non fecit ea, sine quibus legitimam personam pro pupillo non habet, nullum est, & nu. 3.*
Tutor quæ facere debeat, vt legitimam personam pro pupillo habeat remissiuè ibidem.
2 *Gesta contra pupillum indefensum nulla sunt in eius præiudicium.*
3 *Litigãs cum Tutore pupilli debet habere copiam tutelæ, & inuentarij, vt cum eo validè litigare possit, nec sufficit, quod se pro Tutore gesserit.*
4 *Idem procedit in curatore.*
5 *Minor ætas probanda est per eum, qui in ea se fundat.*
6 *Dicta in libello faciunt fidem contra libellantem.*
7 *Instrumentum habet præsumptionem pro se, & e. statur, donec contrarium probetur.*
8 *Contractum nullum dicens ex læsione, vel dolo, id probare tenetur.*
9 *Dolum allegans illum probare tenetur.*
10 *Dolus excluditur ex interuentu, & præsentia proximiorum, & coniunctorum, & pariter metus est nu. 11.*
12 *Præsumptionem habens contra se duriori onere probationis grauatur.*
13 *Donationis titulus donatario non suffragatur, nisi ostendat de iure donantis, & nu. 20.*
14 *Identitas bonorum petitorum tanquam sibi donatorum, & ab alio possessorum probanda est, num. 20.*
15 *Actore non probante reus absoluitur.*
16 *Nullitas sententiæ vbi euidenter per facti euidentiam constat, vel etiam iniquitas, talis sententia nunquam transit in iudicatum, siue ab ea non fuerit appellatum, siue fuerit, sed appellatio non prosequuta.*
17 *Executio sententiæ non habet locum, vbi non adest res iudicata.*
18 *Sententia est stricti iuris, nec inducit plusquam ex ea de necessitate inferatur, aut plusquam ex eius verbis colligatur.*
19 *Executio præter, vel contra tenorem sententiæ in iudicatum transactæ obtineri non potest, & obtenta reuocanda est, & nu. 20.*

CONSILIVM CLXXVI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VIsis litteris Illustrissimæ D. Marchionissæ Fosdenoui mihi scriptis, & processu ad me per eandem transmisso, & omnibus maturè consideratis, videtur quod sententia lata per D. Prætorem Fosdenoui ad fauorem Sanctini de Zuccano nomine Ioannæ eius vxoris, & contra Caterinam olim Dominici de eodem loco, seu contra Marianum itidem de Zuccano, & Baptistam de Pulica nominibus in actis expressis fuerit nedum euidenter nulla, sed etiam iniusta. De nullitate enim apparet ex eo, quod fuit agitatum iudicium contra dictam Caterinam pupillam cum interuentu eorum, qui dicebantur eius Tutores, quos nõ constat fecisse ea, quæ tali officio incumbunt, & sine quibus legitimam personam pro pu- 1 pillis non habent de quibus habetur per Bart. in l. tutor qui repertorium, ff. de administratione tutor. & in l. legitimos, ff. de legit. tutor. per Capyc. decis. 50. in causa Iacobi Luciani, per Roman. cons. 425. quoad primam, & per alios passim, quo casu nõ valet, quod actũ est ad pupilli præiudicium, vt in terminis actorum iudicialium est tex. 2 clarus in l. si Tutor C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. quem text. omnes scribent. ibi notant, & præsertim Bart. qui propterea instruit litigantem cum Tutore, 3 quoad habeat copiam tutelæ, & inuentarij, vt possit ostendere cum eo potuisse litigare, aliàs quod ei non sufficeret illum se gessisse pro Tutore, & idem quod dicitur in d. l. si tutor, habetur ad verbum in l. in dubium C. de tutor. vel curato. qui satis non ded. in versi. si igitur tutor, & ita in terminis concludit Bald. in l. si tutor, in princ. C. in quib. caus. in integr. resti. non est necess. quem refert, & sequitur Marant. de ordin. iud. in 4. part. princip. distinc. 16. num. 33. dicens esse hoc perpetuo menti tenendum, quia poterunt mille processus impugnari, quia raro inuenitur hodie tutor, qui faciat solemnia, ad quæ tenetur, idem etiam concludit Rom. cons. 454. in re præsenti nu. 18.

extendens talem dispositionem in Tutore loquentem ad curatorem minus legitimè ordinatum. De pupillari autem ætate Catetinæ, cuius allegatio non sufficit, sed probanda est per eum, qui in ea se fundat, vt in terminis istis latè probat Ioseph. Ludouic. decis. Perusi. 56. per totam in prima part. constat, tùm ex libello dicti Sanctini asserentis eam esse infantem, nam dicta in libello fidem faciunt, & probant contra libellantem, l. cum præcum, C. de liberalib. caus. Roma. consilio 235. quoad primum in 8. dub. numero nono, tùm aliter ex deductis in processu; De iniustitia autem dictæ sententiæ constat ex eo, quod pro instrumento præsumitur, & ei statur, donec contrarium probetur, l. cum precibus, C. de probation. Roman. consilio 509. circa propositam consultationem, colum. fin. numero 25. Alexand. consil. 134. in causa, & lite sub numero 14. lib. 2. & Alciat. alios referens in tracta. præsumptio. regul. 3. præsumpt. 13. num. 7. cum enim nihil probatum legitimè appareat in processu contra cessionem, & renunciationem factam per d. Ioannam, dicto olim Dominico, talis contractus infringi minimè potuit, & quidem cum agens se fundauerit ad irritandum ipsum contractum in dolo dicti olim Dominici nedum re ipsa ex lesioni enormi, sed etiam ex proposito, non video quo iure id probare non debuisset, tum quia id erat fundamentum suæ intentionis iuxta notata per Vant. in tracta. de nullita. titu. à quo, & quibus mod. poss. & debeat nullita. proba. in princip. tum etiam quia alleganti dolum incumbit onus probandi, l. dolum, C. de dolo mali, l. quotiens, §. qui dolo, ff. de probatio. cum similibus, & eo magis cum in contractu ipso interuenerit præsentia, & consensus trium proximiorum consanguineorum, & coniunctorum dictæ Ioannæ, ex quorum interuentu sicut penitus excluditur quælibet suspicio metus contrahentis iuxta text. in l. transactionem, quæ, C. de transaction. ita etiam omnino cessare debet suspicio doli, vt tradit Bart. in l. si quis in principio testamenti sub numero 11. ff. de legat. 3. ex qua quidem re fuisset affectus agens duriori onere probationis, vt in hoc habens contra se præsumptionem iuxta trad. per Dec. consilio 105. pro tenui sub numero quarto, & per Alciat. dict. præsumptio. 13. sub nume. 2. & per Crauet consilio 198. videtur esse locus sub num. 3. Nec aliquod fundamentum videtur posse fieri in instrumento donationis factæ, per Catennam seniorem d. Ioannæ; quia dato quod valida esset illa donatio, tamen per eam non infertur bona donata fuisse donantis, & successiue modo esse donatariæ, quia contrarium potest esse verum, vnde opus erat probare ipsa bona tempore donationis ad donatricem spectasse, quia aliàs nullum ius ex donatione ad donatariam translatum esset, l. traditio, ff. de acquiren. rer. domin. l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. & l. si filius. C. de donatio. Crauet. cons. 57. num. 4. cons. 134. num. 21. vltra quod non constat de identitate dictorum bonorum, quod scilicet bona donata sint eadem bona, de quib. contendit agens quod tamen constare omnino debebat ad hoc, vt ea consequi posset Crau. cōs. 57. nu. 7. cons. 112. nu. 3. cons. 198. num. 4. & cons. 269. nu. 3. Alex. cons. 118. nu. 4. & cons. 119. num. 3. lib. 1. Ias. in l. 2. in fin. num. 19. & 20. C. de bonor. poss. secund. tabul. & in l. non hoc, nu. 12. C. vnde legit. & in l. eum qui, §. in popularibus, num. 21. ff de iureiur. Alex. cons. 134. num. 2. & 3. libro 2. cum ergo incumbentia non probasset agens, erat locus absolutioni personæ conuētæ, per regulam l. qui accusare, C. de eden. quod cum factum non fuerit, sententia iniusta dicitur, & cum de nullitate, & iniustitia dictæ pronunciæ liqueat euidenter ex processus inspectione, succedit regula, quod vbicunque per facti euidentiam constat de nullitate, vel iniquitate sententiæ, nunquam talis sententia potest transire in rem iudicatam, dato milles, quod ab ea nunquam fuerit appellatum, vel dato, quod appellatio nō fuerit prosequuta, vt eleganter tradit Ias. cons. 21. venerabilis, ac clarissime Domine, numero 2. lib. 1. per text. & ibi notata per doctores in c. fraternitatis, extra de frigidit. & malefic. & per Bal in l. 1. in fi. nu. 7. C. senter. rescind. non posse, quod etiam seruit ad impugnandam secundam sententiā, quæ primam vt sup. latam confirmauit, quæ & ipsa vti nulla, & iniqua ex facti euidentia non potuit in iudicatum transire per prædictam singulatem decisionem Iasonis, quo fit, vt cū non adfuerit res iudicata, frustra de executione actum sit, l. 1. C. de execut. rei iudic.

Sed si valida, & iusta vtraq; sententia esset, & in iudicatū vltima trāsacta diceretur, & de executione agi posset, non tamen ita, vt factum est, agēdum erat, nam sententiæ est stricti iuris, & eius verba strictè sunt intelligenda, adeo vt ea non inducat plus, quā ex ea de necessitate inferatur, aut plusquam contineatur in ea, Cacher. decis. Pedem. 64 num. 1. & seq. Alex. cons. 46. nu. 5. lib. 1. cons. 84. num. 3. lib. 3. cons. 108. num. 2. lib. 5. cons. 18. num. 3. & cons. 164. nu. 2. lib. 7. consil. 49. num. 1. eod. lib. 7. & cons. 1. num. 16.

num. 16. lib. 5. Cæpol. cons. ciuil. 57. num. 5. Castr. cons. 196. viso suprascripto puncto, num. 4. lib. 1. & propterea cum sententia solum declaret cessionis, & renunciationis contractum nullum, & eo non obstante ius, & actionē cedenti, & renuncianti competere pro bonis ad Caterinam seniorem spectantibus, & ipsi cedenti, & renuncianti donatis, non potuit dicta Ioanna immitti in possessionem bonorum, de quibus in actis, quia ex tali sententia erat solum ei aperta via agendi pro dictis bonis, ad quæ debebat agere, vt mox condemnato possessore ad relaxationem potuisset in eorum tenuram imponi, quod cum factum non fuerit, meritò nulla existente

19 re iudicata, nullaque condemnatoria præcedente sententia, quod actum est pro executione, renouari debet, l. si cum nulla, ff. de re iudicat. & tanto magis locus est reuocationi, quia ex tenore dictæ sententiæ datur solum actio ad bona pertinentia ad

20 Caterinam seniorē, & donata dictæ Ioannæ, & non constat ea bona, in quorum possessionem inductus Sanctinus fuit nomine vxoris, spectasse ad dictam Caterinam, & esse eadem bona, quæ dictæ Ioannæ fuerunt donata, quod tamen constare necessariò debebat, vt supra est dictum, vnde ex prædictis, & alijs, quæ colligi possunt ex processu, & ex doctè allegatis per Magnificos Consulentes pro pupilla, Retuli partes Illustrissimæ Domi. Marchionissæ, vel cuiuslibet alterius iudicare debentis, esse in pronunciando, & declarando malè fuisse per Dom. Prætorem Fosdenoui iudicatum in concessione immissionis in possessionem bonorum, de quibus in actis, dicto Sanctino facta, & bene per partem aduersam appellatum, & reclamatum, reuocando dictam concessionem immissionis in possessionem, & successiuè etiam ipsam immissionem in possessionem exinde sequutam. Anno 1579. Pontremuli. Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

De regula, quod Actor tenetur sequi forum rei, maximè verò si laicus contra clericum litiget, etiam si petatur associatio ad possessionem, seu tenutam bonorum, & an ad instantiam cessionarij possit peti executio instrumenti, quæ ex statuto principali daretur non citata parte, & non constito de cessione, & de alijs in hac materia quotidianis.

SVMMARIA.

1. *Actor tenetur sequi forum Rei.*
2. *Nec statutum in contrarium valet in non subditis statuentium.*
3. *Clericus coram suo iudice ecclesiastico conueniendus est.*
4. *Actor agere volens actione reali contra aliquem habet electionem conueniendi reum in loco domicilij ipsius, vel in loco, in quo res sita est.*
5. *Nisi reus sit clericus, & actor laicus, quia tunc forus rei sequendus est.*
6. *Clericus non potest consentire, vt coram seculari conueniatur.*
7. *Nullaque consuetudo in contrarium induci potest.*
8. *Clericus etiam de consensu sui superioris iurisdictionem iudicis secularis prorogare non potest.*
9. *Iudex secularis distringens, vel condemnans Clericum nulliter agit, & excommunicationem incurrit.*
10. *Etiam non opposita declinatoria, imò & scienter omissa.*
11. *Petens se associari ad possessionem bonorum non tenetur facere citare partem.*
 Associatio ad possessionem bonorum faciendā conceditur parte non citata ibidem.
12. *Actor nouam petitionem producens tenetur parti ad expensas in priori petitioni factas, aliàs sibi obstat exceptio prioris litis pendentis, numero 13.*
14. *Exceptio litis pendentiæ impedit litis ingressum, nec est in facultate actoris renunciare priori instantiæ inuito reo, nu. 15.*
16. *Agēs vti cessionarius debet citare partem, etiam aliàs non citandam à principali.*
17. *Statutum de debitore capiendo ad instantiam cessionarij, nisi prius citato debitore, & constito de cessione, licet alij contradicant, nu. 18.*
19. *Pactum executiuum de ingrediendo propria authoritate, & eius facultas cedi potest.*
20. *Disputatio non admittitur in claris.*
21. *Associatio ad possessionē non conceditur nisi stante clausula constituti, & pacti executiui.*
22. *Clausula cæterata debet extendi secundum specialem consuetudinem Notarij, & non secundum generalem aliorum Notariorum.*
23. *Clausula cæterata denotans clausulam constituti, & pacti executiui non habetur pro expressa, sed Notarius cogitur extendere iuxta suam consuetudinem.*
24. *Clausula cæterata solummodo importat ea, quæ desunt ad complēdam orationem, non autem ea, quæ continentur in alia separata oratione.*
 Clausula constituti abbreuiata, seu cæterata non continet clausulam pacti executiui de ingrediendo propria authoritate, ibidem.

25 *Clericus dicitur conuentus à Laico coram Iudice seculari, si petatur contra ipsum aßociatio ad poßeßionem bonorum, etiam quod non fuerit ad hunc actum citatus.*

Actoris persona considerari non potest, nisi etiam consideretur persona Rei conuenti ibidem.

26 *Actus plures sunt, qui parte non citata fieri possunt, & valent.*

27 *Cedens nullum ius in cessionarium transferi, nisi constet, quod ipse illud haberet.*

28 *Confessio pluribus facta cuilibet] viriliter facta intelligitur nisi in solidum dicatur, & numero 29.*

30 *Petens plus debito iura sua ammittit, vel in pœnam tripli tenetur, & absque dubio vbi dolosè id fecerit num. 31.*

CONSILIVM CLXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminat intellectum meum.

1 Consultatio pręsens modicam videtur habere dubitationē, nam Actor tenetur sequi forum Rei, l. iuris ordinem; & l. in criminali. C. de iurisdictio. omn. iudic. l. 2. C. vbi & apud quem, l. fin. C. vbi in rem actio, Socin. regula 16. in verbo actor. Felyn. in cap. cum sit in principio, per illum text. de foro compet. quod adeo verum est, vt non 2 valeat statutum in contrarium, quod reus sequatur forum actoris, si vellet, quod homo non suę iurisdictionis teneretur respondere in foro actoris, licet inter suos subditos hoc facere posset, Bart. in dict. l. iuris ordinem, numero 2. quem sequitur Felyn. in d. cap. cum sit in principio, & Clericus 3 coram suo iudice Ecclesiastico conueniendus est, cap. 1. de for. compet. quod in tantum est verū, vt licet quando agitur actione reali ratione rei, quæ est in alio territorio, quàm in eo, in quo est reus, sit in ele-4 ctione actoris conuenire reum in loco domicilij ipsius rei, vel in loco, in quo est res iuxta tex. in d. l. fin. C. vbi in rem actio, & notata per Socin. d. regu. 16. in verbo actor in 6. fallentia, tamen quando reus est Clericus, & actor est laicus, non habet ipse a-5 ctor talem electionem, sed tenetur sequi forum ipsius Clerici conuenti, vt subdit Socin. ibi, nec posset Clericus ipse conueniri coram iudice seculari de ipsius consensu, quia non potest renunciare priuilegio 6 fori, ex quo in hoc lederetur decus cleri, & cultus diuinus, Felyn. in cap. si diligenti, numero 17. vers. primum correlarium, de for. compet. imo cum sit priuilegium hoc de iure diuino, nulla lex, nullaque consue-7 tudo in contrarium induci posset, vt subdit ibi Felyn. nec posset per clericum prorogari iurisdictio iudicis secularis, etiam de consensu sui superioris, cap. significasti, & 8 ibi Felyn. & alij de for. compet. & propterea si iudex secularis per se distringeret, vel 9 condemnaret clericum, esset excommunicatus, cap. nullus iudicum, de for. compet. & ibi notant scribēt, vnde patet non potuisse D. Hieronymū de Battis de Filetto conuenire, Reuerendum Presbiterum Galeatium de Schiafellinis Rectorem Ecclesiæ Sancti Quirici de Barbarasco coram Magnifico Potestate Tresanæ, & successiuè omnia acta corā eo facta esse nulla, & maximè stante declinatotia opposita, quia etiam ea non opposita, & scienter omissa vitiatur processus contra clericum factus per iudicem secularem, vt notat Pract. Pap. in 10 form. declinat. alie. iudic. in glos. nec fuisse iudicem competentem, nu. 15. vers. in quibus casibus, & ita de iure referendum esse censui D. Potestati Tresanæ, omittendo discussionem meritorum, in quibus etiā non nisi bonum ius habere videtur.

Nec obstat, quòd non dicatur D. Hieronymus conuenire dictum clericum coram iudice seculari, ex quo petit se associari ad possessionem bonorum, de quibus in actis fit mentio, & dicta associatio sibi concedi 11 debet non citato ipso clerico Alex. cōs. 131. in causa, num. 3. 4. 5. & 6. lib. 3. Afflict. decis. 326. fuit votatū, nu. 1. & 2. Negusi. subobscurè tamen in tract. de pignor. & hipothec. in 4. parte principal. numero 23. & 24. versic. decima, tertia conclusio est, & Cotta memor. verbo pacta executiua in fin. vers. nota tamen.

Quia respondetur, quod primo petijt d. D. Hieronymus d. Presbiterum cogi ad liberè sibi relaxandum dicta bona termino dierum decem, tanquam vendita per dictum Presbiterum ei, à quo iura cessa ipse Dom. Hieronymus habuit, quo fit, vt exinde nouam petitionem producere non potuerit non refectis expensis in alio proces-12 su, quem deserit, factis per dictum Presbiterum, vt in terminis notat Mari. Anguss. cons. 159. reducuntur, nu. 2. & habetur etiā per Affli. decis. 70. dicitur, nu. 1. & 2. & quousque refectę sint tales expensæ, non potest actor in causa de nouo inuocata procedere, 13 quia talis exceptio impedit processum, vt dicit Mari. Anguss. loco citato, imo ex

quo

quo eadem de causa lis coram dicto Dom. Potestate per d. Dom. Hieronymum contra eundem clericum instituta fuerat, ei-14 dem nouiter agenti exceptio litis pendentiæ obstabat, quæ & ipsa litis ingressum im pedit Blanch. in tractat. de compromiss. in quarta part. principal. in materia exceptionum dilatoriarum in verbo exceptio litis pendentiæ num. 5. Nec videtur esse in facultate actoris renunciare priori instantiæ 15 inchoatæ, quia inuito reo non potest id facere vt ibi probat Blanch. per plures authoritates.

Præterea dicitur, quod cum ageret D. Hieronymus vti cessionarius Ioannis Marci de Cartegnis de Bagnono, necessario e-16 rat d. clericus citandus ad actum illum associationis petitæ, etiam quod aliàs partis citatio non exigeretur, quia opus erat discussione cessionis, de qua certus esse non poterat idem clericus, ita arguitur ex notatis per Bald. in l. per diuersas 10. quæstione, C. mand. vbi concludit, quod stante statuto, quod debitor possit capi ad instantiam creditoris, non poterit capi ad instan-17 tiam Cessionarij, nisi citato debitore, & facta discussione, an ius fuerit cessum, vel ne, & sic an ille fuerit cessionatius, vel ne, & Baldum sequitur Roland. à Valle alios citans consilio 20. in præsenti consultatione numero 14. versiculo quarto confirmatur libro primo, & cum Bald. etiam pertransit Roman. consilio 142. quod cessionarius sub numero 2. ad fin. Cotta memor. in verbo hæres censetur post medium, An-18 chat. Regiens, quæstio. 3. numero 9. & sequen. in secunda parte, qui tamen postea numero 14. & sequen. multa in contrarium dicit.

Rursus dicitur, quod & si pactum executiuum de ingrediendo propria authoritate rei possessionem, & eius facultas cedi 19 possit, vt probant Neguf. in allegato tractat. in 4. part. princip. numero 21. versicul. decima conclusio est, tamen in casu præsenti cessum non fuit, seu solum fuit cessum ius consequendi ab ipso Presbitero libras nonaginta monetæ. Genuæ, de quibus dicitur eum fuisse cedentis debitorem, vt sunt clara cessionis verba, quæ propte-20 rea disputationem non admittunt, l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de legat. 3.

Accedat, quod in instrumento venditionis petiæ terræ del Pianello factæ per dictum Presbiterum Galeatium Ioãni olim Ioannis Marci pro pretio librarum quinquaginta Genuæ de anno 1557. die 30. Augusti non adest clausula constituti, nec pacti exequutiui, licet adsit in alio instrumẽto venditionis per eundem Presbiterum facta Nicolao filio Ioannis aliàs seruo de Bagnono de alia petia terræ pro pretio librarum quadraginta, & solidorum septem Genuæ anno 1564. die 16. Nouembris, vnde saltem respectu dictæ prioris venditionis finalè actum esset ad associationem possessionis, quæ non conceditur, nisi quan-21 do adest in instrumento dicta clausula constituti, & pacti executiui, vt concludunt Alexan. Afflict. & Neguf in locis supra relatis, etsi instaretur, quod sub illa dictione, &c. apposita, in dicto primo instrumento post illa verba quam rem, includatur dicta clausula. Respondeo, quod hoc dici non potest; postquam non constat de speciali consuetudine Notarij illius id facien-22 di, nec sufficeret constare de generali aliorum Notariorum consuetudine sic faciendi, Crauet. consilio 34. proponitur numero quinto, & vbi etiam talis dictio abbreniata posset denotare dictam clausulam constituti, & pacti executiui, non tamen haberetur pro expressa talis clausula, sed 23 solum virtute ipsius abbreuiatæ dictionis cogi posset Notarius ad eius extensionem, & ad oppositionem dictæ clausulæ significatæ, Craue. dict. consil. 34. numero 6. vlterius dico, quod dictio, &c. abbreuiatè concepta solum importat ea, quæ desunt ad complendam orationem, non autem, quæ 24 continentur sub separata oratione, adeo quod si Notarius post clausulam constituti apponat dictionem, &c. non censebitur apposita clausula pacti executiui de ingrediendo possessionem propria authoritate, licet ea soleat immediatè apponi post constitutum, quia illa non cadit sub eadem, sed sub diuersa, & separata oratione, vt in terminis tradit, Castr. consilio 10. si vera sunt numero 5. & 6. libro primo, quem sequitur Crauet. dict. consil. 34. numero 7. licet ergo illa clausula, quam rem, &c. contineret constitutum, non tamen posset continere pactum executiuum, vt ex prædictis apparet.

Vlterius dicitur quod etsi prædictæ responsiones cessarent, & locus esset concessioni associationis requisitæ non citato ipso Presbitero Galeatio, nõ tamen sequeretur, quod non diceretur agens cõuenire ipsum Clericum coram Iudice seculari, cum negari non possit peti associationem contra ipsum clericum rem detinentem, nec potest considerari persona actoris agentis coram 25 Iudice, nisi etiam cõsideretur persona Rei conuenti, Alex. in rubr. C. de iudic. in prinč. & Marant. in tractat. de ord. ind. in secunda part. principa. numero 1. & multi sunt

casus, in quibus in iudicio ad instantiam vnius partis possunt fieri actus altera parte non citata, vt patet ex Tiraq. in comment. titu. l. res inter alios act. alijs non præiudic. vbi enumerat 43. casus, in quibus actus nō citata parte facti valent, & tamē absurdum esset dicere tunc non constare iudicium inter partes, cum ergo dicatur conuentus clericus à laico coram seculari Iudice ex dicta petitione associationis, militant ea, quæ dicta sunt supra de nullitate processus.

26

Sed etsi sustineri processus posset, & conueniri d. Clericus potuisset coram præfato Potestate Tresanæ, non propterea tamen obtinere posset D. Hieronymus agēs, quia aduertendum est, quod dictus D. Hieronymus habet iura cessa à Ioanne Marco de Cartegnis de Bagnono, cū quo non contraxit presbiter Galeazzius, sed cum alijs personis videlicet cum Ioanne olim Ioannis Marci, & cum Nicolao filio Ioannis aliter ferio. nec constat, quod dictus Ioannes Marcus habeat aliqua iura in dictis bonis venditis, quo casu nullum pariter ius transferre potuit per dictam cessionem in dictum cessionarium, quia nemo potest plus iuris transferre in alium, quàm ipse habeat l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. c. nemo potest plus iuris eod. titu. lib. 6. l. traditio in princip. ff. de acquir. rer. domin. l. ex empto in princ. cum glos. ff. de action. empt. & nemo dat, quod non habet l. si vniuersæ. C. de legat. cum simil.

27

Additur, quod cū cessio fuerit facta per dictum Ioanem Marcum Iacobo de Marchettis, Lucæ de Raggionellis, & ipsi D. Hieronymo agēti, non poterat d. D. Hieronymus solus agere ad totam rem cessam, sed solummodo ad tertiam partem, quia cum non sit dictum, quod cuilibet eorum in solidum cessio fieret, intelligitur cuilibet eorum viriliter facta, l. reos §. cum in tabulis primo responso, ff. de duobus reis, & concessio qualibet simpliciter facta pluribus, vnicuiq; pro rata acquiritur, Dec. alios citans cons. 326. in casu proposito num. 1. quo fit, vt cum longè plus debito petierit Do. Hieronymus, inciderit in pœnam amissionis iurium suorum, vel in pœnam tripli damni, quod inde parti euenerit, Roland. à Valle cons. 71. viso processu num. 17. lib. 1. per text. in l. vnica C. de plus petit. & in §. plus autem ver. sed hæc quidem, instit. de actionib. quod sine dubio dicendum videtur, ex quo dolosè plus debito petijsse videtur actor, & ex scriptura conuictus apparet iuxta tradita per Rolan. à Valle d. cons. 71. num. 40. & per Socin. regula 44. in verbo cautionem in 4. fallentia, in qua tamen non facio magnum fundamentum. Anno 1581. Pontremuli, Laus Deo & Virgini.

28

29

30

EPITOME.

De præscriptione longissimi temporis annorum 30. vel 40. quomodo incipiat, currat, & finiatur; quæ tempora ad eam impediendam, aut suspendendam subducantur, & de restitutione in integrum aduersus illam concedenda, vel deneganda, & de bona fide in ea exigenda, & an lapsis 30. annis ea præsumatur, vel saltem illius defectus allegari non possit, & mala fides purgata censeatur.

SVMMARIA.

1 *Præscriptionem alleganti incumbit onus probandi.*

2 *Præscriptio probatur ex possessione continua per tempus sufficiens ad præscribendum.*

3 *Præscriptio vt probetur, constare debet de initio, & fine possessionis per tempus sufficiens.*

4 *Ita vt appareat eam esse completam ante litem contestatam.*

5 *Possessio continua per tempus sufficiens ad præscribendum quomodo, & qualiter sit probanda.*

6 *Iura, & actiones non possidentur, & propterea, vt præscribantur, non consideratur possessio, sed tantum temporis cursus.*

7 *Præscriptio 30. annorum cœpta cum defuncto non currit ipso iure contra pupillum durante pupillari ætate sed dormit, contra adultum vero currit, sed illi restitutio conceditur.*

8 *Tempus feriarum subducitur in computatione præscriptionis 30. annorum, illudque ad sex annos ascendit.*

9 *Præscriptio 30. annorum non currit contra minorem, licet non sit pupillus.*

10 *Præscriptio non currit cum mala fide.*

11 *Hæres malæ fidei possessor non præscribit, etiam si ex persona sua præscriptionem inchoare velit, tam de iure canonico, quam ciuili, & num.* 12. *siue sit hæres immediatus, siue mediatus num.* 13.

14 *Hæres non præscribit, si velit vti accessione temporis defuncti in mala fide existentis.*

15 *Mala fides purgata dicitur ex lapsu 30. annorum.*

16 *Mala fides non nocet in præscriptione longissimi temporis de iure ciuili, secus de iure canonico num.* 17.

18 *Mala*

18 Mala fides opponi non potest post lapsum 30. annorum in terminis legis finalis C. vnde vi, secus quoad alios effectus.

19 Mala fides non purgatur etiam de iure ciuili per cursum longissimi temporis, quando eius prescriptio non est leuis.

20 Præscriptio longissimi temporis vbi contra adultum procedit, is tamē aduersus eam restituitur, & non solum pro tempore decurso in ætate adulta, sed etiam postea ob iustam, & probabilem ignorantiam, etiamsi esset præscriptio annorum 40. & sufficit, quod successerit in locum alterius num. 21.

22 Præscriptio cœpta cum defuncto, & continuata contra hæredem adultum, & completa post eius maiorem ætatem, non tollitur. per restitutionem in integrum, nec de ea subducuntur tempora decursa in minori ætate.

23 Restitutio in integrum aduersus præscriptionem in dubio conceditur.

Restitutio nititur æquitate, præscriptio verò dicitur impium præsidium ibidem.

24 Actor stante clausula salutari super quibus, &c. dicitur intentasse quodlibet remedium resultans ex narratione non attenta conclusione.

25 Remedio cap. reintegranda non præscribitur spatio annorum 30. nec alio maiore, alij tamen contrarium dicunt in tempore immemorabili numero 26.

27 Iudex primarum appellationū Florentiæ, vt plurimum ad euitandas conformitates reuocat primam sententiam.

CONSILIVM CLXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PRæscriptionem longissimi temporis oppositam pro parte Magnifici equitis Francisci, & aliorum de Griffonibus aduersus petitionē hæreditatis contra eos intētatam per D. Iacobum de Rimbottis ita facilè admittendam non esse infrascripta mihi persuaserunt. Primo quia præscriptionē allegan-
1 ti incumbit onus probandi, cum sit fundamentum suæ intentionis, Balb. in l. Celsus. ff. de vsucap. in vltima parte nu. 9. ad quam probandam requiritur probatio continuæ
2 possessionis per tempus sufficiens ad præscribendum, Bald. cons. 350 in 1. dub. in fin. & in 2. dub. lib. 4. Alex. cons. 73. num. 6. lib. 6. cons. 89. num. 2. lib. 5. cons. 35 num. 7. 10. 12. lib. 7. cons. 39. num. 5. & cons. 118. num. 17. lib. 2. & debet constare de initio, & fine
3 possessionis dicti temporis ostendendo certum tempus initij, & finis dictæ possessionis, Alex. d. cons. 39. num. 5. d. cons. 118 nu. 17. lib. 2. d. cons. 89. num. 2. lib. 5. d. cons. 35. num. 7. lib. 7. Balb. in d. part. vlt. num. 12. & 18. Crauet. cons. 201. num. 32. ita vt appareat eam esse completam ante litem conte
4 statam, Balb. d. num. 12. Crau. d. cons. 201. nu. 33. & ad hoc vt dicatur probata continua possessio per tempus sufficiens ad præscribendum, debet probari, quod quis possederit à tali tempore, & citra cum copula,
5 vel per dictum tempus, nec sufficeret probatio, quod possederit à d. tempore citra sine copula, quia possent verificari verba in possessione vnius horæ tantum, Alex. d. cons. 118. sub num. 17. d. cons. 73. sub num. 6. & cons. 173. num. 4. lib. 6. & Balb. vbi supra num. 10. quæ omnia cum ad amussim probata non appareant in processu, meritò præscriptio probata nō dicitur respectu bonorum, & idem est respectu iuris, & actionis ad ea competentis, in qua possessio non consideratur, sed tantum cursus temporis
6 secundum Corne. cons. 305. colum. fin. ad fin. sub num 6. lib. 3. quoniam contra eam obstant fundamenta infrascripta, quemadmodum, & contra præscriptionem bonorum, nam præscriptio legalis 30. annorum, de qua agitur, quantumuis cœpta cum de-
7 functo non currit ipso iure contra pupillū durante pupillari ætate, sed dormit, contra adultum verò currit, sed is aduersus eam restituitur, l. sicut C. de præscript. 30. annor. & ibi Doct. & præcipuè Bald. Alex. consil. 51. num. 8. lib. 5. & est communis opinio, Balb. de præscript. in 1 part. 6. part. princip. in 2. conclus. num 33. & 34. Quæ tempora pupillaris ætatis si subducantur, & pariter
8 tempora feriarum ad sex annos ascendentia, vt sæpius iudicatum fuit, apparebit non esse transactos tot annos, qui ad d. præscriptionem complendam sufficiant, Amplius ea initium capere non potuit contra defun
9 ctum, qui esset minor, licet non pupillus, quia is ab hac legali præscriptione hoc casu seruatur illæsus ipso iure citra aliquam restitutionem, vt declarat Balb. in d. prima part. 6. part. princip. in 2. conclus. num. 35. Præterea stante mala fide auctorum partis conuentæ, quod hæc bona aliena essent,
10 nullo vnquam tempore potuit currere præscriptio, cap. vigilanti cap. fin. de præscript. c. possessor de reg. iur. in 6. in tantum, vt nec hæres malæ fidei possessoris possit à se ipso
11 præscriptionem incohare cum bona fide, l. cum hæres ff. de diuers. & temp. præscript. quod nedum de iure ciuili ex lege illa, sed etiam de iure canonico procedere magis com-

communiter volũt Doctor. vt patet ex con gestis per Balb. de præscript. in 2. part. 3 par. princip. q. 12. num. 12. & per Gabr. titul. de præscript. conclu. 5. num. 1. 2. siuè sit hæres 13 immediatus, siuè mediatus, Grat. cõs. 125. num. 9. lib. 1. & alij relati per Gabr. d. conclus. 5. in 1. ampliat. num. 3. & per Roland. cons. 6. num. 42. & 47. lib. 3. & in tantum, vt multo minus possit hæres præscribere, si ve- 14 lit vti accessione temporis defuncti, l. Pomponius, §. cum is, ff. de acquir. possess. & ibi glos. & in l. an vitiũ in princip. ff. de diuers. & tempo. præscript. Balb. d. q. 12. num. 11. Ruin. cons. 150. num. 17. 18. lib. 4. Nec malam hanc fidem purgatam esse, & amplius non posse opponi ob lapsum 30. annor. di- 15 ci potest ex doctrina Bart. communiter re cepta in l. fi. C. vnde vi nu. 17. de quo multa ponit Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. prima casu 43. & de recuperan. possess. remed. 13. num. 70. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 130. num. 7. & 11. quia respondetur ptimo quod dictum Bart. procedit de iure 16 ciuili, quo mala fides non nocet in præscriptione longissimi temporis, secus de iure canonico, cui statur in hac materia, quo cũ 17 mala fide nulla currit præscriptio, prout re spondet Crau. cons. 146. num. 5. & in finalib. verbis sub num. 7. secundo respondetur dictũ illud intelligi quoad effectum illius 18 legis tantum, non autem quoad alium effectum, quia tunc de mala fide opponi potest, non obstante cursu annorũ 30. Corn. consil. 207. colum. 2. ad fin. lib. 3. Crauet. d. cons. 146. sub nũm. 5. in fin. Tertio respondetur illud dictum non procedere, quando malæ fidei præsumptio non est leuis, vt hic, 19 quia tunc per cursum longissimi temporis non purgatur talis mala fides præsumpta, Felyn. in d. cap. vigilanti, in fin. nu. 12. Crauet. d. cons. 146. sub num. 7. & de antiquita. tempor. in 4. part. §. materia ista sub num. 21. versic. putarem tamen. & ante eum Capye. quem non adducit, decis. 88. num. 13. vers. & his stantibus; Additur, quod vbi decursa esset dicta præscriptio, cõpeteret agẽ ti restitutio in integrũ non solum pro tempore decurso in eius ętate adulta, vt in indi- 20 uiduo dictum est supra, & tradit Alex. cõs. 51. num. 9. lib. 5. sed etiam postea in maiori ætate ob iustam, & probabilem ignorantiam etiam aduersus pręscriptionem annorum 40. secundum veriorem, & communiorem opinionem, Balb. de præscript. in 4. part. 4 parr. princip. q. 29. num. 4. cum plur. seq. vbi refert alios, quibus addo, Afflict. decis. 329. nu. 5. & 7. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. q. 74. num. 219. Grat. cons. 125. num. 12. lib. 1. Gozad. cons. 8. nu. 15. 55. Crauet. cons. 201. num. 34. & 35. Roland. cons. 68. ante num. 11. vers. verum his non obstantibus lib. 3. & sufficit, quod quis 21 successerit in locum alterius, pulchrè Grat. d. cons. 125. nu. 11. & Gozad. d. cons. 8. sub num. 15. & ante eos, Alex. cons. 51. num. 10. lib. 5. & alibi sæpè Doctores, licet in contrarium faciat Castr. in l. fin. num. 6. vers. pone 22 exemplum, C. in quibus caus. in integr. restitu. non est necess. volens, quod si præscriptio est cępta cum defuncto, & continuetur contra hæredem adultum, & perficiatur, & compleatur postquam is fuerit effectus maior, non restituitur in integrum, nec subducuntur de medio tempora dictæ minoris ætatis, sequitur Balb. in d. 1. parte 6. partis principal. num. 38. vers. si verò; & quando super hac restitutione caderet alia 23 quod probabile dubium, deberet pronunciati esse locum contra præscriptionem, quia restitutio nititur æquitate, pręscriptio verò dicitur odiosa, & est impium præsidium, & contra naturalem æquitatẽ, Crauet. in puncto, d. cons. 201. nu. 37. Roland. cons. 21. num. 38. & 46 lib. 2. & latius cons. 68. num. 11. & plur. seq. & iterum, num. 35. lib. 3. vbi in specie sequitur Crauet. loco citato; Posset etiam attentari deductum fuis- 24 se per actorem remedium capituli reintegranda, stante clausula salutari super quibus, &c. & narratione libelli, non attenta conclusione ex notatis per Abba. in c. cum dilectus, num. 52. extra de ordin. cognit. Ias. in §. omnium, nu. 148 insti. de action. Dec. cons. 221. num. 2. & latè per Gabrie. titu. de claus. concl. 4. in 6. effectu, num. 23. cui non 25 præscribitur spatio annorum 30. nec alio maiore etiam mille annorum ex communi opinione, & obseruantia Rotæ, vt tradit Gabr. de restit. spoliator. concl. 5. num. 64. cum plur. seq. & post multa firmat Pute. dě cis. 115. lib. 1. & tenuerunt etiam Salyc. in l. 1. in 3. opposit. sub num. 1. C. si per vim, vel alio modo, Alex. cons. 6. num. 17. lib. 3. cui tamen conclusioni contradicunt in præscriptione tẽmporis immemorabilis quam 26 plures adducti per Gabr. vbi supra, nũ. 65. & in simplici præscriptione longissimi tem poris annorum 30. Crauet. cons. 124. num. 14. & Menoch. dicens communem, de recuper. possess. remed. 15. num. 418. & 425. vt propterea non sit tutum fundamentum, licèt illud adducere voluerim ex superabundanti, cum superius allegata contra præscriptionem aduersus petitionem hæreditatis intentatam magis absque scrupulo procedere videantur, & tandem vt conformitas sententiarum euitetur, & causa cotam Dominis tribus iudicibus secundarum appellationum

lationū introducatur, ita à me referendum 27 erat Domi. Iudici primarum appellationum iuxta approbatum à consuetudine visum in Rota Florentina in casibus non claris Anno 1587. Florentię. Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

An, & quando animal venditum, & intra triduum post venditionem, & consignationem mortuum perire dicatur periculo venditoris, vel emptoris, vbi in vtranque partem arguitur, sed demum concluditur, quod ex morbo ante venditionem, & consignationem genito mortuum præsumatur, & venditoris periculo cedat.

SVMMARIA.

1 *Periculum rei in specie vẽditæ emptoris est post perfectum contractum.*
Emptor speciei re sibi tradita tenetur ad pretium, licet ea pereat postea, ibidem, & numero secundo.
3 *Emptor animalis post venditionem, & consignationem sibi factam modico interuallo perempti, vt pretium recuperet, probare debet morbum in animali ante venditionem, & traditionem fuisse contractum.*
4 *Testes deponentes de deterioratione rei venditæ debent esse informati de illius qualitatibus tempore venditionis.*
5 *Testis deponens de deterioratione æqui commodati debet esse certus de qualitate eius, tempore quo fuit commodatus, & tempore, quo fuit restitutus, & rationem congruentem reddere, aliàs non probat.*
6 *Animal venditum, & traditum emptori, & intra triduum mox mortuum, ex morbo ante venditionem, & traditionem contracto mortuum præsumitur, nisi contrarium probetur, & culpa emptoris ostendatur, & numero 7. & sequenti.*
8 *Etiam si emptor nihil probet, nec suam diligentiam ostendat.*
10 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputat.*

CONSILIVM CLXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PRo Actore agente ad pretiũ Asinę pereum venditæ, contra emptorem non obstante morte ipsius Asinæ post consignationem intra triduum sequuta facere videbatur regula generalis, quod perfecto contractu emptionis, & venditionis rei in specie, periculum, & damnum est emptoris, & venditor tanquam debitor speciei perempta ipsa specie liberatur, in tantum quod e- 1 tiam re non tradita emptor ad pretium tenetur, vt est text. clarus in §. cum autem, instit. de empt. & vendit. & tradit Gomes. alia iura, & authoritates adducens lib. variar. resolut. tom. 2. de contractib. cap. 2. tit. de empt. & vendit. sub num. 32. versi. item principaliter quæro si quis vendat rẽ, quod multo magis procedit, quando iam vendi- 2 tor rem emptori tradidit, & per ipsum adimplenda, adimpleuit, vt in hoc casu, quia tunc indubitanter omne damnum, & periculum emptoris est, cum in eum translatum sit dominium, & omne ius venditoris, vt docet Gomez. in loco citato, vltra quod, vt idem Gomez. tradit vbi supra sub num. 49. versic. adde tamen, adhoc, vt em- 3 ptor obtineat contra venditorem ratione interitus rei emptæ, oportet, quod concludenter probet vitium, seu morbum fuisse in re ante contractam venditionem, aliàs cum ex varijs causis nobis incognitis possint superuenire diuersi mortales morbi incontinenti, hoc non probato succumberet, quod quidem non fuit verificatum pro parte emptoris, nec quidem verificari poterat per testes eo instante examinatos tanquam non informatos de qualitatibus rei venditę temporis venditionis, quod tamen fuisset necessarium iuxta tradita per Lanfranch. de Oriano in cap. quoniam contra 4 falsam, cap. 8. de testium depositione extra de probat. vbi ex pluribus notat, quod testis deponens super deterioratione æqui commodari debet esse certus de eius qualitate tempore, quo fuit commodatus, & tempore quo fuit restitutus, & de vtroque deponere, & rationem congruentem etiã non interrogatus reddere, aliàs non probat, & bene,

lam legitimam causam præsumenti dolum adducit.

38 Iuramentum non confirmat contractum, qui est nullus ratione solemnitatis probatoriæ, & ibidem, quod solemnituti probatoriæ veluti requisitæ ob publicam vtilitatem eum iuramento renunciari non potest.

39 Statutum disponẽs, quod non adhibeatur fides instrumento sine certa solemnitate facto etiam iurato valet.

Sed procedit quoad probationem, non quoad validitatem obligationis.

40 Statutum, cum disponit, quod in contractu adhibeatur certa solemnitas, aliàs scriptura superinde confecta etiam eum iuramento nullam faciat probationem, iuramentum non operatur.

Et ibidem, quod sicut instrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum.

41 Sed quando constat de contractu iurato alio modo, quàm per instrumentum, puta per testes, sustinetur contractus. & suum effectum sortitur propter iuramentum.

42 Et eo in casu etiam Notarius de instrumento rogatus admittitur in testem.

43 Gozadini dictum in consil. 88. nume 6. quomodo procedat.

44 Statutum, quando non inhabilitat simpliciter personam minoris, sed vult, quod in contrahendo adhibeat certam solemnitatem, & formam potest minor sine illa solemnitate contrahere alibi extra territorium statuentium, & valet contractus.

45 Quando statutum loci contractus non inhabilitat simpliciter personam contrahentis, sed disponit, illum seruare debere certam solemnitatem, & formam, aliàs actus non valeat, comprehendit etiam forensem, secus quando directò inhabilitat personam.

46 Aetas 18. annorum completorum ex statuto Florentino intelligitur legitima ætas naturalis 25. annorum completorum.

Et ibidem quod persona talis ætatis potest se obligare, & immobilia alienare etiam absque iudicis decreto, non secus ac si fuisset ætatis annorum 25.

47 Iuramẽtum supplet defectum decreti, & aliarum solemnitatum de iure communi requisitarum in alienationibus bonorum immobilium minorum secundum communem, & vbique obseruatum opinionem.

48 Iuramentum sanat omnes contractus minorum, aliàs infirmos, & inualidos.

49 In contractu facto per minorem ad fauorem Pij loci non potest considerari aliqua suspicio fraudis.

50 Statuti ratione cessante, cessare debet dispositio ipsius statuti.

51 Statutum Bononiense de contractibus cum minoribus faciendis non comprehendit alienationem in religionem approbatam.

Et ibidem, quod intelligitur, nisi minor contrahat cum persona æquè, vel magis priuilegiata.

52 Alienatio in piam causam non subiacet dispositioni statuti laicalis, & valet absque solemnitatibus ab eo requisitis.

53 Donatio ad piam causam valet absque insinuatione à statuto requisita.

54 Statutum prohibens alienationem immobilium in forensem non includit alienationem in ecclesiam, vel pium locum non subditum, est communis opinio, & ab ea non est recedendum infra sub num. 56.

55 Statutum, prohibens rem acquisitam sine certa solemnitate alienari extra territorium, comprehendit acquirentem alienantem in ecclesiam de alieno territorio.

56 Statutum prohibens alienari immobilia in non subditum comprehendit clericos, qui dicuntur non subditi.

57 Statutum, quod nullus subditus possit alienare in non subditum quoquo modo, nisi prius soluat certum quid pro libra, & nisi habita licentia Domini, an comprehendat Clericos, difficilis est quæstionis, quod tamen comprehendat, semper interpretatum, intellectum, & seruatum fuit.

58 Ec an sit per indirectum contra libertatem Ecclesiasticam maximè propter pœna appositionem.

59 Statutum concordans cum iure Canonico, quod laici non possint alienare generaliter sine licentia superioris, vel sine certa solẽnitate seruata, quæ sit communis ad laicos, & clericos, non dicitur contra libertatem Ecclesiæ.

60 Statutum prohibens legari forensi, non comprehendit legatum Monasterio forensi.

61 Donatione generaliter per statutum prohibita non videtur prohibita donatio in piam causam.

62 Ampliatur etiam si res regulariter prohibita sit alienari.

63 Statutum prohibens alienationem immobilium in non soluentem onera, non extenditur ad Ecclesiam.

Item nec ad Ecclesiasticas personas.

64 Baldi doctrina in l. si sponsus, §. concessa, ff. de donatio. inter vir. & vxor. vera est, & approbata, licet falsam dixerit Romanus sibi contrarius.

65 Minor pubes potest alienare immobilia sine iudicis decreto, fundando, construendo, & dotando ecclesias, aut loca pia, vel similia faciendo, vt ius patronatus.

Et ibidem quod potest disponere, sicut maior 25. annis.

66 De tutelis, & curis titulus quare non fuerit positus in iure canonico.

67 Minor dicitur habere legitimam personam standi de per se in iudicio in beneficialibus, & spiritualibus, vel spiritualitati annexis.

68 Decreto, an sit opus in alienatione facta per minorem in piã causam, dubitauit Paul. de Cittadin.

69 Sta-

69 *Statuta ita generaliter prohibentia alienationem, ut uideantur etiam includere Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, sunt de facili restringenda, & limitationes ad ea facillimè admittenda.*

CONSILIVM CLXXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

AD claram propositæ consultationis decisionem præsupponēdũm est primo, quod statutũ Comani Capitaneatus Fiuizzani ditionis Serenissimi Magni Ducis Etruriæ in materia Contractus, & obligationis mulierum ita se habet.

1 *Et per prouedere, che le donne non sieno ingannate nel contrahere hanno detti Statutarij, ordinato, statuito, & deliberato, che tutti li contratti* inter viuos, *che per l'auuenire si faranno, doue habbino à interuenire donne, & obligare loro, ò loro beni, ò, quelli in alcun modo alienare, si debba osseruare la forma infrascritta cioè, che debba con detta donna interuenire la presenza del Padre, & Marito, se l'haurà, & non hauendo padre, ne marito, la presenza di dua de più prossimi parenti della donna dal lato di padre, & in defetto de parenti dal lato di padre, di dua dal lato di Madre, ò, vno di quà, & l'altro di là, se si potranno hauere, & non si potendo hauere parenti, di dua de migliori vicini ch'habbia tal donna, & hauendo marito, & non padre, con presenza, & consenso del marito, & de parenti, ò, vicini come di sopra, i quali giurino nel contratto per li Santi Euangelij di Dio credere, ch'in tale instrumento non interuenghi fraude, ò, lesione di tal donna, che contrahesse, anzi più presto cedere à commodo, vtile, & beneficio d'essa, nel quale interuenga sempre il giuramento della donna, che contrahesse, & tal instrumento così fatto habbia forza, & esequire si debba per il Podestà di Comano, & ogn'altro offitiale, à chi s'aspettasse.*

Secundo, quod in loco autem Varani Territorij Serenissimi Ducis Mutinæ, & Regij nullum adest particulare statutum circa contractus, vel obligationes mulierum disponens, sed secundum attestationem Potestatis dicti loci recurritur ad statutum Ciuitatis dominantis, per quod, vt

2 ipse dicit, requiritur præsentia duorum proximiorum coniunctorum, & in defectu duorum vicinorum maiorum triginta annis, & bonæ vitæ, & famæ, & iurantium se esse vicinos, & maiores dicta ætate, & præterea decretum Iudicis.

Tertio, quod in prædicto loco Comani

3 nullus adest Notarius, qui adiri possit pro conficiendis instrumentis publicis, vndè eius Incolæ volentes contrahere, necessè habent se conferre ad Terram Fiuizzani distantem per quinque milliaria, vel ad dictum locum Varani viciniorem.

Quarto, quod Antonia quondam Nicolai olim Ioannis Poli de Comano in loco prædicto Varani cum consensu Georgij quondam Sanctini de Costa Comani, & Ioannis Baptistæ de Piagneto eius propin-

4 quorum, & attinentium inter viuos donauit cum iuramento Antonio quondã Ioannis Lazzari de Bellagardis de plano Comani eius Auunculo, et eidem ab intestato succedenti præsenti, & recipienti omnia eius bona præsentia, & futura, reseruatis sibi libero, & integro vsufructu dictorum bonorum donatorum toto tempore eius vitæ, authoritate vendendi, & alienandi de eisdem bonis pro suis vrgentibus egestatibus, & indigentijs, & facultate testandi, & ad sui libitum disponendi pro summa quadraginta scutorum auri.

Quinto quod postmodum dicta Antonia contraxit matrimonium cum Andrea Simonini de Comanino, dando eidem in dotem omnia eius bona, et specialiter etiã donata, reuocãdo expresè donationem, vt supra factam dicto eius Auunculo, & exinde paucos post menses obijt nullis relictis filijs, sed solum superstitibus dictis donatario, & viro, inter quos orta est lis, quia petit donatarius bona sibi donata, maritus autem ea ad ipsum spectare prætendit ex statuto de lucro dotis loquente.

Quibus sic præsuppositis quæritur quid

5 Iuris, & causa mihi ad referendum commissa per Dominos Potestatem, & Consules Comani, existimaui iudicandum esse ad fauorem donatarij actoris contra maritum donatricis reum conuentum, præterquam in vsufructu, & scutis quadraginta in donatione reseruatis, in quibus dos promissa subsistere potest, & ita prædictis iudicare debentibus retuli.

Ad ita referendum motus fui, quia licet in dicta donatione non fuerint seruatæ so-

6 lemnitates statuti Comani, originis, & domicilij dictæ mulieris, ex eo quod adhibiti tanquam attinentes non erant ex propinquioribus, & proximioribus in gradu dictæ mulieri, prout opus erat, Alexand. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore num. 14. ad finem, versic. & dicit Bald. ff. solut. matrim. Hondede. cons. 5. num. 19. & 24. lib. secundo, & vbi fuissent tales,

extendens talem dispositionem in Tutore loquentem ad curatorem minus legiti-
4 mè ordinatum. De pupillari autem ætate Caterinæ, cuius allegatio non sufficit, sed probanda est per eum, qui in ea se fundat,
5 vt in terminis istis latè probat Ioseph. Ludouic.decis. Perusi.56. per totam in prima part. constat, tùm ex libello dicti Sanctini asserentis eam esse infantem, nam dicta in libello fidem faciunt, & probant contra li-
6 bellantem, l.cum præcum, C.de liberalib. caus. Roma. consilio 235. quoad primum in 8. dub. numero nono, tùm aliter ex deductis in processu; De iniustitia autem dictæ sententiæ constat ex eo, quod pro instrumento præsumitur, & ei statur, donec
7 contrarium probetur, l.cum precibus, C. de probation. Roman. consilio 509. circa propositam consultationem, colum. fin. numero 25. Alexand. consil.134. in causa, & lite sub numero 14.lib.2. & Alciat. alios referens in tracta.præsumptio.regul.3.præsumpt.13. num.7. cum enim nihil probatum legitimè appareat in processu contra cessionem, & renunciationem factam per d. Ioannam, dicto olim Dominico, talis contractus infringi minimè potuit, & quidem cum agens se fundauerit ad irritandum ipsum contractum in dolo dicti olim
8 Dominici nedum re ipsa ex lesioni enormi, sed etiam ex proposito, non video quo iure id probare non debuisset, tum quia id erat fundamentum suæ intentionis iuxta notata per Vant.in tracta. de nullita.titu. à quo, & quibus mod. poss. & debeat nullita. proba.in princip. tum etiam quia alle-
9 ganti dolum incumbit onus probandi, l. dolum, C. de dolo mali, l. quotiens, §. qui dolo, ff. de probatio. cum similibus, & eo magis cum in contractu ipso interuenerit præsentia, & consensus trium proximiorum consanguineorum, & coniunctorum dictæ Ioannæ, ex quorum interuentu sicut
10 pænitus excluditur quælibet suspicio metus contrahentis iuxta text. in l. transactionem, quæ, C.de transaction. ita etiam omnino cessare debet suspicio doli, vt tradit
11 Bart.in l.si quis in principio testamenti sub numero 11. ff. de legat. 3. ex qua quidem re fuisset affectus agens duriori onere probationis, vt in hoc habens contra se præ-
12 sumptionem iuxta trad. per Dec. consilio 105. pro tenui sub numero quarto, & per Alciat.dict.præsumptio.13. sub nume.2. & per Crauet consilio 198. videtur esse locus sub num.3. Nec aliquod fundamentum videtur posse fieri in instrumento donationis factæ, per Caterinam seniorem d.Ioannæ; quia dato quod valida esset illa donatio, tamen per eam non infertur bona donata fuisse donantis, & successiue modo esse donatariæ, quia contrarium potest esse verum, vnde opus erat probare ipsa bona tempore donationis ad donatricem spectas-
13 se, quia aliàs nullum ius ex donatione ad donatariam translatum esset, l.traditio, ff. de acquiren. rer. domin.l. nemo plus iuris, ff. de regul.iur. & l.si filius. C. de donatio. Crauet.cons.57.num.4.cons.134.num.21. vltra quod non constat de identitate dictorum bonorum, quod scilicet bona donata
14 sint eadem bona, de quib. contendit agens quod tamen constare omnino debebat ad hoc, vt ea consequi posset Crau.cõs.57.nu. 7.cons.112.nu.3.cons.198. num.4. & cons. 269.nu.3.Alex.cons.118.nu.4. & cons.119. num.3.lib.1.Ias.in l.2.in fin.num.19. & 20. C. de bonor. poss. secund.tabul. & in l.non hoc, nu.12.C.vnde legit. & in l.eum qui, §. in popularibus, num.21.ff.de iureiur. Alex. cons.134.num.2.& 3.libro 2. cum ergo incumbentia non probasset agens, erat locus absolutioni personæ conueñtæ, per regulam
15 l. qui accusare, C. de eden. quod cum factum non fuerit, sententia iniusta dicitur, & cum de nullitate, & iniustitia dictæ pronunciæ liqueat euidenter ex processus inspectione, succedit regula, quod vbicunque
16 per facti euidentiam constat de nullitate, vel iniquitate sententiæ, nunquam talis sententia potest transire in rem iudicatam, dato milles, quod ab ea nunquam fuerit appellatum, vel dato, quod appellatio nõ fuerit prosequuta, vt eleganter tradit Ias.cons. 21. venerabilis, ac clarissime Domine, numero 2. lib. 1. per text. & ibi notata per doctores in c.fraternitatis, extra de frigidit. & malefic. & per Bal in l.1.in fi.nu.7.C.sentẽt. rescind.non posse, quod etiam seruit ad impugnandam secundam sententiã, quæ primam vt sup. laram confirmauit, quæ & ipsa vti nulla, & iniqua ex facti euidentia non potuit in iudicatum transire per prędictam singularem decisionem Iasonis, quo fit, vt
17 cũ non adsuerit res iudicata, frustra de executione actum sit, l.1.C.de execut.rei iudic.

Sed si valida, & iusta vtraq; sententia esset, & in iudicatũ vltima trãsacta diceretur, & de execurione agi posset, non tamen ita, vt factum est, agẽdum erat, nam sententiæ est stricti iuris, & eius verba strictè sunt in-
18 telligenda, adeo vt ea non inducat plus, quã ex ea de necessitate inferatur, aut plusquam contineatur in ea, Cacher. decis. Pedem.64 num.1.& seq. Alex. cons.46.nu.5. lib.1. cons.84.num.3.lib.3.cons.108.num. 2.lib.5. cons.18. num.3. & cons.164. nu.2. lib.7.consil.49.num.1.eod.lib.7. & cons.1. num.16.

num. 16. lib. 5. Cæpol. conf. ciuil. 57. num. 5. Castr. conf. 496. viso suprascripto puncto, num. 4. lib. 1. & propterea cum sententia solum declaret cessionis, & tenunciationis contractum nullum, & eo non obstante ius, & actionē cedenti, & tenuncianti competere pro bonis ad Caterinam seniorem spectantibus, & ipsi cedenti, & renuncianti donatis, non potuit dicta Ioanna immitti in possessionem bonorum, de quibus in actis, quia ex tali sententia erat solum ei aperta via agendi pro dictis bonis, ad quæ debebat agere, vt mox condemnato possessore ad relaxationem potuisset in eorum tenutam imponi, quod cum factum non fuerit, meritò nulla existente 19 re iudicata, nullaque condemnatoria præcedente sententia, quod actum est pro executione, renouari debet, l. si cum nulla, ff. de re iudicat. & tanto magis locus est reuocationi, quia ex tenore dictæ sententiæ datur solum actio ad bona pertinentia ad 20 Caterinam seniorē, & donata dictæ Ioannæ, & non constat ea bona, in quorum possessionem inductus Sanctinus fuit nomine vxoris, spectasse ad dictam Caterinam, & esse eadem bona, quæ dictæ Ioannæ fuerunt donata, quod tamen constare necessariò debebat, vt supra est dictum, vnde ex prædictis, & alijs, quæ colligi possunt ex processu, & ex doctè allegatis per Magnificos Consulentes pro pupilla, Retuli patres Illustrissimæ Domi. Marchionissæ, vel cuiuslibet alterius iudicare debentis, esse in pronunciando, & declarando malè fuisse per Dom. Prætorem Fosdenoui iudicatum in concessione immissionis in possessionem bonorum, de quibus in actis, dicto Sanctino facta, & bene per partem aduersam appellatum, & reclamatum, reuocando dictam concessionem immissionis in possessionem, & successiuè etiam ipsam immissionem in possessionem exinde sequutam. Anno 1579. Pontremuli. Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

De regula, quod Actor tenetur sequi forum rei, maximè verò si laicus contra clericum litiget, etiam si petatur associatio ad possessionem, seu tenutam bonorum, & an ad instantiam cessionarij possit peti executio instrumenti, quæ ex statuto principali daretur non citata parte, & non constito de cessione, & de alijs in hac materia quotidianis.

SVMMARIA.

1 *Actor tenetur sequi forum Rei.*
2 *Nec statutum in contrarium valet in non subditis statuentium.*
3 *Clericus coram suo iudice ecclesiastico conueniendus est.*
4 *Actor agere volens actione reali contra aliquem habet electionem conueniendi reum in loco domicilij ipsius, vel in loco, in quo res sita est.*
5 *Nisi reus sit clericus, & actor laicus, quia tunc forus rei sequendus est.*
6 *Clericus non potest consentire, vt coram seculari conueniatur.*
7 *Nullaque consuetudo in contrarium induci potest.*
8 *Clericus etiam de consensu sui superioris iurisdictionem iudicis secularis prorogare non potest.*
9 *Iudex secularis distringens, vel condemnans Clericum nulliter agit, & excommunicationem incurrit.*
10 *Etiam non opposita declinatoria, imò & scienter omissa.*
11 *Petens se associari ad possessionem bonorum non tenetur facere citare partem.*
Associatio ad possessionem bonorum faciendā conceditur parte non citata ibidem.
12 *Actor nouam petitionem producens tenetur parti ad expensas in priori petitioni factas, aliàs sibi obstat exceptio prioris litis pendentis, numero 13.*
14 *Exceptio litis pendentis impedit litis ingressum, nec est in facultate actoris tenunciare priori instantiæ inuito reo, nu. 15.*
16 *Agēs vti cessionarius debet citare partem, etiam aliàs non citandam à principali.*
17 *Statutum de debitore capiendo ad instantiam cessionarij, nisi prius citato debitore, & constito de cessione, licet alij contradicant, nu. 18.*
19 *Pactum executiuum de ingrediendo propria authoritate, & eius facultas cedi potest.*
20 *Disputatio non admittitur in claris.*
21 *Associatio ad possessionē non conceditur nisi stante clausula constituti, & pacti executiui.*
22 *Clausula cæterata debet extendi secundum specialem consuetudinem Notarij, & non secundum generalem aliorum Notariorum.*
23 *Clausula cæterata denotans clausulam constituti, & pacti executiui non habetur pro expressa, sed Notarius cogitur extendere iuxta suam consuetudinem.*
24 *Clausula cæterata solummodo importat ea, quæ desunt ad complēdam orationem, non autem ea, quæ continentur in alia separata oratione.*
Clausula constituti abbreuiata, seu cæterata non continet clausulam pacti executiui de ingrediendo propria authoritate, ibidem.

25. *Clericus dicitur conuentus à Laico coram Iudice seculari, si petatur contra ipsum aßociatio ad possessionem bonorum, etiam quod non fuerit ad hunc actum citatus.*

Actoris persona considerari non potest, nisi etiam consideretur persona Rei conuenti ibidem.

26 *Actus plures sunt, qui parte non citata fieri possunt, & valent.*

27. *Cedens nullum ius in cessionarium transfert, nisi constet, quod ipse illud haberet.*

28 *Confessio pluribus facta cuilibet viriliter facta intelligitur nisi in solidum dicatur, & numero 29.*

30 *Petens plus debito iura sua ammittit, vel in pœnam tripli tenetur, & absque dubio vbi dolosè id fecerit num, 31.*

CONSILIVM CLXXVII.

Spiritus Sancti gratia illuminat intellectum meum.

COnsultatio pręsens modicam videtur habere dubitationē, nam 1 Actor tenetur sequi forum Rei, l. iuris ordinem, & l. in criminali. C. de iurisdictio. omn. iudic. l. 2. C. vbi & apud quem, l. fin. C. vbi in rem actio, Socin. regula 16. in verbo actor. Felyn. in cap. cum sit in principio, per illum text. de foro compet. quod adeo verum est, vt non 2 valeat statutum in contrarium, quod reus sequatur forum actoris, si vellet, quod homo non suę iurisdictionis teneretur respondere in foro actoris, licet inter suos subditos hoc facere posset, Bart. in dict. l. iuris ordinem, numero 2. quem sequitur Felyn. in d. cap. cum sit in principio, & Clericus 3 coram suo iudice Ecclesiastico conueniendus est, cap. 1. de for. compet. quod in tantum est verū, vt licet quando agitur actione reali ratione rei, quæ est in alio territorio, quàm in eo, in quo est reus, sit in ele- 4 ctione actoris conuenire reum in loco domicilij ipsius rei, vel in loco, in quo est res iuxta tex. in d. l. fin. C. vbi in rem actio, & notata per Socin. d. regu. 16. in verbo actor in 6. fallentia, tamen quando reus est Clericus, & actor est laicus, non habet ipse a- 5 ctor talem electionem, sed tenetur sequi forum ipsius Clerici conuenti, vt subdit Socin. ibi, nec posset Clericus ipse conueniri coram iudice seculari de ipsius consensu, quia non potest renunciare priuilegio 6 fori, ex quo in hoc lederetur decus cleri, & cultus diuinus, Felyn. in cap. si diligenti, numero 17. vers. primum correlarium, de for. compet. imo cum sit priuilegium hoc de iure diuino, nulla lex, nullaque consue- 7 tudo in contrarium induci posset, vt subdit ibi Felyn. nec posset per clericum prorogari iurisdictio iudicis secularis, etiam de consensu sui superioris, cap. significasti, & 8 ibi Felyn. & alij de for. compet. & propterea si iudex secularis per se distringeret, vel 9 condemnaret clericum, esset excommunicatus, cap. nullus iudicum, de for. compet. & ibi notant scribēt, vnde patet non potuisse D. Hieronymū de Battis de Filetto conuenire, Reuerendum Presbiterum Galeatium de Schiafellinis Rectorem Ecclesiæ Sancti Quirici de Barbarasco coram Magnifico Potestate Tresanæ, & successiuè omnia acta corā eo facta esse nulla, & maximè stante declinatoria opposita, quia etiam ea non opposita, & scienter omissa vitiatur processus contra clericum factus per iudicem secularem, vt notat Pract. Pap. in 10 form. declinat. alie. iudic. in glos. nec fuisse iudicem competentem, nu. 15. vers. in quibus casibus, & ita de iure referendum esse censui D. Potestati Tresanæ, omittendo discussionem meritorum, in quibus etiā non nisi bonum ius habere videtur.

Nec obstat, quòd non dicatur D. Hieronymus conuenire dictum clericum coram iudice seculari, ex quo petit se associari ad possessionem bonorum, de quibus in actis fit mentio, & dicta associatio sibi concedi 11 debet non citato ipso clerico Alex. cōs. 131. in causa, num. 3. 4. 5. & 6. lib. 3. Afflict. decis. 326. fuit votatū, nu. 1. & 2. Negus. subobscurè tamen in tract. de pignor. & hipothec. in 4. parte principal. numero 23. & 24. versic. decima, tertia conclusio est, & Cotta memor. verbo pacta executiua in fin. vers. nota tamen.

Quia respondetur, quod primo petijt d. D. Hieronymus d. Presbiterum cogi ad liberè sibi relaxandum dicta bona termino dierum decem, tanquam vendita per dictum Presbiterum ei, à quo iura cessa ipse Dom. Hieronymus habuit, quo fit, vt exinde nouam petitionem producere non potuerit non refectis expensis in alio proces- 12 su, quem deserit, factis per dictum Presbiterum, vt in terminis notat Mari. Anguss. cons. 159. reducuntur, nu. 2. & habetur etiā per Affli. decis. 70. dicitur, nu. 1. & 2. & quousque refectę sint tales expensæ, non potest actor in causa de nouo inuocata procedere, 13 quia talis exceptio impedit processum, vt dicit Mari. Anguss. loco citato, imo ex

quo

quo eadem de causa lis coram dicto Dom. Potestate per d. Dom. Hieronymum contra eundem clericum instituta fuerat, ei-
14 dem nouiter agenti exceptio litis pendentiæ obstabat, quæ & ipsa litis ingressum impedit Blanch. in tractat. de compromiss. in quarta part. principal. in materia exceptionum dilatoriarum in verbo exceptio litis pendentiæ num. 5. Nec videtur esse in facultate actoris renunciare priori instantiæ
15 inchoatæ, quia inuito reo non potest id facere vt ibi probat Blanch. per plures authoritates.

Præterea dicitur, quod cum ageret D. Hieronymus vti cessionarius Ioannis Marci de Cartegnis de Bagnono, necessario e-
16 rat d. clericus citandus ad actum illum associationis petitæ, etiam quod aliàs partis citatio non exigeretur, quia opus erat discussione cessionis, de qua certus esse non poterat idem clericus, ita arguitur ex notatis per Bald. in l. per diuersas 10. quæstione, C. mand. vbi concludit, quod stante statuto, quod debitor possit capi ad instantiam creditoris, non poterit capi ad instan-
17 tiam Cessionarij, nisi citato debitore, & facta discussione, an ius fuerit cessum, vel ne, & sic an ille fuerit cessionarius, vel ne, & Baldum sequitur Roland. à Valle alios citans consilio 20. in præsenti consultatione numero 14. versiculo quarto confirmatur libro primo, & cum Bald. etiam pertransit Roman. consilio 142. quod cessionarius sub numero 2. ad fin. Cotta memor. in verbo hæres censetur post medium, An-
18 char. Regiens, quæstio. 3. numero 9. & sequen. in secunda parte, qui tamen postea numero 14. & sequen. multa in contrarium dicit.

Rursus dicitur, quod & si pactum executiuum de ingrediendo propria authoritate rei possessionem, & eius facultas cedi
19 possit, vt probant Neguſ. in allegato tractat. in 4. part. princip. numero 21. versicul. decima conclusio est, tamen in casu præsenti cessum non fuit, seu solum fuit cessum ius consequendi ab ipso Presbitero libras nonaginta monetæ Genuæ, de quibus dicitur eum fuisse cedentis debitorem, vt sunt clara cessionis verba, quæ propte-
20 rea disputationem non admittunt, l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de legat. 3.

Accedat, quod in instrumento venditionis petiæ terræ del Pianello factæ per dictum Presbiterum Galeatium Ioãni olim Ioannis Marci pro pretio librarum quinquaginta Genuæ de anno 1557. die 30. Augusti non adest clausula constituti, nec pacti exequutiui, licet adsit in alio instrumẽto venditionis per eundem Presbiterum factæ Nicolao filio Ioannis aliàs seruo de Bagnono de alia petia terræ pro pretio librarum quadraginta, & solidorum septem Genuæ anno 1564. die 16. Nouembris, vnde saltem respectu dictæ prioris venditionis malè actum esset ad associationem possessionis, quæ non conceditur, nisi quan-
21 do adest in instrumento dicta clausula constituti, & pacti executiui, vt concludunt Alexan. Afflict. & Neguſ in locis supra relatis, etsi instaretur, quod sub illa dictione, &c. apposita, in dicto primo instrumento post illa verba quam rem, includatur dicta clausula. Respondeo, quod hoc dici non potest; postquam non constat de speciali consuetudine Notarij illius id facien-
22 di, nec sufficeret constare de generali aliorum Notariorum consuetudine sic faciendi, Crauet. consilio 34. proponitur numero quinto, & vbi etiam talis dictio abbreuiata posset denotare dictam clausulam constituti, & pacti executiui, non tamen haberetur pro expressa talis clausula, sed
23 solum virtute ipsius abbreuiatæ dictionis cogi posset Notarius ad eius extensionem, & ad oppositionem dictæ clausulæ significatæ, Craue. dict. consil. 34. numero 6. vlterius dico, quod dictio, &c. abbreuiatè concepta solum importat ea, quæ desunt ad complendam orationem, non autem, quæ
24 continentur sub separata oratione, adeo quod si Notarius post clausulam constituti apponat dictionem, &c. non censebitur apposita clausula pacti executiui de ingrediendo possessionem propria authoritate, licet ea soleat immediatè apponi post constitutum, quia illa non cadit sub eadem, sed sub diuersa, & separata oratione, vt in terminis tradit, Castr. consilio 10. si vera sunt numero 5. & 6. libro primo, quem sequitur Crauet. dict. consil. 34. numero 7. licet ergo illa clausula, quam rem, &c. contineret constitutum, non tamen posset continere pactum executiuum, vt ex prædictis apparet.

Vlterius dicitur quod etsi prædictæ responsiones cessarent, & locus esset concessioni associationis requisitæ non citato ipso Presbitero Galeatio, nõ tamen sequeretur, quod non diceretur agens cõuenire ipsum Clericum coram Iudice seculari, cum negari non possit peti associationem contra ipsum clericum rem detinentem, nec potest considerari persona actoris agentis coram
25 Iudice, nisi etiam cõsideretur persona Rei conuenti, Alex. in rubr. C. de iudic. in princ. & Marant. in tractat. de ord. iud. in secunda part. principa. numero 1. & multi sunt

casus, in quibus in iudicio ad instantiam vnius partis possunt fieri actus altera parte
26 non citata, vt patet ex Tiraq. in comment. ritu.l. res inter alios act. alijs non praeiudic. vbi enumerat 43. casus, in quibus actus nō citata parte facti valent, & tamē absurdum esset dicere tunc non constare iudicium inter partes, cum ergo dicatur conuentus clericus à laico coram seculari Iudice ex dicta petitione associationis, militant ea, quae dicta sunt supra de nullitate processus.

Sed etsi sustineri processus posset, & conueniri d. Clericus potuisset coram praefato Potestate Tresanae, non propterea tamen obtinere posset D. Hieronymus agēs, quia aduertendum est, quod dictus D. Hieronymus habet iura cessa à Ioanne Marco de Cartegnis de Bagnono, cū quo non contraxit presbiter Galeazzius, sed cum alijs personis videlicet cum Ioanne olim Ioannis Marci, & cum Nicolao filio Ioannis aliter seruo. nec constar, quod dictus Ioannes Marcus habeat aliqua iura in dictis bonis venditis, quo casu nullum pariter ius
27 transferre potuit per dictam cessionem in dictum cessionarium, quia nemo potest plus iuris transferre in alium, quàm ipse habeat l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. c. nemo potest plus iuris eod. titu. lib. 6. l. traditio in princip. ff. de acquir. rer. domin. l. ex empto in princ. cum glos. ff. de action. empt. & nemo dat, quod non habet l. si vniuersae. C. de legat. cum simil.

Additur, quod cū cessio fuerit facta per dictum Ioanem Marcum Iacobo de Marchettis, Lucae de Raggionellis, & ipsi D. Hieronymo agēti, non poterat d. D. Hieronymus solus agere ad totam rem cessam, sed solummodo ad tertiam partem, quia cum non sit dictum, quod cuilibet eorum
28 in solidum cessio fieret, intelligitur cuilibet eorum viriliter facta, l. reos §. cum in tabulis primo responso, ff. de duobus reis, & concessio quaelibet simpliciter facta pluribus, vnicuiq; pro rata acquiritur, Dec. alios
29 citans cons. 326. in casu proposito num. 1. quo fit, vt cum longè plus debito petierit Do. Hieronymus, inciderit in pęnam amissionis iurium suorum, vel in paenam tripli
30 damni, quod inde parti euenerit, Roland. à Valle cons. 71. viso processu num. 17. lib. 1. per text. in l. vnica C. de plus petit. & in §. plus autem ver. sed haec quidem, instir. de actionib. quod sine dubio dicendum videtur, ex quo dolosè plus debito petijsse videtur actor, & ex scriptura conuictus apparet iuxta tradita per Rolan. à Valle d. cons. 71. num. 40. & per Socin. regula 44. in verbo cautionem in 4. fallentia, in qua tamen non facio magnum fundamentum. Anno 1581. Pontremuli, Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

De praescriptione longissimi temporis annorum 30. vel 40. quomodo incipiat, currat, & finiatur; quae tempora ad eam impediendam, aut suspendendam subducantur, & de restitutione in integrum aduersus illam concedenda, vel deneganda, & de bona fide in ea exigenda, & an lapsis 30. annis ea praesumatur, vel saltem illius defectus allegari non possit, & mala fides purgata censeatur.

SVMMARIA.

1 *Praescriptionem allegánti incumbit onus probandi.*

2 *Praescriptio probatur ex possessione continua per tempus sufficiens ad praescribendum.*

3 *Praescriptio vt probetur, constare debet de initio, & fine possessionis per tempus sufficiens.*

4 *Ita vt appareat eam esse completam ante litem contestatam.*

5 *Possessio continua per tempus sufficiens ad praescribendum quomodo, & qualiter sit probanda.*

6 *Iura, & actiones non possidentur, & propterea, vt praescribantur, non consideratur possessio, sed tantum temporis cursus.*

7 *Praescriptio 30. annorum cępta cum defuncto non currit ipso iure contra pupillum durante pupillari aetate sed dormit, contra adultum vero currit, sed illi restitutio conceditur.*

8 *Tempus feriarum subducitur in computatione praescriptionis 30. annorum, illudque ad sex annos ascendit.*

9 *Praescriptio 30. annorum non currit contra minorem, licet non sit pupillus.*

10 *Praescriptio non currit cum mala fide.*

11 *Haeres malae fidei possessor non praescribit, etiam si ex persona sua praescriptionem inchoare velit, tam de iure canonico, quam ciuili, & num. 12. siue sit haeres immediatus, siue mediatus num. 13.*

14 *Haeres non praescribit, si velit vti accessione temporis defuncti in mala fide existentis.*

15 *Mala fides purgata dicitur ex lapsu 30. annorum.*

16 *Mala fides non nocet in praescriptione longissimi temporis de iure ciuili, secus de iure canonico num. 17.*

18 *Mala*

18 *Mala fides opponi non potest post lapsum 30. annorum in terminis legis finalis C. vnde vi, secus quoad alios effectus.*

19 *Mala fides non purgatur etiam de iure ciuili per cursum longissimi temporis, quando eius praescriptio non est leuis.*

20 *Praescriptio longissimi temporis vbi contra adultum procedit, is tamē aduersus eam restituitur, & non solum pro tempore decurso in ætate adulta, sed etiam postea ob iustam, & probabilem ignorantiam, etiamsi esset præscriptio annorum 40. & sufficit, quod successerit in locum alterius num. 21.*

22 *Praescriptio cæpta cum defuncto, & continuata contra hæredem adultum, & completa post eius maiorem ætatem, non tollitur, per restitutionem in integrum, nec de ea subducuntur tempora decursa in minori ætate.*

23 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem in dubio conceditur.*

Restitutio nititur æquitate, præscriptio verò dicitur impium præsidium ibidem.

24 *Actor si sine clausula salutari super quibus, &c. dicitur intentasse quodlibet remedium resultans ex narratione non attenta conclusione.*

25 *Remedio cap. reintegranda non præscribitur spatio annorum 30. nec alio maiore, alij tamen contrarium dicunt in tempore immemorabili numero 26.*

27 *Iudex primarum appellationū Florentiæ, vt plurimum ad euitandas conformitates reuocat primam sententiam.*

CONSILIVM CLXXVIII.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PRescriptionem longissimi temporis oppositam pro parte Magnifici equitis Francisci, & aliorum de Griffonibus aduersus petitionē hæreditatis contra eos intētatam per D. Iacobum de Rimbottis ita facilè admittendam non esse infrascripta mihi persuaserunt. Primo quia præscriptionē allegan-
1 ti incumbit onus probandi, cum sit fundamentum suæ intentionis, Balb. in l. Celsus. ff. de vsucap. in vltima parte nu. 9. ad quam probandam requiritur probatio continuæ
2 possessionis per tempus sufficiens ad præscribendum, Bald. cons. 50 in 1. dub. in fin. & in 2. dub. lib. 4. Alex. cons. 73. num. 6. lib. 6. cons. 89. num. 2. lib. 5. cons. 35 num. 7. 10. 12. lib. 7. cons. 39. num. 5. & cons. 118. num. 17. lib. 2. & debet constare de initio, & fine
3 possessionis dicti temporis ostendendo certum tempus initij, & finis dictæ possessionis, Alex. d. cons. 39. num. 5. d. cons. 118 nu. 17. lib. 2. d. cons. 89. num. 2. lib. 5. d. cons. 35. num. 7. lib. 7. Balb. in d. part. vlt. num. 12. & 18. Crauet. cons. 201. num. 32. ita vt appareat eam esse completam ante litem conte
4 statam, Balb. d. num. 12. Crau. d. cons. 201. nu. 33. & ad hoc vt dicatur probata continua possessio per tempus sufficiens ad præscribendum, debet probari, quod quis possederit à tali tempore, & citra cum copula,
5 vel per dictum tempus, nec sufficeret probatio, quod possederit à d. tempore citra sine copula, quia possent verificari verba in possessione vnius horæ tantum, Alex. d. cons. 118. sub num. 17 d. cons. 73. sub num. 6. & cons. 173. num. 4. lib. 6. & Balb. vbi supra num. 10. quæ omnia cum ad amussim probata non appareant in processu, meritò præscriptio probata nō dicitur respectu bonorum, & idem est respectu iuris, & actionis ad ea competentis, in qua possessio non consideratur, sed tantum cursus temporis
6 secundum Corne. cons. 305. colum. fin. ad fin. sub num 6. lib. 3. quoniam contra eam obstant fundamenta infrascripta, quemadmodum, & contra præscriptionem bonorum, nam præscriptio legalis 30. annorum, de qua agitur, quantumuis cæpta cum de-
7 functo non currit ipso iure contra pupillū durante pupillari ætate, sed dormit, contra adultum verò currit, sed is aduersus eam restituitur, l. sicut C. de præscript. 30. annor. & ibi Doct. & præcipuè Bald. Alex. cons. 51. num. 8. lib. 5. & est communis opinio, Balb. de præscript. in 1 part. 6. part. princip. in 2. conclus. num 33. & 34. Quæ tempora pupillaris ætatis si subducantur, & pariter
8 tempora feriarum ad sex annos ascendentia, vt sæpius iudicatum fuit, apparebit non esse transactos tot annos, qui ad d. præscriptionem complendam sufficiant, Amplius ea initium capere non potuit contra defun
9 ctum, qui esset minor, licet non pupillus, quia is ab hac legali præscriptione hoc casu seruatur illæsus ipso iure citra aliquam restitutionem, vt declarat Balb. in d. prima part. 6. part. princip. in 2. conclus. num. 35. Præterea stante mala fide auctorum partis conuentæ, quod hæc bona aliena essent,
10 nullo vnquam tempore potuit currere præscriptio, cap. vigilanti cap. fin. de præscript. c. possessor de reg. iur. in 6. in tantum, vt nec hæres malæ fidei possessoris possit à se ipso
11 præscriptionem incohare cum bona fide, l. cum hæres ff. de diuer. & temp. præscript. quod nedum de iure ciuili ex lege illa, sed etiam de iure canonico procedere magis com-

communiter volūt Doctor. vt patet ex congestis per Balb. de præscript. in 2. part. 3 par. princip. q. 12. num. 12. & per Gabr. titul. de præscript. conclu. 5. num. 1. 2. siuè sit hæres 13 immediatus, siuè mediatus, Grat. cōs. 125. num. 9. lib. 1. & alij relati per Gabr. d. conclus. 5. in 1. ampliat. num. 3. & per Roland. cons. 6. num. 42. & 47. lib. 3. & in tantum, vt multo minus possit hæres præscribere, si ve-14 lit vti accessione temporis defuncti, l. Pomponius, §. cum is, ff. de acquir. possess. & ibi glos. & in l. an vitiū in princip. ff. de diuers. & tempo. præscript. Balb. d. q. 12. num. 11. Ruin. cons. 150. num. 17. 18. lib. 4. Nec malam hanc fidem purgatam esse, & amplius non posse opponi ob lapsum 30. annor. di-15 ci potest ex doctrina Bart. communiter recepta in l. fi. C. vnde vi nu. 17. de quo multa ponit Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. prima casu 43. & de recuperan. possess. remed. 13. num. 70. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 130. num. 7. & 11. quia respondetur primo quod dictum Bart. procedit de iure 16 ciuili, quo mala fides non nocet in præscriptione longissimi temporis, secus de iure canonico, cui statur in hac materia, quo cū 17 mala fide nulla currit præscriptio, prout respondet Crau. cons. 146. num. 5. & in final. verbis sub num. 7. secundo respondetur dictū illud intelligi quoad effectum illius 18 legis tantum, non autem quoad alium effectum, quia tunc de mala fide opponi potest, non obstante cursu annorū 30. Corn. consil. 207. colum. 2. ad fin. lib. 3. Crauet. d. cons. 146. sub nūm. 5. in fin. Tertio respondetur illud dictum non procedere, quando malæ fidei præsumptio nō est leuis, vt hic, 19 quia tunc per cursum longissimi temporis non purgatur talis mala fides præsumpta, Felyn. in d. cap. vigilanti, in fin. nu. 12. Crauet. d. cons. 146. sub num. 7. & de antiquita. tempor. in 4. part. §. materia ista sub num. 21. versic putarem tamen, & ante eum Capye. quem non adducit, decis. 88. num. 13. vers. & his stantibus; Additur, quod vbi decursa esset dicta præscriptio, cōpeteret agēti restitutio in integrū non solum pro tempore decurso in eius ętate adulta, vt in indi-20 uiduo dictum est supra, & tradit Alex. cōs. 51. num. 9. lib. 5. sed etiam postea in maiori ætate ob iustam, & probabilem ignorantiam etiam aduersus præscriptionem annorum 40. secundum veriorem, & communiorem opinionem, Balb. de præscript. in 4. part. 4 part. princip. q. 29. num. 4. cum plur. seq. vbi refert alios, quibus addo, Afflict. decis. 329. nu. 5. & 7. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. q. 74. num. 219. Grat. cons. 125. num. 12. lib. 1. Gozad. cons. 8. nu. 15. 55. Crauet. cons. 201. num. 34. & 35. Roland. cons. 68. ante num. 11. vers. verum his non obstantibus lib. 3. & sufficit, quod quis 21 successerit in locum alterius, pulchrè Grat. d. cons. 125. nu. 11. & Gozad. d. cons. 8. sub num. 15. & ante eos, Alex. cons. 51. num. 10. lib. 5. & alibi sæpè Doctores, licet in contrarium faciat Castr. in l. fin. num. 6. vers. pone 22 exemplum, C. in quibus caus. in integr. restitu. non est necess. volens, quod si præscriptio est cœpta cum defuncto, & continuetur contra hæredem adultum, & perficiatur, & compleatur postquam is fuerit effectus maior, non restituitur in integrum, nec subducuntur de medio tempora dictæ minoris ætatis, sequitur Balb. in d. 1. parte 6. partis principal. num. 38. vers. si verò; & quando super hac restitutione caderet ali-23 quod probabile dubium, deberet pronunciari esse ad locum contra præscriptionem, quia restitutio nititur æquitate, præscriptio verò dicitur odiosa, & est impium præsidium, & contra naturalem æquitatē, Crauet. in puncto, d. cons. 201. nu. 37. Roland. cons. 21. num. 38. & 46 lib. 2. & latius cons. 68. num. 11. & plur. seq. & iterum, num. 35. lib. 3. vbi in specie sequitur Crauet. loco citato; Posset etiam attentari deductum fuis-24 se per actorem remedium capituli reintegranda, stante clausula salutari super quibus, &c. & narratione libelli, non attenta conclusione ex notatis per Abba. in c. cum dilectus, num. 52. extra de ordin. cognit. Ias. in §. omnium, nu. 148. insti. de action. Dec. cons. 221. num. 2. & latè per Gabrie. titu. de claus. concl. 4. in 6. effectu, num. 23. cui non 25 præscribitur spatio annorum 30. nec alio maiore etiam mille annorum ex communi opinione, & obseruantia Rotæ, vt tradit Gabr. de restit. spoliator. concl. 5. num. 64. cum plur. seq. & post multa firmat Pute. decis. 115. lib. 1. & tenuerunt etiam Salyc. in l. 1. in 3. opposit. sub num. 1. C. si per vim, vel alio modo, Alex. cons. 6. num. 17. lib. 3. cui tamen conclusioni contradicunt in præscriptione temporis immemorabilis quam 26 plures adducti per Gabr. vbi supra, nū. 65. & in simplici præscriptione longissimi temporis annorum 30. Crauet. cons. 124. num. 14. & Menoch. dicens communem, de recuper. possess. remed. 15. num. 418. & 425. vt propterea non sit tutum fundamentum, licèt illud adducere voluerim ex superabundanti, cum superius allegata contra præscriptionem aduersus petitionem hæreditatis intentatam magis absque scrupulo procedere videantur, & tandem vt conformitas sententiarum euitetur, & causa coram Dominis tribus iudicibus secundarum appellationum

latioñũ introducatur, ita à me referendum
17 erat Domi. Iudici primarum appellationum iuxta approbatum à consuetudine visum in Rota Florentina in casibus non claris Anno 1587. Florentię. Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

An, & quando animal venditum, & intra triduum post venditionem, & consignationem mortuum perire dicatur periculo venditoris, vel emptoris, vbi in vtranque partem arguitur, sed demum concluditur, quod ex morbo ante venditionem, & consignationem genito mortuum præsumatur, & venditoris periculo cedat.

SVMMARIA.

1 *Periculum rei in specie vẽditæ emptoris est post perfectum contractum.*
Emptor speciei re sibi tradita tenetur ad pretium, licet ea pereat postea, ibidem, & numero secundo.
3 *Emptor animalis post venditionem, & consignationem sibi factam modico interuallo perempti, vt pretium recuperet, probare debet morbum in animali ante venditionem, & traditionem fuisse contractum.*
4 *Testes deponentes de deterioratione rei venditæ debent esse informati de illius qualitatibus tempore venditionis.*
5 *Testis deponens de deterioratione æqui commodati debet esse certus de qualitate eius, tempore quo fuit commodatus, & tempore, quo fuit restitutus, & rationem congruentem reddere, aliàs non probat.*
6 *Animal venditum, & traditum emptori, & intra triduum mox mortuum, ex morbo ante venditionem, & traditionem contracto mortuum præsumitur, nisi contrarium probetur, & culpa emptoris ostendatur, & numero 7. & sequenti.*
8 *Etiam si emptor nihil probet, nec suam diligentiam ostendat.*
10 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputat.*

CONSILIVM CLXXIX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

PRo Actore agente ad pretiũ Asinę pereum venditæ, contra emptorem non obstante morte ipsius Asinæ post consignationem intra triduum sequuta facere videbatur regula generalis, quod perfecto contractu emptionis, & venditionis rei in specie, periculum, & damnum est emptoris, & venditor tanquam debitor speciei perempta ipsa specie liberatur, in tantum quod e-
1 tiam re non tradita emptor ad pretium tenetur, vt est text. clarus in §. cum autem, instit. de empt. & vend. & tradit Gomes. alia iura, & authoritates adducens lib. variar. resolut. tom. 2. de contractib. cap. 2. tit. de empt. & vendit. sub num. 32. vers. item principaliter quæro si quis vendat rẽ, quod multo magis procedit, quando iam vendi-
2 tor rem emptori tradidit, & per ipsum adimplenda, adimpleuit, vt in hoc casu, quia tunc indubitanter omne damnum, & periculum emptoris est, cum in eum translatum sit dominium, & omne ius venditoris, vt docet Gomez. in loco citato, vltra quod, vt idem Gomez. tradit vbi supra sub num. 49. versic. adde tamen, adhoc, vt em-
3 ptor obtineat contra venditorem ratione interitus rei emptæ, oportet, quod concludenter probet vitium, seu morbum fuisse in re ante contractam venditionem, aliàs cum ex varijs causis nobis incognitis possint superuenire diuersi mortales morbi incontinenti, hoc non probato succumberet, quod quidem non fuit verificatum pro parte emptoris, nec quidem verificari poterat per testes eo instante examinatos tanquam non informatos de qualitatibus rei venditę temporis venditionis, quod tamen fuisset necessarium iuxta tradita per Lanfranch. de Oriano in cap. quoniam contra
4 falsam, cap. 8. de testium depositione extra de probat. vbi ex pluribus notat, quod testis deponens super deterioratione æqui commodati debet esse certus de eius qualitate tempore, quo fuit commodatus, & tempore quo fuit restitutus, & de vtroque deponere, & rationem congruentem etiã non interrogatus reddere, aliàs non probat, & benè,

benè, non enim poterant testes dicere, 5 quod asina perempta esset ex vitio morbi tempore venditionis contractus, si de ipsius Asinæ qualitate instructi non erant; Re tamen diligentius considerata pro reo conuento contra actorem venditorem iudicandum esse retuli Domi. Vicario Casentini, quia emptor ad pretium conuentus ex hoc solo se tueri potest, quod Asina mortua sit ex vitio, & morbo ante venditionem contracto, quod ipsum præsumi- 6 tur ex morte intra triduum post venditionem, & traditionem sequutam per text. in l. si vero, §. qui pro rei, ff. qui satisdar. cogant. & per notata in terminis per Abbat. in capitul. iniustum, numero quinto, & sequen. extra de rer. permutatio. per Alexand. in l. si quis cum aliter, numero 24. ff. de verbor. obligatio. per Alciat. in tractat. de præsumptio. reg. 2. præsumpt. 26. nu. 10. per Boer. decis. 323. num. 12. per Bonaco. in tracta. de æquis, quæst. 25. & quæst. 378. & per Ioseph. de Ludouic. decis. Perusi. 118. quę est vltima, in secunda parte, & per alios ab eis citatos, vbi enim animal moritur in- 7 tra triduum post factam venditionem, & traditionem, mori præsumitur non ex nouo, sed ex veteri morbo, & ex ægritudine præcedente, & generata ante ipsam venditionem, vt prædicti Doctores dicunt, à quorum decisione speciali, & in indiuiduo nullo modo recedendum esse existimaui, nec recipit intelligentiam, vt procedat data diligentia emptoris post rem sibi tradi- 8 tam, & ea probata, puta, quod postquam Asina sibi fuit consignata, ea vsus fuit commodè, nec onerauit vltra solitum, & circa illam adhibuit in nutrimentis, & alijs curam adhiberi solitam ab alijs, & à quoli- 9 bet diligenti Patrefamilias, quia imo procedit indistinctè ad fauorem emptoris, nisi eius culpa per venditorem probetur, nam si ea probaretur, clarum est damnum hoc 10 ipsi emptori imputandum esse, cap. damnum de regul. iur. in 6. & l. quod quis ex culpa, ff. eod. tit. cum similibus, nec in hoc dissentiunt Doctores supra citati, & tradit Ioseph. de Ludouic. d. decis. 118. Anno 1589. Florentiæ Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

De statutis in contractibus mulierum, vel minorum certam solemnitatem requirentibus, an & quando comprehendant contractus extra statuentium territorium sine illa solemnitate factos, & an, & quando trahãtur ad contractus iuratos, siuè de ipso iuramento mentionem faciãt, siuè non, siuè simpliciter loquantur, siuè dolum, fraudem, aut simulationem fingant, aut aliter iuramentum reprobent, & quid vbi solemnitas probatoria requireretur, & omissa sit, an & tunc, & quando contractus sustineatur ex iuramento, vel saltem eo, aliter quàm per illã scripturam confectam, probato, obseruari debeat, & num similia statuta procedant in alienationibus in piam causam factis, & quid in statutis alienationem stabilium in forenses, & non subditos prohibentibus, in quibus multa materiam hanc talium statutorum concernentia adducuntur.

SVMMARIA.

1 *Statuti Comani Capitaneatus Fiuizzani in materia contractus, & obligationis mulierum dispositio refertur.*

2 *Ex statuto Mutinæ requiritur in obligationibus mulierum præsentia duorum proximiorum coniunctorum, & etiam decretum iudicis.*

3 *Comani nullus adest Notarius, qui adiri possit pro conficiendis instrumentis publicis.*

4 *Donatio quædam recensentur à muliere facta inter viuos cum iuramento, & consensu propinquorum, reseruatis sibi integro vsufructu bonorum donatorum, facultate alienandi de eiusdem bonis, & facultate testandi pro certa summa.*

5 *Mulier, cum dat in dotem omnia bona sua, & specialiter etiam illa, quæ prius donauerat inter viuos, reuocando expressè donationem; eadem*

dem sine filijs mortua, donata debentur donatario, non marito donatricis, præterquam reseruata in donatione, in quibus dos promissu subsistere potest.

6 *Solemnitates statuti originis, & domicilij in obligationibus mulierum seruandæ sunt.*

7 *Mulier contrahens extra territorium statuentium non tenetur seruare solemnitates statuti originis, vel domicilij.*

8 *Ampliatur, etiam si cum subdito, & statuti scientiam habente, contraxerit.*

9 *Vel si de bonis in territorio ipsius statuti sitis disposuerit.*

10 *Sed istud obtinet, dummodo non in fraudem statuti, & data ad hoc opera extra territorium contraxisset.*

11 *Coniecturæ, ex quibus non videtur quis contrahere in fraudem statuti.*

12 *Statuta contractus solemnitatem respicientia seruanda sunt à forensibus in loco statutorum contrahentibus, & sic comprehendunt forensem, qui ibi contrahendo tenebitur seruare illam solemnitatem.*

Et ibidem quod ob omissionem talium solemnitatum contractus videtur nullus.

13 *Statutum quantumcunque generale loquens de aliquo actu non comprehendit actum iuratum, si de iuramento expressam non faciat mentionem, estque hæc regula vulgaris.*

14 *Statutum requirens in contractu mulieris consensum consanguineorum, aut alium solemnitatem non procedit in contractu iurato, quia iuramentum supplet defectũ dictæ solemnitatis, & contractum firmat.*

15 *Idque procedit indistinctè, siue statutum loquatur in rem, siuè in personam, reprobata opinione Bartoli secundum communem sententiam.*

16 *Contractus Mulieris non conualidatur iuramento, quando præter proximiores, vel alias solemnitates requiritur ex statuto etiam iuramentum, sed tamen contrarium firmatur infra numero 17.*

18 *Statutum requirens certas solemnitates non comprehendit casum iuratum quomodocunque loquatur.*

Et ibidem Decij, & Gozadini opinio circa iuramenta contractuum damnatur.

19 *Iuramentum non ualidat contractum mulieris sine statuti solemnitate factum, quia præsumitur fraudulentus, simulatus, & dolo initus, secũdum Andr. Barbat.*

20 *Sed istud communiter reprobatur, quando statutum non facit mentionem expressam de iuramento.*

21 *Contra promissionem iuratam veniri non potest, non obtenta absolutione à iuramento, & sic actus contra iuramentum factus est nullus.*

22 *Iuramentum transit ad hæredes, & quoscunque successores iurantis quo ad obseruantiam contractus per ipsum iuramentum firmati, & ibi de communi.*

23 *Iuramentum validat contractum à pubere factum absque solemnitatibus à statuto requisitis, siuè in rem, siuè in personam prohibitiuè loquatur secundum veram, & communem sententiam, tàm Canonistarum, quàm legistarum.*

24 *Statutum laicorum reprobans iuramentum à minore præstitum, non adhibitis solemnitatibus, non valet, quia dicitur directò disponere super iuramento, estque hæc vera, & communis opinion. 13.*

25 *Statuta disponentia circa iuramentũ parum operantur, quia iudices seculares possunt compelli ab Ecclesiasticis ad faciendum obseruari iuramentum in foro laicali.*

26 *Statutum quando annullat ipso iure contractum factum absque solemnitatibus requisitis, tunc iuramentum non confirmat contractum, etiam quod statutum non faceret mentionem de iuramento secundum aliquos, sed istud affirmatur non esse verum.*

27 *Constitutio generalis cum clausula generali, non obstantib. non procedit in actibus iuratis, quamuis multi relati hic contrarium teneant.*

28 *Statutum simpliciter loquens, non comprehendit casum iuratum secundum Doctores communiter passim.*

29 *Statutũ quando est expressè confirmatum à summo Pontifice, cessat omnis difficultas circa iuramentum, videlicet, quod laici super eo disponere non possint.*

30 *Sed talis confirmatio etiam specialis non operatur, quando non est facta ex certa scientia, & causa cognita.*

31 *Confirmatio statutorũ facta à Pontifice non comprehendit statuta particularia reprobantia iuramentum.*

Et ibidem quod talis confirmatio non est in vsu, & quod propterea vbi esset sufficiens, non obstaret.

32 *Contractus factus sine solemnitate à statuto requisita præsumitur simulatus, & in fraudem factus, quo casu non validatur iuramento.*

33 *Contrarium defenditur, Gozadini opinione damnata, quia ea ratione attenta semper præsumeretur contractus dolosus.*

34 *Statutum simpliciter reprobans contractum minoris iuratum sine certa solemnitate non valet, cum autem dicit, quod talis contractus præsumatur dolo factus, valet.*

35 *Sed istud vltimum procedit, quando statutũ fingit dolum, & simulationem ex aliquibus coniecturis propinquis, & veri similibus ad præsumendum verum dolum.*

36 *Dolus non potest directò probari, sed per coniecturas, quæ per statutum declarari, & specificari possunt ex veriori, & communiori sententia.*

37 *Statutũ, & si præsumat contractum dolo factum, non pôt tamen infringere iuramentũ, quãdo nullam*

lam legitimam causam præsumcu li dolum adduci.

38 Iuramentum non confirmat contractum, qui est nullus ratione solemnitatis probatoriæ, & ibidem, quod solemnitati probatoriæ veluti requisitæ ob publicam vtilitatem cum iuramento renunciari non potest.

39 Statutum disponẽs, quod non adhibeatur fides instrumento sine certa solemnitate facto etiam iurato valet.

Sed procedit quo ad probationem, non quoad validitatem obligationis.

40 Statutum, cum disponit, quod in contractu adhibeatur certa solemnitas, aliàs scriptura superinde confecta etiam cum iuramento nullam faciat probationem, iuramentum non operatur.

Et ibidem, quod sicut instrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum.

41 Sed quando constat de contractu iurato alio modo, quàm per instrumentum, puta per testes, sustinetur contractus, & suum effectum sortitur propter iuramentum.

42 Et eo in casu etiam Notarius de instrumento rogatus admittitur in testem.

43 Gozadini dictum in consil. 88. nume. 6. quomodo procedat.

44 Statutum, quando non inhabilitat simpliciter personam minoris, sed vult, quod in contrahendo adhibeat certam solemnitatem, & formam potest minor sine illa solemnitate contrahere alibi extra territorium statuentium, & valet contractus.

45 Quando statutum loci contractus non inhabilitat simpliciter personam contrahentis, sed disponit, illum seruare debere certam solemnitatem, & formam, aliàs actus non valeat, comprehendit etiam forensem, secus quando directò inhabilitat personam.

46 Aetas 18. annorum completorum ex statuto Florentino intelligitur legitima ætas naturalis 25. annorum completorum.

Et ibidem quod persona talis ætatis potest se obligare, & immobilia alienare etiam absque iudicis decreto, non secus ac si fuisset ætatis annorum 25.

47 Iuramẽtum supplet defectum decreti, & aliarum solemnitatum de iure communi requisitarum in alienationibus bonorum immobilium minorum secundum communem, & vbique obseruatam opinionem.

48 Iuramentum sanat omnes contractus minorum, aliàs infirmos, & inualidos.

49 In contractu facto per minorem ad fauorem Pij loci non potest considerari aliqua suspicio fraudis.

50 Statuti ratione cessante, cessare debet dispositio ipsius statuti.

51 Statutum Bononiense de contractibus cum minoribus faciendis non comprehendit alienationem in religionem approbatam.

Et ibidem, quod intelligitur, nisi minor contrahat cum persona æquè, vel magis priuilegiata.

52 Alienatio in piam causam non subiacet dispositioni statuti laicalis, & valet absque solemnitatibus ab eo requisitis.

53 Donatio ad piam causam valet absque insinuatione à statuto requisita.

54 Statutum prohibens alienationem immobilium in forensem non includit alienationem in ecclesiam, vel pium locum non subditum, est communis opinio, & ab ea non est recedendum infra sub num. 56.

55 Statutum, prohibens rem acquisitam siue certa solemnitate alienari extra territorium, comprehendit acquirentem alienantem in ecclesiam de alieno territorio.

56 Statutum prohibens alienari immobilia in non subditum comprehendit clericos, qui dicuntur non subditi.

57 Statutum, quod nullus subditus possit alienare in non subditum quoquo modo, nisi prius soluat certum quid pro libra, & nisi habita licentia Domini, an comprehendat Clericos, difficilis est quæstionis, quod tamen comprehendat, semper interpretatum, intellectum, & seruatum fuit.

58 Et an sit per indirectum contra libertatem Ecclesiasticam maximè propter pœnæ appositionem.

59 Statutum concordans cum iure Canonico, quod laici non possint alienare generaliter sine licentia superioris, vel sine certa solẽnitate seruata, quæ sit communis ad laicos, & clericos, non dicitur contra libertatem Ecclesiæ.

60 Statutum prohibens legari forensi, non comprehendit legatum Monasterio forensi.

61 Donatione generaliter per statutum prohibita non videtur prohibita donatio in piam causam.

62 Ampliatur etiam si res regulariter prohibita sit alienari.

63 Statutum prohibens alienationem immobilium in non soluentem onera, non extenditur ad Ecclesiam.

Item nec ad Ecclesiasticas personas.

64 Baldi doctrina in l. si sponsus, §. concessa, ff. de donatio. inter vir. & vxor. vera est, & approbata, licet falsam dixerit Romanus sibi contrarius.

65 Minor pubes potest alienare immobilia sine iudicis decreto, fundando, construendo, & dotando ecclesias, aut loca pia, vel similia faciendo, vt ius patronatus.

Et ibidem quod potest disponere, sicut maior 25. annis.

66 De tutelis, & curis titulus quare non fuerit positus in iure canonico.

67 Minor dicitur habere legitimam personam standi de per se in iudicio in beneficialibus, & spiritualibus, vel spiritualitati annexis.

68 Decreto, an sit opus in alienatione facta per minorem in piã causam, dubitauit Paul. de Cittadin.

69 Sta-

69 *Statuta ita generaliter prohibentia alienationem, ut uideantur etiam includere Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, sunt de facili restringenda, & limitationes ad ea facillimè admittenda.*

CONSILIVM CLXXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

AD claram propositæ consultationis decisionem præsupponēdùm est primo, quod statutū Comani Capitaneatus Fiuizzani ditionis Serenissimi Magni Ducis Etruriæ in materia Contractus, & obligationis mulierum ita se habet.

1 *Et per prouedere, che le donne non sieno ingannate nel contrahere hanno detti Statutarij, ordinato, statuito, & deliberato, che tutti li contratti* inter viuos, *che per l'auuenire si faranno, doue habbino à interuenire donne, & obligare loro, ò, loro beni, ò, quelli in alcun modo alienare, si debba osseruare la forma infrascritta cioè, che debba con detta donna interuenire la presenza del Padre, & Marito, se l'haurà, & non hauendo padre, ne marito, la presenza di dua de più prossimi parenti della donna dal lato di padre, & in defetto de parenti dal lato di padre, di dua dal lato di Madre, ò, vno di quà, & l'altro di là, se si potranno hauere, & non si potendo hauere parenti, di dua de migliori vicini ch' habbia tal donna, & hauendo marito, & non padre, con presenza, & consenso del marito, & de parenti, ò, vicini come di sopra, i quali giurino nel contratto per li Santi Euangelij di Dio credere, ch' in tale instrumento non interuenghi fraude, ò, lesione di tal donna, che contrahesse, anzi più presto cedere à commodo, vtile, & beneficio d'essa, nel quale interuenga sempre il giuramento della donna, che contrahesse, & tal instrumento così fatto habbia forza, & esequire si debba per il Podestà di Comano, & ogn'altro offitiale, à chi s'aspettasse.*

Secundo, quod in loco autem Varani Territorij Serenissimi Ducis Mutinæ, & Regij nullum adest particulare statutum circa contractus, vel obligationes mulierum disponens, sed secundum attestationem Potestatis dicti loci recurritur ad statutum Ciuitatis dominantis, per quod, vt
2 ipse dicit, requiritur præsentia duorum proximiorum coniunctorum, & in defectu duorum vicinorum maiorum triginta annis, & bonæ vitæ, & famæ, & iurantium se esse vicinos, & maiores dicta ætate, & præterea decretum Iudicis.

Tertio, quod in prædicto loco Comani
3 nullus adest Notarius, qui adiri possit pro conficiendis instrumentis publicis, vndè eius Incolæ volentes contrahere, necessè habent se conferre ad Terram Fiuizzani distantem per quinque milliaria, vel ad dictum locum Varani viciniorem.

Quarto, quod Antonia quondam Nicolai olim Ioannis Poli de Comano in loco prædicto Varani cum consensu Georgij quondam Sanctini de Costa Comani, & Ioannis Baptistæ de Piagneto eius propin-
4 quorum, & attinentium inter viuos donauit cum iuramento Antonio quondā Ioannis Lazzari de Bellagardis de plano Comani eius Auunculo, et eidem ab intestato succedenti præsenti, & recipienti omnia eius bona præsentia, & futura, reseruatis sibi libero, & integro vsufructu dictorum bonorum donatorum toto tempore eius vitæ, authoritate vendendi, & alienandi de eisdem bonis pro suis vrgentibus egestatibus, & indigentijs, & facultate testandi, & ad sui libitum disponendi pro summa quadraginta scutorum auri.

Quinto quod postmodum dicta Antonia contraxit matrimonium cum Andrea Simonini de Comanino, dando eidem in dotem omnia eius bona, et specialiter etiā donata, reuocādo expressè donationem, vt supra factam dicto eius Auunculo, & exinde paucos post menses obijt nullis relictis filijs, sed solum superstitibus dictis donatario, & viro, inter quos orta est lis, quia petit donatarius bona sibi donata, maritus autem ea ad ipsum spectare prætendit ex statuto de lucro dotis loquente.

Quibus sic præsuppositis quæritur quid
5 Iuris, & causa mihi ad referendum commissa per Dominos Potestatem, & Consules Comani, existimaui iudicandum esse ad fauorem donatarij actoris contra maritum donatricis reum conuentum, præterquam in vsufructu, & scutis quadraginta in donatione reseruatis, in quibus dos promissa subsistere potest, & ita prædictis iudicare debentibus retuli.

Ad ita referendum motus fui, quia licet in dicta donatione non fuerint seruatæ so-
6 lemnitates statuti Comani, originis, & domicilij dictæ mulieris, ex eo quod adhibiti tanquam attinentes non erant ex propinquioribus, & proximioribus in gradu dictæ mulieri, prout opus erat, Alexand. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore num. 14. ad finem, versic. & dicit Bald. ff. solut. matrim. Hondede. cons. 5. num. 19. & 24. lib. secundo, & vbi fuissent tales,

non iurauerunt, prout ordinat dictum statutum, tamen cum contraxerit mulier extra territorium statuentium, non tenebatur seruare solemnitates ipsius statuti, Aretin. consilio 54. colum. secunda, sub nume. 3. versic. tertia ratio principalis est, & cons. 73. colum. 4. sub num. 5. vers. his ergo praemissis, Corn. consil. 241. in primo dub. lib. 2. Ruin. consil. 53. colum. 4. & 5. num. 13. & sequen. versic. nec obstat, & infra lib. 2. Duran. in tracta. de art. testan. titu. 1. cautio. 2. num. 5. Gabr. tit. de statut. conclus. 8. nume. 22. vers. quarto limita, & latissimè Stepha. Lamberteng. in tracta. de contract. eorum &c. glos. secunda, in verbo mulierum, quaest. 14. nume. 41. & plur. seq. vbi opinionem hanc latissimè probat, & facientibus in contrarium respondet, etiam si cum subdito, & statuti scientiam habente contraxerit, vt per ipsum Lambertengum vbi supra, quaestione 15. num. 49. & 50. & etiam si de bonis in territorio ipsius statuti sitis disposuerit ex allegatis per eundem Lamberten. ibidem quaest. 16. nu. 51. & 52. dummodo non in fraudem dicti statuti, & data ad hoc opera extra territorium contraxisset, Aretin. d. cons. 54. colum. 3. sub num. 3. post medium, vers. ex quo concludendum, & d. cons. 73. colum. 5. sub nume. 8. vers. fatendum est igitur, Paris. cons. 99. col. fi. nu. 58. & 59. vers. preterea esto, & infra lib. 1. & alij, quos refert, & sequitur Lamberteng. in loco citato, quaest. 17. num. 53. cuius fraudis suspicio cessare videtur ex dictis in tertio praesupposito de non existentia alicuius Notarij in loco statuti, & de accessu ad locum viciniorem, quamuis alienae iurisdictionis, & vbi alias aliae personae de Comano contraxerunt.

Et quamuis in tali donatione obseruandae fuissent solemnitates statuti Varani, vbi facta fuit, de quibus dictum est in secundo praesupposito, ex quo statuta contractus solemnitatem respicientia seruanda sunt à Forensibus in loco statutorum contrahentibus, & statuta non absolute inhabilitantia personam contrahentis, sed requirentia certam solemnitatem in contrahendo comprehendunt forensem, qui ibi contrahendo tenebitur seruare illam solemnitatem, Aretin. d. cons. 54. colum. 2. in fin. et colum. 4. sub nume. 3. versic. ista sententia confirmatur, et d. consil. 73. colum. 5. num. 6. et 7. versic. ista sententia confirmatur, et ante eum Bar. in l. 1. num. 13. 14. et sequen. C. de summ. trinita. & fide catholic. & in l. de quibus nume. 27. ff. de leg. Bald. in l. prima nume. 3. C. vbi conueni. qui certo loco dare promisit, Gabr. titu. de statut. conclu. 8. nume. 15. versic. sublimita, & Lamberteng. alios referens in d. glos. secunda, in verbo mulierum quest. 10. num. 26. & sequ. & quaest. 11. num. 36. & seq. & ob dictarum solemnitatum omissionem contractus nullus esse videatur secundum Bald. in l. 1. nu. 63. & seq. C. qui admitti, & Anto. de Butr. in c. cum consuetudinis circa finem extra de consuetudine, quos refert, & sequitur Areti. d. cons. 54. col. 2. sub nu. 3. vers. tertia ratio principalis, & d. cons. 73. col. 4. sub nu. 5. vers. his ergo premissis.

Tamen hoc non obstante propter iuramentum sustinetur ipsa donatio, & vti valida, & efficax iuris executionem meretur, quia vulgaris est regula, quod statutum quantumcunque generale loquens de aliquo actu, non comprehendit actum illum iuratum, si de iuramento expressam non faciat mentionem, Alex. consil. 27. colum. fin. lib. 1. consil. 38. colum. 4. lib. 3. & consil. 110. colum. 1. lib. 4. Marsil. singul. 515. contingit saepius Afflict. decis. 5. nume. 2. & infiniti alij congesti per Gabriel. titulo de iureiurand. conclusio. 5. nume. 2. & per Lamberteng. in tractat. de contractib. eorum &c. glos. fin. quaest. 3. nume. 11. versic. hanc autem sententiam, & specialius loquendo quod statutum requirens in contractu mulieris consensum consanguineorum, seu attinentium, vel vicinorum, aut aliam solemnitatem non procedat in contractu iurato; quia iuramentum supplet defectum dictae solemnitatis & contractum firmat, punctualiter tradunt Franc. Personal. in suis quaestionib. quaest. 15. vers. minor num. 14. Noui. cons. 108. nume. 12. Aretin. consil. 22. num. 8. vers. hoc praemisso, Gabr. d. titul. de iur. iuran. d. conclus. 5. num. 14. vers. quarto infertur, Osas. decis. Pedem. 75. nume. 7. Turrec. cons. 48. num. 11. & 20. & in additione lib. 3. Lamberteng. in tract. de contractib. eorum, &c. in glos. fi. quaest. 2. num. 10. vers. quam etiam opinionem, & alij per eos citati, quod procedit indistincte, siue statutum loquatur in rem, siue in personam, reprobata opinione Bartoli aliud sentientis quando loquitur in personam, in l. si quis pro eo num. 9. & seq. ff. de fideiussor. vt attestantur esse veram, & communem Doctorum sententiam Alex. cons. 27. num. 5. cum seq. vsque ad fi. cons. 125. sub nu. 10. lib. 1. cons. 38. sub nu. 3. col. 62. nu. 21. lib. 7. Cast. cons. 13. in princ. & melius cõs. 421. etiã in princ. lib. 2. latè, & eleganter Corn. cons. 35. nu. 3. & seq. vsque ad fin. lib. 3. Aretin. cons. 22. in 2. dub. num. 8. iunctis dictis in princ. dubij, cons. 54. nu. 1. Socin. cons. 279. nu. 2. lib. 2. Goza. cõs. 16. sub nu. 5. Salyc. in Auth. sacra-

sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem circa finem sub nu. 27. vers. aliam videtur ponere, & ibidem Cast. in 4. quæst. nu. 11. in lectur. & Corn. sub nu. 6. vers. aliud remedium est in lectura, et latius in 5. q. nu. 19. cum seq. in repetit. & Iaf. in 2. limit. nu. 49. & seq. Simoncel. in trac. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. nu. 156. & 157. Gabr. tit. de iur. iurand. conclus. 5. nu. 15. vers. & licet, Serafin. de priuileg. iurament. priuileg. 22. nu. 42. & 43. & priuil. 83. nu. 32. & 70. Couarru. in c. quamuis de pact. in 2. part. §. 2. num. 7. vers. primum, Gab. conf. 13 nu. 3. conf. 127. nu. 16. lib. 1. Franc. de Caldas in Comment. l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minorum in verbo minoribus nu. 2. 3. & 4. Tessaur. decis. Pedemon. 66. nu. 3. & 4. Lamberteng. in d. tract. de contractibus eorum, et cęt. glos. fin. q. 2. nu. 3. & plur. seq. qui latissimè insistit, pluresque in hanc sententiam adducit nu. 9. vers. quibus tamen non obstantibus, vultque hoc procedere etiam si statutum vltra consensum affinium, vel vicinorum, aut alias solemnitates requirat præterea mulieris iuramentum, nam & si Deci. cons. 532. col. fin. sub nu. 12. vers. vltimo conclusioni supra factę, loquens de statuto, quod pacta de non petendo, & quietationes per mulieres factę sint nullę nisi fiat adhibitis duobus proximioribus consanguineis, & decreto Iudicis cum iuramento, vi-16 deatur velle hoc casu iusiurandum mulieris non conualidare contractum ab ea factum omissa dicti statuti solemnitate, & idem sentiat Gozad. cons. 16. nu. 13. versic. sexto talis contractus, loquens in statuto requirente in contractu minoris consensum aliquorum, qui iurent se credere contractum non fieri in damnum, nec in fraudem minoris, de quibus meminit Lamberten. d. glos. fin. q. 3. nu. 7. vers. pro qua opinione, tamen veritas est in contrarium, quod imo, 17 & hoc casu propter iuramentum validetur contractus, ex quo iuramentum seruari potest sine interitu salutis ęternæ, & quia, & isto casu militant rationes consideratæ per Doctores in conclusionibus supra firmatis, vt huiusmodi statutum casum iuratum nō 18 comprehendat quomodocunque loquatur, vt in specie Deci. & Gozad reprehendendo dicit Lamberteng. d. q. 3. nu. 19. vers. nec huic nostrę sententiæ, vltra quod Deci. nihil allegat.

Nec obstat; quod cum talia statuta condita sint ne mulieres decipiantur, & hoc expressè dicat dictum statutum Comani in 19 exordio, iuramentum non validet contractū sine solemnitate ab ipso statuto tradita celebratum veluti fraudulētum, simulatū, & dolo initum, vt consuluit Andreas Barbat. cons. 21. col. 1. 2. & seq. lib. 1. ad hoc iura, rationes, & authoritates adducens quem refert Lamberteng. d. glos. fin. d. q. 3. nu. 8. vers. in eandem etiam sententiā, quia dictū hoc Barbatiæ non est verum, & communiter reprobatur, quando statutum non facit 20 mentionem expressam de iuramento, vt per Cagnol. in l. si librarius sub nu. 43. in fin. ff. de regul. iur. & per Lamberteng. d. q. 3. nu. 20. versic. non obstat.

Nec in constitutione dotis constitutæ per dictam donatricem marito post donationem per eam factam Auunculo cum ipsius donationis reuocatione fundamentum aliquod fieri potest tanquam de actu facto nulliter, & contra priorem promissionem 21 iuratam, nulla obtenta absolutione à iuramento, cui citra periuriū contrauenire non licuit ex his, quæ congerit Neuiz. consil. 21. nu. 1. 2. et seq. Nec quod semel placuit in cō trahendo, amplius displicere potest, l. sicut, C. de action. & obligat. l. de contractu, C. de rescind. vendit. et c. quod semel placuit cum ibi notatis per Dyn. nu 9. ff. de reg. iur. Nec mortua donatrice cessat virtus iuramenti, sed imo durat, & ad hæredes, & quoscun-22 que iurantis successores transit quoad obseruantiam contractus per ipsum iuramentum firmati, vt notant Franc. de Caldas in d. verbo minoribus sub nu. 2. 3. 4. Couar. in d. c. quamuis in 2. parte §. 1. sub nu. 7. vers. quarta conclusio, & iterum vers. secundo si vera est, Lamberteng. in d. glos. fin. q. 3. nu. 22. vers. tertio pro præcedentis quæstionis declaratione, Turrec. d. cons. 48. nu. 21. vers. quia respondetur lib. 3. Aret. cons. 22. in 2. dub. nu. 8. vers. hoc præmisso Curt. Iun. cons. 47. nu. 4 vers. vera etenim, & est communis, & vera doctorum opinio, vt præfati Doctores, & plures alij per eos citati testantur; In quam sententiam libentius inclinaui, cum non viderim probatam ætatem dictæ mulieris, nec eius personæ qualitatem, nec dictorum bonorum donatorum valorē, vt inspicere possem, quid, et quantum deductis reseruationibus, & oneribus fuerit donatū; minusq; constiterit cōditio viri, & an vir dignus esset maiori dote, quā importēt vsusfruct⁹ in vita vxoris, & scuti quadraginta in donatione reseruati. Anno 1607. Florētiæ.

Sed quoniam in simili materia aliàs plenius consului ad sustinendum contractum à minore factum extra territorium non seruatis solemnitatibus statutorū propriæ Ciuitatis, etiam ad fauorem nō suppositorū Iurisdictioni statuentiū cōtra eorūdem statutorū dispositionē, volui quę tunc scripsi, hic inserere, & sūt tenoris infrascripti videlicet.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

STatutum Bononiæ de contractibus cum minoribus faciendis non videtur obstare validitati fundationis Commendæ erectæ per D. Fabium Ghellum minorem 25. annis in sacro ordine Militiæ Diui Stephani cum dote bonorum stabilium valoris scutorum quinque millium, & reseruatione iuris patronatus pro se, & descendentibus suis masculis, licet obligatio fuerit facta non seruatis solemnitatibus dicti statuti, quoniam sustinetur per iuramentum dicti D. Fabij 23 maioris 20. annis, quod validat cōtractum à pubere factum absque solemnitatibus à statuto requisitis indistinctè siue in rem, siuè in personam prohibitiuè loquatur secundum veram, & communem sententiam tàm Canonistarum, quàm legistarum, de qua reprobata opinione Bart. in l. si quis pro eo num. 9. 10. 11. ff. de fideiussor. & sequacium, attestantur Alex. consil. 27. nu. 5. cum sequ. vsque ad fin. consil. 125. sub nume. 10. lib. 1. consil. 38. sub num. 10. lib. 3. consil. 62. num. 21. lib. 7. Castr. consil. 13. in princ. & melius consil. 421. etiam in princ. lib. 2. latè, & eleganter Corn. cons. 35. nu. 3. & seq. vsque ad finem lib. 3. Atet. cons. 22. in 2. dub. nū. 8. iunctis dictis in princ. dubij cons. 54 nu. 1. Soc. cons. 279. nu. 2. lib. 2. Gozad. cons. 16. sub nu. 5. Salye. in auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. circa finem sub nu. 27. vers. aliā videtur ponere, & ibidem Castr. in 4. q. nu. 11. in lectur. & Corn. sub nu. 6. vers. aliud remedium est in lectur. & latius in 5. q. nu. 19. cum seq. in repetitione, & Ias. in 2. limit. nu. 49. & seq. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. nu. 156. & 157. Gab. tit. de iur. iurand. concl. 5. nu. 14. 15. Serafin. de priuil. iutament. priuileg. 22. nu. 42. 43. & priuil. 83. nu. 32. & 70. Couarru. in c. quamuis, de pact. in 2. par. §. 2. nu. 7. vers. Primum.

Nec refert, quod d. statutum non adhibitis solemnitatibus reprobet iuramentū su-24 per obligatione corporaliter, vel verbotenus à minore præstitum, quoniam respondetur, quod cum sit statutum laicorum, & disponat directò super iuramento, nō valet Bart. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. princip. nu. 25. in 1. dicto, ff. de iust. & iur. Feder. de Sen. cōs. 272. in princ. Ancar. super hoc stat. vt indicant verba statuti per ipsum relati sub nu. 5. circa denegationem restitut. in in teg. cons. 226. nu. 1. 2. 3. Cast. cons. 13. nu. 1. cons. 61. nu. 2. lib. 2. Abb. cōs. 71. nu. 4. lib. 1. Alex. cons. 27. nu. 7. & seq. & latius cons. 59. num. 4. & seq. lib. 1. dicens hanc opinionem veram pluribus, & grauioribus authoritatibus munitam, magis communem, & in iudicando sequendam cons. 125. nu. 6. eod. lib. 1. cons. 38. nu. 11. lib. 3. dicens esse tutiorem cons. 196. sub nu. 4. & 5. lib. 6. cons. 62. nu. 20. & cons. 151. nu. 1. 2. 14. 15. lib. 7. Atet. cons. 8. in princ. aiens esse veram, & communem, cons. 22. sub nu. 8. 9. Soc. cons. 279. nu. 2. lib. 2. attestans esse veram, grauioribus authoritatibus firmatam, magis communem, & à doctoribus communiter in consulendo sequutam, Grat. cons. 41. num. 15. cons. 84. nu. 6. affirmans vbique esse communem lib. 1. & super hoc ipso statuto consil. 47. nu. 4. eod. lib. 1. adducens authoritates aliorum attestantium de Communi, Cast. in d. auth. sacramenta puberum in 4. q. nume. 11. & ibi etiam Corne. in repetit. sub nume. 35. & seq. dicens hoc tanquam commune dictum esse seruādum, & Ias. nu. 80. 81. 82. 83. attestans post multa esse veriorem opinionem, Cotta memor. verbo statuta Italiæ, vers. est verum, Franc. Personal. in suis quæstionib. q. 15. nu. 12. vers. verumtamen vbi citat multos eiusdem sententiæ, Carpan. super statutis Mediolani ad c. 453. rub. de sacramentis puberum nu. 97. & seq. in 1. parte referens multos de communi attestantes, nu. 25. & Seraphin de priuileg. iuram, priuileg. 22. nu. 9. vnde parum operantur statuta disponentia circa iuramentum, quia Iudices seculares possunt compelli ab Ecclesiasticis ad faciendum obseruari iuramentum in foro laicali, Seraphin vbi supra priuil. 21. nu. 17. et priuil. 66 nu. 4 post Cast. consil. 53 ad fin. num. 4. vers. sed postremo lib. 2. optimè id probantem, & licet aliqui dicant, quod quando statutum annullat ipso Iure contractum aliter factum, tunc iuramentum non confirmat, nec operatur, etiam quod statutum non faceret mentionē de iuramento, Gozad. d. cons. 16. nu. 13. Ancar. q. 20. num. 2. 3. lib. 1. Carpan. super statutis Mediolani ad cap. 453. rubr. de sacrament. puber. nu. 54. in 1. part. Grammatic. decis. 12. num. 12. & seq. tamen non est verum, Rota Auenion. decis. 11. num. 8. & decis. 68. num. 6. & seq. Plus dicunt Roman. consil. 517. ad fin. & Ias. consil. 216. col. pen. versic. item dictum statutum, & consil. 239. col. antepenult. versic. quinto adhuc fortius lib. secundo, quod constitutio generalis cum clausula generali non obstantibus, & sic derogatoria non procedit

cedit in actibus iuratis, & contrarium in puncto tenet Simoncel. de decret. lib. 3. rit. 8. inspect. 18. ampliat. 16. num. 156. & 157. dicens communem, & est verissima conclusio, quia statutum simpliciter loquens non 28 comprehendit casum iuratum, vt per Rot. Auenion. supra citatam, & alios Doctores communiter passim; quicquid dicant vltra iam citatos stante clausula annullatiua Bart. in l. omnes populi, num. 24. ff. de iusti. & iur. Socin. iun. consil. 3. num. 41. lib. 2. Alba cons. 70. nume. 6. consil. 612. num. 28. Rimin. iun. cons. 467. nume. 54. Honded. cons. 45. num. 37. Turrec. consil. 19. num. 16. lib. 1. Angel. cons. 160. colum. 2. versic. contrarium dico, Cephal consil. 312. nu. 106. cons. 466. num. 36. Simon de Pret. cons. 36. num. 19. Becci. cons. 52. num. 40. cons. 99. num. 24. Menoch cons. 11. num. 14. & seq. Roland. com. 60. nu. 71. & seq. lib. 4. in puncto quod non obstante clausula annullatiua iuramentum confirmet actum factum contra formam statuti tenent præter supra adductos, Aufrer. ad Capel. Tolosan. decis. 383. circa principium appositillæ, & alij citati per Turrec. d. cons. 19. nu. 17. nec Roland. & Anch. absolutè ita tenent, imo dicunt dictam opinionem non esse tutam, & fortè cōtrariam esse communiorem, & cum eadem opinione, quod confirmetur contractus, transit Personal. q. 25. nu. 12. & alibi in discursu illius quæstionis, & Turrec. cons. 80. nu. 29. & seq. lib. 2.

Et si dicatur, quod statutum istud est expressè confirmatum à Pontifice Iulio Secundo, quo casu valet, & cessat omnis diffi-29 cultas, quod laici non possint disponere super iuramento, quia Pontifex habet potestatem in diuinis, vt dicit Gozad. cons. 16. in vltimo fundamento num. 16. qui consuluit in contrarium pro validitate ipsius statuti, & tradunt Cotta memor. verbo statuta Italiæ ad finem, Grat. cons. 41. nu. 19. 20. d. cōs. 47. nu. 2. lib. 1. Gabr. titu. de statut. conclus. 11. num. 8.

Respondetur, quod ista confirmatio etiā specialis nihil operaretur in hac, cum non 30 sit facta ex certa scientia, & causa cognita, & alias patiatur exceptiones, vt dicit precisè Grat. d. cons. 41. sub num. 21. vers. nec obstat, d. cons. 47. num. 5. lib. 1. & cons. 75. sub nu. 11. vers. nec obstat, quod istud statutum lib. 2. minusque operaretur, si esset generale, Grat. d. cons. 41. num. 21. & cons. 84. nu. 7. lib. 1. & d. cons. 75. sub num. 11. lib. 1. Gabr. de statut. d. conclus. 11. num. 13. versi. & nota, & plenissimè consuluit in ipsis statutis Bononiæ Aretin. cons. 8. per totum, concludens confirmationem Pontificum de 31 eis factā non comprehendere statuta particularia reprobantia iuramentum; Præterea dicitur, quod dicta confirmatio non est in vsu, & propterea vbi sufficiens esset, non obstaret, Grat. d. cons. 41. sub num. 21. vers. nec obstat, quod non diffitetur Gozad. sub dict. num. 16. vers. non obstat, licet subdit id probandum esse, cum contrarium præsumatur.

Nec dicatur, quod statutum hoc præsumit contractum sine solemnitate requisi-32 ta simulatum, & in fraudem factū, quo casu non validatur iuramento cessante etiam confirmatione Papæ secundū Bart. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. princip. nu. 25. in 2. dicto, & alios relatos per Gozad. d. cons. 16. in 2. fundamento sub nu. 13. & per Serafin. priuil. 21. nu. 36. priuil. 74. nu. 28. & seq. & priuil. 83. nu. 79.

Quoniam respondetur hoc in facto non esse verum, vt statuti verba ostendunt, nequia statutum velit adhiberi certas solemnitates, ne minores fraudentur, inferri potest, illis non adhibitis statutum præsumere contractum simulatum, & per dolum initum, vt opinatur Gozad. quia hæc ratio vti 33 vnica semper inest, & pro expressa habetur iuxta latè notata per Cottam memor. verbo ratio dicitur certa, & ea attenta semper præsumeretur cōtractus dolosus, & tamen doctores contrarium dicunt, & eam adhibent distinctionem post Bart. in d. l. omnes populi in 2. quæstione 3. quæst. princip. nu. 25. quod aut statutum simpliciter loquitur 34 reprobando contractum minoris iuratum sine certa solemnitate, & non valet, aut dicit, quod talis contractus præsumatur dolo factus, & valet; Præterea aduertendum est, quod opinio Bart. non procedit ita simpliciter, sed tunc demum, quando statutum 35 fingit dolum, & simulationem ex aliquibus coniecturis propinquis, & verisimilibus ad præsumendum verum dolum, nām tunc non dicitur dolus fictus, sed verus, 36 qui cum non possit directò probari, sed per coniecturas, possunt illæ per statutum declarari, & specificari, vt ex veriori, & communiori doctorum sententia tradit Simoncel. in tracta. de decret. & alijs solemnita. in contract. minor. requisit. libro 3. titu. 8. inspect. 18. num. 165. & 166. in secunda limit. & ante eum tradiderunt Roman. cons. 12. nume. 1. 2. Abb. consil. 71. ad fin. primi dub. sub nume. 7. & 8. versic. præterea dico, libro primo, Corn. consil. 121. sub num. 20. vers. sic, & ad alias lib. 2. consil. 121. sub nume. 2. & sequen. versic. & hoc clarum libro 4. Grat. cons. 84. nume. 7. 8. lib. 1. & nouissimè idem tenet Serafin. priuil. 74. sub nume. 30.

vers. præterea, & melius priuileg. 83. nu. 80. vbi etiam disputat, an in hoc standum sit assertioni statuti, vel aliter de causa constare debeat, vt propterea cum hoc statutum nul 37 lam legitimam causam præsumẽdi dolum adducat, non possit infringere iuramẽtum, etiam quod, vt voluit Gozadin. præsumeret contractum dolo factum.

Cæterum quia statutum expressè disponit, quod si cõtractus aliter fuerit factus, talibus instrumentis, seu scripturis nulla fides adhibeatur, videtur, quod iuramentum nõ 38 confirmet contractum, qui est nullus ratione solemnitatis probatoriæ, cui veluti requisitæ ob publicam vtilitatem cum iuramento renunciari non potest, vt dicit Gozad. d. cons. 16. in 3. fundamento, num. 14. post Alex. cons. 95. in fi. nu. 5. lib. 1. & Socin. cons. 97. colum. fi. nu. 4. & 5. lib. 1. quibus adduntur Bald. cons. 414. num. 1. lib. 3. idem Gozadin. cons. 61. sub num. 16. & Gabr. titu. de iur. iurand. conclus. 5. num. 41. vers. 10. limita, & latius tit. de statut. conclus. 11. sub nu. 12. post vers. præterea statutum, Seraph. de priuil. iurament. priuile. 22. num. 32. & Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. limit. 3. nu. 168 & dicit Gozad. cons. 88. nu. 6. vers. nec obstat iuramentum, quod valet 39 statutum disponens, quod non adhibeatur fides instrumento sine certa solemnitate facto etiam iurato, idcirco in hoc laborãdum est, ne prætextu deficientiæ probationis actus inutilis reddatur; In qua re primo dico hoc probationi, non autem validitati obligationis obstare, nam potest statutum laicorum disponere quod in contractu ad- 40 hibeatur certa solemnitas, aliàs scriptura superinde confecta etiam cum iuramento nullam faciat probationem, quo casu iuramentum non operatur, quia sicut instrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum, Castr. cons. 61. num. 1. & in fin. sub num. 2. cons. 75. num. 1. 2. & in fin. num. 5. lib. 2. Alex. consil. 125. sub nume. 1. vers. vnde attento lib. 1. Corne. cons. 32. nume. 4. cum seq. lib. 3. Grat. d. cons. 47. num. 3. lib. 1. Gozad. cons. 88. num. 6. Cagnol. in l. si librarius, nume. 41. & 43 ff. de reg. iur. Simoncel. d. inspect. 18. in 3. limit. nu. 168. Gabri. tit. de iureiur. conclus. 5. num. 33. vers. secundo limita, & de statut. conclus. 11. num. 12. vers. præterea statutum, Soc. d. cons. 97. nu. 4. 5. lib. 1. Corn. cons. 64. sub nu. 7. versic. hinc est lib. 3. cons. 121. sub num. 20. & seq. vers. vlt. est aduertendum lib. 2. Seraphin. de priuil. iurament. priuil. 22. nu. 31. 32. 33. & priuil. 83. nu 84. & seruit Soc. cons. 120. nu. 19. lib. 1. cons. 2. num. 1. cum seq. lib. 3. quod & statutum ipsum dicit ad finem, nolens quantum ad probationem iuramenti ad- 41 hiberi fidem instrumento, sed si posset alio modo, quàm per instrumentum constare de contractu iurato, puta per testes, sustineretur contractus, & suum effectum sortiretur propter iuramentum, Socin. d. consil. 97. sub num. 4. & 5. lib. 1. Corn. consil. 121. sub nu. 22. lib. 2. & clarius cons. 32. colum. penult. & fin. lib. 3. Castr. d. cons. 61. num. 1. & ad fi. sub num. 2. & d. cons. 75. nu. 2. & ad fi. nu. 5. lib. 2. in quo vltimo loco vult, quod etiam Notarius de instrumento rogatus ad- 42 mittatur in testem, Cagnol. in d. l. si librarius sub nu. 43. Seraphin. d. priui. 22 sub nu. 32. & d. priuil. 83. num. 84. dicens posse contractum probari per testes, & per partis confessionem, posseque hic iurantem compelli ad obseruantiam iuramenti, & idem colligitur ex dictis per Bald. licet non loquatur specialiter de actu iurato cons. 444. sub nu. 1. & 2. lib. 5. vbi similiter dicit etiam Notarium rogatum de instrumento reprobato per statutum admitti in testem, & per Soc. cons. 120. nu. 19. lib. 1 & latius cons. 2. nu. 1. cum plur. sequ. lib. 3. quo fit, vt Gozadin. ar- 43 gumentum non procedat, nisi respectu probationis, quæ si aliunde haberi potest, prout de facili in hoc casu haberi posset, remanet validus contractus non seruata statuti solemnitate.

Secundo dico, quod nullo modo obstat statutum, nec tollit etiam probationem instrumenti nedum validitatem actus, nam cum dictum statutum non inhabilitet simpliciter, & absolutè personam minoris con- 44 trahentis, sed velit, quod in contrahẽdo adhibeat certam solemnitatem, & formã, potuit D. Fabius sine illa solemnitate contrahere Florẽtię extra territoriũ statuentium, & valuit contractus, Bar. in l. cunctos populos, q. 6. nu. 32. C. de sum. Trini. & fid. cath. Aretin. cons. 54. in 1. dub. sub num. 3. versic. tertia ratio principalis, Gabr. alios adducẽs, in tit. de statut. conclus. 8. in 4. limita. nume. 22. quibus additur idem Aretin. cons. 73. in secundo dub. sub num. nono, & seq. dicens hanc opinionem verissimam, prout etiam dicit priore loco, & Durans, de art. testan. titu. 1. caut. secunda, sub nume. 5. vers. est & alia cauthela, & pulchrè Crauet. plures referens, cons. 271. num. 4. vers. quinto igitur, cum quibus videtur concordare Alberi. de Rosat. de statut. lib. secundo, quæst. 2. num. 21. vers. imo quod plus est, quicquid in contrarium teneat Bald. consil. 60. num. 1. lib. 5. & potest confirmari ex simili distinctione facta per Doctor. de Forense contrahen- 45 te in aliena iurisdictione, vt si statutum loci contractus non inhabilitat simpliciter, & ab-

& absolutè personam contrahentis, sed disponit, illum debere seruare certam solemnitatem, & formam, aliàs actus non valeat, comprehendat etiam Forensem, secus autem, quando absolutè, & directò inhabilitat personam, quia tunc non ligat non subditum, Ias. alios referens, cons. 59. colum. fi. versiculo secundo, & notabilius respondetur lib. 3.

Quod fortius procedit cum dictus D. Fabius esset maior 20. annis, & Florentiæ ex-46 tet statutum, quod ætas 18. annorum completorum cuiuslibet sit, & esse intelligatur legitima ætas naturalis 25. annorum completorum, cuius vigore potuit se obligare, & immobilia alienare etiam absque iudicis decreto, non secus ac si verè fuisset ætatis annorum 25. vt in ipso statuto Florentino tenet Castr. in l. omnes num. 9. C. de his qui veni ętat. impet. & in Anglarensi Corn. cōsil. 108. per totum lib. 3. & in Bergomensi Card. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eorum, ita obseruari attestans, & pręsupponunt apertè in statuto Mediolanensi, Ias. cons. 59. lib. 3. & in constitutionib. Regni Neapolitani Lamberteng. in tract. de iur. patron. in 3. art. 5. q. princip. 1. part. 1. lib. in fin. num. 5. quicquid in contrarium dicant Castr. cons. 166. sub num. 2. lib. 2. Socin. cons. 130. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 39. sub num. 3. in fin. Curt. sen. cons. 43. num. 29. ad fin. vers. adde Paulum, Roland. à Valle consil. 7. num. 17. lib. 3. Simoncel. de decret. lib. 3. titu. 8. inspect. 3. nume. 24. & seq. Magon. decis. Lucens. 13. nume. 5. Carpan. ad statut. Mediolani capit. 452. rubr. de legitim. ætate, num. 28. & 29. versic. statut cuius dispositio, & infra in prima part. & quando decreto opus fuisset, eius tamen omissio non vitiaret alienationē propter iuramentum in ea præstitum per dictum D. Fabium, quod supplet defectum 47 ipsius decreti, & aliarum solemnitatum de iure communi requisitarum in alienationibus bonorum immobilium minorum secundum communem, & vbique obseruatam opinionem, vt post alios dicit Ias. in d. authen. sacramenta puberum sub num. 3. 6. 33. & plurib. seq. & latissimè prosequitur Simoncel. de decret. lib. 3. titu. 8. inspect. 18. nu. 137. & seq. attestans pariter de communi, & in praxi per totum mundum obseruata opinione, sanatque omnes eorum con-48 tractus aliàs infirmos, & inualidos, Cotta memor. verbo iuramenti religio. vers. & ex his omnibus ante fin. Seraphin. d. priuil. 83. nu. 1. 2. & 32. quod in omni iuramento procedere dicit ex communi scribentium voto, nu. 23. vers. præsupposita tamen.

Et si diceretur statutum Bononiæ procedere etiam, quando contractus fit extra territorium non seruata dicta solemnitate, & propterea non tolli difficultatem defectus probationis instrumenti, Responderi posset, quod statutum videtur hoc dicere, quā do in fraudem ipsius minores accedunt, aut ducuntur extra districtum ita dictante causa in eo expressa, quæ ratio cum penitus 49 cesset in pio loco, in quo non potest considerari aliqua suspicio fraudis, vt dicit Felyn. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ sub nu. 82. post vers. 1. est extra de cōstit. merito etiam 50 statuti dispositio cessare debet iuxta nor. per Tiraq. in tract. cessante causa cessat effectus in verbo statuti cessante causa.

Tertio dico, & hoc tollit omnem difficultatem, quod statutum prædictum non 51 comprehendit hunc casum alienationis in Religionem Summi Pontificis authoritate fundatam, quia videtur intelligendum, nisi minor contrahat cum persona æquè, vel magis priuilegiata, l. verum. §. fi. cum l. seq. ff. de minorib. & quia est alienatio ad 52 piam causam, quæ non subiacet dispositioni dicti statuti laicalis, & valet absque solemnitatibus ab eo requisitis, vt in terminis nostris expressè volunt Bald. in l. generali ad fi. in 1. & in 2. q. num. 6. & 7. C. de sacros. eccles. cons. 93. num. 2. lib. 2. cons. 60. nu. 2. lib. 5. Castr. cons. 433. sub nu. 3. versic. tertio principaliter lib. 1. Felyn. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ sub num. 83. vers. alia autem opinio, Calcan. cons. 13. nu. 4. & ibi Marti. Garat. & Iacob. de Puteo in eorum subscriptionibus vterque ad finem suę subscriptionis, Crauet. consil. 160. sub num. 1. vers. & si dicatur, Lambertin in d. tracta. de iure patron. in 3. art. 5. q. princip. 1. part. 1. libri num. 4. & latius in 9. art. 4. q. princip. primæ part. 2. libri, nu. 5. & seq. Socin. in regul. 310. in verbo priuilegia in 15. priuilegio, quicquid in oppositum dicat Roman. in authen. similiter, C. ad l. falcid. in 16. priuileg. piæ causæ in contractibus, num. 33. Et generaliter quod dispositio ad pias causas non subiaceat solemnitatibus statutorum ex pluribus ostendunt Castr. cons. 212. nu. 3. versic. præterea lib. 2. & Fulgos. cons. 104. num. 3. 4. vers. superest, consulentes pro va-53 liditate donationis ad piam causam carentis insinuatione à statuto requisita, quā cōclusionem probat etiam Felyn. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 82. vers. primum est; Hinc dixit Abb. cons. 63. nu. 3. li. 1. quod sta-54 tutū prohibēs alienationem immobilium in Forensem non includit alienationē in ecclesiā, vel pium locū non subditum, quod ampl confirmant Plot. in decreto Mediol.

conf.19.num.11.& 12. verf. fecundo dicta conftitutio lib.1. & Carpan.in commenta. conftitut. Mediol.ad cap. Collegijs,titu. de pæn.nu.150.& feq. atteftantes de communi, & quamuis Bald. conf.174. lib.5.velit, 55 quod ftatutum prohibens rem acquifitam fine certa folemnitate alienari,extra territorium comprehendat acquirentem alienantem in ecclefiam de alieno territorio quando ftatutum de re loquitur, & eam afficit, & dicat Seraphin. de Priuileg.iuram priui-56 leg 74 num.97.quod ftatutum prohibens alienari immobilia in non fubditum comprehendit clericos, qui efficacius dicuntur non fubditi,& faciunt tradita per Aret. cõf. 25.num.3.Socin.conf.45.num.1.2.lib.3. & per alios relatos per Carpa. loco citato, nu. 152. & per Boffi. titu.de pæn. fub num.43. verf.& aduerte quia ordo, tamen recedendum non eft à prædicta opinione,quam tenet idem Bald.conf.358.nu.3.lib.1.& conf. 132.lib.3.& communem dicunt, Felyn. in d.cap.ecclefia Sanctæ Mariæ,num.89.verf. nono quæro,Clar. in pract.crimi.quæft:82. in 5.ftatuto circa alienationes,num.2.verf. fed quæro nunquid tale ftatutum, & Boff. titu.de pæn.num.43.verf. pæna alienantis; & tit.de Principe, & priuileg.eius,nu.339. verf Principes etiam noftri, qui licet vtroque loco feruari dicat in ftatu Mediolani; vt non fiat alienatio etiam in ecclefiam, nifi ex conceffione Senatus, tamen prioré loco fatetur nũquam vidiffe alienationem aliquam fine conceffione factam infringi; & in hanc opinionem inclinare videtur Alberic.de Rofa.de ftatut.lib.2.q.2. vbi num. 6. format quæftionem fuper ftatuto facto per D. Luchinum Vice Comitem Domi-57 num Mediolani, quod nullus fubditus poffet alienare in non fubditum quoquomodo, nifi prius folueret folidos decem Communi de qualibet libra iuftæ æftimationis ipfius rei, quæ alienaretur, & nifi habita licentia ipfius Domini, vel alicuius ex vicarijs fuis, quærens, an tale ftatutum vendicet fibi locũ in clericis, & ecclefiafticis perfonis, & efto, quod includeret clericos, & ecclefiafticas perfonas,an fit inualidũ quafi exiftens contra ecclefiafticam libertatem, & in vtroque articulo arguit ad partes adducens plurima fundamenta pro opinione quod non comprehendat tales perfonas, & quod fi eas comprehenderet, non valeret; poft modum adducit fundamenta tenentium contrariam opinionem; demum ponit refponfiones, quas faciunt tenentes vnam fententiam rationibus allegatis per tenentes aliam, & finaliter, num.72. verfic. in tantorum virorum dicit, quod in tantorum virorum, & iurium diuerfitate trepidus eligere non audet, fed quod quantum percipere potuit de opinionibus cõtendentium pro maiori parte inclinatur,quod ftatutum clericos includit maximè, quia fic femper interpretatum, intellectum, & feruatum fuit, fed quod eos non ligabat, quia 58 per indirectum effet contra libertatem ecclefiæ maximè propter pænæ appofitionẽ, quæ non poteft propriè dici limitatio, fed potius totalis exclufio perfonarum Ecclefiafticarum ab acquirendo res immobiles laicorum, quia nullus venditor reperiretur qui rem iufto pretio valentem decem vellet vendere pro quinque, & quinque communi foluere, nec emptor volens rem valentem decem emere pro quindecim, vnde bene eft totalis exclufio, fubdit tamen ad fin. nume. 73. quod vbi ftatutum concor-59 daret cum iure Canonico, quod Laici non poffent alienare generaliter fine licentia fuperioris, vel certa folemnitate feruata, quæ effet communis ad Laicos, & Clericos,tunc vt putat, dici poffet ftatutum iuridicum, & non contra libertatem Ecclefiæ, cui fimile eft, quod dicit Felyn.in cap. in præfentia, num. 38.verf. & ad hoc faciat extra de probationibus, quod ftatutũ pro-60 hibens legari forenfi non comprehendit legantẽ Monafterio Forenfi,Bald.in l.fi fponfus.§.conceffa in nouiffima additione.ff.de donatio. inter vir.& vxor. quem fequitur, Socin.in d.reg.310.in 14. priuile. quod fub 61 generali prohibitione donationis per ftatutum nõ videtur prohibita donatio in piam caufam, Roman.etiam conf.199.num.11. & 12. cenfuit in generali prohibitione donationis, vel alterius alienationis etiam rei 62 regulariter prohibitæ alienari non comprehendi piam caufam, fequitur Andr.Barba. in addit.ad Bald.in d.l.generali, & dicit Felyn.in d. cap. quæ in ecclefiarum, num.86. verf. fecundum notabile, quod ftatutum 63 prohibens translationem immobilium in non foluentẽ onera nifi cum licentia Principis non extenditur ad ecclefiam, & num. 87.verfic. tertium notabile; quod ftatutum prohibens vendi bona non fuftinentibus onera non ligat ecclefiam, nec ecclefiafticas perfonas, ex quibus patet dictum Baldi 64 in d.§. conceffa, verum & approbatum effe, licet illud falfum dixerit Roman. fibi contrarius in authen. fimiliter, C. ad l. falcid. in 15. priuileg. piæ caufæ in contractibus,num.32. quem fimpliciter refert,& fequi videtur, Tiraquel. de priuil.piæ caufæ priuil.130. in quo tamen contrarium dicit Bald. confil.174.lib.5. volens, quod ftatutum prohibens rem acquifitam fine certa

folem-

solemnitate alienari extra territoriũ comprehendat acquirentem in ecclesiam alienantem.

Cum ergo casus iste non comprehensus à statuto remaneat sub dispositione iuris communis, sequitur, quod alienatio value 65 tit, quia potest minor inter viuos alienate immobilia sine decreto iudicis fundando, construendo, & dotando ecclesias, aut loca pia, vel similia faciendo, & in his, & alijs causis beneficialibus, & spiritualibus, vel spiritualitati annexis, vt sunt iura patronatus, cap. de iur. extra de iur. patro. cap. quan to extra de iudic. Pubes potest disponere sicut maior 25. annis, cap. si annum in princ. de iudi. in 6. vbi etiam gloss. dicit, quod pro-66 pterea compilatores iuris Canonici nõ posuerunt aliquid de tutelis, & curis tãquam de materia illis non necessaria, & ita ex prędictis, & alijs rationibus, concludit Lamberteng. in d. tract. in 3. artic. 5. quæst. princip. primæ partis, primi lib. & in 14. art. 7. q. princip. 1. part. primi lib. num. 5. vers. de pubere, & in 9. artic. 4. quæst. princip. 1. part. 2. lib. sub num. 5. versic. sicut etiam dicimus, quod in omni alienatione ad pias causas procedere dicit Calcan. d. cons. 13. num. 6. 67 vers. 14 idem videmus, & propterea in ijs dicitur minor habere legitimam personam standi de per se in iudicio Rolan. à Valle de lucro dot. q. 45. nu. 5. & Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 83. nu. 38.

68 Et vbi etiam decreto opus fuisset, vt voluit dubitatiuè tamen, Paul. de Cittadin. in eodem tract. de iur. patron. in 3. part. in 7. q. 2. causæ, nu. 20. eius tamen omissio non redderet actum nullum propter iuramentum, quod supplet talem defectum, vt supra probatum fuit.

Quæ cõclusio eo facilius admitti debet, 69 quòd similia statuta, dato quòd valeant, de facili sunt restringenda, & limitationes ad ea facillimè admittendæ, vt in terminis huius statuti dixit Grat. d. cons. 47. sub nu. 8. lib. 1. Anno 1590. Florentiæ.

Causa hæc fuit ventilata Bononię, in cuius ciuitatis Territorio sita sunt bona pro dote Commendæ assignata, & post lõgam discussionem fuit cõcordata inter hæredes Dom. Fabij fundatoris, & sacram Religionem Sancti Stephani, prò qua, cum illius essem Pręsidens, scripseram vt supra, & ere ctio Commendæ firma remansit ad fauorem ipsius Religionis: in reddituum tamen ali quantulum minori, quam fundator promisisset, vt ex tali concordia aliquid fauoris, & commodi sentirent prædicti hæredes.

EPITOME.

Quod institutis hæredibus filijs masculis, & eis deficientibus filiabus fœminis nasciturs ex quacunque legitima vxore testatoris, & substitutis locis pijs, si idem testator decederet sine filijs masculis, vel fœminis, mortuo d. testatore sine filijs, & filiabus superstite nepte ex filia prædefuncta, ea sub nomine filiarum admittitur exclusis dictis locis pijs substitutis, etiam quod ea tempore conditi testamenti viueret, & testator eam notam haberet, & eidem etiam certum legatum simplex tamen, & non in casum euenientis dictæ conditionis fecisset, si non vigore institutionis, & tanquam in ea vocata, saltem vti in conditione, si sine filijs, & filiabus decederet, com prehensa ad substitutorum exclusionem.

SVMMARIA.

1 *Neptis non potest venire ad hæreditatem aui materni veluti comprehensa dispositiuè sub nomine filiarum in institutione vocatarum.*

2 *Venire tamen potest tanquam sub nomine filiarum comprehensa in conditione, sub qua vocantur Monasteria, de quibus in facto.*

3 *Dictio, vt supra, est repetitiua præcedẽtium qualitatum.*

4 *Nepotes filiorum appellatione nõ veniũt, quan do tempore conditi testamenti extabant filij, & nepotes; quia præsumitur, testatorem sensisse de solis filijs.*

5 *Filij nomine non continetur nepos, quando disponens in eadem dispositione discretiuè loquutus est de filijs, & nepotibus.*

6 *Item quando testator æquis portionibus in capita filios vocat, quia vocasset in stirpes, non in capita.*

7 *Filiorum nomine nepotes continentur, quando Testatar vocat filios in stirpes, & non in capita.*

8 *Filij appellatione ex sermonis proprietate nepos non continetur, quia alius est filius, alius nepos.*

9 *Sed continetur ex interpretatione tantum.*

10 *Nepos an filij appellatione contineatur, ex coniecturis, & præsumptionibus discernitur videlicet, an*

lam legitimam causam præsumen li dolum adducit.

38 Iuramentum non confirmat contractum, qui est nullus ratione solemnitatis probatoriæ, & ibidem, quod solemnitati probatoriæ veluti requisitæ ob publicam vtilitatem cum iuramento renunciari non potest.

39 Statutum disponēs, quod non adhibeatur fides instrumento sine certa solemnitate facto etiam iurato valet.

Sed procedit quoad probationem, non quoad validitatem obligationis.

40 Statutum, cum disponit, quod in contractu adhibeatur certa solemnitas, aliàs scriptura superinde confecta etiam cum iuramento nullam faciat probationem, iuramentum non operatur.

Et ibidem, quod sicut instrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum.

41 Sed quando constat de contractu iurato alio modo, quàm per instrumentum, puta per testes, sustinetur contractus, & suum effectum sortitur propter iuramentum.

42 Et eo in casu etiam Notarius de instrumento rogatus admittitur in testem.

43 Gozadini dictum in consil. 88. nume. 6. quomodo procedat.

44 Statutum, quando non inhabilitat simpliciter personam minoris, sed vult, quod in contrahendo adhibeat certam solemnitatem, & formam potest minor sine illa solemnitate contrahere alibi extra territorium statuentium, & valet contractus.

45 Quando statutum loci contractus non inhabilitat simpliciter personam contrahentis, sed disponit, illum seruare debere certam solemnitatem, & formam, aliàs actus non valeat, comprehendit etiam forensem, secus quando directo inhabilitat personam.

46 Ætas 18. annorum completorum ex statuto Florentino intelligitur legitima ætas naturalis 25. annorum completorum.

Et ibidem quod persona talis ætatis potest se obligare, & immobilia alienare etiam absque iudicis decreto, non secus ac si fuisset ætatis annorum 25.

47 Iuramētum supplet defectum decreti, & aliarum solemnitatum de iure communi requisitarum in alienationibus bonorum immobilium minorum secundum communem, & vbique obseruatam opinionem.

48 Iuramentum sanat omnes contractus minorum, aliàs infirmos, & inualidos.

49 In contractu facto per minorem ad fauorem Pij loci non potest considerari aliqua suspicio fraudis.

50 Statuti ratione cessante, cessare debet dispositio ipsius statuti.

51 Statutum Bonouiense de contractibus cum minoribus faciendis non comprehendit alienationem in religionem approbatam.

Et ibidem, quod intelligitur, nisi minor contrahat cum persona æquè, vel magis priuilegiata.

52 Alienatio in piam causam non subiacet dispositioni statuti laicalis, & valet absque solemnitatibus ab eo requisitis.

53 Donatio ad piam causam valet absque insinuatione à statuto requisita.

54 Statutum prohibens alienationem immobilium in forensem non includit alienationem in ecclesiam, vel pium locum non subditum, est communis opinio, & ab ea non est recedendum infra sub num. 56.

55 Statutum, prohibens rem acquisitam sine certa solemnitate alienari extra territorium, comprehendit acquirentem alienantem in ecclesiam de alieno territorio.

56 Statutum prohibens alienari immobilia in non subditum comprehendit clericos, qui dicuntur non subditi.

57 Statutum, quod nullus subditus possit alienare in non subditum quoquo modo, nisi prius soluat certum quid pro libra, & nisi habita licentia Domini, an comprehendat Clericos, difficilis est quæstionis, quod tamen comprehendat, semper interpretatum, intellectum, & seruatum fuit.

58 Et an sit per indirectum contra libertatem Ecclesiasticam maximè propter pœna appositionem.

59 Statutum concordans cum iure Canonico, quod laici non possint alienare generaliter sine licentia superioris, vel sine certa solēnitate seruata, quæ sit communis ad laicos, & clericos, non dicitur contra libertatem Ecclesiæ.

60 Statutum prohibens legari forensi, non comprehendit legatum Monasterio forensi.

61 Donatione generaliter per statutum prohibita non videtur prohibita donatio in piam causam.

62 Ampliatur etiam si res regulariter prohibita sit alienari.

63 Statutum prohibens alienationem immobilium in non soluentem onera, non extenditur ad Ecclesiam.

Item nec ad Ecclesiasticas personas.

64 Baldi doctrina in l. si sponsus, §. concessa, ff. de donatio. inter vir. & vxor. vera est, & approbata, licet falsam dixerit Romanus sibi contrarius.

65 Minor pubes potest alienare immobilia sine iudicis decreto, fundando, construendo, & dotando ecclesias, aut loca pia, vel similia faciendo, vt ius patronatus.

Et ibidem quod potest disponere, sicut maior 25. annis.

66 De tutelis, & curis titulus quare non fuerit positus in iure canonico.

67 Minor dicitur habere legitimam personam standi de per se in iudicio in beneficialibus, & spiritualibus, vel spiritualitati annexis.

68 Decreto, an sit opus in alienatione facta per minorem in piā causam, dubitauit Paul. de Cittadin.

69 Sta-

69 *Statuta ita generaliter prohibentia alienationem, ut uideantur etiam includere Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, sunt de facili restringenda, & limitationes ad ea facillimè admittendæ.*

CONSILIVM CLXXX.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

AD claram propositæ consultationis decisionem præsupponẽdum est primo, quod statutũ Comani Capitaneatus Fiuizzani ditionis Serenissimi Magni Ducis Etruriæ in materia Contractus, & obligationis mulierum ita se habet.

1 *Et per procedere, che le donne non sieno ingannate nel contrahere hanno detti Statutarij, ordinato, statuito, & deliberato, che tutti li contratti* inter viuos, *che per l'auuenire si faranno, doue, habbino à interuenire donne, & obligare loro, ò loro beni, ò, quelli in alcun modo alienare, si debba osseruare la forma infrascritta cioè, che debba con detta donna interuenire la presenza del Padre, & Marito, se l'haurà, & non hauendo padre, ne marito, la presenza di dua de più prossimi parenti della donna dal lato di padre, & in defetto de parenti dal lato di padre, di dua dal lato di Madre, ò, vno di quà, & l'altro di là, se si potranno hauere, & non si potendo hauere parenti, di dua de migliori vicini ch'habbia tal donna, & hauendo marito, & non padre, con presenza, & consenso del marito, & de parenti, ò, vicini come di sopra, i quali giurino nel contratto per li Santi Euangelij di Dio credere, ch'in tale instrumento non interuenghi fraude, ò lesione di tal donna, che contrahesse, anzi più presto cedere à commodo, vtile, & beneficio d'essa, nel quale interuenga sempre il giuramento della donna, che contrahesse, & tal'instrumento così fatto habbia forza, & esequire si debba per il Podestà di Comano, & ogn'altro offitiale, à chi s'aspettasse.*

Secundo, quod in loco autem Varani Territorij Serenissimi Ducis Mutinæ, & Regii nullum adest particulare statutum circa contractus, vel obligationes mulierum disponens, sed secundum attestationem Potestatis dicti loci recurritur ad statutum Ciuitatis dominantis, per quod, vt 2 ipse dicit, requiritur præsentia duorum pro ximiorum coniunctorum, & in defectu duorum vicinorum maiorum triginta annis, & bonæ vitæ, & famæ, & iurantium se esse vicinos, & maiores dicta ætate, & prætererea decretum Iudicis.

Tertio, quod in prædicto loco Comani 3 nullus adest Notarius, qui adiri possit pro conficiendis instrumentis publicis, vndè eius Incolæ volentes contrahere, necesse habent se conferre ad Terram Fiuizzani distantem per quinque milliaria, vel ad dictum locum Varani viciniorem.

Quarto, quod Antonia quondam Nicolai olim Ioannis Poli de Comano in loco prædicto Varani cum consensu Georgij quondam Sanctini de Costa Comani, & Ioannis Baptistæ de Piagneto eius propin-4 quorum, & attinentium inter viuos donauit cum iuramento Antonio quondã Ioannis Lazzari de Bellagardis de plano Comani eius Auunculo, et eidem ab intestato sue cedenti præsenti, & recipienti omnia eius bona præsentia, & futura, reseruatis sibi libero, & integro vsufructu dictorum bonorum donatorum toto tempore eius vitæ, authoritate vendendi, & alienandi de eisdem bonis pro suis vrgentibus egestatibus, & indigentijs, & facultate testandi, & ad suilibitum disponendi pro summa quadraginta scutorum auri.

Quinto quod postmodum dicta Antonia contraxit matrimonium cum Andrea Simonini de Comanino, dando eidem in dotem omnia eius bona, et specialiter eiã donata, reuocãdo expressè donationem, vt supra factam dicto eius Auunculo, & exinde paucos post menses obijt nullis relictis filijs, sed solum superstitibus dictis donatario, & viro, inter quos orta est lis, quia petit donatarius bona sibi donata, maritus autem ea ad ipsum spectare prætendit ex statuto de lucro dotis loquente.

Quibus sic præsuppositis quæritur quid 5 Iuris, & causa mihi ad referendum commissa per Dominos Potestatem, & Consules Comani, existimaui iudicandum esse ad fauorem donatarij actoris contra maritum donatricis reum conuentum, præterquam in vsufructu, & scutis quadraginta in donatione reseruatis, in quibus dos promissa subsistere potest, & ita prædictis iudicare debentibus retuli.

Ad ita referendum motus fui, quia licet in dicta donatione non fuerint seruatæ so-6 lemnitates statuti Comani, originis, & domicilij dictæ mulieris, ex eo quod adhibiti tanquam attinentes non erant ex propinquioribus, & proximioribus in gradu dictæ mulieri, prout opus erat, Alexand. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore num. 14. ad finem, versic. & dicit Bald. ff. solut. matrim. Hondede. cons. 5. num. 19. & 24. lib. secundo, & vbi fuissent tales,

non iurauerunt, prout ordinat dictum statutum, tamen cum contraxerit mulier extra territorium statuentium, non tenebatur seruare solemnitates ipsius statuti, Aretin. consilio 54. colum. secunda, sub nume. 3. versic. tertia ratio principalis est, & cons. 73. colum 4. sub num. 5. vers. his ergo præmissis, Corn. consil. 241. in primo dub. lib. 2. Ruin. consil. 53. colum. 4. & 5. num. 13. & sequen. versic. nec obstat, & infra lib. 2. Duran. in tracta. de art. testan. titu. 1. cautio. 2. num. 5. Gabr. tit. de statut. conclus. 8 nume. 22. vers. quarto limita, & latissimè Stepha. Lamberteng. in tracta. de contract. eorum &c. glos. secunda, in verbo mulierum, quæst. 14. nume. 41. & plur. seq. vbi opinionem hanc latissimè probat, & facientibus in contrarium respondet, etiam si cum subdito, & statuti scientiam habente contraxerit, vt per ipsum Lambertengum vbi supra, quæstione 15. num. 49 & 50. & etiam si de bonis in territorio ipsius statuti sitis disposuerit ex allegatis per eundem Lamberten. ibidem quæst. 16. nu. 51. & 52. dummodo non in fraudem dicti statuti, & data ad hoc opera extra territorium contraxisset, Aretin. d. cons. 54. colum. 3. sub num. 3. post medium, vers. ex quo concludendum, & d. cons. 73. colum. 5. sub nume. 8. vers. fatendum est igitur, Paris. cons. 99. col. fi. nu. 58. & 59. vers. præterea esto, & infra lib. 1. & alij, quos refert, & sequitur Lamberteng. in loco citato, quæst. 17. num. 53. cuius fraudis suspicio cessare videtur ex dictis in tertio præsupposito de non existentia alicuius Notarij in loco statuti, & de accessu ad locum viciniorem, quamuis alienæ iurisdictionis, & vbi alias aliæ personæ de Comano contraxerunt.

Et quamuis in tali donatione obseruandæ fuissent solemnitates statuti Varani, vbi facta fuit, de quibus dictum est in secundo præsupposito, ex quo statuta contractus solemnitatem respicientia seruanda sunt à Forensibus in loco statutorum contrahentibus, & statuta non absolute inhabilitantia personam contrahentis, sed requirentia certam solemnitatem in contrahendo comprehendunt forensem; qui ibi contrahendo tenebitur seruare illam solemnitatem, Aretin. d. cons. 54. colum. 2. in fin. et colum. 4. sub nume. 3. versic. ista sententia confirmatur, et d. consil. 73. colum. 5. num. 6. et 7. versic. ista sententia confirmatur, et ante eum Bar. in l. 1. num. 13. 14. et sequen. C. de summ. trinita. & fide catholic. & in l. de quibus nume. 27. ff. de leg. Bald. in l. prima nume. 3. C. vbi conueni. qui certo loco dare promisit, Gabr. titu. de statut. conclu. 8. nume. 15. versic. sublimita, & Lamberteng. alios referens in d. glos. secunda, in verbo mulierum quæst. 10. num. 26. & sequ. & quæst. 11. num. 30. & seq. & ob dictarum solemnitatum omissionem contractus nullus esse videatur secundum Bald. in l. 1. nu. 63. & seq. C. qui admitti, & Anto. de Butr. in c. cum consuetudinis circa finem extra de consuetudine, quos refert, & sequitur Areti. d. cons. 54. col. 2. sub nu. 3. vers. tertia ratio principalis, & d. cons. 73. col. 4. sub nu. 5. vers. his ergo premissis.

Tamen hoc non obstante propter iuramentum sustinetur ipsa donatio, & vti valida, & efficax iuris executionem meretur, quia vulgaris est regula, quod statutum quantumcunque generale loquens de aliquo actu, non comprehendit actum illum iuratum, si de iuramento expressam non faciat mentionem, Alex. consil. 27. colum. fin. lib. 1. consil. 38. colum. 2. lib. 3. & consil. 110. colum. 1. lib. 4. Marsil. singul. 515. contingit sæpius Afflict. decis. 5. nume. 2. & infiniti alij congesti per Gabriel. titulo de iureiurand. conclusio. 5. nume. 1. & per Lamberteng. in tractat. de contractib. eorum. &c. glos. fin. quæst. 3. nume. 11. versic. hanc autem sententiam, & specialius loquendo quod statutum requirens in contractu mulieris consensum consanguineorum, seu attinentium, vel vicinorum, aut aliam solemnitatem non procedat in contractu iurato; quia iuramentum supplet defectum dictæ solemnitatis, & contractum firmat, punctualiter tradunt Franc. Personal. in suis quæstionib. quæst. 15. vers. minor num. 14. Nouí. cons. 108. nume. 12. Aretin. consil. 22. num. 8. vers. hoc præmisso, Gabr. d. titul. de iur. iuran. d. conclus. 5. num. 14. vers. quar to infertur, Osas. decis. Pedem. 75. nume. 7. Turrec. cons. 48. num. 11. & 20. & in addition. lib. 3. Lamberteng. in tract. de contractib. eorum, &c. in glos fi. quæst. 2. num. 10. vers. quam etiam opinionem, & alij per eos citati, quod procedit indistinctè, siue statutum loquatur in rem, siue in personam, reprobata opinione Bartoli aliud sentientis quando loquitur in personam, in l. si quis pro eo num. 9. & seq. ff. de fideiussor. vt attestantur esse veram, & communem Doctorum sententiam Alex. cons. 27. num. 5. cum seq. vsque ad fi. cons. 125. sub nu. 10. lib. 1. cons. 38. sub nu. 10. lib. 3. cons. 62. nu. 21. lib. 7. Cast. cons. 13. in princ. & melius cons. 421. etiã in princ. lib. 2. latè, & eleganter Corn. cons. 35. nu. 3. & seq. vsque ad fin. lib. 3. Aretin. cons. 22. in 2. dub. num. 8. iunctis in dictis in princ. dubij, cons. 54. nu. 1. Socin. cons. 279. nu. 2. lib. 2. Goza. cons. 16. sub nu. 5. Salyc. in Auth. sacra-

sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem circa finem sub nu. 27. vers. aliam videtur ponere, & ibidem Cast. in 4. quæst. nu. 11. in lectur. & Corn. sub nu. 6. vers. aliud remedium est in lectura, et latius in 5. q. nu. 19. cum seq. in repetit. & Ias. in 2. limit. nu. 49. & seq. Simoncel. in trac. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. nu. 156. & 157. Gabr. tit. de iur. iurand. conclus. 5. nu. 15. vers. & licet, Serafin. de priuileg. iurament. priuileg. 22. nu. 42. & 43. & priuil. 83. nu. 32. & 70. Couarru. in c. quamuis de pact. in 2. part. §. 2. num. 7. vers. primum, Gab. consi. 13 nu. 3. consi. 127. nu. 16. lib. 1. Franc. de Caldas in Comment. l. si curatorem habens, C. de in integrum restit. minorum in verbo minoribus nu. 2. 3. & 4. Tessaur. decis. Pedemon. 66. nu. 3. & 4. Lamberteng. in d. tract. de contractibus eorum, et cet. glos. fin. q. 2. nu. 3. & plur. seq. qui latissimè insistit, pluresque in hanc sententiam adducit nu. 9. vers. quibus tamen non obstantibus, vultque hoc procedere etiam si statutum vltra consensum affinium, vel vicinorum, aut alias solemnitates requirat præterea mulieris iuramentum, nam & si Deci. cons. 532. col. fin. sub nu. 12. vers. vltimo conclusioni supra factę, loquens de statuto, quod pacta de non petendo, & quietationes per mulieres factę sint nullę nisi fiāt adhibitis duobus proximioribus consanguineis, & decreto Iudicis cum iuramento, vi-
16 deatur velle hoc casu iusiurandum mulieris non conualidare contractum ab ea factum omissa dicti statuti solemnitate, & idem sentiat Gozad consi. 16. nu 13. versic. sexto talis contractus, loquens in statuto requirente in contractu minoris consensum aliquorum, qui iurent se credere contractum non fieri in damnum, nec in fraudem minoris, de quibus meminit Lamberten. d. glos. fin. q. 3. nu. 7. vers. pro qua opinione, tamen veritas est in contrarium, quod imo,
17 & hoc casu propter iuramentum validetur contractus, ex quo iuramentum seruari potest sine interitu salutis ęternæ, & quia, & isto casu militant rationes consideratæ per Doctores in conclusionibus supra firmatis, vt huiusmodi statutum casum iuratum nō
18 comprehendat quomodocunque loquatur, vt in specie Deci. & Gozad reprehendendo dicit Lamberteng. d. q. 3. nu. 19. vers. nec huic nostrę sententiæ, vltra quod Deci. nihil allegat.

Nec obstat; quod cum talia statuta condita fintne mulieres decipiantur, & hoc expressè dicat dictum statutum Comani in
19 exordio, iuramentum non validet contractū sine solemnitate ab ipso statuto tradita celebratum veluti fraudulētum, simulatū, & dolo initum, vt consuluit Andreas Barbat. cons. 21. col. 1. 2. & seq. lib. 1. ad hoc iura, rationes, & authoritates adducens quem refert Lamberteng. d. glos. fin. d. q. 3. nu. 8. vers. in eandem etiam sententiā, quia dictū hoc Barbatiæ non est verum, & communiter reprobatur, quando statutum non facit
20 mentionem expressam de iuramento, vt per Cagnol. in l. si librarius sub nu. 43. in fin. ff. de regul. iur. & per Lamberteng. d. q. 3. nu. 20. versic. non obstat.

Nec in constitutione dotis constitutæ per dictam donatricem marito post donationem per eam factam Auunculo cum ipsius donationis reuocatione fundamentum aliquod fieri potest tanquam de actu facto nulliter, & contra priorem promissionem
21 iuratam, nulla obtenta absolutione à iuramento, cui citra periuriū contrauenire non licuit ex his, quæ congerit Neuiz. consil. 21. nu. 1. 2. et seq. Nec quod semel placuit in cōtrahendo, amplius displicere potest, l. sicut, C. de action. & obligat. l. de contractu, C. de rescind. vendit. et c. quod semel placuit cum ibi notatis per Dyn. nu 9. ff. de reg. iur. Nec mortua donatrice cessat virtus iuramenti, sed imo durat, & ad hæredes, & quoscun-
22 que iurantis successores transit quoad obseruantiam contractus per ipsum iuramentum firmati, vt notant Franc. de Caldas in d. verbo minoribus sub nu. 2. 3. 4. Couar. in d. c. quamuis in 2. parte §. 1. sub nu. 7. vers. quarta conclusio, & iterum vers. secundo si vera est, Lamberteng. in d. glos. fin. q. 3. nu. 22. vers. tertio pro præcedentis quæstionis declaratione, Turrec. d consi. 48. nu. 21. vers. quia respondetur lib. 3. Aret. consi. 22. in 2. dub. nu. 8. vers. hoc præmisso Curt. Iun. consil. 47. nu. 4 vers. veì a etenim, & est communis, & vera doctorum opinio, vt præfati Doctores, & plures alij per eos citati testantur; In quam sententiam libentius inclinaui, cum non viderim probatam ætatem dictæ mulieris, nec eius personæ qualitatem, nec dictorum bonorum donatorum valorē, vt inspicere possem, quid, et quantum deductis reseruationibus, & oneribus fuerit donatū; minusq; constiterit cōditio viri, & an vir dignus esset maiori dote, quā importēt vsusfruct' in vita vxoris, & scuti quadraginta in donatione reseruati. Anno 1607. Florētiæ.

Sed quoniam in simili materia aliàs plenius consului ad sustinendum contractum à minore factum extra territorium non seruatis solemnitatibus statutorū propriæ Ciuitatis, etiam ad fauorem nō suppositorū Iurisdictioni statuentiū cōtra e orūdem statutorū dispositionē, volui quę tunc scripsi, hic inserere, & sūt tenoris infrascripti videlicet.

D. Petri Caballi.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

STatutum Bononię de contractibus cum minoribus faciendis non videtur obstare validitati fundationis Commendæ erectæ per D. Fabium Ghellum minorem 25. annis in sacro ordine Militiæ Diui Stephani cum dote bonorum stabilium valoris scutorum quinque millium, & reseruatione iuris patronatus pro se, & descendentibus suis masculis, licet obligatio fuerit facta non seruatis solemnitatibus dicti statuti, quoniam sustinetur per iuramentum dicti D. Fabij 23 maioris 20. annis, quod validat cōtractum à pubere factum absque solemnitatibus à statuto requisitis indistinctè siuè in rem, siuè in personam prohibitiuè loquatur secundum veram, & communem sententiam tàm Canonistarum, quàm legistarum, de qua reprobata opinione Bart. in l. si quis pro eo num. 9. 10. 11. ff. de fideiussor. & sequacium, attestantur Alex. consil. 27. nu. 5. cum sequ. vsque ad fin. consil. 125. sub nume. 10. lib. 1. consil. 38. sub num. 10. lib. 3. consil. 62. num. 21. lib. 7. Castr. consil. 13. in princ. & melius consil. 421. etiam in princ. lib. 2. latè, & eleganter Corn. cons. 35. nu. 3. & seq. vsque ad finem lib. 3. Aret. cons. 22. in 2. dub. nū. 8. iunctis dictis in princ. dubij cons. 54 nu. 1. Soc. cons. 279. nu. 2. lib. 2. Gozad. cons. 16. sub nu. 5. Salyc. in auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. circa finem sub nu. 27. vers. aliā videtur ponere, & ibidem Castr. in 4. q. nu. 11. in lectur. & Corn. sub nu. 6. vers. aliud remedium est in lectur. & latius in 5. q. nu. 19. cum seq. in repetitione, & Ias. in 2. limit. nu. 49. & seq. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. nu. 156. & 157. Gab. tit. de iur. iurand. concl. 5. nu. 14. 15. Serafin. de priuil. iurament. priuileg. 22. nu. 42. 43. & priuil. 83. nu. 32. & 70. Couarru. in c. quamuis, de pact. in 2. par. §. 2. nu. 7. vers. Primum.

Nec refert, quod d. statutum non adhibitis solemnitatibus reprobet iuramentū su- 24 per obligatione corporaliter, vel verbotenus à minore prēstitum, quoniam respondetur, quod cum sit statutum laicorum, & disponat directò super iuramento, nō valet Bart. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. princip. nu. 25. in 1. dicto, ff. de iust. & iur. Feder. de Sen. cōs. 272. in princ. Ancar. super hoc stat. vt indicant verba statuti per ipsum relati sub nu. 5. circa denegationem restitut. in integ. cons. 226. nu. 1. 2. 3. Cast. cons. 13. nu. 1. cons. 61. nu. 2. lib. 2. Abb. cōs. 71. nu. 4. lib. 1. Alex. cons. 27. nu. 7. & seq. & latius cons. 59. num. 4. & seq. lib. 1. dicens hanc opinionem veram pluribus, & grauioribus authoritatibus munitam, magis communem, & in iudicando sequendam cons. 125. nu. 6. eod. lib. 1. cons. 38. nu. 11. lib. 3. dicens esse tutiorem cons. 196. sub nu. 4. & 5. lib. 6. cons. 62. nu. 20. & cons. 151. nu. 1. 2. 14. 15. lib. 7. Aret. cons. 8. in princ. aiens esse veram, & communem, cons. 22. sub nu. 8. 9. Soc. cons. 279. nu. 2. lib. 2. attestans esse veram, grauioribus authoritatibus firmatam, magis communem, & à doctoribus communiter in consulendo sequutam, Grat. cons. 41. num. 15. cons. 84. nu. 6. affirmans vbique esse communem lib. 1. & super hoc ipso statuto consil. 47. nu. 4. eod. lib. 1. adducens authoritates aliorum attestantium de Communi, Cast. in d. auth. sacramenta puberum in 4. q. nume. 11. & ibi etiam Corne. in repetit. sub nume. 35. & seq. dicens hoc tanquam commune dictum esse seruādum, & Ias. nu. 80. 81. 82. 83. attestans post multa esse veriorem opinionem, Cotta memor. verbo statuta Italiæ, vers. est verum, Franc. Personal. in suis quæstionib. q. 15. nu. 12. vers. verumtamen vbi citat multos eiusdem sententiæ, Carpan. super statutis Mediolani ad c. 453. rub. de sacramentis puberum nu. 97. & seq. in 1. parte referens multos de communi attestantes, nu. 25. & Seraphin de priuileg. iuram. priuileg. 22. nu. 9. vnde parum operantur statuta disponentia circa iuramentum, quia Iudices seculares possunt compelli ab Ecclesiasticis ad faciendum obseruari iuramentum in foro laicali, Seraphin vbi supra priuil. 21. nu. 17. et priuil. 66 nu. 4 post Cast. consil. 53 ad fin. num. 4. vers. sed postremo lib. 2. optimè id probantem, & licet aliqui dicant, quod quando statutum annullat ipso Iure contractum aliter factum, tunc iuramentum non confirmat, nec operatur, etiam quod statutum non faceret mentionē de iuramento, Gozad. d. cons. 16. nu. 13. Ancar. q. 20. num. 2. 3. lib. 1. Carpan. super statutis Mediolani ad cap. 453. rubr. de sacrament. puber. nu. 54. in 1. part. Grammatic. decis. 12. num. 12. & seq. tamen non est verum, Rota Auenion. decis. 11. num. 8. & decis. 68. num. 6. & seq. Plus dicunt Roman. consil. 517. ad fin. & Ias. consil. 216. col. pen. versic. item dictum statutum, & consil. 239. col. antepenult. versic. quinto adhuc fortius lib. secundo, quod constitutio generalis cum clausula generali non obstantibus, & sic derogatoria non pro-

cedit

cedit in actibus iuratis, & contrarium in puncto tenet Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. ampliat. 16. num. 156. & 157. dicens communem, & est verissima conclusio, quia statutum simpliciter loquens non 28 comprehendit casum iuratum, vt per Rot. Auenion. supra citatam, & alios Doctores communiter passim; quicquid dicant vltra iam citatos stante clausula annullatiua Bart. in l. omnes populi, num. 24. ff. de iusti. & iur. Socin. iun. consil. 3. num. 41. lib. 2. Alba consil. 70. nume. 6. consil. 612. num. 28. Rimin. iun. consil. 467. nume. 54. Honded. consil. 45. num. 37. Turrec. consil. 19. num. 16. lib. 1. Angel. consil. 160. colum. 2. versic. contrarium dico, Cephal. consil. 312. nu. 106. consil. 466. num. 36. Simon de Pret. consil. 36. num. 19. Beci. consil. 52. num. 40. consil. 99. num. 24. Menoch consil. 11. num. 14. & seq. Roland. consil. 60. nu. 71. & seq. lib. 4. in puncto quod non obstante clausula annullatiua iuramentum confirmet actum factum contra formam statuti tenent præter supra adductos, Aufrer. ad Capel. Tolosan. decis. 383. circa principium appostillæ, & alij citati per Turrec. d. consil. 19. nu. 17. nec Roland. Anchar. absolutè ita tenent, imo dicunt dictam opinionem non esse tutam, & fortè cótrariam esse communiorem, & cum eadem opinione, quod confirmetur contractus, transit Personal. q. 25. nu. 12. & alibi in discursu illius quæstionis, & Turrec. consil. 80. nu. 29. & seq. lib. 2.

Et si dicatur, quod statutum istud est expreisè confirmatum à Pontifice Iulio Secundo, quo casu valet, & cessat omnis diffi- 29 cultas, quod laici non possint disponere super iuramento, quia Pontifex habet potestatem in diuinis, vt dicit Gozad. consil. 16. in vltimo fundamento num. 16. qui consuluit in contrarium pro validitate ipsius statuti, & tradunt Corta memor. verbo statuta Italiæ ad finem, Grat. consil. 41. nu. 19. 20. d. cósil. 47. nu. 2. lib. 1. Gabr. titu. de statut. conclus. 11. num. 8.

Respondetur, quod ista confirmatio etiā specialis nihil operaretur in hac, cum non 30 sit facta ex certa scientia, & causa cognita, & alias patiatur exceptiones, vt dicit precisè Grat. d. consil. 41. sub num. 21. vers. nec obstat, d. consil. 47. num. 5. lib. 1. & consil. 75. sub nu. 11. vers. nec obstat, quod istud statutum lib. 2. minusque operaretur, si esset generale, Grat. d. consil. 41. num. 21. & consil. 84. nu. 7. lib. 1. & d. consil. 75. sub num. 11. lib. 1. Gabr. de statut. d. conclus. 11. num. 13. vers. & nota, & plenissimè consuluit in ipsis statutis Bononiæ Aretin. consil. 8. per totum, concludens confirmationem Pontificum de 31 eis factā non comprehendere statuta particularia reprobantia iuramentum; Præterea dicitur, quod dicta confirmatio non est in vsu, & propterea vbi sufficiens esset, non obstaret, Grat. d. consil. 41. sub num. 21. vers. nec obstat, quod non diffitetur Gozad. sub dict. num. 16. vers. non obstat, licet subdit id probandum esse, cum contrarium præsumatur.

Nec dicatur, quod statutum hoc præsumit contractum sine solemnitate requisi- 32 ta simulatum, & in fraudem factū, quo casu non validatur iuramento cessante etiam confirmatione Papæ secundū Bart. in l. omnes populi in 2. q. 3. q. princip. nu. 25. in 2. dicto, & alios relatos per Gozad. d. consil. 16. in 2. fundamento sub nu. 13. & per Serafin. priuil. 21. nu. 36. priuil. 74. nu. 28. & seq. & priuil. 83. nu. 79.

Quoniam respondetur hoc in facto non esse verum, vt statuti verba ostendunt, nec quia statutum velit adhiberi certas solemnitates, ne minores fraudentur, inferri potest, illis non adhibitis statutum præsumere contractum simulatum, & per dolum initum, vt opinatur Gozad. quia hæc ratio vti 33 vnica semper inest, & pro expressa habetur iuxta latè notata per Cottam memor. verbo ratio dicitur certa, & ea attenta semper præsumeretur cótractus dolosus, & tamen doctores contrarium dicunt, & eam adhibent distinctionem post Bart. in d. l. omnes populi in 2. quæstione 3. quæst. princip. nu. 25. quod aut statutum simpliciter loquitur 34 reprobando contractum minoris iuratum sine certa solemnitate, & non valet, aut dicit, quod talis contractus præsumatur dolo factus, & valet; Præterea aduertendum est, quod opinio Bart. non procedit ita simpliciter, sed tunc demum, quando statutum 35 fingit dolum, & simulationem ex aliquibus coniecturis propinquis, & verisimilibus ad præsumendum verum dolum, nàm tunc non dicitur dolus fictus, sed verus, 36 qui cum non possit directò probari, sed per coniecturas, possunt illæ per statutum declarari, & specificari, vt ex veriori, & communiori doctorum sententia tradit Simoncel. in tracta. de decret. & alijs solemnita. in contract. minor. requisit. libro 3. titu. 8. inspect. 18. num. 165. & 166. in secunda limit. & ante eum tradiderunt Roman. consil. 12. nume. 1. 2. Abb. consil. 71. ad fin. primi dub. sub nume. 7. & 8 versic. præterea dico, libro primo, Corn. consil. 121. sub num. 20. versic. & ad alias lib. 2. consil. 121. sub nume. 2. & sequen. versic. & hoc clarum libro 4. Grat. consil. 84. nume. 7. 8. lib. 1. & nouissimè idem tenet Serafin. priuil. 74. sub nume. 30.

vers.præterea,& melius priuileg.83. nu.80. vbi etiam disputat, an in hoc standum sit assertioni statuti, vel aliter de causa constare debeat, vt propterea cum hoc statutum nullam legitimam causam præsumēdi dolum adducat, non possit infringere iuramētum, etiam quod, vt voluit Gozadin. præsumeret contractum dolo factum.

37

Cæterum quia statutum expressè disponit, quod si cōtractus aliter fuerit factus, talibus instrumentis, seu scripturis nulla fides adhibeatur, videtur, quod iuramentum nō confirmet contractum, qui est nullus ratione solemnitatis probatoriæ, cui veluti requisitæ ob publicam vtilitatem cum iuramento renunciari non potest, vt dicit Gozad.d. cons.16. in 3. fundamento, num.14. post Alex.cons.95. in fi.nu.5. lib.1. & Socin.cons. 97. colum.fi.nu 4.& 5.lib.1. quibus adduntur Bald. cons.414. num.1.lib.3. idem Gozadin.cons.61. sub num.16. & Gabr. titu.de iur.iurand.conclus.5.num.41.vers.10.limita,& latius tit.de statut.conclus.11. sub nu. 11. post vers præterea statutum, Seraph. de priuil.iurament. priuile 22.num 32. & Simoncel.de decret.lib.3. tit.8. inspect.18. limit.3 nu.168 & dicit Gozad. cons.88. nu. 6.vers.nec obstat iuramentum, quod valet statutum disponens, quod non adhibeatur fides instrumento sine certa solemnitate facto etiam iurato, idcirco in hoc laborādum est, ne prætextu deficientiæ probationis actus inutilis reddatur; In qua re primo dico hoc probationi, non autem validitati obligationis obstare, nam potest statutum laicorum disponere quod in contractu adhibeatur certa solemnitas, aliàs scriptura superinde confecta etiam cum iuramento nullam faciat probationem, quo casu iuramentum non operatur, quia sicut instrumentum non probat contractum, ita nec iuramentum, Castr. cons.61.num.1. & in fin. sub num.2.cons.75. num.1.2.& in fin. num.5.lib.2.Alex.consil.125. sub nume.1. vers.vnde attento lib.1.Corne.cons.32.nume.4 cum seq.lib.3. Grat.d.cons.47.num. 3.lib.1.Gozad.cons.88.num.6.Cagnol.in l. si librarius,nume.41.& 43 ff.de reg.iur. Simoncel.d.inspect.18.in 3.limit.nu.168.Gabri.tit.de iureiur.conclus 5.num.33.vers.secundo limita,& de statut.conclus.11.num. 12.vers.præterea statutum, Soc.d.cons.97. nu.4.5.lib.1.Corn.cons.64.sub nu.7.vers.hinc est lib 3.cons.121.sub num.20. & seq. vers.vlt.est aduertendum lib.2.Seraphin.de priuil.iurament. priuil.22. nu.31. 32.33. & priuil.83.nu 84.& seruit Soc. cons.120.nu. 19.lib.1.cons.2.num.1.cum seq.lib.3.quod & statutum ipsum dicit ad finem, nolens

38

39

40

quantum ad probationem iuramenti adhiberi fidem instrumento, sed si posset alio modo, quàm per instrumentum constare de contractu iurato, puta per testes, sustineretur contractus, & suum effectum sortiretur propter iuramentum, Socin.d.consil. 97.sub num.4.& 5.lib.1. Corn. consil.121. sub nu.22.lib.2. & clarius cons.32. colum. penult.& fin.lib.3.Castr.d.cons.61.num.1. & ad fi.sub num.2.& d.cons.75.nu.2. & ad fi.nu.5.lib.2.in quo vltimo loco vult, quod etiam Notarius de instrumento rogatus admittatur in testem, Cagnol. in d.l.si librarius sub nu.43.Seraphin.d priui.22 sub nu. 32.& d.priuil.83.num.84.dicens posse contractum probari per testes,& per partis confessionem, posseque hic iurantem compelli ad obseruantiam iuramenti,& idem colligitur ex dictis per Bald. licet non loquatur specialiter de actu iurato cons.444. sub nu. 1.& 2.lib.5. vbi similiter dicit etiam Notarium rogatum de instrumento reprobato per statutum admitti in testem, & per Soc. cons.120.nu.19.lib.1 & latius cons.2.nu.1. cum plur.sequ.lib.3.quo fit, vt Gozadin.argumentum non procedat, nisi respectu probationis, quæ si aliunde haberi potest, prout de facili in hoc casu haberi posset, remanet validus contractus non seruata statuti solemnitate.

41

42

43

Secundo dico, quod nullo modo obstat statutum, nec tollit etiam probationem instrumenti nedum validitatem actus, nam cum dictum statutum non inhabilitet simpliciter,& absolutè personam minoris contrahentis, sed velit, quod in contrahēdo adhibeat certam solemnitatem,& formā, potuit D. Fabius sine illa solemnitate contrahere Florētię extra territoriū statuentium, & valuit contractus, Bar.in l.cunctos populos,q.6.nu.32.C.de sum. Trini.& fid. cath. Aretin.cons.54.in 1.dub.sub num 3.versic. tertia ratio principalis, Gabr. alios adducēs, in tit.de statut.conclus.8.in 4.limita.nume. 22.quibus additur idem Aretin. cons.73.in secundo dub.sub num.nono,& seq. dicens hanc opinionem verissimam, prout etiam dicit priore loco,& Durans,de art.testan.titu.1.caut. secunda, sub nume.5. vers.est & alia cauthela, & pulchrè Crauet.plures referens,cons.271.num.4.vers.quinto igitur, cum quibus videtur concordare Alberi. de Rosat.de statut.lib.secundo,quæst. 2.num. 21.vers.imo quod plus est, quicquid in contrarium teneat Bald. consil.60. num.1.lib. 5. & potest confirmari ex simili distinctione facta per Doctor.de Forense contrahente in aliena iurisdictione, vt si statutum loci contractus non inhabilitat simpliciter, & ab-

44

45

& absolutè personam contrahentis, sed disponit, illum debere seruare certam solemnitatem,& formam,aliàs actus non valeat, comprehendat etiam Forensem, secus autem, quando absolutè, & directò inhabilitat personam,quia tunc non ligat non subditum,Ias.alios referens, cons.59.colum.fi. versiculo secundo, & notabilius respondetur lib.3.

Quod fortius procedit cum dictus D. Fabius esset maior 20.annis, & Florentiæ ex-
46 tet statutum,quod ætas 18.annorum completorum cuiuslibet sit, & esse intelligatur legitima ætas naturalis 25. annorum completorum, cuius vigore potuit se obligare, & immobilia alienare etiam absque iudicis decreto, non secus ac si verè fuisset ætatis annorum 25. vt in ipso statuto Florentino tenet Castr.in l.omnes num.9.C.de his qui veni çtat,imper.& in Anglarensi Corn.cōsil.108. per totum lib.3. & in Bergomensi Card. Alban.in lucubrat.ad Bart.in l.magis puto,§.si pupillus, ff. de reb.eorum, ita obseruari attestans,& prçsupponunt apertè in statuto Mediolanensi, Ias.cons.59.lib.3. & in constitutionib.Regni Neapolitani Lamberteng.in tract.de iur.patron. in 3.art.5.q. princip. 1.part.1.lib.in fin.num.5.quicquid in contrarium dicant Castr. cons.166. sub num.2.lib.2. Socin.cons.130. num.4.lib.1. Dec. cons.39. sub num.3. in fin. Curt. sen. cons.43.num.29.ad fin.vers.adde Paulum, Roland.à Valle consil.7.num.17. lib.3. Simoncel.de decret.lib.3. titu.8.inspect.3.nume.24.& seq. Magon.decis.Lucens.13.nume. 5. Carpan. ad statut. Mediolani capit, 452.rubr.de legitim.ætate, num.28. & 29. versic.statut cuius dispositio, & infra in prima part.& quando decreto opus fuisset, eius tamen omissio non vitiaret alienationē propter iuramentum in ea præstitum per dictum D.Fabium,quod supplet defectum
47 ipsius decreti, & aliarum solemnitatum de iure communi requisitarum in alienationibus bonorum immobilium minorum secundum communem, & vbique obseruatam opinionem, vt post alios dicit Ias. in d. authen. sacramenta puberum sub num. 3. 6.33.& plurib.seq. & latissimè prosequitur Simoncel.de decret.lib.3.titu.8.inspect.18, nu.137.& seq.attestans pariter de communi, & in praxi per totum mundum obseruata opinione, sanatque omnes eorum con-
48 tractus aliàs infirmos,& inualidos, Cotta memor.verbo iuramenti religio. vers.& ex his omnibus ante fin. Seraphin.d.priuil.83, nu.1.2.& 32.quod in omni iuramento procedere dicit ex communi scribentium voto,nu.23 vers.præsupposita tamen.

Et si diceretur statutum Bononiæ procedere etiam, quando contractus fit extra territorium non seruata dicta solemnitate, & propterea non tolli difficultatem defectus probationis instrumenti, Responderi posset,quod statutum videtur hoc dicere, quā do in fraudem ipsius minores accedunt,aut ducuntur extra districtum ita dictante causa in eo expressa, quæ ratio cum penitus
49 cesset in pio loco, in quo non potest considerari aliqua suspicio fraudis, vt dicit Felyn. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ sub nu.82. post vers.1. est extra de cōstit. merito etiam
50 statuti dispositio cessare debet iuxta not. per Tiraq.in tract.cessante causa cessat effectus in verbo statuti cessante causa.

Tertio dico, & hoc tollit omnem difficultatem, quod statutum prædictum non
51 comprehendit hunc casum alienationis in Religionem Summi Pontificis authoritate fundatam, quia videtur intelligendum, nisi minor contrahat cum persona æquè, vel magis priuilegiata, l. verum.§.fi.cum l. seq.ff. de minorib. & quia est alienatio ad
52 piam causam, quæ non subiacet dispositioni dicti statuti laicalis, & valet absque solemnitatibus ab eo requisitis, vt in terminis nostris expresè volunt Bald. in l. generali ad fi.in 1.& in 2.q.num.6.& 7. C.de sacros. eccles.cons.93. num.2. lib.2.cons.60. nu.2.lib.5.Castr.cons.433.sub nu.3. versic. tertio principaliter lib.1.Felyn.in d.cap. ecclesia Sanctæ Mariæ sub num.83. vers.alia autem opinio, Calcan.cons.13. nu.4. & ibi Matti. Garat. & Iacob.de Puteo in eorum subscriptionibus vterque ad finem suę subscriptionis, Crauet. consil.160.sub num.1. vers.& si dicatur, Lambertin.in d. tracta.de iure patron.in 3.art.5.q.princip.1.part.1.libri num.4.& latius in 9.art.4.q.princip.primæ part.1.libri,nu.5.& seq. Socin.in regul. 310. in verbo priuilegia in 15. priuilegio, quicquid in oppositum dicat Roman. in authen.similiter, C.ad l.falcid.in 16. priuileg. piæ causæ in contractibus, num.33. Et generaliter quod dispositio ad pias causas non subiaceat solemnitatibus statutorum ex pluribus ostendunt Castr. cons.212. nu. 3.versic.præterea lib.2.& Fulgos.cons.104. num.3.4. vers.superest, consulentes pro va-
53 liditate donationis ad piam causam carentis insinuatione à statuto requisita,quā cōclusionem probat etiam Felyn. in d c.ecclesia Sanctæ Mariæ,nu.82. vers.primum est; Hinc dixit Abb.cons.63.nu.3.li.1.quod sta
54 tutū prohibēs alienationem immobilium in Forensem non includit alienationē in ecclesiā, vel pium locū non subditum, quod amplè confirmant Plot.in decreto Mediol.

solemnitate alienari extra territoriũ comprehendat acquirentem in ecclesiam alienantem.

Cum ergo casus iste non comprehensus à statuto remaneat sub dispositione iuris communis, sequitur, quod alienatio valuerit, quia potest minor inter viuos alienare 65 immobilia sine decreto iudicis fundando, construendo & dotando ecclesias, aut loca pia, vel similia faciendo, & in his, & alijs causis beneficialibus, & spiritualibus, vel spiritualitati annexis, vt sunt iura patronatus, cap. de iur. extra de iur. patro. cap. quanto extra de iudic. Pubes potest disponere sicut maior 25. annis, cap. si annum in princ. de iudi. in 6. vbi etiam gloss. dicit, quod pro66 pterea compilatores iuris Canonici nõ posuerunt aliquid de tutelis, & curis tãquam de materia illis non necessaria, & ita ex prędictis, & alijs rationibus, concludit Lamberteng. in d. tract. in 3. artic. 5. quæst. princip. primæ partis, primi lib. & in 14. art. 7. q. princip. 1. part. primi lib. num. 5. vers. de pubere, & in 9. artic. 4. quæst. princip. 1. part. 2. lib. sub num. 5. versic. sicut etiam dicimus, quod in omni alienatione ad pias causas procedere dicit Calcan. d. cons. 13. num. 6. 67 vers. 14. idem videmus, & propterea in ijs dicitur minor habere legitimam personam standi de per se in iudicio Rolan. à Valle de lucro dot. q. 45. nu. 5. & Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 83. nu. 38.

68 Et vbi etiam decreto opus fuisset, vt voluit dubitatiuè tamen, Paul. de Cittadin. in eodem tract. de iur. patron. in 3. part. in 7. q. 2. causæ, nu. 20. eius tamen omissio non redderet actum nullum propter iuramentum, quod supplet talem defectum, vt supra probatum fuit.

Quæ cõclusio eo facilius admitti debet, 69 quod similia statuta, dato quod valeant, de facili sunt restringenda, & limitationes ad ea facillimè admittendæ, vt in terminis huius statuti dixit Grat. d. cons. 47. sub nu. 8. lib. 1. Anno 1590. Florentiæ.

Causa hæc fuit ventilata Bononię, in cuius ciuitatis Tertitorio sita sunt bona pro dote Commendæ assignata, & post lõgam discussionem fuit cõcordata inter hæredes Dom. Fabij fundatoris, & sacram Religionem Sancti Stephani, prò qua, cum illius essem Pręsidens, scripseram vt supra, & erectio Commendæ firma remansit ad fauorem ipsius Religionis: in redditu tamen aliquantulum minori, quàm fundator promisisset, vt ex tali concordia aliquid fauoris, & commodi sentirent prædicti hæredes.

EPITOME.

Quod institutis hæredibus filijs masculis, & eis deficientibus filiabus fæminis nascituris ex quacunque legitima vxore testatoris, & substitutis locis pijs, si idem testator decederet sine filijs masculis, vel fæminis, mortuo d. testatore sine filijs, & filiabus superstite nepte ex filia prædefuncta, ea sub nomine filiarum admittitur exclusis dictis locis pijs substitutis, etiam quod ea tempore conditi testamenti viueret, & testator eam notam haberet, & eidem etiam certum legatum simplex tamen, & non in casum euenientis dictæ conditionis fecisset, si non vigore institutionis, & tanquam in ea vocata, saltem vti in conditione, si sine filijs, & filiabus decederet, comprehensa ad substitutorum exclusionem.

SVMMARIA.

1 *Neptis non potest venire ad hæreditatem aui materni veluti comprehensa dispositiuè sub nomine filiarum in institutione vocatarum.*
2 *Venire tamen potest tanquam sub nomine filiarum comprehensa in conditione, sub qua vocantur Monasteria, de quibus in facto.*
3 *Dictio, vt supra, est repetitiua præcedẽtium qualitatum.*
4 *Nepotes filiorum appellatione non veniũt, quando tempore conditi testamenti extabant filij, & nepotes; quia præsumitur, testatorem sensisse de solis filijs.*
5 *Filij nomine non continetur nepos, quando disponens in eadem dispositione discretiuè loquutus est de filijs, & nepotibus.*
6 *Item quando testator æquis portionibus in capita filios vocat, quia vocasset in stirpes, non in capita.*
7 *Filiorum nomine nepotes continentur, quando Testator vocat filios in stirpes, & non in capita.*
8 *Filij appellatione ex sermonis proprietate nepos non continetur, quia alius est filius, alius nepos.*
9 *Sed continetur ex interpretatione tantum.*
10 *Nepos an filij appellatione contineatur, ex coniecturis, & præsumptionibus discernitur videlicet, an*

cet, an Testator sub nomine filij nepotem voluerit comprehendere.

11 In conditione, si sine filijs decesserit, filiorum nomine nepotes continentur, & hæc est vera, & indubitata Doctorum conclusio.

12 Conditio, si sine filijs, æquipollet conditioni, si sine liberis.

13 Et eo casu veniunt nepotes, & neptes ex filijs, vel filiabus.

14 Etiam si dictum fuisset, sine filijs ex suo corpore, vel ex se natis.

15 In tacita conditione à lege subintellecta filiorum appellatione nepotes, & neptes ex masculis, vel fœminis continentur.

16 Et hoc absque dubio procedit, quando testator primo instituit filios masculos nascituros, & illis non existentibus filias fœminas.

Testator, quando non abhorruit sexum fœmininũ, vocando filias, dicitur non habuisse animum conseruandi agnationem, & familiam ibid.

17 Neptis testatoris continetur in conditione, si sine filijs, vel filiabus decesserit, etiam quod tempore conditi testamenti nata esset, & ipsi testatori cognita.

Et quod hoc casu in tacita à lege subintellecta venire dicitur.

18 Nepos, vel neptis filiorum appellatione continentur non ex proprietate sermonis, sed ex interpretatione, quia scilicet verisimiliter testator etiam de nepotibus, vel neptibus sub nomine filiorum, vel filiarum senserit.

19 Vbicunque igitur coniectura aliqua, vel præsumptio repugnat, secus dicendum est.

20 Neptis non præsumitur in conditione posita, quando testator ei legatum reliquit, quoniam testator eam expressè posuisset in conditione, sicuti eidem legauit expressè secundum aliquos. Contrarium tenent multi relati, nu. 21.

22 Legatum quando relictum est à testatore nepoti simpliciter, nepos facit deficere fideicommissum.

Legatum relictum, cum factum est post mortem filij, quem testator grauauit, vt alteri restituat hæreditatem, tunc nepos non excludit substitutum, ibid. & nu. 27.

23 Conditio tacita à lege subintellecta videlicet, si grauatus sine liberis decesserit, de qua in l. cum auus, ff. de condi. & demonstrat. habet locum, etiam si nepotes nati essent tempore confecti testamenti.

24 Contrarium tenent quamplures relati per Tiraq. vt nu. 24. qui dicit articulum dubium, & ambiguum.

25 Conditio tacita, si sine liberis decesserit, locũ non habet, si testator de libris ipsius filij hæredis instituti cogitauerit, & ibidem quod

Non est verisimile, quod si testator de nepotibus cogitasset, ita substituisset.

26 Substitutioni, si sine filijs decesserit, tunc locus est, nec eam deficere faciunt nepotes, si appareat testatorem de nepotibus cogitasse.

27 Neptis facit deficere conditionem si sine liberis, quando nata erat tempore testamenti, eique fictum fuerat legatum à testatore simpliciter, & non in casum aduenientis conditionis.

28 L. generaliter, §. cum autem, ibi si de nepotibus cogitauerit. C. de institution. & substitutio. expeditur ex sententia Decij, sed euitatur per D. Auctorem.

29 Argumentum à contrario sensu non admittitur, quando absurdum sequeretur, & interpretatio fieret contra verisimilem testatoris mentem.

30 D. Ioseph. de Rusticis, amicissimus D. Auctori eruditissimus appellatur in suo solemni tractatu, an & quando liberi in conditione positi censeantur vocati.

31 Quoties testator aliquos ponit in conditione ad exclusionem substitutorum, certum est, quod eos voluit præferre substitutis.

32 Testator in dubio videtur, positos in conditione voluisse præferre ab intestato.

33 Positi in conditione, quando succedere non possunt ab intestato, intelligi debent prælati eo modo, quo possunt, & sic debent succedere ex testamento.

34 Positi in conditione censentur ex testamento vocati contra Glos. in l. Lucius 2. ff. de hæredibus institu.

35 Positi in conditione non censentur vocati dispositiuè, sed reseruatum eis tantummodo ius succedendi ab intestato secundum veriorem, & magis communiter approbatam opinionem Glos. in d. l. Lucius.

36 Sed facilè receditur ab hac opinione ex quacunque leui coniectura, ex qua colligi possit, voluisse testatorem, positos in conditione vocari ad successionem.

37 Idque maximè procedit, quando sumus in descendentibus in conditione positis per ascendentes.

38 Vna tantum coniectura concludens sufficit, vt recedatur ab opinione Glossæ in d. l. Lucius.

CONSILIVM CLXXXI.

Spiritus Sancti gratia illuminet intellectum meum.

VErba testamenti Ludouici de Pagnettis Ciuis Florentini, super quibus contenditur, ita se habent, in omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilib. iuribus, creditis, actionibus, & alijs quibuscunque suos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit omnes eius filios masculos nascituros

scituros ex se, & ex quacunque eius legitima vxore,& eorũ quemlibet æquis portionibus,& eos & eorũ quemlibet ad inuicem substituit, sin autem eius filias fœminas legitimas, & naturales vt supra, & si dictus testator decederet sine filijs masculis, vel fœminis, in tali casu substituit, & suos hæredes vniuersales instituit Reuerendã Priorissam, & Moniales Monasterij Sanctæ Mariæ Annunciatæ de Florentia pro medietate, & pro alia medietate ministras, & puellas derelictas Ciuitatis Florentiæ, quarum loco postea idem testator in Codicillis subrogauit Abbatissam, & Moniales Monasterij Sancti Frediani de Florentia, cum qua dispositione decessit dictus Ludouicus nullis relictis post se filijs masculis vel fœminis, sed tantum superstite sorore Iulia moniali professa Sanctæ Vrsulæ de Florentia in seculo vocata Antonia dicti Ludouici nepte ex Margherita eius filia legitima, & naturali, & vxore Iuliani de Martinis prædefuncta, ex cuius persona prætendit dictum Monasterium Sanctæ Vrsulæ hæreditatem dicti Ludouici ad se spectare exclusis dictis Monasterijs Sanctæ Mariæ Annunciatæ, & Sancti Frediani substitutis sub conditione prædicta, si dictus testator decederet sine filijs masculis, vel fœminis non purificata, sed defecta per superexistentiam dictæ sororis Iuliæ neptis, & sub nomine filiæ comprehensæ, cui prætensioni cum se opposuerint dicta Monasteria substituta, in prima instantia lata fuit sententia ad eorum fauorem, quæ postea per alias duas sententias conformes in 2. & 3. instantia fuit reuocata, vnde interposita appellatione in hac quarta instantia per eadẽ Monasteria substituta coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Nuncio Apostolico pęnes Serenissimum Magnum Ducem, Hetruriæ, & causa mihi ad referendum de iure commissa existimaui iustiorem, & tutiorem fuisse sententiam eorũ, qui iudicarunt pro Monasterio Sanctę Vrsulæ agente ex persona dictæ Sororis Iuliæ.

Ad ita referendum motus fui, quoniam etsi Monasterium Sanctæ Vrsulæ ex persona sororis Iuliæ in seculo Antoniæ nuncupatæ videatur non posse venire ad hæreditatem Ludouici eius aui materni veluti cõprehensa dispositiuè sub nomine filiarum in institutione vocatarum, tamen saltem venire poterit tanquam sub nomine filiarum comprehensa in condicione, sub qua alia duo monasteria vocantur iuxta in his terminis ex communi Doctorum traditione notata per Peregr. in tract. de fideicommis. art. 22. num. 45. versic. ego autem, In primo enim casu institutionis admitti non potest, quia testator, vt ex verbis supra relatis constat, sicut hæredes vniuersales instituit filios masculos nasciturus ex se, & ex quacunque eius legitima vxore, ita, & filias fœminas nascituras instituisse dicitur per dictionem vt supra, quæ est repetitiua pręcedentium qualitatum, Dec. cons. 182. nu. 12. & 13. cons. 227. num. 3. & cons. 394. nu. 1. Paris. cons. 19. nu. 68. cons. 41. num. 65. consil. 48. num. 14. cons. 66. num. 6. cons. 75. num. 11. consil. 80. num. 49. lib 2. consil. primo, nume. 129. consil. 18. nume. 8. cons. 71. num. 7. cons. 72. nu. 13. & cons. 108. num. 35. lib. 3.

Adeo quod cum tunc dicta Antonia esset in humanis, & non nascitura, nullo modo intelligatur vocata, vltra quod etiam quod de nasciturìs tantum non intelligeretur, adhuc vocata nõ censeretur, quia quando tempore conditi testamenti extabant filij, & nepotes, hi filiorum appellatione non veniunt, quia tunc præsumitur testatorem sensisse de solis filijs, nõ de nepotibus, quos si vocare voluisset, facilè illi fuisset eos nominare, sicut nominauit filios, vt punctualiter dicunt in istis terminis nostris, Bald. in l. Gallus, § instituens, num. 6. in fin. ff. de liber. & posthum. Corne. cons. 290. num. 6. & 7. lib. 4. Socin. sen. cons. 73. num. 19. lib. 4. Gabr. alios referens, titu. de verbor. signific. concl. prima, num. 76. & Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, in quarta part. nu. 164. ff. ad Trabell. Menoch. in tractat. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 94. num. 17. versic. decima tertia est coniectura, & multo magis, quia in eadem dispositione testator specialiter, & nominatim loquutus fuit de dicta eius nepte ex filia, cui legatum quoddã reliquit, quando enim disponens in eadem dispositione discretiuè loquutus est de filijs, & nepotibus, tunc filij nomine non continetur nepos, vt post Corne. Socin. sen. Ruin. Paris. Gozadin. & Socin. iun. tradit Gabr. tit. de verbor. significat. concl. prima, num. 83. & 93. & post eum Menoch. cons. 215. num. 69. lib. 3. & in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 94. num. 6. vers. quarta est coniectura, & magis absque dubio cum sicut instituit masculos æquis portionibus, ita & fœminas instituisse videatur, vt supra dictum est, nam quando testator æquis portionibus in capita filios vocat, hoc casu nomine filiorum nepotes non continentur, quia alioquin vocasset in stirpes, nõ autem in capita, vt consulendo tradidit, Socin. iun. cons. 30. num. 25. lib. 3. quem sequitur Menoch. d. præsumpt. 94. num. 13. vers. decima est coniectura sicut è conuerso, quando testator

ftator vocat in ftirpes, & non in capita fi-
7 lios, fub eorum nomine etiam nepotes con
tineri intelliguntur, prout responderűt Curt.
iun. conf. 161. nu. 1. & 7. & Socin. iun. conf. 2.
nu. 44. lib. 3. quos fequutus fuit Menoch. d.
præfumpt. 94. nume. 29. verf. fexta eft coniectura.

Nec quidem de prędictis mirandum eft,
quia cũ filij appellatione ex fermonis pro-
8 prietate nepos non contineatur, cum alius
fit filius, alius nepos, l. filium habeo, ff. ad
Senat. confult. Macedon. l. quod fi nepotes,
ff. de teftam. tutel. l. filium eum definimus,
ff. de his, qui funt fui vel alien. iur. & §. penultimo inftitu. qui teftam. tutor. dari poff.
fed ex interpretatione tãtum l. cum in adoptiuis, §. quæ in filio C. de adopt. d. l. filium
9 habeo, Bald. in d. §. inftituens, num. 5. & 6.
Gabr. d. concl. 1. nume. 3. verfic. concorda,
Menoch. d. pręfumpt. 94. num. 2 Peregr. de
fideicom. artic. 25. nu. 4. verf. vtrum autem,
tota hæc difceptatio coniecturis, & pręfumptionibus dirimitur, an fcilicet teftator fub
eo filij nomine nepotem voluerit, vel ne
10 comprehẽdere, vt optimè docet Menoch.
d. pręfumpt. 94. num. 3. & 25. verf. receditur
nunc, & ante eum Gabr. d. conclu. 1. nu. 32.
verf. 8. amplia, nec diffentit Peregr. in tract.
de fideicom. art. 1. nu. 32. verf. in difpofitionibus vero, & latius, & melius artic. 22. nu.
47. & feq. verf. cum verò de filijs, & infra, artic. 25. nu. 7. verf. in difpofitiuis autẽ, & nu.
10. & feq. verf. limitatur autem, & infra, &
alij per eos allegati.

In fecundo autem cafu vtique videtur di
ctum Monafterium Sanctæ Vrfulæ admitti poffe ad dictam hæreditatem, quia vera
11 eft, & indubitata Doctorum conclufio,
quod in conditione fi fine filijs decefferit,
filiorum nomine nepotes continẽtur, vt in
puncto tradunt omnes fcribentes in l. Gallus, §. inftituens, ff. de liber. & pofthum. Caftr. conf. 355. fub nu. 2. lib. 2. Socin. fen. conf.
73. fub num. 19. verf. quarto loco lib. 4. D.
Ioan. Cephal. præceptor meus colendiffimus conf. 107. num. 16. Peregr. in d. tracta.
de fideicom. artic. 1. num. 31. verf. conclufiuè in conditionibus artic. 22. num. 46. verf.
capiendo itaque primum caput, arti. 25. nu.
6. verf. fed an filiorum appellatio, & num 9.
verf. vbi autem de filijs, & artic. 28. nu. 32.
verf circa fecundam infpectionem, & probatur clarè ex eo, quod conditio fi fine fi-
12 lijs, æquipollet conditioni fi fine liberis, l.
Lucius Titius la fecunda, ff. de hæredi. infti
tuend. quo cafu nepotes, & neptes ex filijs,
vel filiabus venire eft textus in l. 1. C. de con
13 ditio. infert. etiam fi dictum fuiffet fine filijs ex fuo corpore, vel ex fe natis fecundum
14 Bald. in d. l. 1. num. 3. Roman. conf. 148. nu.
1. verfic. quod eft verum, & alios relatos à
Gabr. d. concl. 1. nu. 47. verfic. decimofexto
amplia, quos fequitur Pteregri. d. artic. 25.
nu. 6. poft verf. fed an filiorum appellatio,
quibus adduntur Ruin. conf. 63. num. 5. &
6. lib. 3. Caftr. conf. 164. nu. 4. verfic. & ideo
conditio lib. 2. Alciat. in l. non eft fine liberis, num. 4. ff. de verbor. fignificat. & probatur in d l. Lucius Titius la fecũda, ff. de hæredi. inftituen. in illis verbis filium filiamve
ex fe natum, natamve iunctis fequentibus,
& ibi hoc notant Bar. Angel. & Imol. & eft
communis opinio, vt tradit Peregr. d. artic.
28. nu. 34. verf amplia vt etiam, & num. 35.
verf. maior dubitatio eft.

Quod procedit etiam in tacita conditione à lege fubintellecta, in qua filiorum appellatio nepotes, & neptes ex mafculis, vel
15 fæminis continet. l. cum auus, ff. de condition & demonftration. cum ibi notatis l. generaliter, §. cum autem C. de inftit. & fubftit. & l. cum acutiffimi, C. de fideicommif.
Peregr. d. artic. 25 fub nu. 6. poft verf. fed an
filiorum appellatio ad fi. & fub num. 9. poft
verf. vbi autem, & d. artic. 28. fub nume. 32.
poft verfic. circa fecundam infpectionem
in fine.

Quod abfque aliquo dubio in cafu præfenti admittendum videtur, in quo teftator
16 primo inftituit filios mafculos nafcituros,
& illis non exiftentibus filias fæminas, vt
propterea, dum fi decederet fine filijs mafculis, vel fæminis, vocauit prædicta monafteria, omnino dicatur fub eo nomine filiorum vtriufque fexus, venire dictam fororẽ
Iuliam teftatoris neptem ex filia prædefuncta, ex quo hoc in cafu teftator non abhorruit fexum fæmininum, & vocando filias
non habuit animum conferuandi agnationem, & familiam, & ita in his terminis refpondetunt Alexan. conf. 55. in fin. lib. 3. &
conf. 38 in toto lib. 6. Ruin. conf. 142. num.
2. lib. 2. Dec conf. 303. num. 8. conf. 370. nu.
2. in fi. & num. 3. & conf. 568. num. 4 Rube.
Alexandrin. conf. 22. num. 12. Parif. confil.
89. num. 39. lib. 2. Gabr. conf 97. nu. 15. lib.
1. quos fequutus fuit Menoch, alios eiufdẽ
fententiæ referens, in tractat. de præfumpt.
lib. 4. præfumpt. 85. nu. 16. verf. 8. eft cafus,
etiam quod dicta neptis teftatoris tempore
17 conditi teftamenti nata effet, & ipfi teftatori cognita, quia adhuc in conditione fi fine filijs, vel filiabus decefferit, contineri videtur, quemadmodum & hoc ipfo cafu in
tacita à lege fubintellecta venire dicitur,
Cuma. in l. cum auus, ff. de conditio. & demonft. nu. 3. Corn. in d. l. generaliter, § cum
autem nu. 7. & conf. 217. nu. 6. & conf. 197.
num. 6.

num.6. & seq.lib.3. Soc.sen.consf.23. nu.7. & 8.lib.1.Ruin.consf.77. nume.41.lib.2. & consf.131.nu.10.lib.3.Menoch.in d.tract.de præsumpt.lib.4.præsumpt.89.nu.77. & plu rib.seq.vers.extéditur secundo, & infra, vbi latissimè hanc opinionem tanquam verã, & receptam pluribus alijs authoritatib. iuribus,& rationibus probat.

Et quamuis hoc, vt dictum est, non ex proprietate sermonis, sed ex interpretatio-
18 ne procedat, quia scilicet verisimiliter testator etiam de nepotibus,vel neptibus sub nomine filiorum, vel filiarum senserit, & propterea vbicũque coniectura aliqua, vel præsumptio repugnat, secus dicendum est, vt tradunt in his terminis Rom. consf.370. num.4. vers.ex quibus, Peregri.d.artic.25.
19 num.10.vers.limitatur autem, Deci.consf. 504.num.8.vers.postremo non obstat,Menoch.d.præsumpt.89.num.94.vers. recedi- tur tamen, inter quas coniecturas in casu isto ea cõsiderari potest,quod testator tem-
20 pore conditi testamenti neptem hanc habebat,eaque sibi cognita erat, eique legatũ reliquit,quo casu eam in cõditione noluisse ponere præsumitur, cum alioquin si sic facere voluisset, eam expressè posuisset in conditione, sicuti eidem legauit expressè, vt in indiuiduo probat Roman consil.370. nume.4.& seq.vsque ad fin. quem sequuti sunt Dec consf.281.num.11. & Menoch.d. præsump.89.sub num 94.vers.& præterea. eandem opinionem vltra prędictos tenent Socin.sen.in l.cum auus,num.78. vers.primo quæritur, & nu.79. vers.secundo quæritur,ff.de condi. & demonstr.& consf.191. num.1.cum seq.lib.2 Socin.iun. consf.128. num.96.lib.1.Tiraq.in repet.l. si vnquam, C.de reuocan.dona. in verbo filios non habens nu.17.quos refert Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.10.tit.7. nume.16. vers.8. igitur hæc coniectura,tamen aduertẽdum est pro responsione quod ipse Mantic.addu
21 cit Corne & Socin senior. & alios contrariam opinionem tenentes, & tãdem refert,
22 ipsum Socin.senior.in l.2.num.33.vers.primum est,& num.34.vers.testator,ff.de vul gar.& pupill.substitu.distinguentem, quod aut legatum relictum erat a testatore nepo ti simpliciter, & tunc nepos faciat deficere fideicommissum,aut erat relictũ post mortem filij, quem testator grauauit, vt alteri restituat hæreditatẽ, & tunc nepos ille non excludat substitutum, quia cum ipse testator à filio rem certam nepoti reliquerit, & alteri voluerit hæreditatem restitui, manifestè apparet testatorem noluisse ipsum nepotem ad hæreditatis successionem admitti,quia quod de vno dicitur,de altero negatur,& subdit secundum hãc distinctionem scripsisse celeberrimos Doctores Italiæ, & ita in Ciuitate Florentiæ obtentum fuisse, tametsi plerique aliud consuluissent, cui di stinctioni licet Mantica non dixerit, etiam adhęrere videtur idem Socin. d. consf.191. sub num.3.vers sed in casu nostro,secundo loco militat alia præsumptio lib.2.& in d.l. cum auus,num.79.vers.secundo quæritur, ff.de condit.& demonstratio. & Gabr.titu. de fideicom.concl.2.num.38. & 39. versic. amplia secundum Corne.idem colligitur ex dictis per ipsum Mantic.in eodem loco,
23 vbi disputat, an tacita conditio à lege subin tellecta, si grauatus sine liberis decesserit, de qua in d.l.cum auus in d.l.generaliter, §. cum autẽ, & in d l.cum acutissimi, habeat locum etiam si nepotes nati essent tempore confecti testamenti,& refert Corn.consf. 197.nu.6.7.lib.3. Socin. sen.consf.23.num. 5.& seq.lib.1.Hercul in l.ex facto,§. si quis rogatus,colum.11.vers mihi circa prędicta, ff.ad Trebellianum, Socin.iun. consil.113. num.24.& 25.lib 1.tenentes,quod locus sit dispositioni dictorum iurium, & dicat hãc videri communem sententiam, benigniorem,humaniorem,& æquiorem,& in summa pietatis ratione fundatam, & ideo magis sequendam, quibus addi possunt alij relati per Tiraq. statim citandum, nume.19. vers quanquam contrarium, & licet addu-
24 cat etiam plures partem negatiuam tuentes,& præcipuè Roman.d.consf.370. Socin. sen.in d.l.cum auus, nume.78. & seq.& d. consf.191.num.1.& seq.lib.2.Socin.iunior. consf.128.num.93.lib.1.attestantem veriorem esse hanc sententiam,& Tiraq.alios citantem in l. si vnquam in verbo filios non habens, nu.18.vers. sicuti C. de reuocand. donat. & fateatur articulum esse dubium, & ambiguum, in quo aliud apertè sensisse postea videtur in eodem tract. lib.10. tit.8. num.22.vers.quintodecimo hæc coniectura,vbi firmat dictam tacitam conditionem
25 si sine liberis decesserit, locum non habere,si testator de liberis ipsius filij hæredis in stituti cogitauerit, vt ducto argumento à cessante ratione colligitur ex d.l. generaliter,§ cum autem,vbi dicitur non esse verisimile, quod si testator de nepotibus cogitasset,ita substituisset, & ita Imperator declarat coniecturam pietatis,quam Papinianus mirabiliter excogitauit in d.l. cũ auus,
26 adeo quod si appareat testatorem de nepotibus cogitasse substitutioni locus sit, nec eam deficere faciant Nepotes, ad quod adducit, Roman.d.consf.370. nume.2. & seq. vers. his tamen non refragantibus, & infra Angel.consf.108.nu.4. Ancha.consf.46.nu.1.

Soc. sen.

Socin.ſen.d.conſ.191.ſub nume.1. & ſequ. verſ.ſed certè niſi velimus verum verificari & infra lib.2.& in d.l.cum auus,num.67.& ſeq.verſ.circa primam difficultatem, Dec. conſ.305.num.4 conſ.391.num.2.& conſ. 416.num.20. Curt.iun. conſil.33.nume.5. Socin.iun.conſ.100.num.11.& 16.& conſ. 128 num.38 & ſeq.& num.54 lib.1.Andr. Barba.in d.l cum acutiſſimi in quinta quęſtione colum 3.& ſeq.& Tiraq.in d.l.ſi vnquam in præfat.num.65.verſic.ideoque in ſimili.C.de reuocan.dona. qui tamen multa circa hanc opinionem animaduertenda ſubijcit, tamen in caſu præſenti à prædicta opinione affirmatiua, quod neptis faciat deficere conditionem, recedendum non vi-
27 detur, cum nepti, quæ nata erat tempore teſtamenti, factum fuerit legatum à teſtatore ſimpliciter, & non in caſum aduenientis conditionis iuxta diſtinctionem ſupra relatam, quæ vera, & communis videtur, licet aliud dicat Deci. d.conſ.284. nume.11. poſt verſic.4.ſimpliciter, & eius opinio videatur fundari ex diſpoſitione textus, quē
28 ad id expendit Roman.d.conſ.370.ſub nu. 3.& poſt eum Tiraq.in d.præfatione, num. 65.& in verbo filios non habens, nume.18. in d. l. generaliter, §. cum autem, ibi, ſi de nepotibus cogitauerit, qui facile euitari poteſt, vel ex eo quod hoc in ſenſu directo nō diſponat, ſed à contrario tantum, quod genus argumenti non ſemper procedit, ſed
29 multas recipit declarationes, nec admittitur, quando abſurdum ſequeretur, & interpretatio fieret contra veriſimilem teſtatoris mentem, ex qua illud deducitur, vt in caſu præſenti ex rationibus allegatis per tenentes contrariam opinionem, quam nos ſequimur, vt per Dec. conſ.538.nu.5. verſ. quia reſpondetur.

Cum autem dicta ſoror Iulia in ſeculo Antonia neptis ex filia prædefuncta teſtatoris poſita dicatur in conditione, ſi ipſe teſtator ſine filijs maſculis, vel fœminis decederet, prout deceſſit, & eadem Antonia dicto eius auo materno ab inteſtato ſuccedere non poſſet, ſed excluderetur ab auunculo ſuo magno ſer Ioanne fratre germano teſtatoris ex forma ſtatutorum Florentię, vti que ſequitur, quod ex teſtamento vocata cenſetur ad ſubſtitutorum excluſionem, vt poſt Comenſ. Alex. Corne. Ruin. Grat. Soci.iun. Crauet. Cephal. Decian et Alban. tradit Menoch. conſ.393. num.70.lib 4. et in tractar. de præſumptio. lib.4. præſumpt. 76.nume.49.verſic. quarta eſt coniectura, vbi propriè affert exemplum conforme caſui noſtro, quando ſcilicet ſtatutum excludit fœminas exiſtentibus maſculis, & teſtator poſuit ipſas fœminas in conditione, dicendo, ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs, vel filiabus, & dicit teſtatorem tunc voluiſſe vocare illas, quia alias fruſtra illas poſuiſſet in conditione. idem tenent Petr. Anto. a Petra de fideicommiſ. quæſt.9. nume.208. verſ.duodecima eſt coniectura, Gabr. titulo de fideicom.concluſ.4. num.33. verſic.nono limita, Eruditiſſimus Dom. Ioſeph. de
30 Ruſtic. mihi cariſſimus, amantiſſimus, & honorandiſſimus amicus in ſuo ſolemni, & elegantiſſimo tracta. an & quando liber. in condit.poſit.cenſeant. vocar.lib.3. cap.4. num.1.& cum hac opinione etiam pertranſit Mantic.in tracta.de coniectur. vltim.volunta.lib.11.tit.3.nu.16. verſ.octaua etiam coniectura probabilis videtur, vbi etiam eam defendit ab impugnatione Didac. Couar. Rota deciſ.322.in fin.ſub num.5.in nouiſſimis diuerſor.in prima part.Surd. deciſ. Mantu.62.num.9.vbi ſubdit poſt alios per eum citatos hoc ideo eſſe, quia quando teſtator aliquos ponit in conditio. ad excluſionem ſubſtiturorum, certum eſt, quod
31 illos voluit præferre ſubſtitutis, quæ prælatio non poteſt habere locum, niſi ex teſtamento, vel ab inteſtato, & cum in dubio intelligatur teſtator voluiſſe, eos præferre ab inteſtato iuxta gloſ.in d.l. Lucius, & cō-
32 munem opinionem, quando illi non poſſunt ab inteſtato ſuccedere, quia tunc intelligi debēt prælati eo modo, quo poſſunt,
33 fatendum eſt, eos debere ſuccedere ex teſtamento, ne contingat, quod magis dilectus minus ſit honoratus.

Et quamuis coniectura hæc ſola ſit, tamen cum hodie opinio contra gloſ. in d. l.
34 Lucius, infinitos habeat authores antiquos, & modernos volentes poſitos in conditione ex teſtamento vocatos cēſeri, quos omnes latiſſimè recenſet Excellentiſſimus Dom. Ioſephus de Ruſtic. in citato tractat. lib.1.cap.2.in princ. part.ſecunda, quem ſequitur Surd. d. deciſ.162. ſub nume.5. admiſſa nihilominus opinione dictæ gloſ. in contrarium, quod non cenſeantur diſpo-
35 ſitiuè vocati, ſed reſeruatum eis ſit tantummodo ius ſuccedēdi ab inteſtato, cum videatur verior, ſubſtentabilior, & magis communiter approbata, & iudicando ſequuta, vt copioſiſſimè oſtendit dictus Excellentiſſimus Dom. Ioſephus de Ruſtic. in d.tractat.lib.1.cap.2.part.1.in princ. & poſt eum Surd. d. deciſ.162. in principio, facile a dicta opinione gloſſ. receditur ex quacunque leui coniectura, ex qua colligi poſſit
36 voluiſſe teſtatorem poſitos in conditione vocari ad ſucceſſionem, vt poſt infinitos per eum relatos tradit Ruſtic. in d. tractat. lib.2.

lib.2.cap.1.num.5. versic alij leues, quibus alios addit Surd.d.decis.62. sub num.6.maxime autem quando sumus in descendentibus in conditione positis per ascendentes, 37 quia tunc verissimum est,cōiecturas quascunque etiam leues sufficere, vt declarat Mantic. in tractat. de coniectur.vltim. volunta.lib.2.titu.2.in fina.verb. quem sequitur Rustic.d.lib.2.cap.1. num.11.versic. vt ego,& vna tantum videtur sufficere conie-38 ctura, dummodo sit concludens, Petra de fideicommis.d.quæst.9. nume.190. versic. ego vero, Rustic.d.cap.1.sub nume.10.versic.an autem vna tantum, Tobias Noni. consil.31.num.16. Magon.decis. Florentin. 27. nume.13. Crass. in §. fideicommissum quæstione 13.nume.2.& alij,quos sequitur Surd. d. decis.62. nume.7. versic. quinimo multi volunt, & secundum prædicta iudicandum esse teruli prædicto Illustrissimo, & Reuerendissimo Dom.Nuncio Apostolico dictæ causæ Iudici, confirmando binas sententias antea pro hac eadem actrice latas, quas iustiores prima illis contraria existimaui. Anno 1607.Florentiæ. Laus Deo & Virgini.

Pet. Caballus. I.C.Pontremulensis.

Finis Consiliorum decisiuorum Ciuilium D.Petri Caballi.

INDEX
OMNIVM VERBORVM, RERVM, ET SENTENTIARVM INSIGNIVM.

QVÆ IN HIS CONSILIIS DECISIVIS CIVILIBVS D. PETRI CABALLI I.C. Pontremulensis continentur,

Locupletissimus quidem, & ordine Alphabetico de more Digestus.

A

Ali-

Et Sententiarum.

Amba-

Epi-

Bona

C

Facit

Clau-

Con-

pro

26

Defun-

rerum

pro

Dona-

Et

E

con-

obstet

F

Quod

Negatiua

Iudex

Iure

L.2.

Limi-

M

N

No-

Nul-

O

Onus

vltra

g 2 vel

Possessio

cile

R

Iudex verborum,

Renunciatio

Retentio

h 3 scientia

Sen-

Socer

statu-

Statu-

Sub-

T

Et Sententiarum.

Tutori-

V

Etiam

otiosa

FINIS.

ERRATA TYPOGRAPHICA

In ſingulis folijs, columnis, & lineis notata, & correcta.

Fol. 2. col. 2. lin. 3. Vincentius. Vincentiũ, ibid. lin. 6. bene in termini poner, hăc in terminis ponit. ibid. lin. 23. deliberatione, liberatione. ibid. col. 4. lin. 22. Rum, Ruin. ibid. lin. 44. primo, ſecũ lo. f. 3. col. 4 lin. 12. ſecus, ſuus ibid. lin. 29. permutationem, permutantium. f. 4. col. 1. lin. 4. vnire, vni ex. f. 5. col. 3 lin. 11. alijs, illis. ibid. lin. 22. legis, leges f. 6. col. 3. lin. 45. conſequitur, perſequitur. ibid. lin. 47. ita renentes, ita tenentes refert. ibid. col. 4 lin. 2. nolunt, volunt. f. 7. col. 2. lin. 50. debeat, debebat ibid. col. 4. lin. 18. viribus. iuribus. ibid. lin. 41. obligatur, obligantur. ibid. lin. 42. dictus, dictas. f. 8. col. 2. lin. 28. ſent. cent. ibid. lin. 37. dici, diu. f. 9. col. 3. lin. 21. quæ ſuppoſito, præſuppoſito. f. 10 col. 1 lin 45. debitore, debitor. ibid. col. 3 lin 25. furibus, iuribus ibid. lin. 27 ſcribant, ſcribunt. ibid. col. 4. lin. 22. Sereniſsimo Magno, Sereniſsimo Magno Duce. f. 11. col. 2. lin. 7. prædicto, pro dicto. ibid. lin. 31. vltimas, vltimus. f. 12. col. 1. lin. 28. in probatinne, in prælatione. ibid. col. 2. lin. 30. generali, generaliter. ibid. creditore, creditori. ibid. col. 3. lin. 30. dictio, dictis. ibid. col. 4 lin. 1. ijſdem, ijdem. ibid. lin. 2. ſecũda, dicta, ibid. lin. 4. habente, habenti. ibid. lin. 5. ex quia, eo quia f. 13. col. 1. lin. 6. Iiuinorum, Dominis, ibid. lin. 43. euenerit, acceſſerit, f. 14. col. 1. lin. 15. vigeſimoquinto, decimoquinto, ibid. col. 2. lin. 27. mota, moto, ibid. col. 3. lin. 49. liceat, licet, ibid. lin. 57. reſtitutus es, reſtituturus es, f. 15. col. 2. lin 34 moueo, moueor, ibid. lin. 45. eam, eum, ibid. col. 3. lin. 35. mulier, mulieri, ibid. col. 4. lin. 9 quia, quin, f. 16. col. 1. lin. 33. reſeruarri, reſeruaui, ibid. col. 3. lin. 15 producente, producenti, f 17. col. 2. lin 4. a fin. habere, haberi, ibid. col. 3. lin. 53. caſum, caſu, f. 18. col. 2. lin. 47. Bart. Doct. ibid. lin. 51. Cepha. Cæpol. ibid. col. 4. lin. 22. factum, factam, ibid. lin. 43. excogitatum, ex cogitatu, ibid. lin. 50. capitali, capitalis, f. 19. col. 1. lin. 6. a fine declarant, declarat, ibid. lin. antepen. Alba. Abba. ibid. col. 2. lin. 29. & non imminent, & imminet, f. 20. col. 1. lin. 34. allegationem, allegatione, ibid. lin. 37. maaime vt, maaime cum, ibid. col. 2. ex cuius lapſum, ex cuius lapſu, ibid. lin. 50. Principi DD. Principi per DD. ibid. lin. vlt. ſoluendo, ſoluenda, ibid. col. 3. lin. & in formatione, ea informatione, ibid. lin. 41. modo, morbo, ibid. Roma. 23. Roma conſ. 23. ibid. col. 4. lin. 2. habeat, habeatur, ibid. lin. 19. nu. 56. nu. 5. & 6. ibid. lin. penul. quo ver. ad tertium, verſ. quo ad tertium. f. 21. col. 1. lin. 19. nu. 75. nu. 57. f. 22. col. 1. lin. 49. conſentiendo, ſententiando, ibid. col. 2. lin. 6. Actori, Actoriæ, ibid. lin. 8. veræ, verſæ, ibid. col. 3. lin. 6. ante fin. in vitam, in vita, f. 23. col. 1. lin. 34. Cephal. capel. ibid. col. 2. lin. 43. circundando, concordando, ibid. col. 4. lin. 6. prodidiſſe, perdidiſſe, f. 24. col. 2. lin. 25. ad quam, ad quem, ibid. lin. 9. ante fin. rei, ea, ibid. col. 3. lin. 11. pro ſuppoſito, præſuppoſito, f. 25. col. 2. lin. 24. grauamine, grauamen, ibid. lin. 26. eiſdem, eidem. ibid. lin. 42. ſeptuaginta, ſeptingenti, ibid. col. 3. lin. 33. priuata, prædicta, ibid lin. 44. ſeptuaginta, ſeptingentis, f. 26. col. 1. lin. 42. contractu, conſtructu, ibid. col. 2. lin. 9 ante fin. factorum, factarum, ibid. col. 3. lin. 18. confeſſione, confuſiones, ibid. col. 4 lin. 38. capiari, capitanei, ibid. lin. fin. poterat, poterant, f. 27. col. 1. lin. 37. moreque, moxque, f. 28. col. 3. lin. 17. diuerſorum, diuerſorum ſtatutorũ, ibid. col. 4. lin. 43. confirmauit, conformauit, ibid. lin. 44. volenti, valenti, f. 29. col. 1. lin. 21. ſed fragilitatem, ſed ad fragilitatem, ibid. lin. 26. numero ſecundo, octuageſimo ſecundo, f. 30, col. 3. lin. 13. ant. fin. conſtituentem, confinantem, ibid. col. 2. lin. 7. ante fin. victori, vitioſi, ibid. lin. 5. ante fin. moueret, moueretur, ibid. col. 3 lin. 26. intẽdere, vendere, ibid, lin. 38. cum rem, cum tanti rem, ibid. col. 4. lin. 30. de iore poſth. de iure protomis. f. 31. col. 2. lin. 10. fideicommiſſaria per, fideicõmiſſaria facta per, ibid. col. 3. lin. 23. u, nu, ibid. lin. fin. apoſtillatur, apoſtillator, f. 32. col. 1. lin. 39. aliorum, alios, ibid. col. 2. lin. 9. ante fin Canc. Zach. ibid. col. 3. lin. 25. oppoſita, appoſita. ibid. lin. 44. reſtitutionem, reſtrictionem, ibid. lin. 7. ante fin. param curandam, parum curandum, ibid. lin. 5. ante fin. reſtitutionem, reſtrictionem, f. 34. col. 3. lin. 6. ante fin. conſ. 165. conſ. 167. f. 35. col. 1. lin. 24. conſtiturum, ſtatutum, ibid. col. 2. lin. 24. admitterent, admitterentur, ibid. lin. 46. præterea, prætereo, ibid. col. 3. lin. 9. f. 37. col. 2. lin. 11. & ſentiunt, ſeruiunt, f. 38, col. 3. lin. 24. legati, legali, ibid. lin. 28. verum, meum, f. 39. col. 1. lin. 27. admittitur, admittuntur, lin. 31. præſenti, præſertim, lin. 46. reg. 404. reg. 403. col. 2. lin. 20. reg. 407. reg 403 lin. 28. reg. 404. reg. 403. f. 40. col. 1. lin. 4. a fine obſcurarum, vſurarum, col. 2. lin. 30. à patre, a parte, col. 3. lin. 31. annis diait, annis deberi dixit, lin. 51. 1. lib. 2. lib. 3. f 41. col. 1. io prin. conſil. concludenda, conſulenda, lin. vlt. agentes, agentis, col. 2. lin. 24. ſitæ, ſitæ, lin. 31. lib. 4 lib. 5. f. 42. col. 4. lin. 31. cõſentaneum, conſentaneam, f. 43. col. 2. lin. 6. a fine, nunc poteſt, nunc non poteſt, f. 44. col. 2. lin. 35. præſumptionem, præſumptionum, col. 3. lin. 29. cum, & ſecundus ſine liberis, cum liberis, & ſecũdus ſine, lin. 32. voluiſſe, noluiſſe, f. 45. col. 1. lin. 7. vbi, vbique, lin. 30. non, noſtro, f. 47. col. 1. lin. 11. ad quos, ad quod, col. 2 lin. antepen. inſtrumentum, inſtrumento, col. 3. lin. 39. quas ſi, quas ne, f. 48. col. 2. lin. 36. nume. 14. nume. 4. lin. 56. ædicto, edito, col. 3. lin. 48. librum tertium, libro tertio, f. 50. col. 2. lin. 27. contractu, contractum, col. 3. lin. 38. Mencum indubitanter, mencum videtur indubitanter, f. 51. col. 1 lin. 31. germano, germani, col. 2. lin. 1. ſtatuto, ſtarioto, f. 52. col. 3. lin. 5. dicit, dicti, f. 55. col. 1. lin. 20. ſil. 12. ſil. 124. col. 2. lin. 18. iuata. iuſtam, lin. 29. lib. 1. lib. 6 f. 56. col. 1. lin. 16. præſumpt. 15. præſumpt. 36. f. 57. col. 1. lin. 26. partis, partes, f 58. col. 4. lin. 28. oſtenſa, obſtante, f. 59. col. 3. lin. 2. latoribus, laboratoribus, f. 61. col. 4. lin. 32. adminiſtrationem, adminiſtratorem, f. 62. col. 4. lin. 32. ſubſtantiale, ſuſtentabilem, f. 63. col. 4. lin. 1. earum, eorum, f. 64 col. 3. lin. 10. a fine patrum, patruum, f. 65. col. 2. in ſummar. nu. 5. compatronatum, compatronum, f. 66. col. 3. lin. 30. præſentandos, præſentando, f. 67. col. 1. in fin. in eidem, in idem, col. 3. lin. 31. intelliguntur, intelligitur, f. 69. col. 1. lin. 17. a fin. firmat, firmant, f 72. col. 3. lin. 9. iudicatum, iudicandum, f. 73. col. 3. lin. 34. annexa, eniaa, col. 4. lin. 37. ſubſidij, ſubſidij nõ, f. 75. col. 2. lin. 13 a fine. in terminis, in terminis declarando, col. 4. lin. 8. aduertendũ, admittendum, f. 76. col. 4. lin. 9. a fin. quid, quod, f. 77. col. 4. lin. 15. a fine inducentur, indicentur, f. 82. col. 1. lin. 8. a fin. actores, authores, col, 4. lin. 9. loquuntur, leguntur, f. 84. col. 4. lin. 17. a fin. diuiſio, reuiſio, f. 88. col. 3. lin. 31. ad obtinendam, ad obtinendum, f. 89. col. 3. lin. 20. ad aliam, ad alium, f. 95. col. 3. lin. 3. a fin. confirmanti, confinanti, f. 98. col. 3. lin. 27. a fin. requiſitum, acquiſitum, f. 102. col. 4. lin. 19. a fin. Alciat. Aluar. f. 106. col. 4. lin. 16. in dict. 5. in dicto 5. dubio, f. 107. col. 2. lin. 38. puriſicatum, pariſicatum, f. 109. col. 3. lin. 6. parere, parte, f. 110. col. 4. lin. 34. Baptiſtam, Baptiſta, f. 115. col. 2. lin. 11. a fin. reſtitutio, inſtitutio, f. 116. col. 3. lin. 15. a fin. ex una, ex vera, f. 119. col. 2. lin. 5. a fin. §. ita, §. qui ita, f. 120. col 4. lin. 30. inſtrumentum, inſtrumento, f. 128. col. 2. lin. fin. dictos, dictas, f. 130. col. 4. lin. 38. conceſſam, conceſſum, f. 134. col. 2. lin. 23. prædeceſſerũt, prædeceſſerat, f. 135. col. 4. lin. pen. legatarium, legatariam, f. 139. col. 3. lin. 21. a fin. CXXXVI. CXXXIII. f. 143. col. 2. lin. fin. traxerint, graxerit, f. 145. col. 2. lin. 10. a fin. Dec, Beci, f. 150. col. 3. lin. 23. frater, fratri, lin. 31. ex Butr. ex Bertran. f. 155. col. 1. lin. 24. ſuſpectus, ſuſpectos, col. 4. lin. 23. ceterata, iterata.

Fol. 156. col. 3. lin. 13. deſunt hæc.

102 *Faciens aliquid non proprio, ſed alieno nomine, ideſt, non vt ipſe, ſed vt alius ſibi in aliquo non nocet.*

103 *Qui fuit præſens teſtamento creditoris, & ſe ſubſcripſit tanquam teſtis non videtur approbare contenta in teſtamento, & facere ſibi præiudicium in iure ſuo.*

104 *Tutor, vel curator faciens aliquid vt tutor, vel curator non præiudicat ſibi vt priuato, imo ius ſuum illaſum, & immutilatum poſt depoſitum officium reſeruat.*

105 *Tutor agens de inofficioſo teſtamento nomine pupilli non eſt indignus legato ſibi relicto.*

106 *Iudex habens ſcientiam alicuius facti vt priuatus, & aliam eiuſdem facti vt iudex, non ſecundum illam, ſed ſecundum hanc iudicare tenetur.*

Iudex ſecundum allegata, & probata ſententiam ferre debet non ſecundum propriam conſcientiam. ibid.

Iudex iudicando rem ſuam propriam vni ex litigatoribus adiudicans ſibi quicquam non præiudicat. ibid. & nu. 116

Con-

107 *Confessio, seu depositio alicuius examinati tanquam testis in uno iudicio non nocet ei tanquam parti, seu principali in alio iudicio, quod est notandum.*

108 *Faciens aliquem actum non proprio nomine, sed alieno, potest ei postea cōtrauenire nomine proprio, secus autem è conuerso, nam faciens actum nomine proprio, non potest postea ei nomine alieno contrauenire.*

109 *Consentiens alienationi rei sibi debitæ nullum sibi præiudicium infert, quominus rem petere possit.*

110 *Sententia lata contra clientulum in reali non nocet aduocato ad quem res pertinet etiam scienti secundum Bart.*

111 *Quandoque licet alicui tanquam alij, quod sibi ut ipsi non licet.*

112 *Quando quis duplex exercet officium Regis scilicet, & Pontificis, si consentit ut Rex, non dicitur confirmare, ut Pontifex, sed debet etiam consensum præstare, ut talis.*

113 *Archiepiscopus ad quem spectat confirmatio electionis Episcopi, si eligit ipsum Episcopum uti arbiter ex compromisso non dicitur eligendo confirmare, imo potest electionem recusare probato electi delicto, & ideo per electionem non sibi præiudicat in confirmatione. ibid.*

Propriam electionem quis impugnare non potest. ibid.

114 *Exhæredatus in testamento patris, si præstat patrocinium, uel procurationem legatario petenti legatum, approbat testamentum, & contra illud querelam opponere amplius non potest.*

115 *Quod quis agens tanquam alius, & non ut ipse sibi non præiudicet, fallit in querela inofficiosi testamenti, & quare querela inofficiosi testamenti est odiosa, & ideo restringenda. ibid.*

116 *Iudex sibi non præiudicat sententiando inter duos super re, quæ ad ipsum spectat supra, nu.* 106

117 *L. fin. in princ. ff. de inoffic. test. ad concordiam reducitur cum l. inter officium, ff. de rei uendic. cum alijs similibus, si dicatur illam loqui, quando aduocatus, uel procurator sciebat se habere interesse in eadem causa, hanc uero quando ignorabat.*

Bart. tamen uidetur sentire, quod idem sit & in dicta l. final.

118 *Solus consensus sufficit ad approbandum testamentum solus consensus ad amissionem dominij non sufficit. ibid.*

119 *Filius patroni præstans aduocationem accusatori liberti non repellitur ab eius bonis, licet accusando repelleretur.*

120 *Ad ualiditatem alienationis bonorum immobilium minoris, qui ueniam ætatis sit consequutus, non sufficit decretum, sed requiruntur omnes solemnitates, quæ requirerentur, si uenia ætatis ei concessa non esset & in hoc similis est omnium minorum conditio. ibid.*

Minor sicut non potest rem suam sine debitis solemnitatibus alienare, ita nec alienationem iam factam, licet nulliter ratificare, & quare. ibidem, & nume. seq.

121 *Ex consensu, & ratificatione alienationis nulliter factæ ille idem effectus resultat, qui ex ipsa met uenditione resultat.*

Validitas ratificationis alicuius actus pendet a ualiditate ipsius actus.

121 *Iuramentum,*

f. 160. col. 2. lin. 20. a fin. decretum, decretum lib. 1. f. 161. col. 4. lin. 32. querela, querela inofficiosi, f. 164. col. 2. lin. 5. contrarius, contractus, f. 165. col. 4. lin. 13. a fin. Dei. rei, f. 167. col. 4. lin. 14. a fin. Hæc, nec, f. 168. col. 1. lin. 26. natura, non, f. 170. col. 4. lin. 34. essent, cessent, f. 171. col. 2. lin. 15. a fin. obligationi, oblationi, f. 174. col. 2. lin. 22. refertur, defertur, f... col. 4. lin. 29. præstitum iuramentum, prestito iuramento, f. 175. col. 2. lin. 9. motam, morem, lin. 7. a fin. aut, vult, col. 3. lin. 3. idem, eidem, f. 177. col. 2. lin. 1. d. gl. d. l. f. 178. col. 3. lin. 12. se non adhuc, se adhuc, lin. 25. litem ratione. liberatione, f. 180. col. 4. lin. 8. a fin. quantum, quantam, f. 181. col. 4. lin. penult. vigor, rigor, 182. col. 4. lin. 5. consi. 230. consi. 170. f. 183. col. 2. lin. 21. comparatione, comparationem, co. 4. lin. 8. vigorem, rigorem, lin. 12. consuetudinis, cõsuetudinem, f. 185. col. 1. lin. 19. addunt, adsunt, f. 186. co. 1. lin. 33. iudicatam, iudicatum, f. 187. col. 3. lib. testatrix, testator, f. 190. col. 3. lin. 30. cons. 9. cons. noua, f. 196. col. 3. lin. 19. sententiam, sententia, f. 198. col. 2. lin. 3. constare, constaret, f. 202. col. 3. lin. 33. effectiue, effectiua, col. 4. lin. 10. a fin. scilicet, Salyc. f. 206. col. 2. lin. 5. vēditores, vēditiones, lin. 31. insequētis, infrequentis, f. 210. col. 2. lib. 3. dictorū, dictorū bonorū, f. 212. col. 4. lin. 10. legitimari, legitimare, lin. 11. a fin. legitimatio, legitimato, f. 218. col. 2. lin. 8. satisfactum non sit, satisfactū sit, f. 219. col. 3. lin. 22. facit, fuit, f. 221. col. 1. lin. 24. a fin. ipse, ipsi, lin. 20. a fin. habitum, habitam, f. 224. col. 3. lin. 32. cons. 16. cons. 66. f. 225. col. 1. lin. 21. filij, filijs, f. 227. col. 2. lin. 6. a fin. liberari, liberare, f. 228. col. 3. lin. 21. &, & l. solutionem ff. de, f. 232. col. 1. lin. 14. Dominorum, Dominos, col. 2. lin. 23. priuate, peccare, col. 4. lin. 21. a fin. Paparum, Pontificum, f. 233. col. 3. lin. 34. nec filius, nec filios, col. 2. lin. 13. factum, factam, f. 234. col. 4. lin. 21. 161. ibi, lin. 8. a fine pro Cæsare, pro Duce Cæsare, f. 235. col. 1. lin. 11. propter, preter, f. 236. col. 1. lin. 18. maxime, mox, col. 2. lin. 22. in monasterium, in monasterio.

F I N I S.

Si qua alia irrepserint errata, Studiosus Lector facilè animaduertet, & corriget.